

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ІМУН. П. МЕННИКОВА

155
482

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

1955

8-21

19-11
1955

n^o 37

— 3. —

Albericus



COMMENTARII
in consuetudines Aruer-
NIAE, EDITI PER D. AYMONEM
Publitium Pedemontanum, clarissimum Iuris
utriusque doctorem, ac olim Allobro-
gum Praesidem, summaris, ac indi-
ce alphabetico illustrati.

*Doce me facere voluntatem tuam
Psal. 142.*

Cum privilegio senatus.

PARISIIS,
Apud Arnoldam Ange'ter, ad secundam columnam
regij palatii, iuxta sacellum Praesidum.
1548

LES-ANGELIERS

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУКІВ

Extrait des registres de parlement.



LA court apres avoir ueu la requeste à elle présentée par Poncet le Preux, l'un des quatre grandz Libraires iurez en l'uniuersité de Paris, a permis & permet à iceluy le Preux, pouoir faire imprimer & uendre un liure par luy recouuert, intitulé, Commentarij in consuetudines Aruernie, eadit per D. Aymonē Publitiū Pedemontanū. Defendant à tous autres libraires & imprimeurs de n'imprimer ny faire imprimer, n'exposer en uente ledict liure, iusques à six ans prochainement uenāt, sans l'aduen & consentemēt dudict suppliant, sur peine de confiscation desdictz liures & d'amende arbitraire.

Fait en Parlement le dixiesme Iuillet, l'an mil cinq cens quarante huit.

Ainsi signé du Tillet.



155
482

Illustrissimo ac excellentissi. D. D. Ioanni BERTRANDO, CIVI THOLOSANO, VTRIVS- que censura doctore clarissimo, regioque consiliario privati consilij benemerito, & sacri senatus Parisiensis praesidi dignissimo, Aymo Publitijs Pedemontanus humilime se commendat.



Proeta Graecorum, omnium clarissimus Illustris ac excellentissime Praefes, opus natus est neminem recte imperare posse, nisi eum, cui Deus imperium destinauerit: quocirca reges, principes, & ducta à Deo expectandos sacrificijs & orationibus esse dicebat, plurimisque rationibus & exemplis comprobabat imperia in homines diuina pronidentia, diuinoque motu translata: nec posse quempiam uelle aut diuturno tempore imperare, nisi eum cui Deus imperij dederit. Edeò non minor, utilitas ratio in his qui ad regia latus exsistit, regni res bene disponentes, & quoru scientia, prudentia, experientia, & in arduis dexteritate regni & Republice honori, decori ac utilitati perpetua consulatur. Plurimas res debent regij subditi Deo gratias, quia de Christianissimo Henrico rege secundo huius nominis reuerentissimo ac humanissimo prouisum ierit: qui electos viros & virtutis amatores pro status sui gubernatione adiuuauit. Quod maximam securitatis ac tranquillitatis spem, non talem subditis, sed toti Reipub. Christiane pollicetur. Inter quos te distis qualitatibus imbutum, ac repletum, neminique cedentem inueniunt vocatum conspiciunt: ego Aymo Publitijs Pedemontanus, pacis tempore Allobrogum praesidi, forte desicio qua, nisi salacis fortunae imperio, in insigni Montisferrandi oppido quinquecentio constitutus, te relegatus: cui primitias compositi operis in declarandis ac interpretandis crebris quaestio- nibus in palatijs occurrentibus, super consuetudinibus nobilissime ac opulentiissime patriae Aluerniae, com- munitatibusque tam cum iudicibus, quam patronis causaru examinatis, pro maxima Aluernoru aliorumque, qui iure scripto reguntur, utilitate dedicarem, statim mihi suatum fuit opus ipsum vigili studio & cura, & doctique patriae lecturatum & commendatum tibi, qui obligationis vinculo haud paruo me strictissimè ob- ligasti, ut inuente gratiae & beniuolentiae tuae calcas addiderem, duxi dedicandum. Solumque regis supplices qua- sitio, clementissimae praefes, opusculum, inter plures occupationes quam mihi ab initio suatum esset secundum communes non vulgatum doctrinas compositum, benigno ut in ceteris assides vultu, quod offerret, illud enim dignitati auctoritatique tuae dedicatum, tanquam domino meo praecipuo habere digneris, & ita mecum humaniter agere, ut benigno ministerio tuo aduersa fortuna, quae iaculis suis me pro arbitrio uoluerant, se- resuo vultu incipiat aridere. Et tunc, existimabo me felicibus ventis navigasse, cum naufragum passus fui: deoque gratias ac regis maiestati agam, quod innocentie meae aduersus pessima amulorum meorum venoe- na, opera tua salubriter succursus fuerit, cuius bene gratiae me iterum humilime commendo.

Eiusdem epistola ad lectores.



Animo reuerens, dilectissimi & obseruandissimi lectores, quam sit conuolucum in pa- latijs Aluerniae vus frequens, quantumque sint attendenda quae quotidiana sunt, nesciam etiam quod qui in disputatione aliqua dicitur elaborasse, assignantur ex professionis debito, quae conceperit ad instar feminis in lucem perferre, ut ingratum praeterita cum corpore se- neret: utique minus à me debentem patriae benemeritis exolvere, pro mea etiam & filii le- gam professoris, publica eorum etiam qui mea scripta scrutantur, & charitatis oculo per- spiciunt utilitate, ad commentaria ipsarum conuolucum omni cura & studio animam applicans, eas foun- do, concordiam quam cum iure scripto habent inscribendo, discordiam etiam ac discrepan- tiam notando, & rationem discrepanciae quantum poterit assignando, quaestiones & dubia quae incidere possunt liberrimo plu- ri, denique singularia ex alia scripta mea bibliotheca ad textus, glossas, & Barcholomaei apostolici suis locis ac- commo-dans. Et si dicta libroru copia vti licuisset, certi pinguiora commentaria reddidisset. Satis tamen pro- nunc mihi fuit existimare, quod doctoribus agrum cultum praeparauerim, apertum maiora recipere semina pol- licendo tamen vnum, quod in opere ipso quantum fuit in me luminis veritati adhaesi, & auctoritas quae in fonte vultu, didicimus meorum testes addidi. Nam potuissent aliquid de eorum nomina tacere sed semper sui arbitratu bono viro non licet alienam occultare laudem, item & quod dicitur meum fides non accommoda- retur, nisi ex auctoritate doctorum non vulgatum eorum, & percuratoribus communes essent & dicitur, ac ob- gressas faciles, clarissimique stylo, ut etiam candidior, & percuratoribus communes essent & dicitur, ac ob- gressas & non ad incogniti operis nomen & auctoritatem, sed ad operis fructum & utilitatem attendat. Nec quiquam prius damnet aut respuat, quoniam et experientia opus ipsum dicitur indicandum.



Vo sunt potissimum, quae me mouent (clarissime iuriconsulte) ut singularem animi tui magnitudinem vehementer suspiciam, ac admirer: Vnum est, quod paulo aduersis rebus, te virum, heroica magnanimitate praeditum semper praebueris: Alterum, quod fato quoda apud Aruernos delatus, animu tuu, ac industria singulari, ut toti Reipublicae prodesse, cõtuleris: Vnde non immerito de te dici potest, quod de Diogene, de Anaxagora Clazomenio, & de ei^o eloquentissimo discipulo Thucidide, scite dictu refert antiquitas: quibus ea quae infelicitus & inauspicato contigerant, felicem tandem euentu consequuta sunt. Etenim postquam fortuna est illis effecta nouerca, atque eorum negotia adeo turbare cepit, ut illis esset patria carendum (quanquam tamen ne dicebat Teucer, nemo patria caret, qui vbiunque sit, laudabiliter, & honeste viuit) tum demum illi ceperunt philosophari, & argumeta philosophica summa cu eloquentia feliciter tractare. Qua in re memoratur The mistocles, qui eiectus Athenis, totaque Graecia cum ad Xerxe Persaru regem cofugisset, & ab eo esset honorifice exceptus, & multis muneribus affectus, perierat, inquit ille, o ciues mei, nisi periissem: Ita saepenumero prospera sunt homini, quae in initio videntur aduersa: & plerunque quod danosum putatur, in maximu comodum vertitur. Ex quo non abs re euulgatu est prouerbiu, ex infortunio, interdum fortunam nasci optimam. Quod igitur illis clarissimis antiquitatis principibus, tibi hoc tempore cum summa nominis tui exornatione contigit. Nam ex illo tuo parum foelici, ut tibi videbatur, in Aruerniam aduentu, & ista tua commutatione rerum, perpetuam foelicitatem, & immortalem nominis memoriam es adeptus. Et quanuis apud Allobroges pluribus muneribus gradatim functus sis, & plures legationes obiueris, tademque in praesidem lectus, vnde maximam laudem consequutus es: Tamen, ut ego arbitror, illic e rebus gestis non tantam gloria comparasses, quantam isthic iam tibi peperisti. Cum enim Aruernorum leges hisce tuis commentariis illustraueris, nomen tuum immortalitati in perpetuum consecrasti: qua re, quaeso, id magis consequi poteras? Enimvero immortale nomen, & pene diuinos honores his rationibus plerosque adeptos intueri nobis licet, propterea quod in austria, & foelicitate ingenii freti, optimarum artium inuectores, aut exultores cum extitissent, suorum laborum, ac industriae fructus ad posteritatis utilitatem literis, & memoriae prodiderunt: Taceo Theologos, Iuriconsultos, Oratores, Rhethoras, reliquosque scriptores, quorum laus nunquam emori poterit. Testes sunt hi tui commentarii solidae tuae eruditionis, & quantum in iure, tum Pontificio, tum Caesareo, tu in causis forensibus fueris versatus. O foelices Aruernos, qui tantum virum exceperint, foeliciores, quod ab eo tantis beneficiis affecti sint. Antea pragmatici, litu fautores leges suas modo in hac parte torquebat, modo in altera parte retorquebat: ita ut nulli tutu esset certo loco pedem figere: Nunc a te his caluiniis itum est obuia, occursum est futuris controuersis, veros & consulendi & iudicandi fontes reuerati. Vnde Aruenis e caelo missus esse videris, illis nimiru tua domus deinceps futura est oraculu, non aliter quam olim apud Romanos domus fuerit Sequoae. Illis tua respõsa sunt futura certiora, quam olim in Aduis Delphicis fuerint sortis Delphicae. Quapropter Clariss. Iuriconsulte, ego isti tuae foelicitati, qua tantum reipublicae & vniuersae Aruerniae potissimum profuisti, vehementer congratulor, tibi que cum perpetua nominis immortalitate, quam tua singulari virtute iam adeptus es, integram & perpetuam valetudinem precor. Parisiis. 15. Cal. Septemb. 1548. Valc.

EPISTOLA DO. ANTONII DV LAC, IURIS VTRIVSQUE

doctõris, & in supremo senatu Parisiorum aduocati,
Ad Lectorem.



Berrimus horum comentariorum (lector candide) in cõsuetudines Aruerniae fructus, quem intelligo ex accurata diligentiq; horu lectione Aruernos percepturos, impellit me iure optimo, ut summopere ob id congratuler vniuersae Aruernorum reipublicae, camque tam foelicem & fortunata iudice, quam Romanoru, q cu incerto iure, nullaque perlata lege vteretur, ab Atheniensibus leges duodecim tabularum acceperunt. Neque enim prodierunt a vulgari quodam homine, & mediocriter in casuarum definitionibus exercitato: sed ab eo qui reru vfo calentissimus sit, quine ad omnes dignitatis gradus in summa Allobrogum republica cum splendore aliquando euectus fuerit: is autem est (quem honoris causa nomino) Aymo Publitiu iuriconsultissimus, qui, ut penitus tibi notus sit, primò in causis communibus agendis apud Allobroges, tam facundè & probe se gessit, ut a principe aduocatus fisci electus fuerit. Deinde in principis supremum consiliu accitus, tandem eiusdem consiliu praeses omnium suffragio renutiatus est. In quo quidem honoris gradu arduas & negotiosas principis legationes, nunc apud pontificem, nunc apud regem, aliõsque Europae principes summa cum maiestate obiuit. Quae dignitatum functiones, qui fieri potest quin eum & expertu, & politicae administra-

tionis peritissimum, ac proinde harum consuetudinum interpretem & aptiore & vtiliorem effecerint? Sed cum dignitatis & reipublicae administratio inuidiosa & periculosa sit, ac plerunque plus incommodi aut inuidiae quam ornamenti adferat: factum est improborum calumnia ut iam quinquennio a propriis sedibus abfit. Quod quidem (hoc enim silentio praetermittere non possum) in Aruerniae finibus, non quidem fracto animo transegit: sed ita constati, ut cum vxore, cum liberis & familia, quibus tamen semper caruit, agere videretur, adeo ut pristinae dignitatis faciem omni tempore retinuerit. At cum natura eum ea lege edidisset, ut non sibi, sed reipub. prodesse, quod quidem ab ea aetate qua iudicio ver cepit, ab eo praestitum est, non potuit sui esse dissimilis, siueque naturae seminaria & igniculos non sequi. Itaque totus in id incubuit, ut cum suis prodesse non posset, Aruernis, licet illi exteris, vtilis esset: quos inter cetera variis & ingeniosis responsis in multis controuersis tranquillos & vnanimes reddidit: tot enim lites sub ortas inter nobiles & infimos sua consulendi prudentia diremit. Tantum enim ab Aruernis auctoritatis ei tributum est, ut quicquid ille definiat, ab iisdem tanquam lex obseruaretur: & adhuc hodierno die apud eos agens eandem auctoritatem retinet, quam summa prudentia, ingenii perspicacitate, & admirabili rerum experientia (eos enim tantum suspiciunt Aruerni) apud eos sibi comparant. At cum vir ille litium finendarum cup idissimus animo orte-ret variis multiplicisque lites subinde exoriri ex consuetudinum interpretatione, iamque passim forisium negotiorum architectos & veteratores in suam sententiam eas imperite & perniciosè flectere: operæ pretium duxit eas consuetudines his commentariis illustrare. Proinde toto illo quinquennio curricula a singulis pragmaticis & peritissimis Aruernis aduocatis anxie, diligenter & acurate difficultates, quae inde enasci soleant, sciscitatus hos commentarios summo cum labore & animi sollicitudine parturiuit, quos iam in gratiam totius Aruerniae in lucem emittit: in quibus diligenter quidem legendis (dicam enim quod censeo) admiratus sum abditam & absolutam iuris cognitionem, iudicium acerrimum, omni iuris acquirate praeditum, in definiendis iuris questionibus, non quidem scholasticis & insolitis, sed quae in crebro hominum vfo obseruatur. Nouit enim vir expertissimus quid quotidianum sit, & minus frequens. Non parum etiam laudo, quod potissimum est, aptas & commodas in singulos consuetudinum articulos interpretationes, restrictiones & extensiones: in quibus etiam in quo iuri communi conueniam, & in quo discrepant, doctè & perspicue explicat. Quae inter cetera etiam methodo nihil aptius, nihilue comodius inueniri aut excogitari potest. Fructus vero tam copiosus & vtilis ad omnes, praecipue Aruernos, inde emanabit, ut post hac facile intelligent lites, & rariores, & breuiore fore. His enim commentariis multa definiuntur, quae antea incerta & dubia usque adeo circumferantur: ut inde lites & controuersie ingentes emergerent. Quid autem vtilius contingere reipublicae potest, quam ut litium occasio praescindatur? Quapropter cum his commentariis tantum utilitatis Aruerniae praestitum sit, iure optimo eidem congratulandum, horum quoque author omni officiorum genere prosequendus est. Quem tamen certo scio nullum aliud sui laboris praemium expectare, quam ut reipub. se profuisse intelligat, cuius nomine non parum & laudendus & colendus est.

Eiusdem Versus,

Quid foret Aruernis certa pro lege tenendum,
Ante quidem pauca continuere nota.
Sed quia promptus est uariis incurrens sensus,
Quam recta ad proprium uerba referre scapam,
Sen quia calliditas hominum peruertere cuncta
Nonit, & obdacta condere nube diem.
Non fecit breuitas planum quid cuique liceret,
Aut qua res esset quoque gerenda modo.
Sic quod debuerat producere semina pati,
Innumeras lites, iurgia mille tulit.
At deas Aruerni populo nunc accipe quanta
In desperatis consulat arte malis
Aymonem uaria doctrina usque forensi
Instruatum, propria de regione trahit.
De patria meritis summos & adeptus honores

Quaeris distractus, qua ratione fuit
Virtus quae nulli potuit succumbere culpa:
Saepe odys hominum cessit & inuidia,
Ergo ita ad Aruernos Aymo diuinitus alius,
(Quod magis hu opus est) equa & iniqua docet,
Scriptaque quae fuerant patri de rimbis arde,
Vfui exponit, claraque cuncta facit.
Pallas ut emissa pacem restituit oliua,
Sic nihil lites Aymo labore fugat,
Quae laus inde deo, Aymoni quae gratia habenda?
An non Aruernis ita tacuisse nephas?
Si per Iosepham annorum ieiunia septem
Auertisse, deis gloria magna fuit.
Quanta per Aymonem innumeras exingere lites,
Vnde erat asperior mox subitura famas.

De Aruernia, Tetraesticum.

Et belli, pacisque uiros Aruernia profert,
Ut pace, & bello singula quaeque regat.
Protulit innumeros quos uexit ad aetbera uirtus,
Et quorum in terris fama perennis erit.

Index titulorum.

Des adiournemens	Tit. i.	fol. i.
Des iuges & leurs iurisdicions	Tit. ii.	fol. v.
Des sermens	Tit. iii.	fol. x.
Des procureurs	Tit. iiii.	fol. xii.
Des recusations baillées contre les iuges	Tit. v.	fol. xiii.
Des dilations	Tit. vi.	fol. xvi.
Des rennois des causes	Tit. vii.	fol. xviii.
Des obiectz & reproches de tesmoings	Tit. viii.	fol. xxiii.
Des contumaces	Tit. ix.	fol. xxxi.
Des assuremens & sauuegardes	Tit. x.	fol. xxxv.
Des tuteurs	Tit. xi.	fol. xxxviii.
Des successions, testamens & autres dispositions de derniere volunté	Tit. xii.	fol. xlii.
Des mineurs	Tit. xiii.	fol. lxiii.
Des donations dotz, & mariages	Tit. xiiii.	fol. lxvii.
Des associations	Tit. xv.	fol. lxxxii.
Des achaptz, lotz, & ventes	Tit. xvi.	fol. lxxxiiii.
Des prescriptions	Tit. xvii.	fol. xci.
Des obligations, exceptions, solutions, & compensations	Tit. xviii.	fol. xcvi.
Des respitz d'un & cinq ans	Tit. xix.	fol. xcviij.
Des celsions de biens	Tit. xx.	fol. xcix.
Des emphiteoses & louages	Tit. xxi.	fol. ci.
Des fiefz	Tit. xxii.	fol. cx.
De retraict, ou retenue	Tit. xxiii.	fol. cxxii.
Des executions, ventes & subhastations	Tit. xxiiii.	fol. cxxix.
Des tailles, guetz, & autres seruitudes	Tit. xxv.	fol. cxlii.
Des espaues	Tit. xxvi.	fol. cxlix.
De la condition de mainmorte	Tit. xxvii.	fol. clii.
Des pasturages & dommage de bestail	Tit. xxviii.	fol. cliiii.
Des iniures, crimes & delictz publics & priuez, confiscations & peine d'iceulx	Tit. xxix.	fol. clxx.
Des appellations.	Tit. xxx.	fol. clxxvi.
D'assiete de rente	Tit. xxxi.	fol. clxxix.

Index alphabeticus eorum ferè quæ cōtinentur in his commentariis : cuius ea est ratio, vt primi numeri nota titulum, secundi articulum, tertii numerum, quarti verò folium indicet.



Absentia quæ sit probabilis, quæ necessaria, & quot modis quis dicatur absens, tit. 22. art. 29. nu. 3. fo. 118.

Absentia affectata nõ excusat, nec iniuriam affectatæ ad repellendum testem profunt, tit. 22. art. 4. nume. 5. & 6. fol. 111.

Absens in criminalibus quemadmodum damnari potest iure communi, & quid secundum regias constitutiones, & quæ pena veniat imponenda, tit. 9. art. 4. nume. 2. 3. 4. fo. 32.

Absens ex solis informationibus quando possit damnari, tit. 9. art. 4. nu. 3. & 7. fo. 32.

Acceptio personarum quando à iudice haberi possit, siue in civilibus, siue in criminalibus, tit. 6. art. 2. nu. 14. 15. 16. 17. fo. 17.

Accusatore desistente ab accusatione, vtrum iudex ex officio persequi possit, & an actio iniuriarum competens parti fisco competat, tit. 29. art. 7. nu. 5. 6. & 7. fo. 164.

Accusator non probans accusationem an priuatur pena talionis, tit. 29. art. 13. nu. 2. fo. 165.

Acquirens fundum cum pacto de retrouendendo, & postea alienans, quomodo cōueniatur, tit. 16. art. 17. nume. 2. 3. & 4. fo. 89.

Acquisita illicitè an obueniant heredi, an fisco deferantur, tit. 29. art. 2. nume. 13. fo. 161.

Acta quæ dicantur, & quid actorum appellatione cōtineatur, & quomodo acta iudicii probari debeant, tit. 14. art. 25. nume. 2. 3. 4. 5. fo. 135.

Acta iudicii per quos scribi debeant, & apud quos seruari, tit. 13. art. 1. nume. 14. fo. 65.

Actio personalis non transit contra singularem successorem, tit. 21. art. 7. nume. 2. fo. 104.

Actio iniuriarum ei competit qui iniuria affectus est, & vtrum ei an fisco pena addicatur, tit. 29. art. 7. nume. 5. & 6. fo. 164.

Actiones quando ascribantur inter mobilia, & quando inter immobilia, tit. 14. art. 21. nu. 11. fo. 74.

Actus in dubio debet in meliorem partem capi, tit. 2. art. 6. nume. 5. fo. 7.

Actus iudicialis non dicitur vim inferre, ideo cōtra iudicem non competit interdictum vnde vi, tit. 2. art. 1. nume. 7. fo. 5.

Actus iudiciales siue extrajudiciales vtrum simul concurrant, tit. 2. art. 25. nume. 2. fo. 134.

Actus non seruatis solemnitatibus factus, est nullus, cui etiam iurato quis stare non cogitur, tit. 24. art. 35. nume. 1. 2. 3. 4. 5. fo. 137. & an obliget agentem, ibidem, nume. 7.

Actus quando dicantur coniuncti, quando separati, & quis effectus, tit. 14. art. 27. nume. 4. 5. 6. fo. 76.

Actus mixtus indicatur à digniori, tit. 23. art. 30.

nume. 3. & 4. fo. 128.

Actus vt valeat requiritur potestas, & voluntas agentis, tit. 13. art. 2. nume. 7. fo. 66.

Actus quando dicatur nullus, & quid inde sequi possit, tit. 16. art. 1. nume. 5. 6. fo. 85.

Actus debet fieri expensis eius qui actum fieri postulat, tit. 7. art. 7. nume. 5. fo. 22.

Administrator quicumque tenetur inuentarium facere, & rationes reddere, tit. 11. art. 6. num. 2. & 3. folio. 41.

Aduocatus ratione sui officii quando colloqui potest cum excommunicato, tit. 8. art. 4. nume. 17. folio. 25.

Adulterium quomodo probetur, tit. 22. art. 18. nume. 17. & 20. fo. 114.

Aequitatis seruandæ maxima ratio, tit. 12. art. 31. nume. 1. fo. 54.

Aestimatio damni dati personis vel rebus: qualiter fieri debeat, tit. 28. art. 13. nu. 3. fo. 157.

Affectus quando puniatur licet non sequatur effectus, tit. 2. art. 6. nu. 10. & 11. fo. 7.

Agere quando quis inuitus cogatur, & quando agi possit l. diffamari. C. de ingen. & manu, tit. 22. art. 2. nume. 5. 6. & 7. fo. 110.

Agnati qui dicantur, & qui cognati, tit. 12. art. 4. nu. 5. 6. & 7. fo. 46.

Agnationis & cognationis hodie ab intestato est sublata differentia, tit. 14. art. 42. nu. 9. fo. 80.

Agriculturæ laus, tit. 27. art. 6. nu. 2. fo. 146.

Alienatio rerum immobilium minoris requirit subhastationes, & reliquas solemnitates ritè interuenisse, nec creditur notario in instrumento asserenti eas interuenisse, tit. 13. art. 2. nu. 14. 15. 16. 20. fo. 45.

Alienatio dicitur omnis actus per quem dominium transfertur, tit. 2. art. 1. nu. 25. 26. 27. fo. 110.

Alienatio quot modis fiat in fraudem, & quibus casibus fraus presumatur, siue in causa onerosa, siue lucratiua, tit. 20. art. 2. nu. 3. 4. 5. 6. & sequet. fo. 100.

Alienationis prohibitio quando impediatur dominii translationem, tit. 15. art. 4. nu. 3. 4. fo. 84.

Alienatis fructibus percipiendis in perpetuum super fundo, an fructus assignati debeantur à singulari successore, tit. 16. art. 20. nu. 2. 3. 4. fo. 90.

Alienatio fundi dotalis interueniente & consensu coniugum & iureiurando an valeat, tit. 14. art. 3. nume. 2. & 3. fo. 68.

Alimentorum appellatione quid contineatur, quibus, & à quibus ex necessitate sanguinis, & vbi ea prestari debent, & quando, & cum ex testamento debentur, tit. 14. art. 7. nume. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. folio. 70.

Alimentorum & dotis causæ summam discuti debent, tit. 19. art. 3. nu. 2. fo. 99.

Alternatiuarum natura, & quid est electio creditoris vel debitoris, tit. 14. art. 4. nu. 2. fo. 69.

Alexandria ciuitas ducatus Mediolanensis, tit. 17. art. 18. nu. 16. fo. 96.

Amicus æquiparatur coniuncto. tit. 15. arti. 1. nu. 22. folio. 83.
Animal pascens in fundo alieno capi potest, & dari pro noxa, & quid si casu fortuito animal pascens reperitur, tit. 28. art. 1. nu. 5. 6. 7. 8. fol. 154.
Animal pascens in fundo alieno an à domino fundi pro damno possit retineri, tit. 28. art. 13. nu. 3. folio. 157.
Animus delinquendi quo modo præsumatur, tit. 29. arti. 1. nu. 5. fo. 160.
Annotatio bonorum quando fieri possit. tit. 9. art. 4. nu. 6. fo. 32.
Appellans temerè qualiter mulctetur, & cui multa applicetur, & quis bona fide dicatur appellans, tit. 30. art. 1. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. fo. 166.
Appellanti ad prosequendam appellationem datur annus, & ex causa biennium; & vtrum illud tempus possit prorogari, an arctari per iudicem, & quādo dicatur deserta appellatio, tit. 30. art. 2. nu. 2. 3. 4. 5. & sequ. fo. 166.
Appellatio quando dicatur deserta, & appellatione deserta quod sit officium iudicis, tit. 30. art. 2. nume. 7. 8. & sequ. fo. 166.
Appellanti ad introducendam appellationem datur tempus præfixum. tit. 30. art. 5. nu. 2. fo. 167.
Appellatione deserta quis iudex debet sententiā exequi, & an quadrimestre cōcedatur. tit. 30. art. 7. nume. 5. 6. fo. 167.
Appellare non licet omissio medio, tit. 30. art. 8. nume. 2. fo. eodem.
Appellatio vtrum extinguat an suspendat iudicatum, tit. 24. art. 51. nu. 4. & quando non suspendat, nu. 2. fo. 139.
Appellare apud quem liceat, si iudicis copia haberi non possit, tit. 14. art. 7. nu. 3. fo. 69.
Appellari ab interlocutoria quanuis statuto sit prohibitum, licet tamen ratione incompetentiæ iudicis, tit. 5. arti. 1. nume. 18. fo. 14.
Appellationi infra quod tempus liceat renuntiare, & an renuntiatio sit parti significanda, tit. 30. art. 3. nu. 4. fo. 166.
Appellatio procuratoris quando pro sit parti, tit. 30. art. 16. nume. 2. fo. 169.
Appellans inuito appellato an post tempus poterit appellationi renuntiare, tit. 30. arti. 3. nume. 4. folio 166.
Appellans à denegatione iuris quando admitatur, tit. 30. art. 14. nu. 1. & 2. fo. 168.
Apocha quid sit, & quid antipocha, & qualiter probent, tit. 18. art. 3. nu. 2. 3. 4. 5. 6. fo. 97.
Apocha quo modo fidem faciat, tit. 24. arti. 22. nume. 3. fo. 133.
Arbitrorū species, & quā iurisdictionem arbitri habeant, tit. 5. art. 2. nu. 4. 5. 6. 7. & seq. fo. 14.
Arbitrium iudicis in arbitrariis & pœnatibus quale esse debeat, tit. 2. art. 6. nu. 8. & 9. fo. 7.
Arbitrio iudicis quæ commissa esse dicantur, tit. 14. arti. 40. nu. 3. 4. 5. 6. & seq. fo. 77.
Argumentum a solitis fieri, quando valeat, tit. 3. art. 2. nume. 16. fo. 12.
Argumentum a contrario sensu vtrum valeat, tit. 14. art. 43. nu. 4. fo. 81.
Arma & nomina familiarum trāsēunt in omnes descendentes masculos, tit. 12. art. 51. nu. 23. fo. 62.
Articuli in dubio admittendi, tit. 6. art. 2. nu. 6.

folio. 17.
Ascendentes qualiter succedant descendētibz secundum consuetudinem, & qualiter iure communi, tit. 12. art. 2. nu. 2. fo. 47.
Astrologia quid sit, tit. 29. art. 2. nu. 11. fo. 161.
Atrocitate delicti receditur à regulis iuris communis, tit. 29. art. 3. nu. 8. 9. fo. 163.
Authoritas & consensus differunt, tit. 13. arti. 2. nume. 24. fo. 65.
Authoritas legis & superioris in omni actu citā iurato censetur excepta, tit. 19. art. 1. nume. 7. fo. 98.
Auus paternus & maternus qualiter succedat ne poti ab intestato, tit. 12. art. 7. nu. 1. fo. 47.
Auri & diuitiarum quanta sit potestas, tit. 29. arti. 2. nu. 18. fo. 162.

B.

Banniti nostri temporis comparantur deportatis, tit. 29. art. 2. nu. 2. fo. 160.
Beneficii vacantis possessionem quando liceat adipisci, tit. 12. art. 42. nu. 4. fo. 57.
Beneficium, ne quis conueniatur vltra quā facere possit, quibus competat, tit. 20. art. 3. nume. 4. folio 101.
Beneficium legis vel consuetudinis non nisi petenti cōceditur, tit. 22. art. 28. nu. 9. 10. & 11. fo. 124.
Beneficio renūtians debet post renuntiationem viginti diebus superuiuere, aliās beneficiū dicitur vacare per mortem, tit. 14. art. 26. nu. 9. fo. 75.
Bona aduentitia & paraphernalia quæ dicantur, tit. 14. art. 1. nume. 4. 5. 6. 7. fo. 67.
Bona quando dicantur paterna, & quando materna, tit. 12. art. 4. nu. 3. 4. & 5. fo. 46.
Bona omnia in dubio censentur libera. tit. 17. arti. 19. nume. 2. fo. 96.
Bona damnatorum quando fisco applicentur, tit. 29. art. 2. nu. 7. fo. 161.

C.

Cadat, quid importet, tit. 11. art. 2. nu. 10. fo. 39.
Caducum quādo dicatur legatum, tit. 12. art. 48. nume. 5. fo. 58.
Calor iracundiæ quando, & quibus casibus excuset, tit. 29. art. 7. nume. 2. 3. 4. & 5. fo. 164.
Canonem recipiens, an censetur remississe ius caducitatis, tit. 17. art. 8. nu. 4. fo. 93.
Capitis pœna quæ dicatur, tit. 10. art. 4. nume. 4. folio. 37.
Capi realiter in domo sua vtrum quis possit, & an in nudinis, tit. 24. art. 62. nu. 10. 11. & 12. fo. 141.
Carcer quotuplex est, quādo quis in carcere detinetur, quis dicatur carceris effractor, & alia multa, tit. 10. art. 3. nu. 1. 2. 3. & seq. fo. 36.
Carcere detēti dicuntur miserabiles personæ, & legata illis dicuntur pia, tit. 14. art. 7. nu. 15. & 16. fo. 70.
Carcere detentus corrumpens custodes, vel testes an puniatur, tit. 25. art. 14. nu. 9. fo. 147.
Castrum an quis possit ædificare inuito domino iurisdictionis, tit. 17. art. 9. in fine. fo. 94.
Causarum species, & differentiæ, tit. 6. arti. 1. nume. 21. & art. 3. nu. 2. & 5. fo. 16. & 17.
Causarum cognitio circa tria versatur, tit. 14. art. 7. nu. 23. fol. 70.

Causæ suspicionis quæ sint legitimæ, tit. 5. art. 1. nume. 4. fo. 13.
Causæ sunt exprimendæ quando receditur à regulis iuris communis, tit. 2. art. 7. nu. 2. & 3. fol. 7.
Casus omissus à consuetudine remanet in dispositione iuris, tit. 12. art. 40. nu. 3. fo. 57.
Casus inopinati nulla ratio habetur, tit. 16. art. 21. nume. 8. fo. 91.
Cautionis verbo quando comprehendatur fideiussoris datio, tit. 24. art. 6. nu. 3. 4. 5. fo. 130.
Caueri sibi ab inimico quādo liceat petere, tit. 10. art. 1. nu. 1. & 2. fol. 35.
Cedens bonis indicat bona sua, tit. 20. arti. 2. nume. 17. fol. 100.
Cedens bonis si perueniat ad pinguiorem fortunam, tenetur, deducto ne egeat, satisfacere creditoribus, tit. 20. art. 3. nume. 1. 2. & 3. fol. 101.
Cessione bonorum vtrum possit renuntari, tit. 20. art. 3. num. 7. fol. 101.
Cessio, bonorum an fieri possit per procuratorem, tit. 20. art. 1. nu. 2. 3. & 4. fol. 99.
Cessibilia vtrum sint trāsmissibilia, tit. 21. art. 20. nume. 2. 3. & 4. fol. 108.
Census impositus super certo fundo, an fundum obliget, tit. 31. art. 1. nu. 4. fol. 169.
Census præteriti an debeatur à quocumque successore, tit. 24. art. 4. 2. nu. 2. & 3. fol. 138.
Cessante causa, cessat effectus, tit. 22. art. 32. nu. 3. folio 119.
Citatio est principium iudicii, qua præscriptio interruptitur, perpetuatūque iurisdictioni, qua etiā lis pēdet, ac res efficitur litigiosa, tit. 1. art. 1. nu. 1. 2. 3. 4. & 5. fol. 1.
Citatio an requirat causæ cognitionem, & hodie qualiter fiat, quot sint partes citationis, & an apparitori credatur, tit. 1. art. 1. nu. 9. 10. 11. 13. & 15. folio 1.
Citatio quando dicatur fieri per proclama, & vtrum arctet absentem, & ignorantem, tit. 1. arti. 3. nume. 10. 11. 12. & 14. fol. 2.
Citatio quando triplex requiritur, & quando vna pro tribus sufficiat, tit. 1. art. 5. nu. 7. & 8. fol. 3.
Citari debent in omni actu hi quorum interest, & quādo requiratur citatio, tit. 3. art. 9. nu. 13. 14. 15. & 16. fol. 9.
Citatio personalis in causa ciuili debet continere causam, tit. 4. art. 2. nu. 5. fol. 12.
Citatio quando vim habeat peremptoria, tit. 5. art. 2. nu. 24. fo. 15. & quādo peremptoria fieri possit, tit. 9. art. 2. nu. 6. fol. 32.
Citatio in criminalibus hodie secundum regias constitutiones qualiter fiat, tit. 9. art. 4. nu. 2. fol. 32.
Citatio generalis per proclama quando sufficiat, tit. 12. art. 38. nu. 6. & 7. fol. 56.
Citatio facta domi vel per proclama quando dicatur peruenisse ad notitiā citati, tit. 22. art. 4. nu. 2. folio 111.
Citatio specialis quando desideretur, vel quādo generalis per proclama sufficiat, tit. 24. art. 24. nu. 2. folio 134.
Clericus coram iudice laico quando citari possit, & an pro debito ciuili possit detru di in carcerem, & vtrum bona illius patrimonialia gaudeant priuilegiis clericorum, tit. 1. art. 8. nu. 5. fol. 4.
Clericus de quib⁹ bonis potest disponere, tit. 14.

art. 1. nu. 10. fo. 66.

Collatio beneficii facta à duobus, si non constet de prioritate tēporis, iudicatur ex prærogatiua conferentis, tit. 23. art. 18. nu. 8. fol. 126.
Colonus partarius quis dicatur, tit. 19. artic. 6. nu. 2. fol. 99.
Commentariensis quando puniatur, tit. 29. art. 2. nume. 8. vers. circa 28. fol. 162.
Competentem se quando iudex declaret, tit. 5. art. 1. nume. 15. 16. & 17. fol. 13.
Compensationi quando locus sit, tit. 18. artic. 6. nu. 2. 3. & 4. fol. 98.
Compensans expēsas debet causam exprimere, tit. 6. art. 1. nu. 18. fol. 16.
Communis vsus loquendi est attendendus, tit. 3. art. 2. nume. 4. fol. 11.
Concilium Lateranense fuit celebratum 1189. tit. 17. art. 18. nu. 16. fol. 96.
Confessio iudicialis & extraiudicialis quos effectus habeat, siue ciuilitè agatur siue criminaliter, tit. 5. art. 4. nu. 3. 4. 5. & seq. fol. 20.
Confessio facta coram iudice incompetenti an præiudicet consentienti, tit. 5. arti. 4. nu. 13. fol. 21.
Confessio vtrum possit diuidi, & an pro parte acceptari, tit. 12. art. 50. nu. 8. fol. 61.
Confessio plerumque nocet, tit. 21. art. 21. nu. 10. folio 109.
**Confessio facta spe futuræ numerationis, vtrum ob sit consentienti, & quando excipi potest de non numerata pec. tit. 18. art. 4. nume. 2. 3. 4. & seq. fol. 97.
Confirmatio priuilegiorum quando fidē faciat, tit. 24. art. 48. nume. 3. fol. 139.
Confiscatio seu publicatio bonorum quot modis inducatur, & quibus bona addicantur, tit. 29. art. 2. nu. 5. 6. & 7. fol. 161.
Confiscatio est meri imperii: nō tamen licet iudici habenti merum imperium, nisi in casibus à iure expressis, confiscare, tit. 21. art. 14. num. 1. 2. 3. & 4. folio 105.
Confiscato corpore, hodie bona confiscantur, nec habet locum auth. bona dānatorum. C. de bon. dam. ibidem. num. 7.
Confiscatio quando fiat ipso iure, tit. 29. arti. 2. nume. 7. & 8. fol. 192.
Confiscationi quando locus est, quæ bona deferentur, tit. 22. arti. 19. nume. 8. 9. & seq. fol. 116.
Coniunctus quando admittatur pro cōiuncto, tit. 4. arti. 1. nume. 4. 5. & seq. fol. 12.
Correlatiuorum natura, tit. 24. arti. 7. nume. 4. folio. 131.
Consensus quando præiudicet, tit. 12. arti. 29. nume. 2. & 3. fol. 54.
Consensus omnium quando necessarius sit, & quando maioris partis sufficiat, tit. 2. art. 7. nume. 9. folio 8.
Constitutum qualiter exerceatur, & quando finiat, tit. 12. art. 1. nume. 4. 5. & 6. fol. 42.
Constituti clausula an transferat possessionem, ibidem. num. 12. & 13. fol. 44.
Constitutum an transferat possessionē, quando statuto municipati cautum est, vt realiter apprehēdatur possessio, tit. 21. arti. 2. nume. 13. fol. 102.
Cōstitutio generalis vtrum deroget speciali, & an constitutiones regie derogent consuetudini, tit. 14. arti. 41. nume. 7. & 8. fol. 79.**

Confueta apponi in cōtractibus, & vltimis voluntatibus censentur apposita, quāuis fuerint omiffa, tit. 3. art. 2. nu. 19. fol. 11.

Confuetudo vltimum valeat minuens numerum testium in testamentis introductum à iure ciuili, tit. 12. arti. 48. num. 25. fol. 59.

Confuetudines quæ sunt receptæ ab his qui apud Aruernos iure scripto reguntur, tit. 28. arti. 11. nume. 2. fol. 157.

Confuetudo vt clericus conueniatur coram laico, an valeat, tit. 1. art. 8. nu. 3. 4. & 5. fol. 4.

Confuetudo disponens ne quis testetur vltra quadratē bonorum, etiam ad pias causas, an valeat, tit. 12. art. 16. nume. 2. & 3. fol. 50.

Confuetudo qualiter probanda, tit. 22. artic. 28. nume. 10. fol. 124.

Confuetudo quam interpretationem recipiat à iure communi, tit. 11. arti. 1. nu. 4. & 5. fol. 38.

Confuetudo excludens filias stantibus masculis, qualiter intelligatur, tit. 12. arti. 25. num. 31. fol. 53.

Confuetudo disponēs de sponsa, quomodo intelligatur, tit. 12. art. 37. nu. 3. 4. & 5. fol. 56.

Confuetudine an aliquid possit introduci circa iuramentum, tit. 14. art. 3. nu. 9. fol. 58.

Confuetudine tempus præfixum à lege potest arctari, aut prorogari, tit. 22. art. 28. nu. 7. fol. 118.

Cōfuetudine peccādi aggrauatur delictū, tit. 29. arti. 3. nu. 13. fol. 164.

Contractus iudicantur ab effectu, & quando presumantur simulati, tit. 16. art. 2. nu. 2. 3. 4. & seq. folio 85.

Contractus quādo dicatur nullus, vel vsurarius, tit. 16. art. 18. nu. 2. & 3. fol. 99.

Cōtractus minorū quando valeant, & an firmen tur iureiurando, tit. 13. art. 2. nu. 10. 11. & seq. fol. 64.

Contractus intra quæ tēpora secundum regias cōstitutiones rescindi possint, tit. 13. art. 3. nu. 2. & 3. folio 66.

Contractuum ecclesiæ & minoris differentiæ, tit. 13. art. 3. nume. 5. fol. eodem.

Contrahentibus vtrum liceat se inuicem decipere, tit. 16. art. 18. nume. 5. fol. 99.

Contractus quando dicatur emptio, & quando permutatio interueniente pecunia, tit. 23. artic. 30. nume. 3. fol. 127.

Contradictio verbalis an inducat cōfessoria interdictum, tit. 2. art. 1. nume. 5. fol. 5.

Controuersia quando moueri dicatur, tit. 17. art. 14. nume. 4. fol. 95.

Contumax quis dicatur, & quando appellare possit, tit. 9. art. 1. nume. 3. 4. 5. & seq. fol. 31.

Contumax in delictis iure communi, iure consuetudinario, & secundum regias cōstitutiones, qualiter puniatur, tit. 9. artic. 4. nume. 2. 3. 4. & sequen. folio 32.

Contumax quando habeatur pro confesso, vel pro conuicto, tit. 9. arti. 12. nume. 2. fol. 35.

Custos animalium tam in foro contentioso, quā conscientia, de qua culpa teneatur, & quid in commentariensi, tit. 28. art. 1. nume. 8. fol. 154.

D.

Data temporis regulariter attenduntur, tit. 23. art. 18. nume. 8. fol. 126.

Debitor quis dicatur, tit. 19. 4. art. nu. 3. fol. 99.
Debitor quando de domo sua extrahi potest, tit. 24. art. 62. nume. 10. fol. 141.

Debitor quibus casibus non cogitur ad consignationem debiti, tit. 24. art. 67. nume. 1. fol. 142.

Decimæ non possunt præscribi, quota tamē decimarum præscribitur spacio 30. annorum, & quando ecclesia contra ecclesiam præscribat, tit. 17. art. 18. nume. 2. 3. & seq. fol. 95.

Decreti solēnitatis in alienatione rerum minoris, & quis sit eius effectus, tit. 13. art. 2. nu. 4. 5. & sequ. folio 64.

Delegatus iudex potest recusari, tit. 5. arti. 1. nu. 3. folio 13.

Delegatus debet fidem facere suæ delegationis, tit. 24. art. 22. nume. 26. fol. 134.

Delegatus quando incipit habere iurisdictionē, tit. 30. art. 10. nume. 7. fol. 168.

Delinquens repertus in fragranti delicto, qualiter puniendus, tit. 7. art. 4. nu. 2. 3. & 4. fol. 20.

Delicta quot modis dicantur notoria, & quid sit notorium, tit. 8. art. 5. nu. 32. 33. & 34. fol. 28.

Delictum patris vtrū noceat filio, tit. 22. art. 19. nume. 11. 12. & 13. fol. 116.

Delictum attentatum, sed non consummatum quando puniatur, tit. 29. art. 1. per tot. fol. 159.

Delinquentibus pluribus, vtrum pœna vnus ceteros liberet, tit. 28. art. 8. nume. 3. fol. 165.

Denuntiatio seu protestatio facta procuratori quando noceat domino, tit. 22. art. 4. nume. 7. & 8. folio 111.

Depositarius iudex potest eligere, & an iudex teneatur de culpa depositarii, tit. 26. art. 4. nume. 2. folio 150.

Dilationes hodie omnes sunt arbitrariæ, tit. 1. art. 6. per tot. fol. 3.

Dilationum species, tit. 6. art. 1. fol. 16.

Dilationes ad probandum quot dentur, tit. 6. arti. 2. nume. 1. 2. & 3. fol. 17.

Dilationē pendente conuiescit officium iudicis, tit. 22. art. 27. nume. 3. fol. 118.

Dilationes aliquando dantur officio iudicis, aliquando ad postulationem partis, tit. 6. arti. 2. nu. 13. folio 17.

Diligentia quæ dicatur sufficiens, & qualiter probetur, tit. 17. art. 7. nume. 6. 7. 8. & seq. fol. 93.

Dispositio facta super re principali habet locum in accessoriis, tit. 3. art. 2. nume. 10. fol. 11.

Dispositio omnis ad habilitatem restringitur, tit. 12. art. 1. num. 15. fol. 44.

Disponens quilibet debet esse sana mente, quāuis ægro corpore, tit. 14. art. 26. nume. 8. fol. 75.

Diuisio bonorum inter cohæredes quo pacto fiat, tit. 22. art. 42. nume. 6. fol. 121.

Diuisione facta inter socios an recedatur ab omnibus aliis cōventionibus apposis in societate, tit. 15. art. 2. nume. 2. & 3. fol. 83.

Doctor & miles in quibus æquiparentur, tit. 25. art. 2. nume. 4. fol. 143.

Dolus regulariter non præsumitur, ideo dolum alleganti incumbit onus probandi, tit. 16. artic. 2. nume. 6. fol. 85.

Domestici qui dicantur, tit. 26. artic. 8. nume. 8. & 9. fol. 151.

Domicilium qualiter contrahatur, & mutetur, & an

& an quis possit habere plura, tit. 1. art. 4. nume. 2. 3. & seq. fol. 200.

Domini an possunt esse plures eiusdem rei insolidum, tit. 7. art. 9. nume. 5. fol. 23.

Domini directi commoda, tit. 21. artic. 6. nu. 11. folio 104.

Dominus directus potest retrahere res alienatas emphiteoticas offerendo iustum pretium, tit. 22. artic. 24. nume. 2. & 3. fol. 117.

Dominus directus quādo cogere potest personas ecclesiasticas vt teneant immobilia, tit. 21. art. 13. nume. 3. fol. 105.

Donatio causa mortis magis accedit vltimæ voluntati quā contractus, tit. 12. art. 41. nu. 2. fol. 57.

Donationes inofficiose rerū feudalium an reuocentur, tit. 12. art. 51. nume. 22. fol. 62.

Donatio causa mortis à donatione inter viuos quomodo discernatur, tit. 14. art. 13. nu. 4. fol. 78.

Donatio à iure prohibita an firmetur iureiurando, tit. 14. art. 13. nume. 6. fol. eodem.

Donatio omnium bonorum presentium & futurorum retento vsufructu valet, & in donatione mobiliū & immobiliū an comprehendantur actiones & nomina, tit. 14. arti. 21. nume. 4. & sequ. folio 74.

Donatio facta inter cōiuges, vt superstes succedat p̄morienti stantibus liberis an valeat, tit. 14. art. 26. nume. 2. 3. & seq. fol. 75.

Donationes de cōfuetudine Arueniæ per superuentientiam liberorum non reuocantur, nisi quo ad legitimam, & de intellectu h. si vnquam. C. de reuoc. dona. tit. 14. art. 33. nume. 2. 3. & seq. fol. 77.

Donationes factæ à patribus filiis familiæ, quando valeant, tit. 14. art. 42. nume. 2. 3. & seq. fol. 80.

Donationi inferri potest qualibet conditio & quodcunque grauamen, tit. 16. art. 3. nume. 3. fol. 86.

Donas plus valore vt vulgo fertur rei vendite, an repellatur à remedio h. C. de rescind. vendi. tit. 16. art. 5. nu. 3. & 4. fol. 86.

Donatio facta ob causam, causa non secuta reuocari potest, tit. 14. art. 27. nu. 4. fol. 76.

Donatio qualibet fauore matrimonii secundum consuetudinem, fit irrevocabilis, tit. 14. art. 30. nu. 2. folio 77.

Donationes factæ filiis ob benemerita tria requirunt, tit. 14. arti. 31. nume. 5. fol. 80.

Dos data à patre filia habenti bona aduentitia de quibus bonis, paternis ne, vel aduentitiis censetur constituta, tit. 12. art. 25. nu. 6. fol. 51.

Dote alienata per maritum, vxori cōstante matrimonio, non currit præscriptio, tit. 14. art. 4. nu. 4. folio 69.

Dos constituta ab extraneo, præsumitur donata, tit. 12. art. 25. nu. 8. fo. 52. & an pater cogatur dotare filiam quæ sine suo consensu nupit, nume. 10.

Dotis alienatio etiam cum consensu vxoris est nulla, nec firmatur iureiurando, tit. 14. art. 3. nume. 2. folio 68. & an idem sit in iudicis dotibus, nume. 3.

Dotis privilegia an transeat ad hæredem extraneum, tit. 14. art. 4. nume. 2. fol. 69.

Dotare filiam an mater cogi possit, tit. 14. art. 6. nume. 2. fol. 69.

Dotandi onus cui incumbat auo, an patri, tit. 12. art. 25. nume. 5. fol. 51.

Dos consistens in immobilibus iure communi,

quando alienari possit vel permutari, & quādo bona quæ seruando seruari non possunt, tit. 14. art. 3. nume. 5. & 6. fol. 68.

Dos ratione necessitatis quādo alienari potest, tit. 14. art. 7. nume. 2. & seq. fol. 69.

E.

Ecclesiæ prelati cum alienat res ecclesiæ immobiles, non seruatis solennitatibus, alienatio est nulla, tit. 13. art. 3. nume. 5. fol. 66.

Ecclesiastica personæ quibus casibus tenentur comparere coram iudice laico, & quid de clericis coniugatis, tit. 1. art. 8. nume. 1. & 2. fol. 4.

Emphiteota, vassalli, & censuales quo pacto inter se differant, tit. 2. artic. 1. nume. 4. fol. 5. & tit. 21. arti. 4. nu. 5. fol. 103.

Emphiteota non soluens canonem triennio an priuetur re emphiteotica ipso iure, vel per sententiam, tit. 11. art. 2. nume. 10. 11. & 12. fol. 39.

Emphiteota an possit imponere seruitutem rei emphiteoticæ inuito domino, tit. 17. arti. 17. nu. 2. folio 95.

Emphiteota ecclesiæ vel priuati quando possit moram purgare, tit. 21. artic. 3. nu. 7. 8. & 9. fol. 102.

Emphiteota qualiter impediatur moram purgare, tit. 21. arti. 3. nume. 9. fol. 102.

Emphiteota soluens partem canonis an cadat & priuetur tota emphiteosi, tit. 21. art. 4. nu. 7. fol. 103.

Emphiteota & vassallus an cogantur ad exhibitionē titulorum rei emphiteoticæ, tit. 21. art. 6. nu. 1. 2. & 3. fol. 103.

Emphiteota an possit emphiteosi renuntiare, & quid de vassallo, tit. 21. art. 16. nu. 2. & 3. fol. 107.

Emphiteota an testari possit, tit. 27. arti. 5. nu. 2. folio 152.

Emphiteota hæres partis rei emphiteoticæ pro indiuiso, non soluens canonē, an tota res cadat in commissum, tit. 21. art. 4. nu. 7. fol. 103.

Emphiteota nouus an tenatur soluere reliquias siue areragia census sui authoris, quid iure communi, & quid de consuetudine, tit. 24. art. 42. nume. 3. & 4. fol. 138.

Emphiteosim ecclesia potest acquirere, sed non retinere, quia ecclesia nunquam moritur, tit. 21. art. 12. nume. 5. fol. 105.

Emphiteota scienter negans rem emphiteoticā esse, ea priuatur, tit. 21. art. 6. nume. 2. & 3. fol. 103.

Emphiteosis ecclesiæ vel priuati an transeat ad hæredes extraneos, tit. 21. arti. 14. nu. 14. & sequen. folio 106.

Emphiteosis non potest onerari duplici censu, tit. eodem. art. 4. nume. 1. fol. 103.

Epistola quam fidem faciat, & de eius effectu, remissiuè, tit. 24. art. 22. nume. 10. fol. 133.

Et, copula quā vim habet, tit. 1. art. 4. nu. 7. fol. 2.

Euctio inest de natura contractus translatiu dominiū, tit. 24. art. 28. nu. 6. fol. 137. Quid in vltimis voluntatibus, & in rebus per auctionem venditis, nume. 7.

Examen apum repertum, an efficiatur inuentoris, tit. 26. art. 7. nume. 2. fol. 150.

Exceptiones dilatoriæ & preceptorie quæ dicantur, & quando sunt proponendæ, tit. 9. artic. 7. nume. 9. 10. & seq. fol. 31.

Exceptio ordinis clericalis, licet sit declinatoria fori, potest tamen quandoque opponi, tit. 9. art. 7.

nume. 9. circa finem. fol. eodem.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an locum habeat, tit. 18. art. 3. nu. 7. 8. & seq. fol. 97.

Exceptio opposita contra sententiam quæ requirit altiore indaginem non impedit executionem sententiæ, & ibi quando nullitas sententiæ impediatur executionem, tit. 18. art. 6. nume. 4. 5. & seq. folio. 98.

Exceptiones quæ impediunt executionem sententiæ, vel quæ differunt, tit. 24. art. 2. nu. 21. & 22. folio 134.

Exceptio iurisdictionis quandoque obici potest, tit. 23. art. 32. nume. 4. fol. 128.

Excommunicatio quando, & à quibus actibus repellat excommunicatum, tit. 8. art. 4. nu. 2. & seq. folio 24.

Excommunicatus post annum qualiter iure canonico & ciuili puniatur, titu. 29. artic. 2. nume. 18. vers. 66. fol. 162.

Exheredari quibus ex causis filius possit, ti. 22. art. 18. nume. 50. fol. 115.

Exhereditatio an fieri possit in testamento condito secundum consuetudinem, tit. 12. art. 40. nu. 3. folio 57.

Executor quis dicatur merus, & quis mixtus, quo modo sit illi parendum, & quando liceat resistere, & quando executori credatur, titu. 24. arti. 7. nume. 6. 7. & 8. & seq. fol. 131.

Executori partibus intercedentibus quando ulterius progredi liceat, ti. 24. ar. 10. nu. 2. & 3. fo. 132.

Executori non exhibenti mandatum seu commissionem, an sit credendum, & an actus valeat executoris exemplo mandati petito, & nõ dato, tit. 24. art. 22. nume. 26. & seq. fol. 134.

Executionis solennitas, de qua in l. a diuo pio. §. si super. ff. de re iud. vtrum sit de substantia iure communi, & quid de consuetudine, tit. 24. artic. 1. nu. 7. & 8. fol. 129.

Executio sententiæ vtrum fieri possit parte non citata, tit. 24. art. 22. nume. 22. fol. 134.

Executio in bonis mobilibus non fit ordine iuris communis seruato, tit. 24. art. 46. nu. 3. fol. 139.

Executio qualiter fiat in bonis debitoris, & qualiter in bonis fideiussores, ti. 24. ar. 59. nu. 3. fo. 140.

Executione qui cepit in subhastatione rerum immobilium cogitur absolueret, tit. 24. arti. 65. nu. 2. folio 141.

Expensæ in omnibus interlocutoriis an debeant adiudicari parti, & an in condemnatione expensarum veniat interesse, tit. 5. arti. 2. nume. 11. & 19. fol. 15.

Extraneus dotas mulierem adiicit quæ vult pacta, tit. 12. art. 28. nu. 2. fol. 53.

Extensio quando fieri possit, tit. 11. arti. 5. nu. 11. folio 41.

F.

Facultatis meræ iura quæ præscribantur, ti. 17. art. 9. nume. 8. fol. 94.

Falsam monetam eudens incidit in crimen læsæ maiestatis: & cuius iudicis notio est, tit. 29. art. 2. nume. 18. & 19. fol. 163.

Falsi crimine qualiter puniatur, ti. 29. ar. 2. n. 5. f. 46

Fellonia vnde dicta, & quot modis committatur, vt vassallus feudo priuetur, tit. 2. art. 18. nu. 2. 3. & sequen. fol. 115.

Fellonia qualiter pbari debeat, ibid. n. 54. fo. 116.

Fellonia commissæ, feudum domo in feudi additur, ex alio crimine si bona vassalli confiscetur, feudum applicatur domino iurisdictionis, tit. 2. ar. 19. nume. 2. & seq. fol. 116.

Femina nupta an sit in potestate mariti, ti. 14. ar. 1. nu. 1. fol. 67.

Feriæ statuto an induci possint, an abrogari, & an illis renutiari possit, ti. 22. ar. 14. nu. 2. 3. & 4. fo. 132

Feudorum diuisiones, tit. 22. art. 1. nu. 2. fol. 109.

Feudum ecclesiasticum an comprehendatur in generali confiscatione facta per iudicem laicum, ibidem. artic. 19. nume. 9. fol. 116.

Feudo alienato an debeantur laudimia, ibidem, art. 17. nume. 3. fol. 113.

Feudum quando committitur vtrum priori, an posteriori domino habenti feudum à priore, deferatur, ibidem, ar. 19. nu. 15. & 16. fol. 116.

Feudo aut parte feudi alienata ius directi domini remanet in toto feudo integrum, & in qualibet parte, tit. 22. art. 35. nu. 2. fol. 120.

Feudo alienato, aut diuiso cum consensu domini, præstatio iuris efficitur diuidua, tit. 22. artic. 41. nume. 2. fol. 120.

Feudo quecunque pacta apponi possunt, ibidem, art. 12. nume. 3. fol. 112.

Feudum an diuidi possit, ar. 38. nu. 4. & 5. fo. 120.

Feudo quando succedat dominus, & de inuestitura vassalli, tit. 22. ar. 1. nu. 28. & seq. fol. 110.

Feudatarius an teneatur ad fidelitatem præstandam ante interpellationem, ibid. ar. 46. nu. 3. fol. 121.

Fidelitas qualiter præstari debeat domino ratione feudi, vel habitationis, & ad quæ est obstrictus feudatarius, ibidem, arti. 4. nu. 9. 10. & seq. fol. 111.

Fidelitas an præstari debeat domino ratione rerum immobiliu, si feudatarius alibi foueat larem, ibidem, nume. 13.

Fidelitas præstari possit per procuratorem, ibid. ar. 26. nu. 2. 3. 4. fol. 117. & vtrum per minorem vel per tutorem aut curatorem, ibid. ar. 28. nu. 2. 3. & 4. fo. 118.

Filia exclusæ statuto, vel renuntiatione ab hereditate patris intestati, admittatur ex testamento, tit. 12. art. 14. nume. 4. fol. 49.

Filia quæ superstitibus patre & matre, aut auo & matre nubit, an excludatur omnimodo stantibus masculis, & an renutiâs possit postea restitui, tit. 12. arti. 25. nu. 2. 3. & seq. fol. 52.

Filia post mortem patris, renuntians fratri, quædo sibi præiudicet & quædo læsa restituatur, ibidem, nume. 23. fol. 52.

Filia exclusæ facit numerum in computatione legitime, tit. 12. art. 32. nume. 2. & 3. fol. 54.

Filia exclusæ per consuetudinem à successione statutis masculis excluditur à legitima, & à supplemento legitime, ibidem, arti. 35. num. 1. & 2. fol. 55.

Filia nubens impari conditione aut moribus sine consensu patris, an petere possit dotem, titu. 12. arti. 25. nume. 10. fol. 52.

Filiorum appellatione vtrum veniant naturales tantum, & an legitimi tantum, tit. 24. arti. 2. nu. 14.

Filiusfamilias an & quando obligari possit, & quando stare in iudicio sine consensu patris, vtrum possit testari, & mortis causa donare, & an conuici in carcerem, tit. 1. art. 7. nu. 2. 3. & seq. fol. 3.

Filiusfamilias certis casibus habere potest bonorum aduentitiorum administrationem, ti. 14. ar. 1. nu. 8. fo. 67.

Forma

Forma data à lege, statuto, aut consuetudine si non obseruetur, redditur contractus nullus, titu. 13. artic. 3. nume. 7. folio 66.

Forenses qui dicantur, & vtrum ratione contractus vel solutionis certo loco destinata, quis sortiatur forum, titu. 24. art. 71. num. 2. & sequen. fol. 142.

Fori declinatoria proposita, de ea ante omnia est iudicandum, tit. 5. art. 1. num. 16. fol. 13.

Fraus quædo dicatur fieri legi, aut statuto, aut consuetudini: & de contractibus, ac alienationibus factis in fraudem, tit. 16. art. 2. num. 8. & seq. fol. 85.

Fraus committitur multis modis, ti. 20. art. 2. nu. 3. & seq. fol. 100. Et ibi quibus ex causis præsumatur.

Fructus bonorum parafernalium qualiter sunt restituendi: & qui dicuntur fructus naturales, & qui industriales, remissiue, tit. 14. art. 1. num. 7. fol. 67.

Fructus quando incipiant deberi, cum sit privatio ipso iure, vel dum requiritur sententia, tit. 11. arti. 2. nu. 11. folio 39.

Fructus bonorum fisco addictorum vtrum debeantur à die delicti commisi, vel litis motæ, an sententiæ, ti. 22. art. 3. nume. 2. 3. fol. 110.

Fructus iurisdictionis an sint diuidui, cum ipsa iurisdictione sit indiuidua, tit. 25. art. 11. nume. 2. fol. 146.

Fur quis dicatur, & quæ sit poena furci, tit. 8. arti. 5. nume. 5. fol. 26.

Furcarum erectio est index iurisdictionis, titu. 28. art. 7. nume. 2. fol. 154.

G.

Geminati actus quis sit effectus, ti. 7. ar. 7. n. 2. f. 22. Generalis dispositio ad habilitatem restringitur, tit. 12. art. 1. nume. 15. fol. 44.

Generalis dispositio quædo comprehendat casus speciales vel illis derogat, ti. 12. ar. 35. nu. 2. 3. & seq. fol. 55.

Gerundii natura & vis, tit. 16. art. 21. nu. 10. fol. 90.

H.

Hæredi in causa testati, vel intestati quæ remedia competant, tit. 12. art. 1. nume. 9. & 10. fol. 43.

Hæres grauari potest deferens cognomen & insignia testantis, tit. 12. art. 51. nume. 24. & 25. fol. 62.

Hæres nominatim debet repudiare hereditatem, tit. eodem, art. 54. nume. 2. & 3. fol. 63.

Hæredi cuiuslibet, liberum est repudiare hereditatem, tit. 15. art. 7. nume. 2. fol. 84.

Hæres debitoris qualiter in mora constituatur, tit. 24. artic. 1. nume. 10. fol. 129.

Hæres eadem persona censetur cum defuncto, quædo mitius agatur cum defuncto, quàm cum hærede, & contra, tit. 24. art. 44. nu. 2. 3. & 4. fol. 138.

Hæredis nomen in inuestitura feudi, vel in emphiteosi qualiter verificetur, ti. 21. ar. 14. n. 12. & 13. fo. 106

Hæreditas adita an sit hæreditas, tit. 12. art. 4. nu. 3. folio 46.

Hæreditas non delata, acceptari aut repudiari non potest, tit. 14. art. 34. nume. 2. & 3. fol. 77.

Hæreticus qualiter puniatur, & quando bona hæretici fisco deferantur, tit. 29. art. 2. nume. 4. vers. circa decimum, fol. 161.

Hypothecaria actione vtrum agi possit contra tertium possessorem, tit. 24. art. 2. nu. 2. fol. 130.

Hypothecæ ius est indiuiduum, tit. eodem, arti. 3. nume. 3. & 4. fol. eodem.

Hypotheca posterior aliquando priori præfertur, & ratione dotis mulier habet hypothecæ ius in bonis mariti, tit. 24. art. 43. nume. 3. fol. 138.

Hypothecæ ius non habet locum in bonis mobilibus, sed locus est præuentioni, tit. 24. art. 52. & 53. per tot. fol. 139.

Homicida quæ poena infligi debet, tit. 29. artic. 1. nume. 5. fol. 160.

Hora vnica inducit prioritatem temporis, tit. 23. art. 18. nume. 3. fol. 125.

Hospes donec soluerit à domino hospitii an fisci possit remissiue, tit. 24. art. 62. nume. 12. fol. 141.

I.

Ignorantia siue in facto proprio, siue in facto alieno qualiter admittatur, & an recipiat probationem in contrarium, tit. 9. art. 1. nume. 10. & 11. fol. 31.

Ignoranti quædo currat tempus præfixum ad aliquid agendum, tit. 21. art. 1. nume. 16. fol. 102.

Ignorantia iuris an & quando excuset, tit. 26. ar. 8. nume. 23. & 24. fol. 152.

Ignorantia notarii an contrahentibus præiudicet, tit. 12. art. 1. nume. 14. fol. 44.

Ignorantiam allegare nõ licet eorum, quæ publicitus & per proclamata fiunt, tit. 24. ar. 24. nu. 5. fo. 134.

Immobilia semper coherant territorio, mobilia vero personæ, tit. 28. art. 10. nume. 2. fol. 146.

Imperator electus ante coronationem an habeat administrationem iurium imperialium, tit. 11. arti. 12. nume. 2. fol. 42.

Implementum in contractibus vltro citroq; obligatorius constituit eum qui non impleuit in mora, tit. 16. art. 21. nume. 11. fol. 90.

Incapaces liberi ad succedendum an faciunt numerum in computatione legitime, tit. 12. ar. 32. nu. 2. & 3. fo. 54.

Incertitudo quid sit, & in quibus noceat, ti. 21. ar. 2. nume. 2. 3. & seq. fol. 101.

Incontinenti & in promptu quid fieri dicatur, tit. 3. art. 1. nume. 11. 12. & 13. fol. 10.

Indiciorum species, & potestas, ti. 9. art. 4. nu. 10. & seq. fol. 32.

Induciæ ad soluendum vulgo annualia, & quinquennialia, rescripta moratoria, à quibus impetrantur, & quibus concedantur, tit. 19. art. 1. nu. 1. 2. 3. & seq. fol. 98. & in insinuatione vulgo enterinatione, qui vocandi, art. 2. per tot. fol. 99.

Infamia quædam iuris, quædam facti, & quæ testem repellat, tit. 8. art. 5. nume. 7. & seq. fol. 27.

Infamis est qui super crimine paciscitur, vel qui crimen confessus est, tit. 8. art. 5. nu. 27. 28. & 29. fol. 28.

Infamis quis non censetur ante sententiâ, tit. 8. art. 5. nume. 15. fol. 27.

Infirmas quæ dicatur grauis, vel leuis, & qualiter probetur, tit. 14. art. 36. nu. 5. fo. 78. & ti. 22. ar. 29. n. 2. f. 124.

Inimicitia quæ sint quæ repellant testem, ti. 8. ar. 5. nume. 69. fol. 29.

Inimicitia quas quis exercuit cum occiso, de cuius occisione non constat, an sufficiat vt de eo inquiretur, quæstio habeatur, & condemnetur, tit. 10. art. 6. nu. 3. folio 37.

Innocentia præsumpti delicti qualiter probetur, tit. 10. ar. 6. nu. 6. & 7. fol. 38.

Iniuria quando dicatur illata contemplatione alterius, tit. 5. artic. 2. nu. 33. fol. 15.

Iniuria verbo illata qualiter puniatur, & quæ dicatur atrox iniuria, & quæ actio iniuriam passo cõpetat, tit. 29. art. 7. nume. 2. 5. 6. & 8. fol. 164.

Iniuriarum actio quo tempore præscribatur, & an transeat in hæredem, tit. 29. art. 8. nu. 1. & 2. fo. 165.

b

Iniurians prætextu iracundiæ an excusetur, tit. eodem, art. 7. nu. 3. fol. 16. 4.
 Innuatio quid sit, quare introducta, coram quo iudice fieri debet, quæ tamē de cōsuetudine Arueniæ in donationibus nō requiritur, secus per constitutiones regias: & an constitutiones regiæ derogent cōsuetudini, tit. 14. art. 41. per tot. fol. 79.
 Institutionis titulo pater nō cogitur hodie liberis prospicere, tit. 12. art. 48. nu. 2. 3. & 4. fol. 58.
 Instituto in testamento, aliās succedēti ab intestato quid agendū, tit. 12. art. 50. nu. 2. 3. & 4. fol. 61.
 Instrumentum per quot testes reprobari possit, tit. 12. art. 48. nume. 23. & 24. fol. 58.
 Instrumentum publicū quando habeat executionē paratam, tit. 24. art. 22. nu. 13. 14. & 15. fol. 133.
 Instrumentum garentigiatum habet executionem paratam, & coram quo iudice peti potest executio, tit. & art. eodem, nume. 17. fol. 134.
 Instrumentum producens an fateatur omnia contenta in instrumento, tit. 12. art. 50. nu. 7. fol. 61.
 Instrumenti exemplum an dari debeat parti, tit. 21. artic. 13. nume. 3. fol. 105.
 Interdictum vti possidetis, & vnde vi, quando competant, tit. 2. art. 1. nume. 5. & 7. fol. 5.
 Interdictum vnde vi. in beneficialibus quādo cōpetat, & quæ cōtra illud exceptiones proponi possunt, tit. 2. art. 3. nume. 11. 12. 13. & seq. fol. 6.
 Interesse an, & quādo ex cōuentione promitti potest, & peti, tit. 23. art. 11. nu. 4. 5. & seq. fol. 124.
 Interesse qualiter est estimandum quotiens in sententia certum non est limitatum à iudice, tit. 5. art. 2. nume. 20. fol. 15.
 Interpellatio vtrum necessaria sit, vt debitor constituatur in mora, & quis sit effectus interpellationis, tit. 24. art. 1. nume. 2. 3. & seq. fol. 129.
 Interlocutoria sententia quando possit per iudicē reuocari, & an pars citari debet, tit. 24. ar. 34. n. 3. f. 136.
 Inuentarium, ne quis teneatur vltra vires hereditarias, quo tēpore fieri debet, tit. 6. ar. 4. nu. 3. & 4. fo. 18.
 Inuentarium an confici debeat iudice præsentē, & an requiratur interpositio decreti, tit. 11. ar. 7. nume. 3. folio 41.
 Inuentor alicuius rei alienę an vsurapiat, tit. 26. art. 6. nume. 5. & 6. fo. 150.
 Inuestitura à quibus, & intra quod tēpus peti debet, tit. 22. art. 1. nume. 29. 30. fol. 110.
 Inuestitura feudi in quo loco peti debet, tit. 22. art. 25. nume. 2. & 3. fol. 117.
 Iudicis officium in arbitrariis quod esse debet, tit. 2. art. 6. nu. 9. fo. 7.
 Iudex in causā ciuili quando potest citare persona liter, tit. 4. art. 2. nu. 3. 4. & 5. fol. 12.
 Iudex quanuis sit in principali causā incompetēs, tamen in accessoriis poterit esse competens, tit. 5. ar. 1. nume. 15. & seq. fol. 13.
 Iudicis officium quod sit circa multa, de quibus remissiuē, & vtrum iudex debet illud non petum impartiri, & an de facto supplere possit, tit. 7. ar. 2. per tot. folio 19.
 Iudex sine causā inquirens, vel sine causā aliquem conuiciens in carcerem, in expensis condemnari debet, tit. 7. art. 5. nume. 3. fol. 18.
 Iudicis officium in interrogandis testibus, & quæ testibus fides adhibenda, tit. 10. art. 1. nu. 11. 12. & seq. folio 35.

Iudex ratione industriæ personarū aliquando recedit à regulis communibus, tit. 10. art. 1. nu. 10. fol. 35.
 Iudicis officium quod sit quoties iura partium sunt obscura, & sunt contrariæ doctorum sententiæ, tit. 2. art. 8. nume. 17. 18. & 19. fol. 9.
 Iudici aliquid affirmanti quādo credendū sit, tit. 13. art. 2. nume. 9. & 11. fol. 65.
 Iudex perperam interponēs decretū in alienatione rerū minoris an faciat litē suā, tit. 13. ar. 2. nu. 23. fo. 65.
 Iudici in multis quādo credatur, tit. 23. art. 8. nu. 2. 3. & seq. fol. 123.
 Iudex quot modis dicatur competens, tit. 23. art. 32. nume. 2. fol. 128.
 Iudex an & quā potest recedere à regulis cōmuni- bus, & quādo ex causā potest augere vel minuere pœnam impositam à consuetudine, vel à lege, tit. 29. art. 3. nume. 9. 10. & seq. fol. 163.
 Iudex quod lucrum à litigantibus consequi potest, & de iudicium insatiabili auaritia, tit. 29. art. 2. nume. 9. ver. circa nonum casum. fufius, nume. 18. ver. sexagesimus nonus, fol. 161. & 162.
 Iudicium quando dicatur ciuile, & quando criminale, & quando mixtum, tit. 4. art. 2. nu. 12. fol. 13.
 Iurisdictio iudicis certis limitibus includitur, tit. 1. art. 3. nu. 6. 7. & 8. fol. 2. & tit. 28. art. 1. nu. 2. fol. 154.
 Iurisdictio tā in causis ciuilibus quā in criminalibus an possit prorogari, tit. 7. art. 1. nume. 8. fol. 18.
 Iusurandum quādo & in quibus causis in supplementū probationis deferatur, tit. 6. ar. 1. nu. 24. fo. 16.
 Iusurandum quando acceptari potest, & quando referri, tit. 3. art. 1. nu. 9. 10. & seq. fol. 10.
 Iusuradū an representet maiorem eum qui re ipsa minor est, tit. 11. art. 4. nume. 5. fol. 39.
 Iusuradū quodcūq; seruadū, tit. 14. ar. 3. n. 10. f. 69.
 Iusurandum regulatur secundum naturam principalis contractus, tit. 18. art. 3. nu. 7. & 8. fol. 97.
 Iusurandi effectus, & an iureiurando confirmetur contractus inualidi, tit. 12. art. 25. nu. 25. fol. 53.
 Iurare an cogatur is qui plenē probauit, tit. 23. art. 32. nume. 9. fol. 128.
 L
 Lata culpa non æquiparatur dolo vbi agitur de pœna corporali, tit. 19. art. 1. nu. 5. fol. 160.
 Latro quis dicatur, tit. 8. art. 5. nu. 5. fol. 26.
 Laudimia quæ sint, & an debeantur ex contractu nullo, tit. 16. art. 1. nume. 3. 4. & 5. fol. 85.
 Laudimia iure cōmuni an debeantur de rebus donatis, tit. 16. art. 3. nu. 2. fol. 86.
 Laudimia vtrum debeantur in alienatione rei emphiteotica, & in donationibus in solum siue voluntariis siue necessariis, & an in renuntiationibus factis inter fratres, tit. 16. art. 6. nu. 2. 3. 4. 5. & 6. fol. 80.
 Laudimia debentur quādo alienatio fit via subhastationū & iudicis decreto, tit. 16. art. 8. nu. 2. fol. 81.
 Laudimia an debeantur de rebus traditis loco, dotis numeratæ, tit. eodem, art. 16. nu. 3. fol. 88.
 Laudimia an debeantur ratione alienationis à qua cōtrahentes discesserunt, tit. 23. ar. 20. n. 3. & 4. fo. 126.
 Laudimia debentur quādo suppletur iustū pretiū, tit. 16. art. 4. nume. 3. fol. 86.
 Laudimia vtrum debeantur si venditor donet id quod pluri res valet, tit. 16. art. 5. nu. 2. fol. eodem.
 Laudimia vtrum debeantur quando res vedita cū pacto de retrouendendo intra tempus præfixum à venditore recuperatur, tit. 16. art. 20. nume. 5. fol. 90.
 Laudes

Laudes D. Antonij du Prat olim Galliarū cancellarij, tit. 2. art. 3. nume. 3. fol. 6.
 Lecti appellatiōe quod veniat, tit. 14. ar. 44. n. 5. f. 80.
 Legatarius debet apprehendere possessionē rei legatæ per manum heredis, & non propria auctoritate, tit. 14. art. 14. nu. 2. & 3. fol. 72. & tit. 12. art. 42. nume. 2. fol. 57.
 Legatū relicū filie p. dote est cōditionale, ideo peti nō potest, nisi filia nupserit, tit. 25. ar. 2. n. 27. f. 144.
 Legitima qualiter cōputetur, tit. 12. ar. 32. n. 3. f. 54.
 Legitima non priuatur filius ratione contractus lucratiui, secus tamē onerosi, tit. 14. ar. 9. nu. 7. fo. 77.
 Legitimati à principe vtrū succedat parentibus & collateralibus, & multa remissiuē de materia legitimationis, tit. 12. art. 10. nume. 14. fol.
 Lex maiestatis crimen quot modis comittatur, qualiter probetur, & in eo procedatur, tit. 29. art. 2. nume. 15. fol. 162.
 Lex 2. C. de rescind. vend. quādo & in quibus locum habeat, tit. 16. ar. 9. nu. 2. & 3. fol. 81.
 Lex 2. C. de resc. vend. habet locū etiā cōtra singularem successore, tit. 16. art. 17. nu. 2. 3. & 4. fol. 89.
 Lex 2. C. de rescin. vend. non habet locū in immobilibus venditis via subhastationum, iure cōmuni secus, tit. 16. art. 22. nume. 2. fol. 91.
 Lex fi. C. de iure empli. habet etiam locum in locatione longi temporis, tit. 16. ar. 19. nu. 4. fol. 90.
 Lex sicut. C. de prescrip. 30. vel 40. an. hodie nō habet locū de iure canonico, tit. 17. ar. 2. nu. 5. fo. 91.
 Lex manifestæ turpitudinis. ff. de iureiur. quādo locū habeat, tit. 28. ar. 13. nu. 3. circa fin. fol. 158.
 Lex hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. habet locum quādo pater equaliter disponit inter liberos, tit. 12. art. 51. nume. 9. fol. 62.
 Lex bene à Zenone. C. de quad. prescrip. de quibus loquitur, tit. 17. art. 14. nu. 2. & 3. fol. 95.
 Lex quæcūq; futura respicit, nec ad præterita extenditur nisi expresse caueatur, tit. 13. ar. 2. n. 2. fo. 64.
 Libris mercatorum, tutorum & curatorū vtrū sit credendum, & an scriptura priuata faciat fidem, tit. 24. art. 22. nu. 3. 4. & seq. fol. 133.
 Libellus quā dicatur emendari, & intra quod tēpus licitū sit emendare libellū, tit. 2. ar. 10. nu. 2. & 3. fo. 10.
 Libellum emendans non auditur nisi refusus expensis, tit. 5. art. 2. nu. 14. fol. 15.
 Locationes quæ fiunt in plures annos, an dicantur sapere naturā alienationis, & an debeantur laudimia, tit. 16. art. 19. nu. 2. 3. & seq. fol. 90.
 Lucra quæcūq; obuentionia ex pacto vel cōsuetudine alteri cōiugū superstiti, debent reservari liberis eiusdē matrimonij, tit. 14. ar. 44. nu. 5. & 4. fo. 80.
 Lucra & donationes factæ inter cōiuges, qui matrimonium de iure improbatum contraxerunt, fisco deferuntur, tit. 29. art. 2. nu. 18. ver. si. septuagesimus casus, fol. 162.
 Luxuria qualiter accipitur, tit. 22. art. 18. nume. 21. fol. 114.
 M
 Maior absens tēpore auctōnis, & subhastationū an restituatur in integrū, tit. 24. ar. 38. nu. 5. fol. 137.
 Mandato generali quæ contineatur, tit. 7. art. 2. nume. 28. & seq. fol. 20.
 Mandatum re integra extinguitur morte mandatis, tit. 19. art. 1. nu. 11. fol. 98.
 Manifesta quæ sint, & an probari debeant, tit. 8.

arti. 5. nume. 36. fol. 28.
 Manumortuæ ius quid sit, tit. 27. ar. 1. n. 3. f. 152.
 Mariti potestas in vxorem, tit. 14. artic. 1. num. 2. & 3. fol. 67.
 Maritus nō potest alienare immobilia vxoris, & vtrū mobilia possit, tit. 14. art. 3. nu. 1. 2. & 5. fol. 68.
 Maritus vtrū possit esse procurator vxoris, tit. 4. art. 1. per tot. fol. 12.
 Maritus de consuetudine cōstante matrimonio potest donare vxori, sed non contra, tit. 14. art. 59. nume. 2. & 3. fol. 76.
 Marit' an possit petere interesse ratione dotis nō solutæ tēpore destinato solutioni, tit. 31. n. 9. fo. 169.
 Matrimonij priuilegia, remissiuē, tit. 14. art. 16. nume. 3. fol. 73.
 Mater an & quādo possit esse tutrix filiorū suorum, tit. 11. art. 4. nume. 1. 2. & seq. fol. 39.
 Mater tutrix transiens ad secundas nuptias debet petere tutore decerni filius, debet reddere rationē tutelæ, an priuatur lucris dotibus, & quibus pœnis subiciatur, tit. 11. art. 5. nu. 1. 2. 3. & seq. fol. 40.
 Mater tutrix an debeat confirmari per iudicem, tit. 11. art. 12. nume. 3. fol. 41.
 Mercator quis dicatur, tit. 1. ar. 9. nu. 6. & se. fo. 4.
 Metus reuerentialis quando allegari potest, tit. 12. art. 25. nu. 15. fo. 52. & tit. 14. ar. 9. nu. 4. fo. 71.
 Milites qui sint & an possint torqueri, tit. 25. art. 2. nume. 2. & 4. fo. 143.
 Minor quando potest esse in iudicio, siue in causis spiritualibus, siue prophanis, tit. 1. artic. 7. nu. 1. & seq. fol. 3. & tit. 13. art. 1. nu. 9. fol. 64.
 Minorū bona quando alienari possunt, & in alienatione quæ requiratur, tit. 13. ar. 2. n. 9. & 10. fo. 64.
 Minor factus maior potest ratū habere, quod in minori ætate gessit, tit. 13. ar. 3. nu. 1. & 3. fol. 66.
 Minor & ecclesia in quibus æquiparentur, tit. 13. art. 5. nu. 5. fol. 66.
 Minor in delictis an, & quando restituatur, tit. 26. art. 8. nume. 13. & sequentibus, fol. 151.
 Minor qui nō potest statuto, aut cōstitutione aliquid donare tutori, aut administratori, vtrū possit donare vxori tutoris, aut administratoris, tit. 2. art. 49. nume. 7. fol. 60.
 Minæ quando inducant iustum metum, tit. 10. art. 1. nume. 5. fol. 35.
 Mobilium appellatione quid cōtineatur, tit. 24. art. 46. nume. 2. fol. 139. & tit. 12. ar. 3. nu. 3. fol. 45.
 Monachus habetur pro mortuo, nec facit numerū in cōputatione legitimæ, tit. 12. ar. 14. nu. 1. fo. 49.
 Monachus an possit succedere ex testamento, vel ab intestato, ibidem, nume. 3.
 Mora quo modo contrahatur, & qualiter quis constituatur in mora, tit. 17. art. 7. nu. 7. fo. 93.
 Mulier an possit esse in iudicio, tit. 1. art. 9. nu. 5. folio 4.
 Mulierum inconstancia, & ibi remissiuē de natura & vitis mulierum, tit. 11. art. 6. nu. 4. fol. 41.
 Mulieri soluto matrimonio pro repetitione dotis an competat rei vendicatio, tit. 14. artic. 10. per tot. fol. 77.
 Mulier quando obligari potest, & conici in carcerem, tit. 18. art. 1. nu. 1. 2. & seq. fol. 96.
 Mulier quando dicatur certior facta de iuribus suis, & quando credatur tabellioni, id asserenti, tit. 18. art. 2. nu. 5. 6. & 7. fol. 96.

Mulier quando testis esse possit, siue in causa ciuili, siue criminali, tit. 8. arti. 5. nume. 83. fol. 30. & hoc remissiuè.

Multiplicationem onerum & pœnarum lex maxime detestatur, tit. 25. ar. 12. nu. 2. fol. 146.

N.

Naturales tantum liberi qui dicatur, & qualiter ex testamento vel ab intestato succedat, & qui legitimi possunt, tit. 12. ar. 10. n. 1. 2. 3. & omnibus seq. fo. 47.

Necessitatis causa plura permittuntur que alias sunt prohibita, tit. 14. ar. 7. nu. 2. & 3. fol. 69.

Negligentia qualiter probetur, remissiuè, tit. 17. art. 7. nume. 9. fol. 93.

Nobiles qui sint, quæ in nobilitate requirantur, & an diuitiæ sint de essentia nobilitatis, tit. 12. art. 51. nume. 1. 2. & seq. fol. 61.

Nobiles an ratione rerum feudaliu seu rusticarum teneantur ad solutionem talliarum & onerum extraordinariorum, tit. 17. art. fi. nu. 3. fol. 96.

Nomen & arma domus ad quos transeant, tit. 12. art. 51. nume. 23. fol. 62.

Notario testamenti vtrum in testamento aliquid possit relinquere, tit. 12. art. 49. nu. 2. & 3. fol. 59.

Notario aliquid afferenti in instrumento quando credendum, tit. 8. art. 2. nu. 7. fol. 64.

Notarius infamis non potest confiscare instrumenta, tit. 8. art. 5. nu. 31. fol. 28.

Notarii officium circa tria versatur, & an notarius tanquam testis possit examinari, tit. 24. art. 25. nume. 3. 4. & seq. fol. 135.

Notarius, absenti stipulari potest, & ei acquirit actionem sine cessione. Item quilibet priuatus potest aliquid acceptare nomine absentis, absenti tamen ius tantum acquiritur secuta ratihabitione, tit. 12. art. 38. nume. 3. fol. 56.

Notarius recipiens instrumentum simulatum vel de iure reprobatum qualiter puniatur, remissiuè, tit. 29. ar. 2. num. 4. versi trigessimus primus, fol. 162.

Notarius scribenti nomine alterius qui nescit scribere an ei credatur, tit. 12. art. 49. nu. 5. fol. 60.

Notorium quid sit, & quæ inducant notorium, tit. 8. ar. 5. nu. 32. & seq. fol. 38.

Notorius defectus tituli in beneficialibus quid quid operetur, tit. 10. art. 10. nu. 13. fol. 35.

Nuntius siue apparitor quis esse debet, & quando ei est credendum, tit. 1. art. 1. nu. 16. & 17. fol. 1.

Nullitatis exceptio quando impediatur executione sententiæ, tit. 18. art. 6. nu. 6. & 7. fol. 98.

Nundinae quæ sint, & nundinarum priuilegia, titu. 24. art. 62. per tot. fol. 141.

Nuptiæ primæ sunt fauorabiliores secundis, tit. 12. ar. 25. nu. 34. fo. 53. & ti. 25. ar. 2. n. 12. fo. 143.

O.

Oblationis iudicialis siue extraiudicialis effectus tit. 16. art. 21. nu. 2. 3. & seq. fol. 90.

Oblatio fieri debet congruo tempore & loco, antequam creditor constituitur in mora, tit. 22. ar. 25. nume. 3. fol. 117.

Oblatio iurisiurandi quando potest reuocari, tit. 3. art. 1. nu. 3. fol. 10.

Obiectum contra testes quando proponi debet, & quare ante publicationem inqueste, tit. 8. ar. 1. p. tot. fo. 22.

Obiectus testium reprobatorum non debent probari, si per testes non reprobatos probetur intentio producentis, tit. 8. art. 3. nu. 4. fol. 23.

Obiectus ad repellendos testes qui dicatur sufficientes, tit. 8. art. 5. per tot. fol. 25.

Obiectus specialiter proponendi, tit. 8. ar. 6. nu. 1. & 2. fol. 30.

Obiiciens & non probans an puniatur, & an cõpetat testi aduersus obiiciẽtem actio iniuriarum, tit. 8. art. 6. nume. 3. fol. 30.

Occisor prouocat ab occiso an puniatur, tit. 29. art. 7. nume. 3. fol. 164.

Occidens seipsum nõ debet sepeliri & bona fisco deferuntur, tit. 29. art. 2. nu. 4. vers. 61. fol. 162.

Occultator rei alienæ qua pœna afficiatur, tit. 26. art. 8. nume. 2. 3. & seq. fol. 150.

Officiali aut apparitori quãdo licitum sit resistere, & quãdo eis credendum, tit. 24. ar. 7. n. 14. & 15. fo. 131.

Ordinarius iudex an possit recusari, tit. 5. arti. 1. nume. 2. fol. 13.

Ordinarium remediũ quando faciat cessare extraordinarium, remissiuè, tit. 2. ar. 2. nu. 5. fol. 5.

Ordo scripturæ obseruandus, remissiuè, titu. 12. art. 51. nume. 25. fol. 62.

Ordo scripturæ an inducat prioritatem, titu. 23. art. 18. nume. 7. fol. 125.

P.

Pacta inæqualia valent, tit. 14. art. 26. nu. 5. fo. 75.

Pacta quæ dicantur apponi incontinenti, & quæ dicantur correspondentia, & quæ separata, remissiuè, tit. 14. art. 27. nume. 2. & 4. fol. 76.

Pacta regulariter vtrum dicantur personalia an realia, tit. 15. art. 3. nume. 4. fol. 83.

Pactum de retrouendẽdo est licitum, & facultas eius quãto tempore prescribatur, tit. 16. ar. 18. nu. 6. fo. 89.

Pactum initum circa lucrum dotis extenditur ad donationem propter nuptias, tit. 14. ar. 11. nu. 2. fo. 78.

Pactum inter coniuges, quo superstes succedat præmorienti, an præiudicet filiis etiam in legitima, tit. 14. art. 26. nume. 2. & 3. fol. 75.

Pacta an valeant contra naturam contractus, remissiuè, tit. 15. art. 3. nume. 2. fol. 83.

Pacta de succedendo in contractu societatis an reuocentur per superuentientiam liberorum, tit. 15. arti. 4. nume. 1. & 2. fol. 84.

Papa quãdo dispõsat super matrimonio, tit. 14. art. 28. nume. 1. fol. 76.

Papæ in litteris aliquid afferenti an credendum, & de intellectu clem. 1. de probat. tit. 24. art. 22. nume. 29. fol. 134.

Parafernalia bona quæ dicantur, tit. 14. ar. 1. nu. 7. folio 67.

Pascuorum quis sit usus, tit. 28. ar. 3. nu. 2. fo. 155.

Pascuorum usus in præiudicium tertii immutari non potest, tit. 28. art. 6. nume. 3. fol. eodem.

Pater est legitimus administrator bonorum filii aduentitiorum: non tenetur inuentarium confiscare, nec rationes reddere, nisi transeat ad secundas nuptias, tit. 11. art. 2. nume. 1. & seq. fol. 38.

Pater secundò nubens non perdit vsumfructum in bonis liberorum prioris matrimonii: tenetur tamẽ inuentarium facere, tit. 11. art. 2. nu. 7. & 8. fol. 39.

Pater quãdo perdat vsumfructum aduentitiorum filii & teneatur rationes reddere, remissiuè, titu. 14. arti. 1. nu. 8. fol. 67.

Pater de consuetudine quãdo, & in quibus succedat liberis, tit. 12. art. 3. nu. 1. & 2. fo. 45.

Pater quando teneatur iterum filiam dotare, & vtrum possit

possit dotem minuere, & an pascisci dotem sibi restitui in præiudicium filiarum, remissiuè, tit. 14. arti. 2. nu. 2. fol. 67.

Pater tradens filiam nuptui priuatur vsumfructu bonorum aduentitiorum ipsius filiarum, nisi specialiter sibi referuet, tit. 14. art. 48. nu. 1. fol. 81.

Pauper quis dicatur & paupertatis priuilegia, remissiuè, tit. 25. art. 6. nu. 3. & 4. fol. 145.

Pecudum appellatione omnes quadrupedes gregatim pascetes continentur, tit. 26. art. 2. nu. 2. fol. 149.

Pœna imposita à lege antiqua vtrum tollatur per pœnam impositam à posteriori lege, statuto, aut consuetudine, tit. 11. art. 5. nume. 4. & 5. fol. 40.

Pœna in delictis, fisco debetur à tempore sententiæ non delicti commissi, tit. 25. art. 14. nu. 6. 7. & 8. fo. 147.

Secus tamen est in delictis in quibus pœna ipso iure committitur, nume. 8.

Pensionem habentes super certo beneficio an teneantur ad contributionem decimarum, tit. 25. ar. 9. nu. 5. fo. 145.

Periurus qui dicatur, & de pœna periurii, remissiuè, tit. 8. art. 5. nu. 6. fol. 27.

Possessionis comoda, tit. 6. ar. 3. nu. 6. & 7. fol. 18.

Possessio quando acquiri potest vi rescripti, auctoritate principis, & sententiæ, tit. 9. arti. 10. nu. 8. fol. 34.

Possessio rerum defuncti qualiter de consuetudine transferatur in hæredem, & qualiter iure communi, tit. 12. artic. 1. nu. 2. 3. & seq. fol. 42. & quæ remedia competant hæredi aduersus occupantes res hereditarias.

Possessio an transferatur ex contractu nullo vel inutili, & an possessor faciat fructus suos, tit. 16. artic. 18. nume. 9. & 11. fol. 89.

Possessionis retentio rei quæ venditur aut donatur arguit presumptionem fraudis, tit. 16. art. 14. nu. 3. fo. 88.

Possessionis continuatio qualiter probetur, tit. 17. arti. 2. nume. 2. & 3. fol. 91.

Possessio quæ deferretur à l. f. C. de edict. di. Ad toll. qualiter impediatur, tit. 7. ar. 9. nu. 3. fol. 23.

Possessio rei legata an transeat ipso iure in legatarium, tit. 12. art. 4. 2. nume. 2. & 3. fol. 56.

Possessio iuris pascendi pecora in agro alieno qualiter probetur, tit. 28. art. 2. nu. 5. fol. 155.

Possessorium remedium non competit pro rebus mobilibus, tit. 2. art. 8. nume. 1. & 2. fol. 8.

Possessorium interdictum recuperandæ cui, & contra quem competat, & an admittatur exceptio domini, tit. 2. art. 3. nume. 5. vsque ad 12. fol. 6.

Possessorium retinendæ, vti possidetis cui cõpetat, vbi multa, tit. 2. art. 3. nume. 13. & seq. fol. 6.

Possessorium interdictum adipiscendæ quid sit, & quis eius effectus, tit. 2. art. 3. nume. 20. & seq. fol. 6.

Possessorio agenti in beneficialibus obstat exceptio notorii defectus tituli, tit. 2. artic. 3. nume. 12. fol. 6. & tit. 9. art. 10. nume. 13. fol. 35.

Possessorium iudicium summarie discuti debet, tit. 7. art. 9. nume. 4. fol. 23.

Possidere vtrum presumatur qui olim possedit, tit. 21. art. 21. nume. 3. fol. 109.

Positioni vel interrogationi simpliciter respondendum, tit. 3. art. 1. nu. 5. & 6. fol. 10.

Potest, quãdo importet voluntatem, & quãdo necessitatem, remissiuè, tit. 1. art. 1. nume. 7. fol. 1.

Pretium quando dicatur iustum, tit. 22. arti. 24. nu. 2. 3. & 4. fol. 117.

Pretium est de substantia emptionis, tit. 23. art. 30. nume. 2. fol. 127.

Præcepta quæ sunt quæ obligant, tit. 25. art. 18. nu. 4. fol. 149.

Præscriptio in criminalibus quando incipiat currere, & quãdo interrumpatur, tit. 7. ar. 4. n. 16. & se. fo. 17.

Præscriptio in mobilibus & in immobilibus quibus modis inducatur, remissiuè, tit. 17. artic. 1. nu. 2. 3. & sequen. fol. 91.

Præscribuntur 30. annis omnes res tam mobiles quam immobiles, tam corporales quam incorporales, tit. 17. art. 2. nu. 1. & seq. fol. 91.

Præscriptio non currit non valenti agere, tit. 17. art. 3. nu. 2. fol. 92.

Præscriptio 30. an. habet vim tituli, & qualiter probari debet, tit. 17. art. 5. nume. 1. 2. & seq. fol. 92.

Præscribuntur ea quæ sunt meræ facultatis post cõtraditionem, tit. 17. ar. 9. nu. 2. 3. & seq. fol. 93.

Præscriptio an extendatur, remissiuè, tit. 17. arti. 6. nume. 3. fol. 92.

Præscribere hæres vel successor quãdo possit, tit. 17. ar. 2. n. 7. & se. fo. 91. & quæ mala fides auctoris noccat.

Præsentia cõtrahentium cum est in aliquo actu requisita à consuetudine aut statuto, si nõ interueniat, an actus subsistat, tit. 13. art. 3. nu. 7. & 8. fol. 66.

Præuentioni pluribus modis locus fit, tit. 23. ar. 18. nu. 2. & 3. fol. 125. & an regius iudex præueniat iudici inferiori in prima instatia, n. 7. & ti. 7. ar. 1. nu. 7. fo. 18.

Primogenitura ius quid sit, & an valeat consuetudo vt primogenitus solus succedat, & cõtra eam vtrum testator possit disponere, tit. 12. arti. 51. nu. 9. 10. 11. & 12. fol. 61. & ibi remissiuè tractat de priuilegiis primogenituræ & certis quæstionibus.

Princeps suo rescripto, non presumitur velle derogare iuri tertii, & de vi clausularum positarum in rescripto siue motu proprio siue ad postulationem partis impetrato, remissiuè, tit. 9. art. 8. nu. 3. & 4. fol. 34.

Principis sexaginta casus speciales, remissiuè, cui etiã oēs pœnæ sunt arbitrariæ, tit. 29. ar. 3. nu. 8. fol. 116.

Priuatio quãdo inducatur ipso iure, vel requiratur sententia, & quis effectus, tit. 11. ar. 2. nu. 8. 9. & sequen. fol. 39. & tit. 21. art. 4. nu. 8. fol. 103.

Priuatio in beneficiis quibus casibus inducatur ipso iure, & quibus requiratur sententia, tit. 21. art. 4. nu. 8. in fine, fol. 103.

Priuilegia principis vtrum reuocari possint, de quibus ibi, remissiuè, tit. 2. art. 9. nu. 7. & seq. fol. 9.

Priuilegium competens mulieri ratione dotis an competat hæredi extraneo, tit. 14. arti. 10. nu. 5. fol. 71.

Priuilegia matrimonii, remissiuè, tit. 14. arti. 16. nu. 3. fol. 73.

Priuilegiatus contra non priuilegiatum quando vtratur suo priuilegio, tit. 23. art. 17. nu. 3. & 4. fol. 125.

Probatio in promptu quando dicatur fieri per testes, vel instrumenta, tit. 3. art. 1. nu. 11. 12. & seq. fol. 10.

Probatio vt eruatur veritas habetur à quocunque teste, tit. 10. ar. 2. nume. 2. & 3. fol. 36.

Probatio eorum quæ à cõsciẽtia nostra pedit fit per iurisiurandi religionem, tit. 20. art. 2. nu. 15. fol. 100.

Probatio per duos testes quando sit sufficiens, tit. 12. art. 48. nume. 31. fol. 59.

Proclamata qualiter fieri debent, tit. 24. artic. 24. nume. 4. fo. 134.

Procurator regulariter admittitur in ciuilibus, potest tamen iudex certis casibus cogere partem vt personaliter compareat, tit. 4. arti. 2. nu. 1. & 2. fol. 12. & ibi quando admittatur procurator in criminalibus.

Procurator cæsaris quis dicatur, & quã administrationem habeat, & vtrum in expensis victus condẽnetur, tit. 7. art. 2. nu. 2. & aliis sequen. fol. 19.

Procurator generalis excedens fines mandati statim à domino reuocari debet, aliter dominus videtur consentire, & obligatur, tit. 7. art. 2. nu. 28. fo. 20.

Procurator vtrū possit reuocari si constituens iura uerit nō reuocare, & cui procuratoris reuocatio sit intima, tit. 19. art. 1. nume. 8. 9. & seq. fol. 98.

Procurator an admittatur ad appellandum, tit. 30. art. 16. fol. 149.

Producens instrumentū omnia in eo contenta approbat, quid in teste, & confessione, tit. 12. art. 5. nu. 7. & sequent. fol. 61.

Professio ingressi religionē expressa vel tacita quid operetur tam iure communi, quam consuetudinario, tit. 12. art. 12. nume. 1. & 2. fol. 48.

Prohibitum aliquem institueri vtrum prohibeatur eum substituere, tit. 14. art. 9. nume. 6. fol. 71.

Prohibendi ius cuiuslibet competit, ne quis ingredatur suum fundum, tit. 28. art. 3. nume. 2. fol. 155.

Prorogatio iurisdictionis quando fieri possit, siue in ciuilibus siue criminalibus, remissiuē, tit. 23. art. 32. nume. 6. fol. 128.

Prorogatio iurisdictionis qualiter inducatur per tacitum consensum, vel alium actum: quod tamen tantum locū habet in ea iurisdictione quæ prorogari potest, tit. 7. art. 4. nume. 13. & seq. fol. 21.

Prorogatio temporis qualiter fiat, remissiuē, tit. 24. art. 15. fol. 132.

Protestatio contraria actui non releuat protestationem, tit. 5. art. 1. nume. 21. & seq. fol. 14. & remissiuē, quando protestatio fieri possit.

Prouisio hominis quando facit cessare prouisionē legis, tit. 11. art. 5. nume. 5. & 6. fol. 40.

Publici mercatores & usurari qui dicuntur, tit. 3. art. 2. nume. 5. fol. 11. & tit. 1. art. 9. nume. 13. fol. 5.

Q.

Qualitas adiecta dispositioni an sit probanda, tit. 3. art. 2. nu. 8. fol. 11. & tit. 24. art. 70. per tot. fol. 142.

Qualitatis personarum ratio an haberi possit à iudice, tit. 6. art. 1. nu. 15. fol. 16. vbi etiam videre licet iudicem propter excellentiam personarum posse recedere à regulis iuris communis.

R.

Raptus quid sit, & quæ sit poena raptus, tit. 8. art. 5. nume. 18. 19. & se. fol. 27.

Ratihabitio actus gesti per procuratorem quibus modis inducatur, tit. 7. art. 2. nu. 29. & 30. fol. 20.

Recusari quibus ex causis possunt iudices, tit. 5. art. 1. nume. 4. & seq. fol. 14.

Recognitio seu confessio vtrum præiudicet recognoscendi seu confitendi, tit. 21. art. 21. nu. 7. 8. & seq. fo. 109.

Recognitiones in feudum vel emphyteosim qualiter fieri debent: vbi de materia recognitionū, tit. 22. art. 6. per totum. fol. 111.

Redditus & cenus quid inter se differant, tit. 17. art. 7. nume. 2. fol. 93.

Reges Franciæ & Britanniæ non recognoscunt superiori, tit. 29. art. 2. nume. 15. fol. 162.

Relegati qui dicantur, & quid differant à bannitis, tit. 29. art. nu. 3. 1. 2. 3. & 4. fol. 163.

Remissio causæ vel eius qui in carcere detinetur, quando & qualiter sit facienda, tit. 7. art. 1. nume. 2. 3. & sequent. fol. 18.

Renuntians beneficio, nisi per viginti dies supervixerit, beneficium dicitur vacare per mortem, tit. 14. art. 36. nume. 3. fol. 78.

Renuntiatio facta per mulierem super hypotheca

dotis an firmetur iureiurādo, & an præiudicet patri, tit. 18. art. 1. nume. 7. fol. 96.

Renuntiare appellationi intra quod tempus liceat, & quæ sint effectus renuntiationis, tit. 30. art. 3. n. 4. fo. 166.

Representatio quando locū habeat tam iure communi quā consuetudinario, tit. 12. art. 9. per tot. fo. 47.

Representationi quando & in quibus locū sit, & qualiter iure representationis succedatur, tit. 23. art. 19. nume. 2. 3. & seq. fol. 126.

Rescripta seu priuilegia lite pendente impetrata an suffragentur, tit. 9. art. 8. nume. 3. & 4. fol. 34.

Rescripta principū an sint perpetua, & re integra an trāsferant ad hæredes, & contra hæredes, tit. 2. art. 9. nu. 3. & 12. fol. 9.

Rescripta, priuilegia, & beneficia principū qualiter inter se differant, & quādo incipiāt habere effectum, & de eorū interpretatione, remissiuē, tit. 2. art. 9. nu. 4. 5. 6. fol. 9.

Rescripta quæcūq; siue gratiæ siue ad lites quando fortiantur effectum, tit. 30. art. 10. nu. 7. fol. 168.

Restitutio in integrum quando maiori ignorantia ex clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, cōcedatur, tit. 21. art. 2. nume. 15. fol. 102.

Restitutio in integrum ex clausula generali quādo cōceditur, tit. 26. art. 8. nu. 24. fol. 152.

Retentio rei alienæ quando licita sit, tit. 28. art. 13. nume. 3. fol. 157.

Reuocatio procuratoris maximè in beneficialibus cui debet intimari, tit. 19. art. 1. nu. 10. fo. 98. remissiuē.

Rex habet iurisdictionem ratione vniuersi, non ratione rerum singularium, tit. 2. art. 5. nu. 3. fol. 6.

S.

Saluagardiæ infractor qua poena puniatur, tit. 10. art. 4. nume. 2. & 3. fol. 37.

Saluagardia an possit vti subditus contra dominū iurisdictionis, tit. 10. art. 7. nume. 2. fol. 38.

Securitas siue saluusconductus, si alicui cōcessa sit, qualiter debet intelligi, tit. 24. art. 6. nu. 2. & se. fo. 141.

Securitatem concessam à principe, legatis, aut aliis, si quis violet, qua poena afficiatur, tit. 10. art. 4. nu. 7. & 8. fol. 37.

Sententia lata fauore minoris etiam in iudicio nō legitimè cōparentis, valet, tit. 13. art. 3. nu. 4. fol. 66.

Sententia nulla vtrum possit cōfirmari, remissiuē, tit. 30. art. 2. nume. 13. fol. 166.

Sequestratio quibus casibus fiat, vbi multa de sequestris, tit. 2. art. 8. nu. 3. & seq. fol. 8.

Sermo simpliciter prolatus qualiter verificetur, tit. 23. art. 16. nume. 4. fol. 125.

Seruitus iuris pascendi quibus modis acquiratur, & qualiter probetur possessio, vel quasi possessio: & an seruitus dicatur realis vel personalis, tit. 28. art. 2. per totum, & hoc remissiuē, fo. 155.

Seruitus pascendi si debeat super certis rebus, status earum in præiudicium alterius immutari non debet, tit. 28. art. 6. nume. 3. fol. 155.

Signatura simplex an tribuat ius, tit. 24. art. 11. nu. 4. fol. 132. & tit. 21. art. 16. nu. 4. fol. 107.

Sigillum quando probet, & quādo dicatur authenticum, & de materia sigilli, tit. 24. art. 22. nu. 23. & seq. folio 134.

Scriptura quando fit de substantia cōtractus, tit. 21. art. 16. nume. 4. fol. 107.

Socius criminis vtrum possit esse testis contra socium, tit. 8. art. 5. nume. 2. & 3. fol. 25.

Socii omnium bonorum non obstante pacto, quo

superstes

superstes succedat præmoriēti, nō impediūt alienare per cōtractus inter viuos: & an cōtractu societatis possit prohiberi alienatio, tit. 15. art. 5. nu. 2. & seq. fo. 84.

Socius non obstante pacto quod alteri alter succedat, potest repudiare hæreditatē focii, tit. 15. art. 7. n. 2. f. 84.

Societas vniuersalis quā dicatur tacite contracta, & quæ requiratur, tit. 15. art. 1. nu. 3. & seq. fol. 82.

Socius dotis filii pendente societate an dos imputetur societati, an parti focii dotantis, ibidē, nu. 2. fo. 83.

Societati vniuersali an obtineant donationes relicte vni ex focii, ibidem. nu. 18. fol. 82.

Societate soluta, an resoluta sint omnia pacta societatis, maximè ea quibus alter alteri succedat, tit. 15. art. 2. nume. 2. & 3. folio 83.

Societas quā dicatur cōtracta inter duos fratres: & qualiter fiat diuisio lucri, altero tantum negotiante, itē altero nomine proprio fundū acquirēte, qualiter alteri succurratur, ibidē. ar. 1. num. 14. & seq. fol. 82.

Societas an iure cōmuni possit contrahi inter virū & vxorē, & an dicatur cōtracta marito acquirēte nomine proprio & vxoris, remissiuē, tit. 14. art. 4. n. 4. 5. fol. 81.

Solidus in iure p. aureo accipitur, tit. 3. art. 2. n. 3. f. 11.

Solutionis oblatio debet fieri cōgruo tempore & loco, aliās creditor non cogitur recipere, titu. 22. art. 25. nume. 2. & 3. fol. 117.

Solennitas à iure requisita in aliquo actu, an credatur interuenisse si iudex aut notarius id attestet, titu. 23. art. 8. nume. 5. 6. & 7. fol. 123.

Solennitates requisitæ à statuto aut cōsuetudine dicuntur de forma substantiali, & eorum omisio vitiat actum, titu. 24. art. 35. nu. 2. & 3. fol. 137.

Spolians aliquem qualiter condemnetur, tit. 9. art. 10. nu. 2. & 3. fol. 35.

Spoliatus ante omnia venit restituendus, etiā si spoliator velit docere de iure suo, tit. 9. art. 10. nu. 2. fol. 34.

Spoliatio à iudice ut iudice, quod remediū cōpetat contra ipsum iudicē, remissiuē, tit. 2. art. 1. nu. 8. fol. 5.

Spolians certis casibus auditur volens probare de iure suo, tit. 9. art. 10. nu. 3. fol. 34.

Sponsa cuius mater decessit ante consummatum matrimonium, an sit exclusa à successione matris, titu. 12. art. 37. nu. 1. & 5. fol. 56.

Spūsalia per verba de presenti, vel per verba de futuro, qualiter dirimi possunt, tit. 14. art. 28. nu. 1. fo. 76.

Sponte quando dicatur aliquid fieri, titu. 21. art. 14. nume. 9. folio 106.

Spuriis an aliquid sit relinquendum, & qualiter spurii succedant tam ex testamento, quàm ab intestato, titu. 12. art. 10. nu. 8. 9. & seq. fol. 47.

Statuta quā ligent ignorantes, ti. 1. art. 3. nu. 15. fo. 2.

Statutum imponens in criminalibus grauiorē poenam quàm lex vel statutum præcedens, vtrū deroget legi vel statuto antiquo, tit. 11. art. 5. nu. 6. fo. 40.

Statuta & priuilegia quotiens iniusta esse incipiūt, reuocari debent, tit. 13. art. 1. nume. 6. fol. 64.

Statutū allegari debet, aliās iudex poterit iudicare secundum ius cōmune, tit. 22. art. 28. nu. 9. fol. 118.

Statuta & consuetudines quando ligent minores, tit. 26. art. 8. num. 12. 13. & seq. fol. 151.

Statuta vel constitutiones regum & eorū qui superiores non recognoscunt, habent vim legis, tit. 12. art. 49. nume. 12. folio 60.

Subhastatio rerum quod tempus præfixum sit, tit. 24. art. 50. nume. 2. folio 139.

Subditi an possint in præiudiciū dñi iurisdictionē alterius iudicis prorogare, titu. 7. art. 1. nu. 8. fol. 18.

Subditus quis dicatur, tit. 25. art. 1. nu. 8. fol. 143.

Subditi pluribus modis eximuntur à iurisdictione domini, remissiuē, tit. 28. art. 10. nume. 6. fol. 168.

Successio qualiter deferatur agnatis vel cognatis, titu. 12. art. 4. nume. 2. fol. 46.

Supplicare principi quibus casibus liceat lite pendente, tit. 9. art. 8. nume. 2. & 3. fol. 34.

Suspitiones quæ sint sufficētes ad recusandū iudicem: vbi multa de suspitionibus & recusationibus iudicū: & qui iudices recusari possint, tit. 5. art. 1. n. 2. f. 13.

Suspectus iudex appellatione pendente, in aliis causis recusari potest, tit. 30. art. 11. nume. 2. fol. 168.

T.

Tacens quando habeatur pro consentiente: & vbi remissiuē quando taciturnitas nocet, tit. 24. art. 41. nume. 2. fol. 138. & tit. 5. art. 1. nume. 17. fol. 14.

Talliæ siue collectæ quādo à principe subditis imponi possunt: & qualiter ad earum solutionem subditi obligentur, tit. 25. art. 1. nu. 2. & seq. fol. 142.

Talliæ an imponi possint à principe, subditis vassa lorū habentiū merū imperiū, ibidē, nu. 6. fol. 143.

Talliæ an imponi possint per nobiles habētes merum imperium, ibidem, nume. 7.

Talliæ secundum consuetudinē in quatuor casibus imponi possunt subditis à domino habēte merū imperium: qui casus quando & qualiter contingāt & iterentur, vide plenè tit. 25. art. 2. per totū. fol. eodem.

Talliæ cuiusmodi an imponantur ratione rei vel personæ, & an ad forēs extēdat, ibid. ar. 5. n. 2. fo. 145.

Talliæ vtrum imponi possint subditis à domina habente iurisdictionem, quæ nubit: vbi multa, eo. tit. art. 14. nume. 2. & sequent. fol. 146.

Tempus iuris deliberandi de adeunda hæreditate, vel nō, p̄det ab arbitrio iudicis, ti. 6. ar. 4. nu. 2. fo. 18.

Tempus ad appellandum, vel tēpus in integrū restitutionis petēdæ quando incipiat currere, tit. 1. art. 5. nume. 4. & 5. folio 3.

Terminos mouens vel turbans qua poena affici debet, remissiuē. tit. 29. art. 2. nu. 4. vers. circa 8. fo. 161.

Territoriū quid, & territorii limites qualiter probentur, titu. 1. art. 3. nu. 6. & 7. fol. 3.

Testamentum factum corā duobus testibus vtrū valeat, tã ratione legatorū relictorū piis causis, quàm relictorum laicis, tit. 12. art. 48. nu. 29. & 30. fol. 59.

Testamentum an validum sit, in quo quis testatur vltra quadrantē, etiā piæ causæ fauore, si hoc lege municipali prohibeatur, tit. 12. art. 16. nu. 2. & 3. fol. 50.

Testamēto minus solēni an relicta in eo debeantur saltē naturaliter, tit. 12. art. 48. nu. 10. fol. 58.

Testium numerus requisitus in testamento an dicatur requisitus de solennitate vel de substantia testamenti, ibidem.

Testis quis dicatur omni exceptione maior, remissiuē, tit. 8. art. 1. nume. 4. fol. 22.

Testes minus idonei quando admittantur in subsidium, tit. 8. art. 5. nu. 11. fol. 27.

Testis ratione delicti damnatus ciuilitè, an repellatur à testimonio, ibidem, nu. 24. fol. 27.

Testibus inter se contrariis, quibus stādum sit, ibidem, nu. 39. & seq. fol. 28.

Testiū productio quādo fieri possit post dilationē vel cōclusionē in causa, ti. 6. art. 2. nu. 15. & 16. fo. 17.

Testes ab vtroq; litigatiū producti, si cōtrarii sint, quibus standum, tit. 8. art. 5. nu. 40. fol. 28.

Testes domestici & familiares vtrum admittantur ibidem, nume. 77. fol. 30.

Testes cuius expensis vocari debent, & interrogari, tit. 7. art. 7. nume. 6. 7. & 8. fol. 22.

Testes quot requirantur ad reprobandum instrumentum, tit. 12. art. 48. nume. 13. fol. 58.

Testis productus in vna causa cōsetur approbatus in aliis causis, tit. 12. art. 50. nu. 10. & 11. fol. 61.

Titulus institutionis an sit necessarius ad validitatem testamenti iure communi, & consuetudinario, tit. 12. art. 48. nume. 2. & 3. fol. 58.

Tituli quando edi debent, maxime ab amphiteota & vassallo, tit. 21. art. 6. nu. 2. 3. & seq. fol. 103.

Tutor si succumbat in iudicio an cōdemnetur nomine proprio an tutorio in expensis, remissiuē, tit. 7. art. 2. nume. 31. fol. 20.

Tutor testamentarius an possit cum causa à iudice remoueri, tit. 11. art. 1. nume. 2. fol. 38.

Tutor an possit cogi conficere inuentariū, si testator prohibuerit, tit. 11. art. 1. nu. 2. in fine, fol. 38.

Tutor administrans non cōfecto inuentario tanquam suspectus à tutela remoueri potest, tit. 11. art. 13. nume. 3. fol. 42.

Tutelæ omnes confirmari debent à iudice competenti, tit. 11. art. 12. nume. 1. & 2. fol. 42.

Tutela non defertur matri minori 25. annis, tit. 11. art. 4. nume. 1. & 2. fol. 39.

Tutela non defertur matri nisi volenti, quā si mater acceptarit, cogitur inuentarium conficere, tit. 11. art. 4. nu. 8. & 9. fol. 39.

Tutrix mater esse definit vbi transit ad secundas nuptias, tit. 11. art. 11. nu. 1. & seq. fol. 42.

V.

Valor rei venditæ attenditur tempore contractus, tit. 16. art. 18. nume. 4. fo. 89.

Valor fructuum & cuiusunque rei qualiter probetur, remissiuē, tit. 22. art. 31. nu. 4. & seq. fol. 119.

Variatio an & quando admittatur, tit. 13. art. 1. nu. 1. 2. & seq. & quid in patronis circa presentationē. fo. 63.

Vassalli qui dicantur, qui emphiteotæ, qui censuales, & quid inter se differant, tit. 2. art. 1. nu. 4. fol. 5.

Vassalli de consuetudine generali Gallie possunt alienare feudū sine licentia domini, secus tamen est iure communi, tit. 21. art. 3. nume. 2. fol. 102.

Vassalus qui singulis annis promittit aliquid soluere domino, si nō soluat biennio aut triennio, an priuetur re feudali, tit. 21. art. 3. nume. 7. fol. 102.

Vassalli inuestiti cū mero & mixto imperio quæ sit potestas, tit. 21. art. 14. nu. 2. 3. & seq. fol. 105.

Vassalus vtrum possit renuntiare feudo, & quid in emphiteota, tit. 21. art. 16. nu. 1. 2. & seq. fol. 107.

Vassalus quando teneatur res feudales indicare, tit. 22. art. 6. nume. 1. 2. & seq. fol. 111.

Vassalus vtrum possit imponere seruitutē rei feudali, tum iure communi, tum consuetudinario, tit. 22. art. 14. nume. 2. fol. 113.

Vassalus quibus ex causis feudo priuetur, tit. 22. art. 18. nume. 2. 3. & seq. fol. eodem.

Vassalus parte feudi alienata vtrū teneatur ad integrum ius directi domini, tit. 22. art. 35. nume. 1. & 2. folio 120.

Vassalus vtrum plures dominos recognoscere teneatur, & vtrum plures hæredes vassalli teneatur ad fidelitatem, tit. 22. art. 42. nu. 2. & 3. fol. 120.

Vassalus vtrum præscribat contra dominum, & an dominus contra vassalum, tit. 17. art. 12. nu. 2. fol. 94.

Venditio facta via subhastationum vtrum rescindatur beneficio l. 2. C. de rescind. vendit. tit. 16. arti. 8. nume. 3. fol. 81.

Venditionis appellatione an cōtineatur omnis alienatio, tit. 21. art. 2. nu. 10. fol. 101.

Venditor debet exprimere qualitatem rei venditæ, tit. 23. art. 26. nu. 2. & 3. fol. 127.

Veritatem celans incidit in crimen falsi, tit. 8. art. 4. nume. 12. fol. 24.

Vestium appellatione quid veniat, tit. 14. arti. 44. nume. 7. & 8. fol. 80.

Victus victori in interlocutoriis quādo sit cōdemnandus, tit. 30. art. 1. nume. 6. fol. 166.

Vidua committens stuprum vtrum perdat dotem & priuilegia mariti præmortui, tit. 22. art. 18. nume. 28. 29. & 30. fol. 115.

Vniuersitatum tres species, & quando vniuersitas dicatur facere corpus, tit. 2. art. 6. nume. 2. & 3. fol. 7.

Voluntas quid sit, & voluntatem testatoris qualiter iudex interpretari debet, tit. 14. art. 40. nu. 2. fo. 79.

Vusufructuari an possit inuito proprietario rei formam immutare, tit. 21. art. 16. nume. 6. fol. 106.

Vusufructuarius ad quæ onera teneatur, remissiuē, tit. 25. art. 9. nume. 5. fol. 145.

Vsuræ quando peti possunt tanquam interesse, tit. 31. nume. 11. fol. 169.

Vxor in dubio præsumitur acquirere de pecunia mariti, tit. 1. art. 9. nume. 2. fo. 4.

Vxor an sit in potestate mariti, tit. 14. art. 1. nume. 2. & 3. fol. 67.

Vxori si seuerius à marito tractetur qualiter succurratur, tit. 14. art. 7. nume. 13. in fine. fol. 70.

Vxor quæ certam dotem non dedit an dicatur dedisse in dotem omnia bona quæ habet tempore nuptiarum, tit. 14. art. 8. nume. 2. & 3. fol. 71.

Vxor mortuo marito an possit apprehendere possessionē rerum dotalium propria autoritate, tit. 14. art. 10. nu. 2. 3. & 4. fol. 71.

Vxor ratione adulterii an perdat dotē & donationem propter nuptias, & bona parafernalia, & qualiter probatur adulterium, remissiuē, tit. 22. art. 18. nu. 18. 19. & 20. folio 114.

Vxor an & pro quibus possit se obligare, tit. 18. art. 1. nume. 2. 3. & seq. fol. 96.

Vxor renuntians hypothecæ rerum dotalium an, & quando sibi præiudicet, tit. 24. art. 3. nu. 3. fol. 130.

Vxor an & quando impediatur auctorem in rebus mariti, tit. 24. art. 32. nume. 3. fol. 136.

Finis tabulæ.

Glosæ

Glosæ ne dixerim vtilis, imo

ET NECESSARIAE, EDITAE AC COMPOSITAE
super Consuetudinibus Aluerniæ per Do. Aymonem, ex Comitibus
Plozascbi, & publicitarum condominis Pedemontanum, Iuris utriusque
doctorem clarissimum, & olim Sabaudie præsidem.

DES ADIOVRNEMENS TIT. I.

ARTICLE I.



Es sergès des iurisdicions subalternes & ordinaires, peuent faire de partie à partie, tous adiournemens simples & mainmises sur heritages, sans auoir de ce autre commission verbale, ne par escript. Et n'est adioustée foy à leurs exploitz, si à iceulx n'y a vn ou deux tesmoings, autres que sergens.

SUMMARIA IN GLOS. ARTI. I.

- 1 Citatio quando sit principium iudicij, & quando litis cōtestatio, & quod interrumpit prescriptionem legis vel statuti, & sic consuetudinis. & nu. 6.
- 2 Citatio quando perpetuat iurisdictionem iudicis citantis.
- 3 Citatio decreta in vna causa, perpetuat iurisdictionem in alijs, ratione connexitatis vel communionis.
- 4 Citatio executi facit quod habet locum tit. ut lit. penden. & c.
- 5 Citatio facit rem litigiosam.
- 6 Iudicium in quibus incipiat à citatione, & in quibus à litis cōtestatione.
- 7 Citatio interrumpit prescriptionem legis vel statuti, si sit valida, & si inuvalida si citatus compareat.
- 8 Verbum potest, quando importat voluntatem, & quando necessitatem.
- 9 Citatio utrum fieri possit sine commissione iudicis, siue sit realis, & personalis, siue verbalis.
- 10 Citatio an requirat causæ cognitionem.
- 11 Citatio an debeat committi nuntio, non uiso libello.
- 12 Terminis assignatio spectat ad iudicem, & quod termini consistunt in iudicis arbitrio.
- 13 Citatio habet tres partes, commissionem iudicis, executionem nuntij, & relationem citationis.
- 14 Iudex potest in principio causæ dare cōmissionem citandi in tota causā: & non sufficeret quod daret generalem in omnibus causis.
- 15 Citationes qualiter sint fiende.
- 16 Citatio & manusmissa facta uno aut duobus non adhibitis, an valeat.
- 17 Nuntio quando sit credendum, tam in pertinentibus ad officium suum, quàm in non pertinentibus.
- 18 Nuntius si diceret se uerberatum à citato, an sit credendus.
- 19 Nuntius seu sermens cuius qualitatis debeat esse, circa diuitias & morum honestatem.

Sermens, seu nuntius subalternæ iurisdictionis, aut ordinariæ, citra uerbalem, aut in scriptis commissionem, ad partis instantiam, citationem, aut manusmissam facere potest. Ipsi tamen actis & expletis, fides non accommodatur, nisi uno teste sermente, aut duobus non sermentibus fulcatis.



Nota quod consuetudo initium facit à citatione, & merito: quia processus ibi incipit, & sumit fundamentum. clem. pastoralis. versic. ceterum. de re iudic. tex. in §. fina. institu. de pen. 3. teme. litigan. ibi, utique enim in primis aduersarius in ius vocandus est. Et hoc quoad tres effectus relatos per D. Ias. in rubrica C. de in ius vocan. col. i. & potissime ad interrumpendum prescriptionem legis vel statuti, etiam triginta annorum. Item ad perpetuandam iurisdictionem iudicis citantis. Et de isto loquitur tex. in ca. gratum. de offic. delega. Fely. in c. relatum. col. 2. versic. glo. in verbo, cōtestata. de offic. delega. Et quando citatio in vna causa perpetuet iurisdictionem in alijs, ratione connexitatis, vel communionis. vide Fely. in c. quoniam. col. 4. versic. perpetuatio. de rescriptis. Et nota diligenter, quia sufficit quod talis citatio ad effectum perpetuationis fuerit decreta à iudice, licet non executi. Ita Deci. post Panorm. in d. c. gratum. col. 1. de offic. delega. His addo alium quartum effectum, quod post citationem executam, incipit habere locum titulus, ut lite penden. nihil inno. secundum Felyn. post alios per eum relatos in c. ceterum. col. 1. versic. obstat secundo. de rescript. Item & quintum, quia per citationem incipit esse res litigiosa. tex. in authen. litigiosa. C. de litigiosis. & qualiter ex litigiosis fiat reuocatio gestorum, vide Do. Abba.

quem remissiuè citat Fely. in c. cum M. Ferrariensis. col. 2. versicu. in glo. 2. in fine, de constitutionibus.

Et generaliter in quibus iudicium incipiat à citatione, & in quibus à litis contestatione, declarat Fel. in c. super quæstionum. col. 4. versicu. glo. in litis exordium. de offi. delega. Et præmissa intellige vera, siue sit processum contra legitime citatum contumacem, siue contra comparentem, vigore citationis nullæ: quia reputatur pro legitime citato. textus in l. etiam. §. fina. ibi, præsentem vel euocato. ff. de mino. Quod qualiter procedat, vide Fely. in c. 1. col. penult. de iudi. Panorm. in c. tenor. in fi. de re iudic. Zab. in rub. C. de in ius vocan. Fely. in c. illud. de præscrip. vbi dicit quod in casibus in quibus sola citatio interruptit præscriptionem: illud procedit, si citatio sit valida. Idem si sit inualida, si citatus compareat. Si verò non compareat, citatio inualida, & acta inde secuta ei, non nocent. l. si accusatoribus. C. de accu.

In textu, *peuent fare*. De materia verbi potest, quando importat voluntatem, & quando necessitatem, vide Do. Iaf. in l. 1. col. 2. versicu. in glo. in verbo, potest. ff. de iurif. om. iudi. plenè glo. in c. 1. de regu. iur. lib. 6. His præmissis, quero vtrum de iure communi possit ferrens seu nuntius citare sine commissione iudicis, allegatur à scribentibus. Bar. in l. fina. C. de exhi. vel transfrens. Verum est quod dum ibi Bart. sumat illam legem, loquitur generaliter de omni citatione: sed postea in primo notabili, se restringit ad citationem realem & personalem. Panorm. in c. 1. col. 2. de iudi. tenet indistinctè quod talis citatio non valeat. Et illud amplè firmat col. 12. versicu. quia supra dixi. Fely. autem reassumens dicta doct. in d. c. 1. col. 5. versicu. prima itaque sit in citatione reali. concludit cum Barto. & Panor. in verbali verò distinguit inter citationem quæ requirit aliqualem causæ cognitionem: & illa fieri non possit, & simplicem: & illa sic iudicio meo nulla est, adeò simplex commissio de citando, quæ non exigit aliqualem iudicis cognitionem: quod probo duobus mediis. Primum, iudex non debet committere citationem primam, nisi prius videat petitionem actoris, si sit honesta & iusta. Est doctrina Odof. in l. cum clericis. & ibi Bal. reputat eam nota dignam. C. de episc. & cleri. Secundum, in omni citatione debet apponi terminus ad comparandum coram iudice: sed assignatio termini spectat ad solum iudicem. l. 1. & 2. C. de dilationib. Et notat Bald. in c. quoniam contra falsam. in 13. col. de proba. Et cum termini consistant in iudicis arbitrio, considerata locorum distantia, non potest negari quin requiratur in præfixionem termini aliquis cognitio. Et sic est conclusio, quod semper citatio requirit aliqualem cognitionem: & ita clarè fatetur Fely. in c. relatum. col. 3. versicu. ad secundum argumentum. de offic. delega. & consequenter commissio-nem iudicis. Hoc plenè etiam probatur, quia citatio habet tres partes, commissio-nem iudicis de ci-tando, executionem nuntii, & relationem citationis: vt Abbas dicit in c. fina. in fine, de officio delega. Bald. in l. nam ita diuus. col. fina. ff. de adop. Sequitur Deci. in c. quoniam contra falsam. col. 2. versicu. tertio Abb. concludit. de proba. Bene fateor cum Fel. in dicto c. 1. col. 6. versicu. quia verum est. de iudic. quod à principio causæ, iudex potest dare commissio-nem nuntio, quod citet in tota illa causâ: & non sufficeret quod daret generalem in omnibus causis. Et qualiter sint fiendæ citationes, tam verbales, quàm reales, secundum regiam constitutionem, vltimò publicatam, dicitur in dictis constitutionibus, ca. 9. Dicitur in consuetudine, quod citatio & manusmissa facta vno aut duobus non adhibitis, non valet. Et tamen de iure communi creditur relationi nuntii, & officiali in officio suo. l. si quis decurio. C. de fal. notat Bar. in l. diuus. col. 2. versicu. tertio quero. ff. de custodia & exhib. reo. Saluari potest hæc contrarietas hoc modo: Si nuntius exequatur sine commissione, habet locum consuetudo: si autem cum commissione, ius commune. Optimè facit dictum Decii, consi. 94. col. 2. versicu. & licet esset officialis. in primo volum. vbi vult quod quando officialis est deputatus ad vnum, qui sit parui præiudicii, tunc ei credatur cum iuramento. Et aduerte quia creditur officiali in concernentibus officium suum: si autem officialis vel nuntius diceret se verberatum à citato, ei non crederetur. Iaf. in l. properandum. §. & si quidem. col. 2. in fine. versicu. quare autem credatur. C. de iudi. Et nuntius debet esse persona diues & approbata, secundum Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, per nuntium. Tamen videmus dietim personas viles & pauperes, ac infames admitti ad tale officium: & fieri posse testantur doctores relati per Fely. in ca. prudentiam. col. 4. in princi. versicu. glo. in versicu. etiam. de offi. deleg.

ARTICLE II.

Adiournemens faitz les iours feriez à iour non ferié, sont bons & valla- bles, comme s'ilz estoient faitz à iour non ferié: mais l'assignation escheant au iour ferié, est remise de soy au iour subsequent non ferié.

SUMMARIA IN GLO. ARTI. II.

- 1 Citatio facta die feriata ad diem non feriatam seu feriatam, valet, ac si & c.
- 2 Relatio nuntii de facta citatione die feriata in honore dei, an valeat de iure communi, & de relatione eiusdem citationis.
- 3 Citatio facta die feriata an sit admissibilis.
- 4 Dilatio assignationis cadentis die feriata facta ad diem sequentem non feriatam, an valeat.

Citatio facta die feriata ad diem non feriatam aut feriatam, valet, ac si facta esset ad diem non feriatam: & eo casu assignatio cadit die proximo non feriato.

Circa hanc consuetudinem potest quæri: Vtrum citatio facta die feriata in honorem dei, valeat de iure communi? breuiter dico quod non, per tex. in l. fina. C. de fer. Ibi, fileat horrida vox preconis. Tamen generalis consuetudo omnium prouinciarum eam admittit: vt plenè declarat præceptor meus D. Iaf. in l. 1. §. nuntiatio. col. 6. versicu. in quantum quærit & concludit Bar. ff. de ope. noui nun. Et sicut consue- tudo admittit quod executio citationis fiat die feriata in honorem dei, pari ratione dicendum est, quod sit admissibilis relatio nuntii de facta citatione, quæ est quid minus, quàm ipsa executio. Tamen de iure communi non valeret talis relatio facta die feriata, secundum Bal. in c. fina. de fer. sequitur Deci. in cap.

quoniam contra falsam. col. 11. versicu. & notandum est. de proba. Moueo circa hanc consuetudinem notabilem quæstionem. Pone quod testes fuerunt citati ad eandem diem feriatam, & pars ad diem visura deferri iuramenta testibus, illo die non deferuntur, sed die sequenti iuridico, parte absente: vtrum valeat dilatio? concludo secundum hanc consuetudinem, quod sic: quia virtute eius omnes assignationes, tam contra testes, quàm contra partem, cadunt illo die, qui sequitur diem feriatum. Sed iure communi fecus est: quia illa dilatio facta alio die, censetur clandestina, per tex. in l. aut qui aliter. vbi Bar. ff. quod vi aut clam. Et ita decidit Rota, quam refert & sequitur Fely. in c. 2. col. fina. de testi. Ideo optima est cautela his qui obser- uant ius commune: vt in citationibus semper dicant, quod citatio fit ad talem diem, nisi feriatam: quo casu, ad diem sequentem non feriatam.

ARTICLE III.

Adiournemens en cas de ban, faitz es domiciles des absens (s'aucuns en ont en la iurisdiction du iuge qui a discerné iceulx adiournemens) avec cry public es lieux accoustumez, ou le delict a esté commis, en les faisant appeller en iugement au iour à eulx assigné, sont bons & vallables, sans aucune authorisation.

SUMMARIA IN GLO. ART. III.

- 1 Citatio facta in domicilio, uel p. edictum, no. facta diligentia per nuntium de reperiendo personaliter citandum, an valeat. & n. 5.
- 2 Nuntius qualiter debeat facere suam relationem, & quid debeat referre.
- 3 Consuetudines & statuta debent reduci ad concordiam quantum fieri possit, cum iure communi, & intelligi, ut minus ledant ius commune.
- 4 Consuetudines & statuta recipiunt interpretationem passiuam à iure communi.
- 5 Citationem corruente, corrui totus processus.
- 6 Domicilia subiecta iurisdictioni iudicis, dicuntur esse de eius territorio, à terrendo dictum.
- 7 Iurisdictioni iudicis protenditur usque ad certos fines.
- 8 Territorij fines quomodo probentur, & quomodo distinguntur.
- 9 Territorium an sit idem quod districtus.
- 10 Citatio quando dicatur fieri per edictum.
- 11 Citatio per edictum an possit fieri tam ab ordinario, quàm delegato.
- 12 Citatio per proclama. an arctet absentem à patria.
- 13 Citatio an presumatur peruenisse ad notitiam citati existentis extra prouinciam, aut in longinquis partibus: & an iudex possit contra eum tanquam contumacem procedere.
- 14 Citatio per proclama. quado liget ignorantem. idem in constitutione uel statuto. Ignorans an incidat in pœnâ statuti.
- 15 Statuta à quo tempore ligent ignorantes, & quando incipiunt ligare.

Citatio in causa criminis contra absentem est fienda in domicilio, si quod habet in iurisdictione citantis. Et noce crida in loco consueto criminis parati.

Circa formam citationis tam in causa ciuili, quàm criminali, est aduertendum, quod de iure communi, vt citatio facta in domicilio valeat, debet nuntius facere diligentiam de reperiendo citandum personaliter, & de dicta diligentia relationem facere: aliàs si simpliciter referat se citasse domui, talis citatio est nulla: Bartol. in l. dies. §. prætor ait. col. 1. & plenius versicu. sed quid debeat nuntius referre. ff. de dam. infec. Bar. sequitur Alexan. consi. 2. in tertio volu. Et licet hæc consuetudo disponat, quod citatio fiat in domo & loco consueto: tamen debet intelligi & interpretari, facta prius diligentia, de qua supra: quia statuta & consuetudines quantum fieri potest debent reduci ad concordiam cum iure communi, & intelligi vt minus lædant ius commune quàm fieri possit. cap. cum dilectus. de consuet. Ita declarat Bart. in d. §. prætor ait.

Item statuta & consuetudines recipiunt interpretationem passiuam à iure communi. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falc. Et quod relatio nuntii sit hæda modo prædicto Bart. declarat deci. in c. quoniam contra falsam. col. 10. versicu. & prædicta conclusio. de proba. Et ibi, d. col. 10. versicu. & verum est. Dicit quod si nuntius dicat se citasse domi, prout habuit in mandatis, & in mandato seu commissione dictum fuisset quod citaret personaliter, si apprehendi posset, aliàs in domo habitationis: tunc sustineretur relatio nuntii. Sed si tantum in mandato dictum fuerit quod citaret, eo casu intelligeretur mandatum secundum formam iuris, hoc est, quod prius faceret diligentiam de reperiendo personaliter, & in subsidium, in domo. Et isto casu si nuntius simpliciter referat se citasse in domo, citatio est nulla: quia non præsumitur pro nuntio quod seruauerit iuris solennitatem. Et ista sunt notanda, quoniam corruente citatione corrui totus processus. clem. pastoralis. de re iur. & Bar. in d. l. dies. §. prætor ait. ff. de dam. infect. In tex. in verbo, *en la iurisdiction du iuge*.

Nota quod domicilia subiecta iurisdictioni iudicis dicuntur esse de eius territorio, à terrendo dictum. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signif. Dicuntur etiam de districtu, à distringendo. Et ista duo territorium & districtus sunt sinonima, & idem important. Cardi. in cle. fin. §. sane. de elect. Alexand. in l. fin. ff. de iur. om. iud. Felyn. in c. Rodolphus in 12. & 13. col. de rescrip. & in cap. licet causam, in princ. de probat.

Et quomodo probetur quod aliqua villa sit de iurisdictione alicuius ciuitatis, vel ager de finibus & territorio alicuius villæ, stringendo dicta. doc. optimum erit testimonium, si testes dicant quod iudex exerceuit iurisdictionem in illis locis, quod fieri potuit pluribus modis. Item quod viderunt quod possidentes illum fundum subibant onera collectarum in loco iurisdictionis ipsius iudicis, & de isto modo loquitur Felyn. in c. cum Bartold. col. penult. de re iudic. Item quod fundus est in territorio iudicis qui est notoriè & euidenter distinctus à territorio vicino. Aliquando fines & territoria distinguntur per vias regales. Aliquando

per flumina: quandoque per montes vel colles: quandoque per lapides seu terminos vel signa multum apparentia: quandoque per tacitas vel expressas assertiones partium in instrumentis antiquissimis, de quibus loquitur Fely. in c. cum causam. col. 2. versic. est verum. de proba. aliquando per vulgi opinionem & iudicium rusticorum: quandoque per sententias iudicum: quandoque per appositionem custodum in confinibus: quandoque per erectionem furcarum aut exercitium iurisdictionis, & quæ plene tradit Fely. in d. c. cum causam. de prob. ad quæ me remitto. Et vtrū districtus & territorium sint idē, & quid importat districtus, & vtrū verificetur in mari, vide Deci. in d. c. licet causam. col. 2. versic. tertio dicitur hic de districtu. de proba.

In tex. in verbo, cry public.

- 10 Ista citatio debet fieri per edictū, qñ fit per proclama. & edicta olim fiebant in albo prætoris. Bart. in l. & post. vers. quæro. ff. de iudi. Et tantū per edicta possunt citare ordinarii iudices, & delegati à principe, secundū Bar. in trac. ad reprim. in verb. per edictū. in prin. Et citatio per edictū, seu generale proclama, quando sufficiat, Bar. ibidē, & in l. si ex tēpore. C. de remis. pign. Et dicam plenius in titu. des executions. c. 24. arti. 24.
- 11 Et vtrū prædicta citatio arctet absentē à patria, Bart. in d. l. & post. dicit, q non est curandū q citatio perueniat ad notitiam citati: sed aduerte quia ibi Bart. loquitur in citatione quæ fiebat de vrbantate iudicis. De hac materia plenē dicā in tit. des fiefz. c. 22. art. 4. vbi videbitis q citatio nō præsumitur peruenisse ad notitiā citati absentis in lōginquis partibus: & cōsequenter nō potest dici citatus contumax verus, nec præsumptus: & ideo iudex nō possit cōtra eū absentem tanquā contumacē procedere, iuxta tex. in c. consultationibus. de offi. deleg. Et ad propositū optimē conferūt dicta in tit. des executions. c. 24. art. 24. nu. 5. vbi probaui q absentes tā ex volūtate quā ex necessitate, puta quia sunt carcerati, vel bāniti, possunt allegare ignorantiam proclamātū factorū in locis publicis: quod aliis nō licet. Bene fateor quod si post edictū se absentaret delinquens, talis absentia præsumeretur affectata, & non prodesset, vt ibidem declarabo. Et vtrum proclamata ligent ignorantem, & quid in legibus vel statutis est tex. in cap. vt animarum. de constitut. libr. vi. quod non, nisi ignorantia sit crassa & supina. Iam materiam plenē explicat Panor. in c. 2. col. 3. versic. venio ad secundum. & col. 4. versic. venio ad tertium. de constit. & ibidem Fely. col. 2. versic. circa primam. Panor. consil. 35. in 1. vol. Zabarel. consil. 33. & consil. 40. Alber. de Rosa. in rub. C. ne filius pro patre. Et quod probabiliter ignorantes non ligentur, est text. in l. si. ff. de decret. ab ordi. facien. est decisio Bar. in l. r. col. 5. vers. secundō quæro quid de delictis. C. de sum. trinit. & si. ca. vbi voluit quod ignorans incidat in pœnam statuti vel constitutionis, quando quod commisit erat delictum de iure communi: tamen communiter reprobatur, vt ibi Iaf. dicit col. 15. vers. secundō principalis q. cū Bar. tamen tenet Aret. in d. l. 1. duabus rationibus. Idem facit signo de homo. in repet. d. l. Fely. autem in cap. à nobis. el primo, de sen. excom. refert opinionēs & nullā firmat, licet videatur inclinare contra Bar. Idem Fely. in c. cognoscentes. col. 2. ver. tertia cōclusio. de consti. plenē disputat: & tandem dicit se sustinuisse quod ignorans non incidat in pœnam statuti: & sic contra Bar. in iudicando, hæc opinio esset tenenda: quia mitior. l. interpretatione. ff. de pœnis. Et à quo tempore ligent statuta, vide Bar. in l. omnes populi. col. 11. versic. quinto principaliter quæro. ff. de iusti. & iur. Plenē Fely. in c. cognoscentes. col. 3. versic. circa secundū. de consti. Et communis conclusio est, quod incipit ligare post duos menses, à die publicationis.

ARTICLE III.

Et s'ilz n'ont domicile en la dicte iurisdiction, suffit faire lesdictz adiournemēs par cry public au lieu du delict commis, & là ou les criz ont accoustumē estre faitz: car telz adiournemens, en les faisant aussi appeller en iugement au iour assigné, sont bons, sans aucune authorisation.

SVMARIA IN ARTIC. III.

- 1 Citandus non habens domiciliū in iurisdictione citantis, sufficit citari voce crida in loco consueto et criminis commissi.
- 2 Domicilium quando quis dicatur habere Domicilium quomodo mutetur.
- 3 Domicilia utrum quis possit habere plura.
- 4 Domicilium tam in citationibus quā in permissionibus est attendendum.
- 5 Domiciliandi animus qualiter probetur.
- 6 Domicilium ex sola residentia contrahendo vel delinquendo quomodo contrahatur. 7 Et, copula, cuius sit natura.

1 Quando citandus non habet domiciliū in iurisdictione citantis, sufficit citare voce crida, in loco consueto, et criminis commissi. In text. in verbo, domicile.

- 2 Quando quis dicatur habere domiciliū: item quando mutetur, dic duobus concurrentibus: videlicet, quando quis transmittit bona sua mobilia cum familia, in aliud domiciliū, & habet animum ibi perpetuō manēdi: iuxta tex. in l. domiciliū. ff. ad munic. Ita declarat Dec. conf. 283. col. 5. & 6. in 2. vol. Et vtrū quis possit habere plura domiciliā, q sic est tex. in l. assumptio. §. viris. ff. ad munic. Et q tā in citationibus, quā in permissionibus sit attendendum domiciliū. Item & qualiter probetur animus contrahendi domiciliū, post Deci. vbi sup. recurre plenē ad Fel. in c. dilectus filius. el 2. de rescrip. col. 6. 7. & 8. Et nota semper vnum, de quo ibi per Fel. q sola residentia, etiam non contracta habitatione, habetur pro loco habitationis, respectu eorum qui ibi resident, quando contrahunt vel delinquant: exemplo scholaris, qui potest conueniri in loco studii, licet ibi non contrahat domiciliū: quia habet animum redeundi domum. In textu in verbo, Et. Et natura copulæ est, aliquando coniungere quod est regulare: quando ponitur inter diuersa. Et eo casu requiritur concursus vtriusque copulati: prout est in casu præsentis consuetudinis. l. si hæredi plures. ff. de condi. instit. tradit Fely. in c. secundo, col. 9. versic. copula et. de rescript. Et natura eius est, restringere præcedentia enumerata. Ita Fely. d. co. 9. ver. & prius nota. Itē quādo ponitur inter nō diuersa, stat expositione: Fely.

Fely. ibi. col. 10. ver. fallit secūdo. Itē qñ plura copulātur in rescripto libello, vel articulis circa vnum effectū, in quo non sunt omnia de iure, necessaria copula resoluitur in disunctiuam. Ita Fely. ibi. col. 10. versic. fallit tertio. Et demū col. 11. versiculo, restringitur, ponit quinque restrictiones ad dictam tertiam fallentiam.

ARTICLE V.

Et se doiuent dōner les assignations desdictz adiournemēs & autres personelz en cas d'excēs, crimes & delictz de dix en dix iours, qui sont huiet iours francz.

SVMARIA IN GLOS. ARTI. V.

- 1 Citationes in causa excessus seu delicti quomodo sint fiende.
- 2 Consuetudo quando loquitur de spatio decem dierum, concordat cum lege ad peremptorium. cum duabus sequentibus.
- 3 Procedendi modus in criminalibus, secundum regiam constitutionem.
- 4 Dies citationis vel iniunctionis an computetur in termino.
- 5 Dies decem ad appellandum qualiter computentur: & de communi limitatione decem dierum, tam terminus à quo, quā terminus ad quem. & nu. 6.
- 7 Iudex in Aluernia an teneatur facere tres citationes, vel sufficiat una pro tribus, sicut est de iure communi, & c.
- 8 Citatio triplex quando requiratur, et quando sola pro tribus.

Quando citatio fit pro causa excessus et delicti, debet concludi spatio decem dierum inclusis, termino quo fit citatio et ad quem. In quantum consuetudo loquitur de spatio x. dierum, concordat cum l. ad peremptorium. cum duabus seq. ff. de iudi. Item & qualiter sit procedendū in patria regia in criminalibus, habetur in constit. publicatis anno 1539. artic. 24. & 25. De iure communi, vtrū dies citationis cōputetur in termino: distinguitur, aut loquimur de finali die termini, & ille cōputatur, l. 1. §. quod dicimus. ff. de succes. edic. l. pater. §. sexaginta. ff. de adul. Aut loquimur de ipso primo die assignationis, seu termini: puta si aliquis citetur copariturus infra decē dies, vel si alicui iniungitur vt infra x. dies soluat, vtrū dies citationis vel iniunctionis cōputetur in termino? Duæ fuerūt opinionēs: tamen cōmunis est q non: & ista obseruatur in palatiis, quia intelligitur de x. diebus proximis. Secus tamen est in x. diebus datis ad appellandū, qui currunt de momento ad momentū, auth. hodie. C. de appel. & ideo is qui appellat, decimo die debet inferere horā, vt videatur appellasse infra decē diū, à momento late sententia. Ita Fel. in c. quoad cōsultationē. col. 13. vers. quarta cōclusio. de re iudi. Et in tēpore restitutionis quod datur minoribus vel impeditis, q etiā datur pro rata tēporis impedimēti. clem. vnica, in fi. de in integ. rest. Fel. in c. ex ratione. col. pe. vers. quinto dū intricate oēs & c. de app. Et vt quantū poterō, studeā breuitati, nō trāscribendo aliorū dicta, videri potest D. Iaf. in l. 1. col. 3. vers. pro clara tamē intelligē. ff. si quis cau. vbi limitet cōmunem non procedere, qñ iudex vel nūtius diceret huic, ad decem dies: quia eo casu tēpus curreret de momento ad momentū. Secūdo potes limitare cōmunē, quando cōsuetudo est in contrariū, vt hic: vbi tam terminus à quo, quā terminus ad quē in termino x. dierū cōputatur. Posset moueri quæstio, vtrū in hac patria Aluerniæ iudex teneatur facere tres citationes, vel sufficiat vna pro tribus, sicut est de iure cōmuni, l. ad peremptorium. ff. de iudi? Respon. ex quo cōsuetudo dicit q fiant citationes de x. in x. diebus, per eā disponitur q sunt plures & interuallatæ. Nā regula est, q quando statutum vel cōsuetudo requirit plures citationes, illæ debēt fieri interpollatis tēporibus. Quæstionē istā decidit Bald. in c. ex literis. in vl. col. de cōsti. per glo. nota. in l. si cōuenerit. la prem. ff. de pig. ac. quæ refert & sequitur Do. Iaf. in l. si certis annis. col. 2. C. de pac. Plenē Deci. in c. consuluit. col. 7. in fi. vers. & ad supradicta notandū est. de offi. del. vbi tractat hanc materiā, qñ sufficiat vna citatio pro tribus. Et inter cætera no. q non potest fieri, quando proceditur per edictū. Et vt plenē scias qñ requiratur trina citatio cū peremptorio, distingue, aut sumus in actibus iudicialibus, & tunc in illis requiritur citatio trina, cū peremptorio. Ita Fely. in c. ex literis. col. 4. vers. in glo. de constit. Si verō sumus in actibus quasi iudicialibus, sufficit vnica. Ita Fely. d. col. 4. vers. amplia istā regulā. Et ibi dat exempla, qñ quis ex iuris dispositione tenetur interesse ad certum actū, etiā iudicialē, sufficit vnica requisitio. Itē & quando citatur quorū interest, ad cōfectionē inuentarii, sufficit vnica citatio: quia non fit proprie ad lites, sed ad interessendū certo actui, quasi extrajudiciali: & istud sufficit pro prima regula. Secunda igitur sit q in actibus extrajudicialibus, puta quando quis aliquē mouet, interpellat, aut contra eū protestatur, regulariter sufficit vnica citatio, monitio, interpellatio, vel protestatio. Ita Fely. in d. col. 4. vers. sed respectu citationis extrajudicialis. ibi tamen col. 5. ver. fallit enim primò. dat primā fallentiā, & octo alias postea addit. Et licet Fely. ibi. col. 6. ver. fallit octauo. tantū dicat de executore testamenti, adde tu, quid de herede monito de impleda volūtate defuncti, qñ sufficiat vnica monitio? Vide Do. Iaf. in auth. hoc amplius. col. 2. versic. secundō requiritur. & versic. & aduerte. C. de fideicommiss.

ARTICLE VI.

Et en matieres ciuiles, sont arbitraires, eu regard à la distance des lieux.

In ciuilibus tempora citationum sunt arbitraria, considerata locorum distantia.

Hodie omnes dilationes ad comparandum, ad edocendū de iuribus, siue ad probandū, de generali consuetudine sunt arbitrariæ: & possunt prorogari & abbreviari, prout religioni iudicantis expedire videtur: si tamen iudex nimis abbreviaret, diceretur grauare, & posset appellari: tex. in c. 1. & ibi latē Panor. de dila.

ARTICLE VII.

Le filz familier greigneur de vingtcinq ans peult ester en iugement, soit en demandant ou defendant, sans authorité ou licence de son pere: mais le iugemēt qui en ensuyt ne porte aucun interest audiēt pere.

- 1 Filiusfamilias maior annis 25. tam in agendo, quam defendendo potest esse in iudicio, &c.
- 2 Filiusfamilias in quibus potest stare in iudicio sine consensu patris, & in quibus requiritur patris consensus, & nu. 3. 4. 5. 6.
- 7 Filiusfamilias utrum possit se efficaciter obligare, & maxime recipiendo mutuum, & nu. 8.
- 8 Filiusfamilias obligatus an possit habere exceptionem senatusconsul. Maced.
- 9 Filiusfamilias mutuante, & se pro patrefamilias gerente, quando cessat senatusconsul. Macedon.
- 10 Filiusfamilias recipiendo mutuum utrum possit renuntiare beneficio senatusconsul. Maced.
- 11 Filiusfamilias utrum possit in carcerari pro debito.
- 12 Filiusfamilias utrum possit testari cum consensu paterno & ad pias causas, & num. 13.
- 14 Filiusfamilias utrum possit donare causa mortis cum consensu paterno.
- 15 Filiusfamilias utrum possit sibi eligere sepulturam sine consensu patris.

1 Filiusfamilias maior annis uiginti quinque, tam agendo quam defendendo potest esse in iudicio sine paterno consensu: sententia tamen in nullo patri preiudicabit.

2 Queritur utrum idem sit de iure communi? Et primo facio regulam quod in spiritualibus & in beneficialibus non curatur patria potestas. ca. fina. in fi. de iud. lib. 6. Idem etiam in causa castrensi, aut quasi castrensi, in accusando vel defendendo: verum quia Bartol. late explicat hanc materiam in l. cum non solum. §. necessitate. C. de bon. qua. lib. ibi me remitto: additis tamen infra scriptis notabilibus. Et primo quod in causis etiam summaris & executiuis requiritur patris consensus, secundum aliquos, quos refert D. Ias. in l. 2. col. 2. in fin. C. de edict. diui. Adria. Tol. ibi tamen dicit se de hoc dicto dubitare. & in rubr. C. qui admit. col. 2. versic. ad idem facit. Idem si impleteretur officium iudicis in forma iudicii, secus si extra ordinem, secundum eundem in l. 1. col. 4. C. qui admit. Contrarium tamen videtur velle Aretinus in l. prima, C. si ad rem iudi. vbi dicit quod filiusfamilias potest stare in iudicio quando proceditur simpliciter & de plano. Pro concordia, considera materiam in qua filiusfamilias agit, quia si nihil in ea ad patrem pertinet, patris consensus non requiritur: si vero aliquid pertineat, tunc secus. nam tunc aut cogitur pater consentire, aut repudiare commo dum, quod posset percipere, secundum Do. Bartol. in dicto §. necessitate. Et quia consuetudo loquitur de ann. 25. Et si sit maior 14. & minor 25. non disponit, erit seruandum ius commune, secundum quod in spiritualibus & beneficialibus potest filiusfamilias constituere procuratorem & sine consensu patris, d. cap. si. in princ. de iudi. lib. 6. In prophanis autem his casibus quibus potest esse in iudicio sine consensu paterno, de quibus praedixi, potest petere curatorem ad litem sibi decerni: vt dicit Bartol. in d. §. necessitate. Potest etiam, si vult, eum iuramento procuratorem constituere per authent. sacramenta puberum, C. si aduer. ven. Cautus aduocatus semper consulit minori, vt petat curatorem. nam si passus fuerit in iudicio lesionem, quando curatorem habet restituitur, secundo, non: quia iuramentum representat eum maiorem, l. si quis maior. C. de transac. notabilis est Do. Bart. in l. minor 25. an. omiffam. ff. de minor. Viso de iudiciis, superest videre de contractibus & vltimis voluntatibus. Et primo, quero utrum filiusfamilias possit se efficaciter obligare? facio regulam quod sic, quae fallit in duobus casibus, videlicet in mutuo, & voto. Regula cum dictis duabus sententiis probatur per text. vbi gloss. & Bart. in l. 3. §. sed utrum. ff. de minor. Alios text. concordantes allegat Do. Ias. in l. 1. versic. sed tunc obstat. C. qui admit. Et circa primam fallentiam de mutuo notandum est, quod licet filiusfamilias obligetur, tamen habet exceptionem senatusconsul. Macedoniani, inductam, tam fauore filiusfamilias, quam odio mutuantis: vt patet toto tit. C. & ff. ad senatusconsul. Maced.

9 Item notandum est quod si filiusfamilias esset in partibus longinquis, & gereret se pro patrefamilias, ita vt mutuantis verisimiliter posset credere eum esse patremfamilias, tunc cessaret senatusconsul. Macedon. text. est notab. in l. prima, C. ad senatusconsul. Macedon. Item circa istam fallentiam quero utrum filiusfamilias accipiendo pecuniam mutuo, possit renuntiare beneficio senatusconsul. Macedo? Fely. in cap. si diligenti. col. 8. versic. octauo fallit. de foro compe. mouet quaestionem, & distinguendo decidit, aut est facta simplex renuntiatio, & non valet: aut est iurata, & valet. allegat cap. debitores. de iure iurand. Et ista distinctio bene seruetur in partibus vltimontanis, in quibus secundum communem opinionem, de qua testatur. Do. Ias. in authent. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. iuramentum firmat contractum. sed in his partibus citramontanis in quibus iuramentum contractum non validat, & de facili relaxatur parte non vocata, sublatq. iuramento remaneret renuntiatio inualida, secundum terminos iuris communis.

11 Iterum quero, qualiter possit fieri executio contra filiumfamilias, quando nulla bona possidet? Bart. in d. l. 3. §. sed utrum. ff. de mino. soluit quaestionem, & dicit quod potest incarcerari. Idem dicit Ias. in l. prima, col. 1. C. qui admit. habet tamen remedium cessionis bonorum, ad euitandas carceres, vt declarat Barto. in dicto §. sed utrum. Secunda quaestio principalis est, utrum filiusfamilias possit testari eum consensu paterno? Regulatiter dicas quod non, nisi in casibus declaratis per Bartol. in l. prima, columna 5. versiculo, tertio quero. C. de sacrosanctis ecclesiis. Et ibi Do. Ias. col. 4. versic. secundo quia filiusfamilias querit, utrum filiusfamilias possit testari cum consensu paterno ad pias causas, & dicit communem sententiam esse, quod sic: sed quod non posset legare extraneis. Donare autem causa mortis posset accedente consensu patris: vt plenè per Ias. post gloss. ibi in d. l. senium. §. final. C. de testi. Inter caeteros casus, nota quod filiusfamilias potest sibi eligere sepulturam etiam sine consensu patris: vt tradit Bart. in d. l. prima, C. de sacrosanctis ecclesiis.

ARTICLE VIII.

Tout homme d'eglise peut estre adiourné pardeuant iuge lay sur verification & reconnoissance de seing manuel.

- 1 Ecclesiasticae personae quibus casibus comparere teneantur coram iudicibus laicis, & quid de clericis coniugatis, vel non. & nu. 2.
- 2 Iudices laici in quor casibus possunt cognoscere de causis clericorum & personarum ecclesiasticarum.
- 3 Consuetudo seu statutum disponens contra ecclesiasticos, an valeat, & in quibus. & nu. seq.
- 5 Consuetudo est obseruanda a subditis, siue iniqua seu inualida, quando principi sic placet.

Quilibet in quocunque ordine ecclesiastico constitutus coram laico citari potest suum signum manuale recogniturus. 1
Casus in quibus regia constitutio admittit clericos, etiam non coniugatos, coram laicis iudicibus citari, vide in constitutionibus publicatis 1539. fo. 1. arti. 4. Et in specie de recognitione & confessione, de qua in hac consuetudine, dicas idem procedere in toto regno: vt probat regia constitutio publicata 1539. artic. 102. Casus viginti in quibus iudices laici possunt cognoscere de causis clericorum & personarum ecclesiasticarum ciuilitur vel criminaliter, perstringit Chassaneus in tit. Des iustices. rub. 1. in verbo, si il n'a grace. a ver siculo, prima regula ergo est. fo. 49. vt que ad verlic. vicifimo fallit. fo. 52.

In tex. in verbo, d'eglise.

Cadit hic dubitatio, utrum haec consuetudo, vel alia, seu statutum disponens contra personas ecclesiasticas valeat? Nolo ponere os in caelum, sed tutius agendo digito labellum compefcere: & in hoc arti. recurri potest ad auth. cass. C. de sa. san. ec. c. non minus. de immu. eccl. ad c. at si clerici. de iud. cum ibidem notatis per doc. Et plenè per Fely. in c. ecclesia sanctae Mariae. col. 13. versic. extra gl. Restat videre de consti. cogor vlti a profilire. Est textus ad litteram in cap. clerici. de iudi. vbi Deci. post Abba. col. 6. versic. vltimo noto. dicit, quod lex ciuilis, nec consuetudo facere potest, quod clericus pro causa criminali vel ciuili conueniatur coram iudice seculari: & addit ibi in fine, quod hoc habet locum etiam in clericis constitutis in minoribus. Licet hoc verum sit, de iure tamen consuetudo est obseruanda, quantumcunque iniqua, vel inualida, a subditis, quando principi sic placet: decisio est D. Ias. in l. vbi pactu. col. fi. C. de transac. Idem Ias. in l. 2. §. si liber. col. 1. ff. de condi. cau. da. cau. non sec. vtitur his verbis. Nota tamen diligenter, quod si aliquid de facto seruatur in ciuitate, dato qd de iure communi non valeat, est perinde ac si valeret, postquam princeps sic vult vel patitur. Et ibi dicit hanc decisionem tenendam cordi: quia seruit ad indefinita statuta, & profecto in hac patria ad plures consuetudines, quae de iure sustineri non possent. Et quia dictum est personas ecclesiasticas non posse constringi per laicos, & statuta laicorum non valere contra personas ecclesiasticas, oportune queri potest utrum talia statuta cõprehendant bona patrimonialia clericorum? Et pro decisione praedictae quaestionis, primo discurrenda est quaestio generalis, utrum bona patrimonialia clericorum gaudeant priuilegio bonorum ecclesiae: in qua facias regulam quod non, nisi in casibus a iure expressis, aut habentibus omnimodam rationem. Ita Fely. in c. ecclesia sanctae Mariae. col. 3. versic. in glo. 2. in fi. & melius col. 4. versic. sed nihilominus. de consti. & ibidem dicta l. col. 4. versic. adde quod notat D. Anto. in c. i. dicit, quod sicut bona ecclesiae non possunt collectari, ita nec patrimonialia clericorum. Et glossator ibi, in verbo clericorum, ampliat illud procedere, etiam si bona sint prouenta clerico ex successione eius, qui collectas soluere, ratione ipsorum bonorum, erat consuetus. Idem si habeat bona indiuisa cum fratre. Fely. ibi, col. 5. in additione, in verb. priuilegio. & limitat, in collectis quae incipiunt deberi, postquam bona peruenerunt ad manus clerici: secus in praeteritis, quia bona transeunt cum onere iam causato etiam si transeant in ecclesiam. nam licet si ecclesia acquisierit bona catastata in registro communi, statim sit exempta, vt ad litteram dicit Fely. in c. ecclesia sanctae Mariae. col. 27. versic. secundo nota. de consti. tamen illud locum habet in collectis nondum impositis: sed si essent impositae pro decem annis, & tertio anno bona transfarent in ecclesiam, ipsa teneretur pro septem annis restantibus. ita Fely. d. col. 27. versic. tertio nota. Eandem opinionem, quod clerici non teneantur ad collectas pro bonis patrimonialibus, tenet Paul. de Cast. in authent. nulla communitas. C. de sacrosanctis ecclesiis. ec. quaestione mouet Do. Ias. in l. placet. col. fi. versic. an autem clerici. C. de sacrosanctis ecclesiis. sed remissiuè loquitur, licet Fely. in loco praedictato videatur sicco pede transire cum D. Antho. Ego tamen multum dubito de illa decisione: quia non est verum fundamentum, quod bona patrimonialia cohaereant personae clerici: patet, quia licet persona clerici condemnati pro debito ciuili non possit distingui per iudicem laicum, etiam si sit coniugatus cum vnica & virgine, dummodo deferat habitum & tonsuram, iuxta c. vnicum, de cleri. coniuga. lib. vi. vt declarat Fely. in c. ecclesia sanctae Mariae. col. 42. versic. 17. quero. de consti. tamen bona clericorum possunt capi in executionem iudicati: vt declarat D. Ias. in l. miles. in prin. col. 3. versic. in tertia parte glo. ff. de re iudi. Ergo inferri potest, quod priuilegia concessa clericis, intelliguntur concessa personis, & non bonis. Tamen quia supradictum fuit quod tunc priuilegium extenditur ad bona quando id a lege est expressum, quantum ad collectas, ne clerici vexentur, id expresse dicit gloss. in d. c. vnicum, in §. no. vbi dicit: nota quod clericus coniugatus in aliis omnibus priuilegiis reputatur laicus. ideo vt laicus vocatur ad taleas, tributa, exactiones, & alia munera a quibus eximuntur clerici. Et alia glo. in verb. in caeteris. Quicquid dicatur, non video hoc obseruari: quia talis obseruantia esset laicis valde damnosa. Si tamen in aliqua parte id esset in obseruantia, ex eo non laedetur respública: quia si aliquis descriptus in catastro communitatis alienauerit praedia in priuilegiatum, nõ debet extrahi de catastro. Et imputet sibi quod priuilegiato rem concesserit. Ita D. Ias. in l. placet. in fi. C. de sacrosanctis ecclesiis. vbi allegat Bal. Et in specie de eo qui alienauit ecclesiam, quod teneatur ipse & sui haeredes ad onera, tenet Paul. de Ca. in d. l. placet. in fi. Idem posset adoptari in rusticis, qui alienant praedia Pedemontana, non tenentur ad onera communitatis: & etiam in Gallia, vbi nobiles non contribuunt in collectis. hunc tamen rigorem nunquam obseruari vidi. Supra scriptis adde quod licet clerici pro bonis ecclesiae non teneantur ad decimas, eas tamen debent pro patrimonialibus. ita Fel. in c. ecclesia sanctae Mariae. col. 5. versic. quod licet de bonis. C. de sacrosanctis ecclesiis.

ARTICLE IX.

Femme mariée exerçant marchandise publique, peut ester en iugement, tant en demandant que defendant, sans autorité de son mary.

SYMMARIA IN GLO. ART. IX.

- 1 Mulier nupta de iure communi an possit nomine proprio uel alieno sine consensu mariti, stare in iudicio. & nu. 2. 5.
- 3 Mulier exercens mercantiam marito sciente & patiente, uidetur habere mandatum tacitum.
- 4 Mulieri contrahenti cum aliquo, quando secure & recte solui possit, item & filiofamilias.
- 6 Mercator qui dicatur, & in quibus gaudeat privilegijs mercatorum. & nu. 7. 8. 9. & 10.
- 11 Maritus an obligetur ex facto uxoris mercantiam exercentis.
- 12 Muliere contrahente pro alijs quam pro sua mercantia, habet locum titulus C. ne uxor pro marito. & e contra.
- 14 Mercatores publici qui dicantur, & qui publ. tabernarij uel usurarij.

1 Mulier nupta mercantiam exercens publicam, potest nomine proprio, & sine mariti consensu, tam agendo quam excipiendo esse in iudicio.

2 Ratio dubitandi fuit, quia in dubio mercantia presumitur esse mariti, ut euitetur suspitio turpis quaestus. l. etiam. C. de donationibus inter virum & uxorem, in fin. glos. in l. cum oportet. C. de bonis quaer lib. Franc. Cre. suo singul. 6. & ista ratione videbatur quod mulier praestaret nudum seruitium, & quod actio & exceptio marito competeret: argumento l. qui familiaritatis iure. ff. de acquir. re. do. Ratio decidendi est, quia ex quo exercet mercantiam publicam, marito sciente & patiente, videtur habere mandatum, ut exequatur quaer negotiationi conueniunt. argumento l. 2. ff. de iur. om. iud. ubi mandata iurisdictione videntur ea mandata, sine quibus iurisdictione exerceri non potest. & est tex. in l. qui patitur. ff. manda.

Et tali mulieri contrahenti cum aliquo, etiam recte solui potest. Ita Bar. & alij in l. eum qui sibi. ff. de verb. oblig. l. in l. filius paciscendo. C. de pact. in fi. ubi tradit, quid si solutio fiat monacho vel filiofa. De iure communi, vtrum mulier possit esse in iudicio nomine proprio, videtur quod non: quia est actus publicus interuentus in iudicio, qui videtur feminis prohibitus. l. femina. ff. de reg. iur. ubi Deci. ample tradit a quibus feminis abstinendum sit. In contrarium est tex. in l. quia absente. in fi. C. de procur. Et decidit Bar. in l. licet. col. 2. C. eo. titu. Nec obstat tex. in l. maritus. C. de procur. qui dicit, quod pudori matrimoniali non conuenit, ut mulieres frequentent iudicia, & in conuentum hominum irruant: ex quo tantum dicit non conuenit, non tollitur potentia. Pro alijs autem procurare non possunt. l. feminis. de procur. nisi tribus concurrentibus, de quibus ibi.

In tex. in verbo, Marchandise.

6 Quæro, quis dicatur mercator, & gaudeat privilegijs mercatorum? Dic quod quinque concurrentibus. Primo quod sit descriptus in matricula mercatorum: intellige hoc procedere, si in loco exercitii mercantiae sint soliti mercatores matriculari: quia ut experientia docet rerum magistra. c. quam sit. de elect. lib. vi. in omnibus villis non est consueta matricula. Secundo quod artem exerceat, supple vel exercuerit, & habeat animum reassumendi exercitium, qui in dubio presumitur, nisi ex verisimilibus coniecturis appareat de contrario. Tertio requiritur secundum Bar. in l. semper. §. negotiatio. ff. de iure immu. quod qui exercet mercantiam, habeat maiorem partem fortunarum in dicta mercantia: allegat §. conductores. qui nihil facit ad propositum, videtur facere text. iuncta glo. in §. negotiatio. tamen iudicio meo istud tertium non probatur lege nec ratione: quia is dicitur mercator, qui habet consuetudinem negotiandi in vna mercantia, emendo, & vendendo: ut bene declarat Bart. in l. legatis. in prin. ff. de leg. 3. & declarant infra allegandi, & respondendo ad text. in d. §. negotiatio. ubi qui habet maiorem partem fortunarum in negotiatione mercantiae, excusatur a muneribus, de quibus ibi. Ideo est, quia talis est semper in magno periculo ne pereant eius facultates: iuxta illud poeticum: Currit mercator ad Indos per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignem. Et quia ibi privilegium erat concessum in praerudicium municipum, & sic tertium. Ideo erit strictè interpretandum. Et ille tex. non potest allegari ad propositum nostrum, ubi agitur de privilegio mercatori concedendo, sine praerudicio tertii. Et talis qualitas non tollit effectum nominis mercatoris, nec inuenio quod ceteri doc. qui hanc materiam amplectuntur, ut plenè facit Fely. in prohe. decret. col. penul. & si referant dictum Bar. in dicto §. negotiatio. Quarto requiritur quod mercantiam exerceat per se, non per ministros seu infitores: tex. & ibi Bar. in l. si. ff. de excu. tut. Alex. tamen in l. diem functo. ff. de offi. affes. col. 8. ver. male etiam videtur dicere. Ro. distinguit inter officia villia, de quibus loquitur d. l. si. ff. de excu. tut. & officia digna, de quibus loquitur l. neminem. §. ne autem. C. de decur. libro decimo. Item Alexan. excusat etiam imeditos, qui seruiunt per substitutum. In hoc articulo, iudicio meo est distinctio habenda, aut quis dat pecuniam tertio, qui artem mercantiae exercet, & aliquo tempore ab eodem recipit computum & rationem: & tunc talis proprie non dicitur mercator: quia nihil negotiatur, licet largo modo mercator dici possit, ea ratione: quia ea nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur: ut habetur in l. prima, §. quod nobis. C. de vete. iu. enuc. Aut aliquid negotiatur, licet habeat infitores, quæ maiora negotia expediunt: & concurrunt in eo ceteræ qualitates mercatoriae: & tunc talis veniret in statuto, seu constitutione faciente mentionem de mercatore: quia pro tali communiter à populo reputatur. Quinto requiritur quod fecerit plures actus negotiationis in illa mercantia. Nam ex vno actu quis non dicitur mercator, sicut nec vna irundo facit ver. secundum Bar. in l. prima, §. 1. ubi est text. ff. de tribu. Et nota doc. Bar. in l. mariti. §. quaestum. ff. de adult. ubi declarat quando per vnum actum quis acquirat nomen officii, & quando requirantur plures actus. de qua docet meminit Fely. in prohe. decret. col. fi. Dicitur fuit quod mulier potest conueniri, nunquid etiam ex facto mulie-

ris in dicta mercantia obligetur maritus? dico quod sic, quia mulier eo casu habetur loco infitoris, qui obligat dominum, l. in eum. §. tabernæ. ff. de instit. secus esset si mulier se obligaret pro alia causa quam mercantiae: quia tunc haberet locum titulus, C. ne uxor pro marito. & e contra. Et ratio est, quia limitata causa limitatum producit effectum. text. in l. agris. ff. de acquir. re. do. quam regulam quæ seruit ad multa per exempla, tradit Do. Iaf. in l. age. columna secunda, versic. secundo noto. C. de transac.

In text. in verbo, public.

Qui dicantur publici mercatores, item qui publici tabernarii, vel usurarii, dicitur infra, in tit. des sermens. c. 3. articulo 2. num. 6. & 7.

DES IUGES, ET LEURS IURISDICTIONS.
TIT. II.

ARTICLE I.



Un vassal, seigneur vtil ou subiect en iustice, ne peut prendre complainte en cas de nouuelleté, n'autre remede possessoire, contre la saisie ou empeschement faitz par iustice, à l'instance de son seigneur iusticier direct ou feodal: ne prendre ladicte saisie ou empeschement pour trouble de fait.

SYMMARIA IN GLOS. ARTIC. I.

- 2 Dictiones, vassalus, vtilis dominus, qualiter sint intelligenda, disiunctè, uel coniunctè.
- 3 Vassali qui dicantur, qui emphiteote, & qui censuarij.
- 4 Vassali, emphiteote, & censuarij, quid inter se differant.
- 5 Interdictum utrius possidetis, competit contra eum qui me uerbaliter turbat in possessione rei mee, aut à me possessa, forte dicendo quia nullum mihi ius competit.
- 6 Dolus non presumitur procedendo via executionis iustitiæ.
- 7 Actus iudicialis non potest capi pro turbatione, & ideo non competit interdictum vnde ui.
- 8 Spoliato à iudice sub clipeo iustitiæ, quod remedium contra ipsum iudicem competat.

Vassalus vtilis dominus aut subiectus iustitarius, cui ministerio iustitiæ fuit res sasita, aut cui aliud fuit datum impedimentum domino directo aut iustitiano instante, non potest querelam dare de turbata possessione: sed ei succurritur modis, de quibus in subsequentijs consuetudinibus.

Ibi vassalus vtilis dominus, &c. Potest quæri, si istæ dictiones intelligantur coniunctè vel disiunctè, ut ponantur tanquam vnum aut tanquam diuersa, & inter ipsas dictiones cadit punctus, quia quilibet vassalus est vtilis dominus, sed non conuertitur, quia non omnis vtilis dominus dicitur vassalus. Nam illa dictio vtilis potest verificari in emphiteote, liberario, & similibus qui sunt domini vtilis, & non vassali. Pro intelligentia huius consuetudinis, Quæro quid inter se differant vassali emphiteote & censuarii? Breuiter, vassalus dicitur qui tenet aliquid in feudum, & regulariter ratione feudi nihil annuum soluit: quotiens vero annuum soluitur, aut est quid parum quod soluitur in recognitionem directi domini, & tunc est emphiteosis: aut id quod soluitur, datur pro aliquo compensa fructuum, & concedens rem, nullum ius retinuit, præter censum: & tunc est contractus censualis. Ita declarat pulchre Bar. in l. 1. §. 1. ff. de publica. allegat cap. constitutum. ubi est tex. & glo. de reli. domi. addo Do. Iaf. ample in l. prima, col. 10. C. de iur. emphi. & in aut. qui rem. C. de sacrosan. eccle. Ratio dubitandi in hac consuetudine fuit, quia eo ipso quod quis in iudicio dicit rem ad me non pertinere, dicitur me turbare, & competit mihi ex sola negatione iuris mei, confessoria, etiam si non possideam. deci. est Do. Iaf. post Bart. in l. si prius. col. 6. ff. de ope. no. nun. Ex eo autem quod quis dicat rem me non possidere, an ex ista verbali contradictione possit mihi competere interdictum, Vti possidetis? dic quod non: secus si dicat se possidere, nam tunc est vera turbatio: quia duo in solidum eandem rem possidere non possunt, l. si vtr. §. si duobus vehiculum. ff. commo. Istam differentiam tradit Deci. in c. licet causam. col. 18. ver. est tamen inter istos casus. de proba. Idem voluit Do. Iaf. in l. si prius. col. 6. ver. pro dicto Bar. facit. & melius, col. 7. versic. ista vltima opinio. ff. de ope. no. nun. Ratio decidendi fuit, quia procedendo via executionis iustitiæ, presumitur abesse dolus: & actus dubius semper debet interpretari ad exclusionem delicti. l. merito. ff. pro socio. Dum consuetudo dicit quod actus iudicialis non potest capi pro turbatione, pro hoc dicto facit dictum Panor. in c. ex insinuatione. col. 1. de procur. ubi allegat glo. singularè in cap. presentium. 7. quæst. quæ vult quod contra iudicem non competat interdictum vnde vi. sequitur Fely. in c. si quando. col. 1. de offi. deleg. Potest tamen agi contra iudicem, interdicto recuperandæ, quando aliquem spoliant virtute sententiæ nullæ. Ita declarat Deci. in capitul. causam matrimonii. in fin. de offic. deleg. & plenius consil. 125. col. 2. versic. & ad hoc in terminis, in primo vol. Et de materia quale remedium competat spoliato à iudice, contra ipsum iudicem, vide plenè Fely. in cap. cū causam. co. 1. & 2. de offi. deleg. ubi tradit regulam cum tribus fallentijs. Et dicit Fely. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. co. 12. versic. sexto noto. de constit. quod licet spoliatus à iudice ante omnia non sit restituendus: quia pro eo presumitur: tamen fallit quando iudex spoliavit sine causæ cognitione. Regulam prædictam tradit Fely. in cap. dilectus filius. col. 1. de rescrip. & eam limitat tribus modis. Prima est limitatio, quando iudex procedit extrajudicialiter, tanquã

privatus. Secunda, quando iudicialiter: sed de nullitate & notoria iniquitate gestorum constat, puta quia processit iuris ordine non seruato, vel non adhibita causae cognitione, quando erat adhibenda. Tertia, quando iudex carebat iurisdictione in actu quem exercuit. Et ibi col. 2. habetur cui incumbat onus probandi iniustitiam. Et concludit quod in casu regulae parti, quia praesumitur pro iudice in casibus exceptuatis iudici: quia pro eo non praesumitur quicquid dicat Fely. quando iudex processit tanquam privatus, sicut cum eo: sed quando tanquam iudex, incumbit parti, quae spoliium obtinuit, edocere de actis: & ex eorum lectura apparebit de notoria nullitate, vel iniquitate.

ARTICLE II.

Mais se peult opposer, appeller ou venir par recours, si bon luy semble.

SUMMARIUM IN ART. II.

- 1 Quod tribus modis succurritur vassallo turbato: opponendo, scilicet appellando, & recurrendo ad superiorem. & nu. 5.
- 2 Vassallus turbatus debet se opponere, & quare, & nu. 3.
- 4 In preiudicialibus taciturnitas partis habetur pro consensu.

- 1 Vassallo turbato tribus modis opponendo, appellando, aut recurrendo ad superiorem, succurritur.
- 2 Nota quod si vassallus sit praesens quando fit factio, aut sit impedimentum, debet semper se opponere, ad evitandum disputationem, vtrum praesens & tacens in extraiudicialibus in sui praerudicium habeatur pro consentiente: de qua quaest. late per Bar. in l. quae dotis. col. 4. ver. quare quid de presente & sciente. Et ibi amplissimè Do. Ias. ff. sol. mat. vbi docet quod recipiens misisuas praerudiciales, eas lacerat, aut eis contradicat: & sic ibi tractat materiam: l. filiuffami. ff. ad Macedo. de qua per Fely. remissivè in cap. 2. de here. Et in iudicialibus semper quis opponat, quia in eis quantuncumque praerudicialibus taciturnitas partis habetur pro consensu. Bart. in l. i. C. de relat. vbi docet quod semper scribi facias in actis praesente & contradicente. De illo dicto Bar. vide Cepol. cautela 123. incipiente est dubium. & eundem, cautela 226. incipiente, si sit. vbi late de his quae fiunt tam a parte, quam a iudice, Bar. in d. l. i. C. de rela. refert & sequitur Do. Ias. in l. patre furioso. col. 5. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Dicitur in hac consuetudine quod vassallo datur electio appellandi, aut recurrendi ad superiorem, vtrum idem sit de iure communi: videtur quod non: quia appellatio est remedium ordinarium, ideo facit cessare remedium recursus, quod est extraordinarium, recurri potest ad do. Ias. post Bar. ibi, in l. in provinciali. §. 1. col. 6. & ff. de ope. no. nu. vbi tradit regulam, cum sex limitationibus: & inter caeteras, nota quartam, quando remedium extraordinarium pinguius prouidet: nam tunc non cessat.

ARTICLE III.

Toutefois iceluy vassal, seigneur vtil ou subiect en iustice, peult vser desdictz cas de nouuelleté, & autre remede possessoire sur heritage dont il se vouldroit dire possesseur, contre le seigneur iusticier direct, ou feodal, qui le detient trouble ou occupé, ainsi qu'il feroit contre vn autre priuè.

SUMMARIUM IN GLO. ART. III.

- 1 Vassallus seu utilis dominus, potest intentare omne remedium possessorium contra dominum iustitiarum, & c. & quado. & nu. 18. & 19.
- 2 Praesens consuetudo in quo differt a precedenti.
- 3 Scriptores qui fuerunt praesentium consuetud. & quod usi sint tribus uocabulis, & quae. & nu. 4. 5. 6.
- 7 Conuentus non auditur uolens probare de dominio etiam si incontinenti, & c.
- 8 Possessorium remedium qualiter tam de iure communi quam secundum dispositionem regiae constitutionis perdatur.
- 9 Exceptio dominij quando admittitur, & quando non. & nu. 10.
- 11 Agenti recuperandae, in beneficialibus non obstat exceptio criminis, nisi de eo fuerit cognitum.
- 12 Agenti recuperandae obstat exceptio notorij defectus tituli, & quando dicitur notorius defectus tituli.
- 13 Interdictum uti possidetis, quando competit turbato in possessione, & quae sunt probanda pro victoria dicti interdicti, item & quid suffragetur titulus. & nu. 14. 15. & 16.
- 17 Possessio quae & quando dicitur interrupta.
- 20 Interdictum adipiscendae competit ei qui uult consequi possessionem quam nunquam habuit: & etiam ei qui petit poss. ex testamento.
- 21 Exceptiones quae admittantur contra interdictum adipiscendae.
- 22 Qui dicatur legitimus contradictor.
- 23 Interdictum quorum bonorum competit ei qui ab intestato petit possessionem bonorum sui proximioris defuncti.
- 24 Modus libelli in hoc interdicto.
- 25 Quando articuli de proprietate in eo admittantur.
- 26 Possessio defuncti transfertur cum dominio, ad heredem sine alia apprehensione, & hoc iure consuetud.
- 27 Clausula constituti extinguitur morte constituentis.
- 28 Effectus constituti passiuus, de iure communi transit contra heredem constituentis.

- 1 Vassallus seu aliàs utilis dominus, potest intentare omne remedium possessorium contra dominum iustitiarum aut directum, sicut contra priuatum, quando rem suam detinet, aut in ea eum turbat, uel eam occupat.
- 2 Queri potest, quid haec consuetudo differat a praecedenti? respondetur, quod praecedens loquitur quando instante

instante directo domino fit via iustitiae impedimentum vtili domino: haec quando dominus propria auctoritate detinet, turbat, vel occupat. Et est aduertendum quod illustres & doctissimi viri, quibus datum fuit onus, & merito, redigendi in scriptis consuetudines Aluerniae, prouinciae opulentissimae, ac nobilissimae, inter quos fuit recolenda memoriae vir acutissimi ingenii Antonius du Prat, tunc primarius Parisiensis senatus praeses: & qui scientia sua, doctrina, ac rerum maximarum experientia ad cancellariae excelsum gradum, cardinalatus culmen, & legationis dignitatem amplissimam fuit eleuatus, non sine ministerio in hac consuetudine vsi sunt tribus uocabulis, quae diuersos recte intuenti important effectus, vt statim dicitur.

In tex. in verbo, detient.

Praedicti scriptores intellexerunt quando interuenit spoliium, & tunc vtili domino ad recuperandam possessionem competit interdictum recuperandae. Et in isto sufficit probare quod cecidisti a possessione sine facto & culpa tua. Et possessio recens praesumitur clandestina, vel violenta, respectu antiquioris possessionis, si hoc allegetur. Et de isto remedio habes tex. in cap. reintegrandae. quaest. 1. quem dicit notandum Bar. in l. rem quae nobis. in ff. de acqui. poss. Et quia Sozi. in d. l. rem quae nobis. ad futuritatem attigit hanc materiam: si in aliquo eris dubio, recurre ad eum: cui addo Deci. consil. 56. col. fin. in princi. In hac materia notandum est, quod conuentus non auditur uolens probare de dominio, etiam incontinenti, nec si excipiat dolo petis quod si restitutus es: quia causa spoliij est adeo priuilegiata, vt non admittat exceptionem vllam. Bart. in l. si quis a se fundum. C. ad l. Jul. de vi pub. Verum quia materia spoliij est frequens, teste magno practico Iohanne Petro Ferrii. in sua practica, in tit. de turba. poss. vbi inquit: Videmus enim persaepe turbari statum imperij ducum Marchionum, comitum ciuitatum prouinciarum nobilium mediorum & inferiorum, quarum quidem turbationum materia & causa principalis triplex est: videlicet superbia, inuidia, & auaritia. Quae vitia compefcere habet constans iustitia, si virtus eius locum habeat in principum curia, seu aula: sed pro dolor, exulauit a patria. Nolo admittere aliquas fallentias, quas tradit Pau. de Cast. in l. si de vi. col. ff. de iudi. in quibus exceptio dominij admittitur: & in specie aduerte ad infra scriptas. Primo admittitur exceptio dominij quando notorie constat spoliatorem esse dominum: & certum est possessorem non debere restituere. Ias. in l. i. in §. col. in fin. versic. tertio facit ff. de ope. no. nu. Idem in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 4. & §. ff. de acqui. poss. Item fallit quando spoliatus patitur litem contestari super exceptione dominij opposita, & super ea cognosci: quia videtur renuntiare priuilegio, quod prius cognoscatur de spolio. Ita Bar. in d. l. si quis a se fundum. & Do. Ias. in d. l. prima. in 3. col. in fin. ff. de ope. no. nun. Ea ratio ne Fely. in c. 1. col. 3. de excep. dixit: quod agens queri recuperandae, in beneficialibus, non obstat exceptio criminis, nisi de eo fuerit cognitum. Adde his quae supra dixi de notorio defectu iuris. Et nota perpetuo, quod agenti recuperandae obstat exceptio notorij defectus tituli. Rota, deci. 16. in nouis. Istam partem attestatur communem Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 13. ff. de acqui. poss. Eam tenet Sozi. in d. l. rem quae nobis. eo. tit. Et dicitur notorius defectus tituli, quando ex eius lectura & visione apparet absque alia cognitione, vel extrinseca probatione: secundum Bart. in l. 2. col. 1. versic. vltimus oppono. C. de edic. di. Adri. tol. & in l. si. §. 1. versic. venio ad contraria. eo. tit.

In tex. in verbo, trouble.

Loquitur de turbatione, & vassallo turbato competit interdictum Vti possidetis. Igitur primo quero in hoc interdicto quid habeat concludere libellus: dic tria. Primo quod aduersarius me non molestat de praesenti: secundo, vt desistat a molestatione in futurum: tertio, quod condemnetur ad interesse pro molestatione praeterita. Ita Bar. in l. 1. §. interdictum. versic. vltimo quero. ff. vt possi. eum refert & sequitur Deci. in c. licet causam. col. 8. versic. quarto decimo noto. de proba. Item quae sint probanda pro victoria huius interdicti, Deci. in d. c. licet causam. col. 7. versic. tertio in interdicto. dicit quod antiquior possessio praefertur iuniori, etiam titulate, si actor deducat siue alleget quod iunior possessio est clandestina respectu antiquioris possessionis Concordat Fely. in d. cap. licet causam. col. prima, qui in quarta causa victoriae concludit, quod titulus tunc tantum operatur, quando probationes sunt aequales. Et praedicta locum habent, quando qui agit interdicto Vti possidetis, seu intentat eius loco querelam nouitatis, habet corporalem possessionem. Sed quia aliquando euenit quod is qui tale remedium intentat, habet tantum ciuilem possessionem, & corporalis est apud alium sine causa: vt plenè declarauit in tit. des successions. cap. 12. artic. 1. in verbo, salsit. nu. 11. circa fi. eo casu agens dicit se dominum, & habere ciuilem possessionem: quia alteri tradidit corporalem, vel fortè beneficio statuti, vel consuetudinis est factus: & ille qui corporalem habet, nunc detinet sine causa: puta quia emphyteosis est, finita, vel usufructus finitus, vel precarium finitum. & idem petit illum condemnari vt restituat corporalem, & desistat a molestatione: quia retinendo corporalem sine iusta causa, & non patiente habentem ciuilem possidere, dicitur eum in sua ciuili molestare. Ita declarat Bar. in l. prima, §. fi. col. penult. versic. videamus. ff. vt possidetis. & ibi col. fi. versic. hic reus. declarat quid debeat probare conuentus, seu defensor. Idem voluit Do. Ias. in l. 2. co. 55. C. de iure emphi. Nota tamen perpetuo vnum, quod quod tidie practicitur, quod si vltimus possessor probare possit quod possedit, saltem per annum, aduersario sciente & patiente, tunc antiquior possessio dicitur interrupta, & non prodest. Ita declarat Fely. in d. cap. licet causam. col. 8. versic. & praedicta conclusio. de probat. Et ista ratioe fuit promulgata regiae constitutio, per quam disponitur quod turbatus vel expulsus a possessione, tenetur querelam proponere & formare infra annum, alias tacendo per dictum tempus, sibi praerudicat in possessorio. Dicitur in hac consuetudine quod vtilis dominus habet remedia contra directum, quae habet contra priuatum turbantem. Quero de notabili quaestione, vtrum possit domino directo facienti de facto, de facto resistere, sicut licet ei resistere contra priuatum? vt ample tradit do. Ias. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. conclude quod sic, & ad maiorem cautelam appellabit, & demum de facto resistet. Ita vult Bart. in l. prohibitum. C. de iure fil. libro decimo. & licet nihil ibi dicat de appellatione, dicit tamen appellandum ad cautelam. Deci. in cap. si quando. de offi. deleg. vbi plenè tractat quando

19 fit licitum iudici aliquid iudicialiter vel extraiudicialiter facienti, de facto resistere. Et dum dixi q̄ utilis dominus qui possidet naturaliter, potest resistere directo, fortificatur hæc conclusio per dictum Bal. quem refert & sequitur Fely. in d. cap. si quando. col. i. dum decidit q̄ coloni & inquilini qui tantum habent de-
tentationem, habent ius resistendi.

In text. in verb. occupe.

20 Loquitur de possessione iniusta apud eum qui eam habet, & quæ alteri pertinet: & habet vassalus siue quilibet prætendens possessionem sibi deberi, ex iusta causa quam nunquam habuit, interdictum Adipiscendæ.
21 Et istud competit ei qui petit possessionem ex testamento non abolito, non cancelato, nec suspecto: iuxta l. si. C. de edic. di. Adri. tol. Nam obtinebit, nisi se opponat legitimus contradictor: Bar. & Ias. in d. l. fin. & ibi ponitur quis dicatur contradictor legitimus. Et exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem, non impediunt talem missionem: secus si de eis fiat fides in promptu: per modo constat, modo agatur: ita tex. cū
22 ibi not. in l. 2. C. eo. tit. Competit autem etiam ei, qui ab intestato petit possessionem bonorum sui proximioris defuncti, interdictum Quorum bonorum. de quo toto tit. ff. & C. quo. bono. De materia & libello in hoc interdicto, vide latè Ang. in §. quadrupli. instit. de actio. Requisita in eo, & quando articuli de proprietate in ea admittantur, vide plenè Deci. consil. 424. in 3. vol. & secundum illud consilium in causa illustrissimæ vicereginæ Neapolitanæ iudicauit ducalis senatus, in quo ego eram ascriptus, de anno domini 1527. in ciuitate Thaurini. Et licet præmissa procedant de iure scripto, de iure tamen consuetudinario possessio defuncti transfertur cum dominio ad hæredem, sine alia apprehensione: vt patet in tit. des successiōs & testamens. articulo primo. Et sic cessat l. cum hæredes. ff. de acqui. poss. Et audiui ab aduocatis huius ville, q̄ hoc seruatur in tota Gallia. Et sic resultare videtur magnus effectus, propter clausulam constituti, quæ extinguitur morte constituentis: vt no. Do. Ias. post Ludo. Ro. quem refert in §. item si quis. col. 18. instit. de actio. Idem voluit Deci. consil. 408. colum. 5. in 3. vol. Ratio est, quia alia est possessio defuncti, alia hæredis. Et isto casu, quando est continuatio, dicitur eadem possessio. Et consequenter videtur quod constitutum non finiatur morte constituentis, cum possessio transeat ad hæredem cum qualitate constituti. Imò fortius voluisse videtur. do. Io. Fran. Bal. in tracta. præscrip. in 11. quæst. 4. par. prim. quod effectus cōstituti passiuus de iure communi transeat contra hæredem constituentis: tamen de isto dicto, in quantum loquitur de iure communi, dubito: sed vtrum haberet locum vbi possessio in hæredem transfertur, vt in hac patria: vide quæ singulariter dicam in tit. des successiōs. cap. 12. artic. 1. in prin. & plenissimè in verbo, *saist*.

ARTICLE III.

Le ressort peut estre à vn, & le fief à autre: car par la coustume, fief & ressort n'ont rien commun.

SVMMARIA IN GLOS. ARTIC. III.

1 Quod in eodem ressorto, iurisdictio ab uno feudum ab alio possit haberi, eo quod nil inter se commune existit. & nu. 2.
Non est inconueniens quod in eodem ressorto alter habeat iurisditionem, & alter feudum.
2 Quod ista duo nihil habent inter se commune, patet: quia vassalus qui recognoscit iurisditionem à regia maiestate, dicitur utilis dominus feudi illius villæ feu opidi, quod recognoscit in vniuerso, & dominus feudi particularis dicitur directus, respectu vassali vel emphyteotæ quem inuestiuit vt plenius declarabo in sequenti articulo.

ARTICLE V.

Le seigneur iusticier n'est fondé à cause de sa iustice, de soy dire seigneur feodal des choses situées en icelle.

SVMMARIA IN GLO. ART. V.

1 Vassalus dominus iustitiæ an habeat fundatam intentionem in dicendo bona in eius iurisditione sita, esse de eius dominio, & nu. 2.
3 Vassalus beneficio inuestituræ regie an habeat fundatam intentionem, & c.
4 Domini directi, duo possunt esse: vnus in vniuerso, & alter in particulari.
5 Dominium directum qui dicitur habere.
6 Rex vtrum possit auferre dominium subdito rei sue.
1 Dominus iustitiæ super bonis situatis in sua iurisditione, quod sint de eius directo dominio, nõ habet fundatam intentionem.
2 Ratio dubitandi, quod imò videatur fundata intentio, est: quia vassalus dominus iustitiæ est infeudatus à regia maiestate de toto territorio, & per infeudationem omnia iura regis sunt translata in vassalum: his saluis quæ sunt regi referuata, in signum supremæ autoritatis: de quibus per tex. & ibi not. in cap. quæ sunt regalia. in vñ. feu. Modo sic rex potest dicere in regno suo, quod dicit Mar. glossator imperatori apud Roncaliam, quod omnia erant sua, vt refert glo. in l. bene à Zenone. C. de qua. pref. Ergo sicut rex habet intentionem fundatam, idem & vassalus beneficio inuestituræ. In contrarium est veritas: quia bene verum est, quod rex habet fundatam intentionem suam super vniuerso regno, vt dicatur dominus, etiam directus, quo ad iurisditionem & protectionem: sed non quoad directum dominium rerum particularium: hinc est, quia pro podice, vel feudo meo ab alio indebitè occupato, cōpetit mihi directa rei vendicatio, & non regi: & ita declarat præallegata glo. Et pro plena intelligentia est notandum quod duo possunt esse directi domini, vnus in vniuerso, & alter in particulari. Ita declarat do. Ias. in l. i. col. 2. ver. isto sic præsupposito. ff. ad Trebel. Idem

Idem Ias. in l. i. C. vnde legi. vbi refert Bal. dicentem, quod non est inconueniens quod papa dicatur dominus directus Apuliæ in vniuerso, & rex dominus directus castrorum Apuliæ. Semper dubitavi de illo dicto Bal. & do. Ia. ea ratione: quia directum dominium habere dicitur, qui habet plenum, & nullum recognoscit: dominium vtile, qui alium recognoscit: vt exemplificari potest in vassalo, emphyteota & superficiario. Ita declarat do. Ias. in §. omnium. col. 13. vers. circa principiu dicite. insti. de actio. Bar. & doc. in l. si de vi. §. differentia. ff. de acqui. pos. Sed sic est, q̄ rex recognoscit papam de regno Apuliæ, talis recognitio dicitur respectu etiam castrorum particulariu, & omnium quæ cōprehenduntur sub vniuerso. Et si dicatur, quod ergo dominium habebūt vassali castrorum recognoscetes regem Apuliæ, cum ipse rex sit dominus utilis: dic q̄ vtile. Sequitur igitur dicendum q̄ sunt plura dominia vtilia, hoc potius videtur cōcedendum, q̄ quam sint duo directi domini. Nam istud vltimū negat Bar. in l. si de vi. §. differentia. col. 1. vers. quæro quoruplex est dominium. ff. de acqui. pos. & Alex. in l. i. in princ. ff. ad Trebel. sed q̄ duo possint esse vtilis, cōfiteretur Bar. in d. §. differentia. vers. quæro vtrum vtile, & c. vbi exemplificat in eo qui præscripsit vtile dominium, & rem præscriptam dat alteri in emphyteosim. Nam cōcedens licet sit utilis, tamen non sequitur quin emphyteota etiam sit utilis. Et sic possunt esse duo vtilis domini diuersis respectibus. sint hæc dicta gratia disputationis. nõ est tamen recedendum à doc. Bal. & Ias. dum constituunt differentiam, an quis sit directus dominus in vniuerso, vel in particulari. Cedit hinc opportuna quæstio. Vtrum rex possit cōferre dominium subdito rei suæ? tamen pro euitanda prolixitate, referuabo dicendum in opportuniore loco: & sic de pontifice si possit vni cōferre beneficium, & dare alteri. Ex his remanet defenata consuetudo, quæ concordat cum iure communi.

ARTICLE VI.

Les habitans d'aucune iustice qui n'ont corps commun ne consulat, ne se peuent assembler pour leurs affaires communs, ians demander licence à leur seigneur iusticier, ou aux officiers du lieu d'ou ilz sont subiectz, sur peine d'amende qui doit estre arbitree par le iuge, selon l'exigence du cas.

SVMMARIA IN GLO. ART. VI.

2 Vniuersitatum tres sunt species.
3 Vniuersitas quando dicatur facere corpus.
4 Vniuersitas seu congregatio, quando dicatur monopolium, conuenticulum, collegium, sodalitas, ligæ, sine cōfederationes.
5 Actus æquinoxius, qui potest esse bonus & malus, debet interpretari in bonam partem.
Congregare quibus licet, & quibus sit prohibitum.
6 Congregatio facta sine licentia, si quid boni statuunt, an actus valeat.
7 Vniuersitas quando possit se congregare sine licentia superioris.
8 Iudex in arbitrariis quid habeat facere, & an possit pœnam mortis arbitrari.
9 Iudex in arbitrariis non debet esse rigorosus, nec etiam nimis gratosus, sed debet tenere mitiorem partem: & quod cessante lege vel statuto, debet regulari à consuetudine.
10 Affectus quando puniatur, licet non sequatur effectus.
11 Pœna ordinaria an puniri debet qui tentauit committere atrox delictum, & non potuit, acsi commississet. & nu. seq.

Habitantes, qui non habent corpus commune, neque consules pro eorum negotiis tractandis, non possunt se congregare sine licentia domini superioris, aut officialis loci, sub pœna emendæ arbitranda, secundum casus exigentiam.

Pro declaratione præsentis consuetudinis, habemus notare quod habemus tres species vniuersitatu: videlicet magnam, paruam, & minimam. Et de ista loquitur Bar. in l. i. col. 2. vers. est & tertia vniuersitas minima. ff. de dam. infe. Et licet sint pauci habitantes, tamen dicuntur facere corpus, secundum Bar. in l. si. ff. de colle. illi. sed non commune, quia non possunt se congregare. Et istæ congregationes aliquando appellantur monopolia: & de illis loquitur l. vnica. C. de monopo. Aliquando conuenticula: & de illa habetis tex. in l. conuenticulum. C. de epis. & cle. Aliquando collegium, sodalitas & confraternitas, de istis loquitur Bar. in toto ti. & maxime in l. si. ff. de colle. illi. Aliquando ligæ & confederationes: de istis vide Fely. post Panor. in c. si. de testi. cog. & plenius in c. exhibita. col. 2. in fi. de iudi. Et ibi si cōfederationes quæ fiunt à principibus præsumuntur licitæ. Circa istam materiam nota perpetuò, quod licet quando actus potest esse bonus & malus, debeat interpretari in bonam partem, & capi præsumptio exclusiua delicti. l. merito. ff. pro socio. Tamen illa regula fallit, quando fit gentium congregatio in armis: quia licet potuerit fieri ex bona causa, tamè præsumitur ex mala: & est punibilis, nisi probetur ex bona. Ita Panor. & Fely. in locis præallegatis. Alex. in l. si. ff. de colleg. illi. Ratio fallentiæ est, quia omnes congregationes in dubio sunt prohibitæ, nisi appareat de permissione. l. collegia. §. in summa. ff. de colleg. illi. & Bar. in d. l. si. Et quia dant se congregantes operam rei illicitæ, præsumitur quod id faciant ex mala causa. Et à contrario inferitur, quoniam principes non recognoscetes superiorem possunt se congregare, facere ligas & confederationes: vt declarat Bar. in d. l. si eas faciant, præsumuntur licitæ: & ex bona causa: quia non dant operam rei illicitæ, vt inferiores faciunt. Fui interrogatus à docto collega: Quid si isti habitantes se congregent sine licentia, & aliquid boni statuunt: vtrum actus valeat? deciditur hæc quæstio per notata in l. nõ dubium. C. de legi. Et referuabo materiam ipsam, quando lex, statutum, vel consuetudo prohibet aliquid fieri, & non ponit decretu annullatiuum an actus subsistat: & maxime vbi est opposita certa pœna in aliqua cōsuetudine, vbi melius occurret.

In tex. in verbo, à leur seigneur.

Consuetudo prohibes congregationem consilii sine licentia superioris, concordat eum iure communi: de quo quado populus vult aliquid statuere, cōgregatur de autoritate superioris, quado non habet iurisdic-

tionē. Ita Bar. in l. omnes populi. col. 4. versu. quāro secūdo principaliter. ff. de iusti. & iur. Ibi, & hæc conuocatio. imò fortius dicit Bar. in l. 2. C. de decuri. li. 10. Quod talis conuocatio spectat superiori quādo eius copia haberi potest. Idē vult Bar. in l. 1. ff. de albo scri. Et ista decisio directo torqueri potest in caput subditiā rum meoru publicētū, qui nō erubescūt pulsari facere cāpanā ad congregationē cōsiliū incōsulto potestate: sed sapiēsimē decipiūt: quia potestas se absentat a loco, & sic eorū pulsatio redditur frustratoria. Et satis dici potest q̄ tam pulsantes q̄ consules mandātes, si id faciāt dolo malo, causa occupādā iurisdictionis, quōd incidant in crimen l. Iulīe maiestatis, sicut in simili dicit Bar. de faciētibus statuta, & nō habētibus iurisdictionem, in d. l. omnes populi. col. 4. versu. octauo quāro. allegat l. 3. §. si. ff. ad leg. Iulīe maiesta. Et saltē mitius agēdo incidūt in crimen stellionatus, cū culpa sit immiscere se rei ad se nō pertinētī. l. culpa. ff. de reg. iur. Et iniuria dicitur fieri, quod non iure fit. l. 1. ff. de iniur.

In tex. sur peine d'amende arbitraire.

8 Cadunt dubitabiles quæstiones: prima in arbitrariis quid debeat iudex arbitrari: secūda vtrum possit arbitrarī pœnā sanguinis vsq; ad mortē inclusiue. Circa primam breuiter dic, q̄ in arbitrariis iudex nō debet esse rigorosus, & debet sequi mitiorē partem: sed nec debet nimis gratosus. Et arbitriū iudicis, cessante lege, vel statuto, regulari debet a consuetudine: vt in primis attēdatur l. si quis reum. ff. de custo. reo. glo. penul. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui nor. infra. Cessante consuetudine, iudex arbitratur procedēdo de similibus ad similia: glo. in l. si quis id quod. ff. de iuris. om. iu. declarat Deci. in c. de causis. col. 2. versu. sexto, & vltimō. de offi. deleg. Et nunquam exeat mentē tuā q̄ in atrocioribus, in quibus lex vel statutum punit affectū, licet nō sequatur effectus: quia per delinquentē nō stetit. Tamē de generali consuetudine est, q̄ pœna mitigētur in delicto nō cōsummato: ita expresse dicit Fely. in c. inquisitionis. col. 6. de accu. & ibidē col. 5. plenē examinat articulū nostrū. Idē tenet Alex. cōsil. 15. col. 23. & si. in primo vol. Deci. in c. ex literis. col. penul. in fi. de offi. delega. Sed idē Fely. in c. 1. in 3. col. in princi. de præsump. tenet q̄ etiā hodie l. is qui cum tello. C. ad l. Cor. de sicca. & similes, in quib; punitur affectus, licet nō sequatur effectus, procedāt nisi statutū aduerfetur. Apud Aluerniam nō cadit ista disputatio: quia in ti. des iniures. articulo. 1. declaratur q̄ punitur affectus cum conatu, ac si esset effectus secutus: & circūscripta consuetudine, ego qui semper fui mitis in pœnalibus iudicādo, sequeror primam partē, licet posterior sit verior: quia pœnæ nō sunt exasperandæ, l. interpretatōne. ff. de pœnis. Nisi essemus in crimine læsæ maiestatis, vbi agitur de prodicione vnius villæ vel ciuitatis, & de periculo multorū, aut de maximo scādalo. Quo ad secūdū, de pœna mortis, glo. §. in summa. insti. de iniur. tenet, q̄ sic: eam reprobāt Do. Iaf. in l. q̄ iurisdictioni præest. ff. de iuris. om. iudic. col. 1. sed eam defendit & approbat cum tribus limitibus Fely. in d. c. inquisitionis. col. 6. & 7. Deci. etiā, vbi tradit octo limitationes in c. ex literis. col. penul. in fi. de offi. deleg. & pro ea tenuit Ang. in d. §. in summa. Et quia amplissimē ista materia tractatur per eos, vltimū nō duxi insistentū, trāseundo cum Fely. qui plenius distinguit & tractat materiā quā Do. Iaf. & Deci. in c. 1. de præsump. Et plenius quā alibi in c. ex literis col. 10. versu. tertia declaratio. de constit. & ibidem col. 11. versu. prima declaratio. Vide quæ dixi in tit. des iniures. c. 26. arti. 3. nu. 8. vbi plenius quā hic.

ARTICLE VII.

La licēce par eulx requise, en declarāt le cas pour lequel se veulent assembler, si leur est refusée, se pourrōt assembler, nonobstāt le refus: pourueu que soubz couleur de ladicte assemblée ilz ne traitēt chose qui ne soit licite & hōneste. Et quāt au departemēt des deniers royaulx, en vsērōt comme ilz ont accoustumē: & ont lieu le sdiētz deux articles p̄cedēs au bas pays d'Auuergne: car au hault les habitās se peuent asēbler sans autoritē de iustice, pour faire luminiers, ou iurez qui ont l'administration des affaires cōmuns des lieux, villages, ou parroisses dudict pays.

SVMARIA IN GLO. ART. VII.

- 2 Causa est exprimenda quando receditur ex causa a regulis iuris communis. & nu. 3.
- 4 Iudex quando denegat impartiri officium suum, an dicatur grauare, & quando possit appellari.
- 5 Iudicis uoluntati, arbitrio, discretioni, conscientie uel beneplacito, si aliquid committatur, quid possit facere, & nu. 6.
- 6 Beneplacitum concedentis quando extinguitur morte.
- 7 Vniuersitas quando possit statuere, & an possit pœnā adicere: & quando maioris partis cōsensus sufficiat, & nu. 9.
- 8 Statuere qui possint.
- 9 Priuilegium quando dicatur concessum pluribus ut vniuersis, & quando pluribus ut singulis.
- 10 Vniuersitas utrum possit imponere tales: & quid operetur unius contradictio, & nu. seq.
- 11 Vniuersitas quando obligetur ex delicto.

1 Petita licētia, declaratisq; causis cōgregationis, si eis negetur, consuetudo eam impartitur tractādī licita & honesta in bassa Aluer. quo ad cōparationē denariorū regis, nihil immutatur. Idē facit cōsuet. in alta Aluer. nō exquisita superioris autorit. Dicitur in hac consuetudine quōd superiori causæ congregationum sunt exprimendæ & declarandæ. Ratio est, quia congregationes tam de iur. quā de consuetudine, sunt reprobatae, nisi certis casibus. Ideo succedit regula iuris, quōd quotiens ex causa receditur a iure communi, causa est exprimenda, cum regula: exemplum tradit Do. Iaf. in l. properandum. §. sine autem alterutra. col. 4. C. de iudi. dicens quōd quando iudex absoluit victum ab expensis, quia regulariter debet in eis condemnari, debet causam absolutio- nis exprimere, aliās facit litem suam. Addo Mattheſy. suo notabili 9. Et est regula communis in omni materia, quōd non sufficit causam subesse quando receditur a regula communi, nisi exprimat: secundum

cundum Deci. cōsil. 8. col. 2. in princ. in primo vol. Fely. in c. 1. col. 13. versu. & prædictis adde. de constituto. Dicitur etiam quōd consuetudo dat licentiam, si iudex requisitus eam negauerit. Certē cōsuetudo hic prouidet in casu negationis: quid iuris in aliis casibus, vbi iudex denegat impartiri officium suum? cadit in hac quæstione notabilis materia, l. non quicquid. ff. de iudi. vbi quicquid iudex potest, non subiicitur necessitati: doc. dicunt posse appellari. Ita Do. Iaf. in l. quod iussit. col. 10. ff. de re iudi. Fely. in c. per tuas. col. fi. de testi. Sed pro plena declaratione d. l. distinge, aliqua cōmittuntur voluntati iudicis, aliqua verò arbitrio, discretioni, vel cōscientiæ: vt declarat Fely. in c. 1. col. 13. in fi. & sequētibus. de constit. Primo casu non licet appellare, quia habet locū d. l. non quicquid. Secūdo verò casu licita est appellatio, si iudex non arbitretur, aut malē & poterit superior reformare arbitriū inferioris supplendo, vel minuendo, prout sibi videbitur iuris esse. Ita colligo ex notatis per Imo. in c. cōquestus. de feriis. & plenius per Fely. in d. c. 1. col. 14. de constit. Et per supradicta videtur malē locutus Paul. de Ca. in d. l. non quicquid. quia exempla quæ tradit non subiiciebantur meræ volūtati: & consequēter licita erat appellatio, licet hanc reprehensionem ab alio tactam non reperiam. Conclusio ergo sit ex prædictis, quōd in casu huius cōsuetudinis nisi recusante ordinario impartiri licentiā, consuetudo prouidisset licitē habitates potuissent appellare: quia talis licētia non depēdet ab eius mera voluntate, sed ab arbitrio & discretionē, quæ debet esse vt admittat habitantes ad tractandū licita & honesta, necessaria vel vtilia. Et nota in proposito, quādo pœna est imponēda ad beneplacitū iudicis, quid iudex facere possit, declarat Deci. in c. ex literis. col. fi. de consti. Et ibidem quādo beneplacitum concedentis expirat morte. Plenē Fely. in d. c. ex literis. col. 7. versu. sed pro vtili. vbi dicit quōd si sit concessum sub nomine dignitatis vel officii, non extinguitur morte: secus si sub nomine proprio.

In tex. in verb. ne tractent.

Cadit quæstio, impetrata licentia, vel non, tamen a consuetudine concessa, super quibus possit populus statuere quando non habet iurisdictionem. Dic. quōd tantū de his quæ pertinet ad administrationē rerum ipsius populi, quando non interuenit autoritas superioris. Ita Bar. in l. omnes populi. col. 2. versu. primo casu, & c. ff. de iusti. & iu. Exemplum dat Bar. quando agitur de expendenda pecunia communitatis. Aliud dat Bar. in l. nemo. C. de iudi. quando populus statuit quōd res vendentur certo pretio. Nota tamen quōd istis casibus non potest populus eorum statutis pœnam adicere: quia caret iurisdictione. Ita Do. Iaf. in l. 1. in princ. in 6. col. fi. si quis ius di. nō ob. Panor. in c. quæ in ecclesiarum. col. 2. de consti. Et qui possint statuere, vide plenē Fely. in c. cum omnes. col. 7. versu. demum in hac materia. de consti. vbi tradit de vniuersitatibus, collegiis, erdonum, de iudicibus perpetuis, vel tēporalibus, & legatis apostolicis. Et quādo fiunt statuta, vtrum requiratur omnī cōsensus, vel sufficiat maior pars? Et quia hæc materia sic diuiditur, quia aliquando aliquid pertinet pluribus, vt singulis, & tunc pars etiā maior non præiudicat: non dicam minori, sed nec vni dissentienti: quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. Regula, quod omnes. Vltra dicta Bar. in l. quod maior. ff. ad municip. vide plenē Fely. in d. c. cum omnes. col. 7. versu. in ea. glo. ibi. de consti. Et ibi habes quādo priuilegium dicatur cōcessum pluribus vt vniuersis, & quādo pluribus vt singulis. Aliquādo aliquid pertinet pluribus vt vniuersis, tunc regula est quōd maior pars facit, valet iuxta d. l. q̄ maior. Illam regulam tradit cum 14. fallētis Fely. in d. c. cum omnes. col. 8. versu. in ea. glo. ibi. Prima est, quādo actus est voluntarius, & exemplificat in capitulo transigēte, vel cōstituente findicum ad certam causam: quia non præiudicat discedentibus vel absentibus. Et ibi disputat Fely. de actu vtiliter facto, vtrum omnes obliget. Inter cæteras fallentias, nota nonam, quādo agitur de impediēdo actum, ne fiat per vniuersitatem: q̄ tunc sufficit cōtradictio minoris partis rationabilis, imò vnius tantū. Ex dicta fallētia infero vltra Fely. q̄ licet populus possit imponere collectam: vt declarat Fely. in d. c. cum omnes. col. 8. versu. & ex hac. Bar. in l. 4. §. actor. vbi plenē Do. Iaf. ff. de re iudi. si tamē vnus rationabiliter cōtradiceret, impediret actum, aut saltē actus sibi non præiudicaret: puta si diceret q̄ talea nō imponitur pro causa necessaria, vel q̄ esset pecunia in bursa cōmuni, quæ primō excuti debet, vel q̄ esset excessiua: iuxta notata per Bar. & Do. Iaf. in d. §. actor. Et finaliter Fely. in materia cōcludit, q̄ maior pars vniuersitatis potest per impositionē oneris singulos grauare, si impositio fiat ex causa necessaria: secus si ex voluntaria: in d. c. cum omnes. col. 10. versu. decimo fallit. in fi. Nihil dicit quādo fit ex causa vtilitatis, tamē articulus iste decidi potest per ea quæ tradit Fely. in d. c. cum omnes. col. 9. versu. sed cōcluderem. vbi æquiparat actum vtilem necessario: & sic sicut potest vniuersitas taleam imponere ex causa necessitatis, ita vtilitatis. Et vtrū talea possint imponi a populo nō habētē iurisdictionē sine autoritate superioris: plenē tradit Alex. in d. §. actor. col. 3. & se. Idē cōsi. 68. versu. nonobstat. & cōsil. 146.

In tex. ibi, qui ne sōit licite & honeste.

Nota q̄ vniuersitas tractādo illicita, delinquit, quādo id facit cōgregato cōsilio vel in actu successiui ratificat gesta a particularibus loci: vt per exempla. Fely. probat in c. cum omnes. col. 16. versu. sexta declaratio. de consti. declarat Bar. in l. aut facta. §. si. ff. de pœnis. plenē Do. Iaf. in l. ciuitas. ff. si cer. per. pulchrē Franc. de Areti. cōsil. 165. col. 12. breuius cōsil. 28. Deci. cōsil. 17. in 2. vol. Et quia plenē dixi in cōsil. facto pro domino priore de Saufilenges, non insisto.

ARTICLE VIII.

Remede possessoire, & sequestre n'ont lieu es choses mobilières.

SVMARIA IN GLO. ART. VIII.

- 2 Possessorium remedium, non competit in re mobili, tam de iure quā de consuetudine.
- 3 Sequestratio, in quibus casibus sit licita. & nu. 4.
- 6 Sequestrationem personæ, uel bonorum, antequam iudex concedat, quid debeat sibi constare. & nu. 7.
- 8 Sequestratione prohibita, an sit permessa descriptio: & an sit adhibenda cognitio causæ: & quid ille qui petit descriptionem, habet facere. & nu. seq.

- 9 Sequestratio an sit licita quando maritus relinquit uxorem usufructuariam sine inuentarij confectione.
- 10 Sequestratio an sit licita, petita hereditate ab intestato, siue ex testamento, & c. Item & descriptio. nu. 11. 12.
- 14 Sequestratio an sit permessa quando iudex dubitat ne partes ueniant ad arma. & nu. 15.
- 16 Sequestrationes quæ prohibentur à constitutione regia.
Sequestra quædam sunt uoluntaria, quædam necessaria.
Sequestra necessaria fiunt altero de quatuor modis.
Sequestra necessaria aliquando petuntur à parte, lite pendente, aliquando appellatione pendente à negotio principali, & aliquando ab executione.
Sequestra aliquando non admittuntur quando quæstio est soluendo.
Sequestra aliquando tolluntur mediante satisfatione, aliquando iuratoria cautione.
Sequestra aliquando conceduntur propter dilapidationem seu dissipationem: & ibi quando quis dicatur dilapidare seu dissipare.
Sequestra à quibus iudicibus sint petenda, an ab ordinarij, uel iudice appellationis.
- 17 Modi duo admissi in hanc materiam practicando data dicta obscuritate, & qui. nu. 18. 19.
- 18 Opinio communis propter uarietatem doctorum, quando discerni non potest, quid iudex facere debeat.
- 19 Contrarietas quando habetur in dictis sanctorum patrum, quod quis possit eligere opinionem quam uult.
- 1 Remedia possessoria & minus sequestra uendicant sibi locum, in mobilibus.
- 2 De iure scripto olim dabatur interdictum Vtrobi. pro re mobili, l. vnica. ff. vtrobi. hodie tamen si quis perdidit possessionem rei mobilis, nullum competit ei interdictum: sed habet recurrere ad ciuiles actiones. Ita dicit Bar. in d. l. vnica, vers. alijs ei qui perdidit, & c. Et sic consuetudo concordat cum iure communi, & erunt ista ciuilia remedia, Rei uendicatio, Vi bonorum raptorum, Actio furti, secundum subiectam materiam.
- 3 Dicitur hic quod sequestra sunt prohibita, cõcordat cum l. vnica, C. de probi. seq. pe. Quæro de notabili
- 4 quæst. glo. in d. l. vnica, ponit quatuor casus in quibus licita est sequestratio do. Ias. in l. si fideiussor. §. si. col. 5. ff. qui sa. da. cog. ponit sex. glo. in c. 2. de sequest. possess. ponit. 11. Panor. in c. 2. co. fi. eo. tit. ponit se decim, utrum in hac patria cõsuetudinaria illi sex casus erunt exceptuali à regula cõsuetudinis, quæ indistinctè loquitur? Videtur qd non: quia ubi l. vel cõsuetudo non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. l. 3. ff. de offi. præsi. Puto concludendũ contrariũ: & sic quod dictis casibus poterit fieri sequestra: quia sicut l. iuris ciuilibus d. l. vnica, recipit interpretationẽ passiuam ab alijs legibus, ita & consuetudo, quæ est lex nõ scripta, recipit interpretationẽ passiuam, ut limitetur per casus speciales. Ita uult tex. in l. 1. §. lex Falcidia.
- 5 ff. ad l. Falc. Et aduerte qd in casibus in quibus licita est sequestratio, vel captura, quia debitor est suspectus de fuga, iudex non debet ad requisitionẽ creditoris id simpliciter concedere, nisi facta fide de instrumento debiti liquidi. Ias. insti. de actio. in principio in glo. in verbo, in iudicio. Addo aliud, qd oportet quod creditor dicat qd debitor est effectus deterioris conditionis, postquam debitum contraxit: alijs imputetur ipsi creditori si cõtraxit cum homine qui nõ erat soluẽdo & suspecto de fuga. Ita declarat Bar. in l. si. C. de feriis.
- 7 Et dicit Deci. consil. 40. in 3. vol. quod in casibus in quibus est licita sequestratio, debet illa fieri cum aliqua causæ cognitione, & parte citata: nõ intelligas tamen hoc procedere quãdo sequestraretur persona tãquam suspecta de fuga: quia si fieret citatio, instrueretur ad fugam. Et ideo illud cõtrarium procedit in casibus, ubi citatio fieri potest sine periculo fugæ. Ita declarat ad literã Panor. in c. 2. col. fi. circa fi. de sequest. possess. Et dicit idem quãdo dubitat de celeri consumptione, vel aportatione rei mobilis: quia eo casu iudex poterit adhibere summaria causæ cognitionem, parte non uocata, propter periculũ moræ. Insuper notabilis quæstio: utrum licet sit prohibita sequestratio, sit tamen permessa descriptio? Bar. in d. l. vnica, arguit, ad pares, finaliter se remittit ad notata per eum in l. 1. §. pc. ff. de ven. in pos. mit. & ibi cõcludit, qd sic: quia ista materia est frequens, intẽdo eam bene explicare, utrum talis descriptio sit passim cõcedenda, an sit adhibenda aliqualis cognitio. Bar. in l. si fideiussor. §. si. ff. qui sa. da. cog. tenuit quod sine causæ cognitione. Bar. etiã in l. 1. §. 1. ff. de ven. in pos. mit. Idem tenet & eum sequitur Do. Ias. in d. l. si fideiussor. §. si. col. 5. ff. qui sa. da. cog. Contrarium tenuit Bal. in l. facultas C. de iure sic. lib. 10. ubi notat quod ille qui petit descriptionem debet prius probare de suo interesse. Idem tenet Ang. in l. si. per illum tex. C. de anno. & tribu. lib. 10. Paul. de Ca. in l. domini horreorum. ff. loc. Ideo consuluit ipse Paul. consil. 191. incipiente, antequam ueniã. in principio, secundum antiquam impressionẽ, quod quando maritus relinquit uxore usufructuariam sine inuentarij cõfectione: tamen semper debet facere descriptionẽ. Idẽ cõsuluit Alex. cõsil. 58. in 3. vol. Et similiter quãdo petitur hæreditas ex testamento, vel ab intestato, & apparet quod potest petẽs interesse pretendere, quia tenet primum locum successionis ab intestato: aut habet testamentũ, & tunc potest impetrare descriptionẽ mobilium. Et postquam pro eo erit lata sententia in iudicio possessorio, poterit mobilia, quæ dubitabuntur esse de hæreditate, sequestrari facere. Ita decidit Do. Ias. secutus Bal. in d. l. si fideiussor. §. si. col. 5. ff. qui sa. da. cog. Et sic in materia descriptionis facias regulã, sicut in materia sequestri, qd regulariter sit prohibita, ne pompa aut pau-
- 12 pertas domus detegatur. Item quia exceptio tua nõ interest tanquam impeditiua litis ingressus, excludit petentẽ descriptionem sine interesse, saltem uerisimili: & potest dicta exceptio opponi, imò debet ante litem contestatã, secundum Panor. in c. 1. col. 1. de accusa. sed secundum Fely. & ceteros per eum allegatos, in c. ex parte. col. 2. vers. in eadem. Ibi, dilatoria omisit. de testi. potest tanquam peremptoria exceptio opponi in quacũque parte iudicii. Et istam opinionẽ satis bene probat tex. in l. 1. ff. de appel. recip. qui generaliter dicit: non solent audiri quorum non interest. Fallit quãdo subest causã quæ mouet iudicem ad credẽdum, quod ille qui petit est sine calumpnia, & quod pretendit uerisimile interesse, per suprãdicta. Vnum nolo omittere in hac materia sequestri, quod saepius occurrit aliquando partes contententes de possessione fundi, ueniunt ad arma, quia qualibet pars dicit se tueri suam possessionem: quod licitum est, & etiam ad id conuocare

uocare coniuictos & amicos: iuxta latè notata per doc. maximè Do. Ias. in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. eo casu communiter doc. dicunt, quod iudex debet inhibere partibus, ne accedant ad possessionem, & sequestrabit fructus in manibus tertii: iuxta l. æquissimum. ff. de usufruc. Istam practicã tradunt Bal. & Paul. de Cast. in l. 2. C. de sum. tri. & fi. ca. Bal. in l. ordinarij. C. de rei ven. Paul. de Ca. consil. 3. in 2. vol. Potest quari, si sit cõsiliium iustum & æquum? In hoc distingue, aut melius constat iudici de possessione vnus partis: & debet inhibere alteri parti: quia debet prouidere ne ueniant ad arma, utendo sua iurisdictione, sine damno possessoris: & hoc citra præiudiciũ iurium partium, & plenarij possessorij: prout declarat Paul. de Ca. in d. consil. 3. in 2. vol. Aut est omnino dubium, quis habeat possessionem: ita quod iudex non potest cognoscere cui magis fauendum sit: & tunc optimum est consiliium, ut fiat sequestratio & inhibitiõ. Ita pulchrè declarat Do. Ias. in l. quidam æstimarentur. col. 3. in ff. si cert. pet. & bene, quia iudex debet iurisdictionem suam tueri multis & pœnis, non autem inferre priuato damnum, turbando aut priuando eum sua possessione: iuxta l. primam. ff. si quis ius. di. non ob. Potest etiam iudex, ne partes ueniant ad arma, aut alia ex causa rationabili, inhibere partibus ne exeant domum aut contractam: ut diffusè tradit Do. Ias. in l. quod iusit. col. 4. ff. de re. iudi. Hodie etiam ex constitutione regia prohibentur istæ sequestrationes beneficiorum, quando dubia sunt iura partium: quia pronuntiat pro conuento: patet in nouissimis constit. artic. 57. incipiente, Et pource. Illa tamen non loquitur quando dubitatur de possessorio in primordiis causæ, sed tempore aresti, seu sententia: quia tunc data paritate probationum, reus est absolueudus. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Ias. in l. de die. ff. qui sa. da. cog. Vbi dicit quod in principio causæ fauemus actori: in medio, seruatur æqualitas: in fine, reo. Et ideo non credo quod regia constitutio loquatur in summarissimo possessorio: de quo loquuntur doc. in d. l. æquissimum. & Paul. de Ca. d. cõsil. 3. in 2. vol. Item nec in alijs casibus in quibus de iure est licita sequestratio corporis beneficii, aut fructuum: pro quorum declaratione, Primò quæro utrum beneficium contumacis, qui non uult respondere agenti ad beneficium, possit sequestrari? ut studeam breuitati, eliciam conclusiones ex dictis Fely. in c. olim. col. 1. & 2. de rescrip. Et dico qd aliquãdo quis se contumaciter absentat, puta sine causa legitima: & eo casu distingue, aut actor potest edocere de iure suo, non obstãte absentia rei: & tunc non est licita sequestratio: quia consulitur sibi quod procedi faciat ad diffinitiuam: aut nõ potest, quia uult quod respondeat super aliquo facto, in quo requiritur presentia, aut mandatum speciale: & eo casu licita est sequestratio, quæ fit loco missionis in possessionem, in profanis: quæ missio prohibetur in beneficiis, c. vnico, de eo qui mitti. in posses. lib. vi. quod qualiter procedit, uide Panor. in c. 2. col. 2. in primo nota. de sequestra. posses. & fruc. Aliquando conuentus est absens ante iudicium ex causa legitima, & tunc quia non potest perueniri ad diffinitiuam, ea ratione notabili: quoniam iudicium non potest ultimari per solam citationem factam ad domum, contra legitimum absentem: ut per Inno. & alios in c. fi. de eo qui mitti. in posses. eo casu, licita est sequestratio, non tãtum fructuum, sed etiam corporis beneficii. Sequestratio etiam admittitur in casibus infra scriptis. Primò quando beneficiatus non uult seruire beneficio, superior curare debet ne seruitium negligatur: & tunc, non obstante appellatione beneficiati, potest sequestrare fructus usque ad concurrentem quantitatem seruitij ecclesiæ præstandi. Secundò admittitur in casu cle. uinca, de sequestra. posses. quando est lata sententia in curia, petitoria vel possessoria, contra possessorem, qui tamen triennio pacificè non possederat, aut secundum glo. ibi, in verbo, promulgata ab ordinario, & per curiam confirmata: quia tunc sequestratur beneficium, etiam si interponatur appellatio, vel dicatur de nullitate sententia: Vtrum idẽ sit in causis profanis, quod lata sententia ab ordinario, sit licita sequestratio rei vel fructuum? Panor. in c. 2. de sequestra. posses. col. 3. vers. quædam enim. dicit, quod duplex est sequestratio: uidelicet uoluntaria, & necessaria. Item col. eadem, vers. uenio ad secundum membrum. dicit quod necessaria fit quatuor modis: & quando fiat officio iudicis nobili, uide ibi vers. exemplum primi. Quando fiat officio iudicis mercenario, uide col. 4. vers. exemplum secundi. Quando fiat ad requisitionem sequestri, ibi exemplum tertii. Quando fiat ad requisitionem partis, de re non litigiosa, habes ibi vers. quarto modo. Et quando ad requisitionem partis, de re litigiosa, uide ibi, aut fit ad petitionem partis de re litigiosa: & ista potest peti triplici tempore, aut pendente negotio principali: & de ista loquitur d. col. 4. vers. primo casu regulariter. & plenè in c. fi. in 2. nota. eo. ti. & eo. c. vers. sed quare. tradit quando quis dicatur dilapidare vel dissipare: & circa fi. quis iudex debeat adiri pro sequestro obtinendo, aut post sententiam, appellatione pendente: uide col. 5. vers. si autem post appellationem, aut pendente appellatione ab executore: & de ista loquitur col. 5. vers. ultimo, ut dixi. & ibidem col. 5. vers. sed nunc quæro. ponit quando ad tollendum sequestrum requiratur satisfactio, & quãdo sufficiat cautio iuratoria, & quando per cautionem tolli non possit sequestrum. Item vers. quæro quid si timetur. tradit quando timetur de consumptione rei sequestrate: quia seruando seruari non potest. Item & quando est facta missio rei mobilis causa custodire: quia Panor. clarè loquitur, sufficit mihi remissiuè loqui, ne dicta aliorum transcribam, ubi nihil addendum habeo. Quoniã supra dictum est de sequestro, quando iura partium sunt obscura, & timet iudex ne partes ueniant ad arma: aduertẽdũ est quia Deci. in c. licet causam. col. 19. vers. secunda cõclusio. de proba. tradit duos modos practicãdi, data dicta obscuritate. Primus est, qd lis dubia decidatur forte illa practica, ut ibi Deci. testatur, cõmuniter non tenetur, nec mihi placet: quoniam iudiciũ sortis & fortunæ, quæ superiorem nõ recognoscit (ut notat Bal. in l. si. in prin. C. cõmunia deleg.) est fallax, & ratione carens: teste Boetio dicente: hunc continuum ludũ, ludimus rotam. cõtinuo orbe uersamus summa, infimus infima summis mutare gaudemus. & alibi Inuenalis inquit: Si fortuna uellet, fies de rector. Si uellet hæc eadem, fies de cõsule rector. Quãdo tamen res dubiæ possint sorte dirimi, amplè tradit Fely. in c. capitulũ. col. penul. & fi. de rescrip. Secundus modus traditus per Deci. d. col. 19. vers. extra glo. est, quod in casu dubio possessio utriusque parti pro diuiso adiudicetur: sed certè iste modus etiam non placet: quia tantum conuenit rusticis, qui ignorant iura, iuxta glo. in l. Nezennius. ff. de nego. gest. & si id fieret ad instantiam partis, malè præsumeretur de ea: quoniam qui non cupit uincere, sed rem de qua quæritur

diuidi, vel perire, censetur malam causam fouere: tex. est, quem ibi notat Fely. post Bal. in c. afferte. de præsump. Et quando opiniones sunt adeo contrariæ, quod communis discerni non potest, si agatur de iudicando, non propterea iudex rem de qua disceptatur, diuidere potest: sed debet reum absolvere: quia in fine causæ magis fauetur reo, quam actori: l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. aut debet tenere mediam viam: vt declarat Deci. in c. r. col. 6. vers. illud vtiliter nota. de proba. & prædicta procedunt in iudiciis. Si autem sit contrarietas in dictis sanctorum patrum, vbi ecclesia nihil determinauit, licet eligere opinionem quam quis vult. Ita Fely. in cap. ne inuitaris. col. 1. vers. fallit secundò. de cõstitu. Et tradit tria exempla. primum, de salute vel damnatione Salomonis, quod bene cadrat. Secundum quod virginis Mariæ corpus fuerit in cælum assumptum: etiã quod deessent autoritates piæ, credendum est: quia fuit camera Christi, quæ nõ potuit subiici corruptioni. Tertium quod Maria fuerit cõcepta sine peccato originali, credo quod etiam pium sit id credere: quia elegit sibi Christus vas purissimum. Et super ipso articulo hodie ab ecclesia est interdicta disputatio.

ARTICLE IX.

Lettres non perpetuelles ne peuent estre regrossoyées, sans autorité de iustice, & la partie appellée qui y peult auoir interest.

SVMMARIA IN GLOS. ARTI. IX.

- 1 Rescripta principum an sint perpetua iudicanda. Et ibi, quid in litteris gratiæ. Et nu. 2. 3.
 - 4 Beneficium, priuilegium, rescriptum, & dispensatio, quid inter se differunt.
 - 5 Rescriptum quando incipiat habere effectum, a die date, vel presentationis.
 - 6 Rescriptorum interpretatio à quibus fieri debeat. Item de interpretatione priuilegij. nu. 7.
 - 7 Priuilegium utrum possit à concedente limitari, & reuocari.
 - 8 Priuilegium concessum non subdito an sit reuocabile.
 - 9 Priuilegia concessa non subdito mediante pecunia, aut titulo oneroso, quod sint irreuocabilia.
 - 10 Solutio pecuniæ an facit transire priuilegium in contractum.
 - 11 Vassalus si dederit pecuniam pro feudo, an feudum dicatur beneficium, vel contractus.
 - 12 Rescripta reintegra an transeant ad heredes, & contra heredes.
 - 13 Citatio est fienda quotiens pars ex actu fiendo potest ladi.
 - 14 Citatio an requiratur in reuocatione scriptorum, & qui in hac materia sint citandi.
 - 15 Citatio an requiratur in cassatione processus, vel in reuocatione interlocutoria. Item in alio actu explicando, quando sit requisita. Et nu. 16.
 - 17 Citatio requiritur in pluribus actibus: quod si fiant parte non uocata, ualent.
- 1 Rescripta non peretualia non possunt releuari sine autoritate iudicis, & parte uocata.
- 2 Illa consuetudo videtur innuere quod quædam rescripta sunt perpetua, & quædam non. Ideo succedit quæstio: vtrum rescripta principum sint perpetua iudicanda? quod sic est, tex. in l. falso asseueratur. C. de diuer. rescrip. Bar. tamen ibi distinguit, vt per eum, & ibi etiã dicit Bar. quod priuilegia sunt iudicanda perpetua. Idem in litteris gratiæ dicit Do. Ia. in d. l. falso. & est tex. in c. decet. de reg. iur. li. vi. decet beneficiu principis esse mansurum. Quod differant inter se beneficium, priuilegium, rescriptum, & dispensatio, recurre ad Do. Ia. in l. i. col. 4. & 5. ff. de consti. prin. Item quando rescriptum incipiat habere effectum, dic quod à tempore præsentationis. Fely. in c. ceteru. col. 8. de rescrip. De interpretatione rescripti, Fely. in c. eausam quæ. col. 6. de rescrip. Et ibidem col. 8. de interpretatione priuilegij, vtrum priuilegium possit à concedente limitari, & reuocari, quod sic, etiam sine causa: est glo. in d. c. decet. de reg. iur. li. vi. Fely. latè in c. i. de proba. quando est concessum subditis. Idem dicit Deci. ibi. Et ideo in contingentiã facti dum fungeretur officio aduocati fiscalis apud dominum Carolum de Sabaudia: quia sui antecessores concesserant communitati & hominibus insignis oppidi Cunei in Pedemontio, ne possent collectari vltra certum numerum fororum: consului quod ex quo tale priuilegium erat contra ius commune, quod permittit principibus collectare subditos in suis necessitatibus: & continebat aliunde maximam læsionem & vltra dimidiã propter augmentationem loci, quod licet poterat princeps dictum priuilegium reuocare: & ita fecit, licet audierit eos in iustitia super dicta reuocatione: & causam commiserit, quæ adhuc sub iudice est. De natura priuilegij, vide plenè Fely. in c. i. col. 4. vers. priuilegium. de rescrip. Et dum dixi supra quod priuilegium concessum subdito est reuocabile, idem dicit Deci. in c. nouit. col. 9. vers. secunda conelu. principalis. de iudi. Et quando conceditur non subdito, est regulariter irreuocabile. Istam regulam tradit deci. cum quinque limitationibus in d. c. nouit. col. 7. vers. prima est. Et aduerte quod aliquando priuilegium conceditur gratis & ex liberalitate: & in istis terminis loquuntur prædictæ conclusiones. Si autem concedatur siue subdito siue non subdito, mediante pecunia aut titulo oneroso: transeunt talia priuilegia in contractum, & sunt irreuocabilia. Et licet Deci. in loco præallegato, in vers. sed ratio prædicta. & clarius vers. quarto fallit. loquatur in priuilegijs concessis non subditis, idem tamen est in subditis, quando priuilegia transeunt in contractum. Ratio est, quia ex contractu princeps obligatur, sicut & priuatus: aliàs esset omnium exul, vbi est omnium præful: vt plenè notatur per doc. maximè Fely. & Deci. in c. i. de proba. Aduerte tamè quod non omnis solutio pecuniæ faceret transire priuilegium in contractum, quia illud habet locum, quando pecunia correspondet priuilegio: sed si pecunia esset modica, & priuilegium magnum, non perderet nomen suum: & si esset concessum subdito, esset omnino reuocabile: quia quando actus participat de duobus, attribuitur potentiori, l. queritur. ff. de stat. homi. Et ideo decedit Socy. consil. 2. col. 2. in 4. vol. quod si vassalus pro feudo ei concessio dederit pecuniam feudo correspondentem, dicitur contractus: si verò modicam pro ma-

gno feudo, tunc feudum nõ perdit nomen suum: quoniam magis sapit causam gratuitam, quam onerosam. Idem voluit Deci. consil. 160. col. 1. & 2. in primo vol. Nota tamen quod rescripta reintegra non transeunt ad heredes, neque contra: c. significauit. de rescrip. fallit in casu, c. quia. de iudi. Vterius dicitur hic, parte vocata cuius interesse potest, nota regulam generalem, quod ad vnumquemque actum, in quo pars potest præterdere interesse, est citanda, l. nam ita diuis. ff. de adop. & ff. de re iudi. l. de vnoquoque. Et dicit ibi glo. quod sunt citandi quorum principaliter interest, non secundario, vel in consequentiam: qualiter procedat illa glo. vide Do. Ia. in l. filiuffa. §. diuis. col. 8. ff. de leg. primo. & in l. si quis nec causam. in 2. col. in principio ff. si cert. pet. Adde Fely. in c. illo prapositionum. de accu. Et ibi dicit, quod illi quorum secundario interest, aut in consequentiam, poterunt non citati comparere: & erunt audiendi. Et quando in actu explicando requiratur citatio, latissimè Fely. in c. cum olim. col. 5. de re iudi. & in c. causam quæ. col. 2. vers. transeo. de rescrip. Tradit an in cassatione processus, vel reuocatione interlocutoria requiratur citatio. Fallit quando pars est præsens: quia non est citanda. tex. in l. etiam. §. si ibi, præsentis vel vocata. ff. de mino. Fely. in c. i. col. 1. de iudi. Nota etiam quod sunt plures casus, in quibus requiritur citatio: si tamen actus fiant parte non citata, subsistunt & valent: de quibus per las. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu.

ARTICLE X.

Lon peult augmèter ou diminuer son libelle à la premiere assignation, quand les adiournemens ou relations sont libellez.

SVMMARIA IN GLO. ART. X.

- 1 Libellus adiectus citationi uel relationi, quod sit emendandus.
 - 2 Libellus quando dicitur emendatus, & quando mutatus.
 - 3 Libelli emendatio potest de iure communi fieri usque ad litem contestatam.
- Libellus adiectus citationi uel relationi, potest usque ad primam assignationem emendari, augendo uel diminuendo.
- Quando dicitur emendari libellus dicit Bar. in l. edita. col. 2. C. de eden. quando refecantur superflua sententia permanente, aditur, vel detrahitur, aut declarantur obscura. Ideo dicit sententia permanente: quia tunc mutata sententia, dicitur mutatus libellus: vt declarat idem Bar. in d. l. edita. in 4. col. vers. sumus expediti de emendatione. C. de eden. De iure communi poterat fieri emendatio usque ad litem contestatam regulariter: vt declarat Bar. vbi supra. Et nota quod in causis in quibus proceditur summarie, simpliciter, & de plano, non requiritur libellus: sed sufficit aliqualis petitio redacta in scriptis: de sape. de verbo. signi. Et in illis non consideratur quid petitum sit, sed quid probatum. Alex. in l. qui Romæ. §. Grifogonus. ff. de verbo. oblig.

ARTICLE XI.

Et si lesdictz adiournemens ou relations ne sont libellez, lon pourra augmen- ou diminuer lesdictz libelles dedàs la seconde assignation, sans estre tenu esdictz deux cas à aucuns despens, à cause de ladicte mutation, sinon en fin de cause, si la partie succomboit.

SVMMARIA IN GLO. ARTI. XI.

- 1 Libelli copiam an actor cogitur dare in prima citatione.
- Quando citatio uel relatio non est libellata, admittitur emendatio usque ad secundam assignationem, sine periculo expensarum: de quibus poterit haberi ratio in fine litis, si pars succumbat.
- Ex istis consuetudinibus apparet quod actor non cogitur dare libellum seu petitionem in prima citatione. Quid iuris de iure communi: aliqui dixerunt, quod cum citatione debet mitti copia libelli: tamen Alex. non tenet istam conclusionem. Et cum Alex. videtur transire Do. Ia. in rub. C. de eden. col. 2. vers. vnde Fran. tig. & c. Tamen si id fieret, esset optimum ad abreuiandum lites: quia citatus in prima citatione posset accliberare an vellit cedere vel contendere.

DES SERMENS. TIT. III. ART. I.



Eluy à qui est deferé le serment n'est tenu iurer ne referer si le deferat ne le veult croire, tant sur la delation que sur les respõses peremptoires sur ce faictes: lesquelles sera tenu bailler promptement, à fin que le deferant auise s'il veult persister à ladicte oblation, ou sen retirer.

SVMMARIA IN GLO. ART. I.

- 1 Iurare quid tenetur is cui offertur iuramentum, & c.
- 2 Iurandum aut deferendum qualiter erit de iure communi.
- 3 Iurandum oblatum quando possit recusari, si sit capiosum. Et si iurandum sit, quomodo sit consultum iuranti, ne incidat in perurium, aut damnum.
- 3 Cautelæ due dantur, ne quis iurando se decipiat, aut preiudicet.

- 5 Positioni si sit respondendum simpliciter, & an conditionalis responsio, uel cum plica sufficiat. & nu. 6.
 7 Mors qualiter sit euitanda de homicidio nocturno seu occulto.
 8 Confessio homicidij facti quando non præiudicat ad mortem. & nu. 9.
 9 Iurare an intelligatur statim facta oblatione, uel infra primam assignationem iurandi.
 10 Dictio, in promptu, uel incontinenti, quid importet, & quando dicitur fieri in promptu. & nu. 11. 12. & 13.
 14 Iuramentum semel oblatum, an possit reuocari.
 15 Iusurandum offerens post onus probationis assumptum, an sit audiendus.
 16 Iusurandum utrum possit offerri post lapsum termini ad probandum.
 17 Iusurandum offerens pendente dilatione ad probandum, an sit audiendus.
- 1 Is cui offertur iuramentum non tenetur iurare uel referre, nisi offerens uelit iuranti credere super suis exceptionibus peremptorius, allegandis in promptu: uel offerens possit deliberare si uelit persistere in oblatione, an eam reuocare.
 2 De iure communi erat iurandum simpliciter super oblati, aut referendum. l. manifeste. ff. de iureiuran.
 3 Ista consuetudo fuit optima ratione introducta, quia aliquando contingebat quod tu mutuaisti mihi decem, & illa restitui: tamen restitutionem non poteram probare: & si iurabam super tua oblatione, quod non mutuaisti, eram periurus: si confitebar, eram deceptus: quia solutionem non probabam. Et ideo qualiter esset consultum in iurando, dantur duæ cautelæ. Prima quod iuro si aliquid mutuaisti, tibi reddidi: licet doctores videantur sequi hanc cautelam, tamen dubito quod non sit sustentabilis, per regulam, quod ea quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione. l. Lucius. cum ibi not. ff. de hære. instit. l. in l. 1. C. de pact. Et si dicerem si mutuaisti, ista conditio non ponit, neque negat. Secunda cautela est, quam tradit Cepol. numero 136. si debitor in lib. meo, iuro quod nihil mutuaisti, ex quo sum debitor: ista etiam uidetur periculosa: quia non iuratur simpliciter super oblati, & modo oblato. Ias. tamen in d. l. manifeste. col. 5. eas sequitur. Verum est quod dicit ibi, quod iuramentum hoc casu potest recusari tanquam captiosum: si tamen iudex te cogat quod iures, altero de duobus modis iurandum est. Et quod sit licita recusatio, non video: quia quod ego soluerim, nihil constat iudici: ideo officii sui erit me cogere ad iurandum, aliàs fieret maxima restrictio ad d. l. manifeste. Et istis rationibus consuetudo optimè prouidit. Aduerte tamen, quod uidentur prædictæ cautelæ sustentabiles, consideratis duabus decisionibus, quas tradit Fely. in c. præterea. col. 1. de offic. deleg. Prima est, si statutum dicat, quod positioni uel interrogationi simpliciter respondeatur, & accusatus de homicidio ac interrogatus dixerit, non feci homicidium: sed si appareat me fecisse, feci ad defensionem meam. Item retento eodem themate, reus interrogatus si habuerit pecuniam mutuam, non habui: & si appareat me habuisse, illam restitui, uel expendi in tuam utilitatem: tenet Fely. post cæteros per eum allegatos quod responsio sit simplex, licet sit facta cum modificatione. Et quod dicitur satis factum statuto, dicenti esse simpliciter respondendum: licet contrariū teneat Bar. in l. 1. §. si quis simpliciter. in ff. de verb. oblig. Quatum tamen ad propositum dictarum duarum cautelarum decisiones Fely. parum aut nihil conferunt: quia in eis præponitur mera negatiua, non feci, aut non mutuaisti, licet postea adiiciatur illa plica, cuius probatio onerat respondentem: iuxta glo. in l. si quidem. C. de except. & notata per Panorm. in c. auditis. de præscrip. ubi ille qui dicit se occidisse hominem ad eius defensionem, debet probare: & notat Bart. in l. Aemilius. §. idem quæ sit. ff. de li. leg. Ista tamen qualificatio etiam non probata posset euadere hominè à morte, iuxta notata per Do. Ias. in d. l. ut vim. col. 3. versic. tu tamen valde singulariter limita. ff. de iusti. & iu. Idem tenet Lafrancus, conclusionem 360. optimè confert quod consuluit Ang. consil. 27. col. 2. in fi. Et istam decisionem tanquam singularissimam nunquam trades obliuioni: quia posses per eam saluare hominem à morte, quando homicidium est factum de nocte uel in occulto, & non potest probari quis fuerit aggressor uel aggressus. Nam licet in dubio occisor præsumatur aggressor, si tamen confiteatur homicidium, & dicat se fecisse ad sui defensionem, ex tali confessione qualificata non poterit condemnari ad mortem: ut dicunt præallegati doct. Ista tamen limitatio sublimitatur ut non procedat quando confessione destruant ne dum præsumptiones violentæ, sed etiam indicia indubitata. Ita declarat Fely. ponendo exemplum in c. afferre. colum. fi. in prin. de præsumpt. Circa tex. consuetudinis potest moueri quæstio, si id super quo iusurandum offertur partim sit verum, & partim falsum: utrum possit totum negari? Ista dependet ab illa, utrum positio pro parte falsa possit tota negari pro solutione? uide Fely. in c. nam concupiscentiam. col. fi. de constitutio.

In tex. in verb. *promptement.*

- 10 Utrum intelligatur statim facta oblatione iuramenti, an uero infra primam assignationem, iurandum dicam quid importet dictio in promptu, de iure communi. Et postea respondebo quæstioni consuetudinis.
 11 Illud uidetur fieri in promptu quod sit incontinenti: communis tamen opinio est, quod id consistit in iudicis arbitrio. Ita Fely. in c. ueniens. lo. ultimo. de testi. col. fin. & istud arbitrium debet regulari, ut fiat infra id tempus quod principale negotium potest expediri: hoc est, quod principale negotium non ponatur in dilationem. Ita Do. Ias. post plures per eum relatos in l. 4. §. condænatum. col. 6. ff. de re iudic. Et sic in proposito consuetudinis, quando sit oblatio, datur terminus parti ad dicendum causam: & sic in illo termino tenebitur allegare suas exceptiones peremptorias, & dare copiam parti offerenti: & sic dicitur fieri in promptu: quia non differtur articulus iuramenti. Et ista obseruat curia insignis oppidi Montiferrandi, antiquioris capitis iustitiæ Aluerniæ, ut fide digno testimonio magistra & clarissima domini Christophori regis locutenentis generalis dicti oppidi, & pertinentiarum accepi, qui de numero eorum fuit, qui consuetudines in scriptis de regio mandato redegerunt. Quando tamen agitur de probando in promptu per scripturam, intelligitur quod offeratur scriptura liquida, quæ non exigat probationes extrinsecas, pro eius declaratione & verificatione. Aut si quis uellet probare per testes quod eos iudici nominet, ut statim citetur &

tur & examinentur sine dilatione, & etiam si eos præsentauerit non præcedente citatione, ex eo non reddetur suspecti: ut declarat Fely. in rub. de testib. & plenius in c. 1. col. 6. versic. secundo quæritur & col. 7. versic. secundo casu. eodem titulo. Et ista in probationibus iudex debet arbitrari: quia fieri incontinenti dicitur sine dilatione, aut saltem parua. Ita dicit Bal. in l. 2. C. de edict. di. Adri. tol. Et si iudex arbitrabitur dandam dilationem, erit talis probatio plus ordinaria, quam summaria. & istam opinionem probat text. in l. si ibi, omnibus frustrationibus amputatis. C. quo. bo. Et in terminis de instrumentis requirentibus interpretationem uel probationem extrinsecam, quod non dicatur facere probationem in promptu, uideatur Dec. in consil. illustrissimæ olim d. vnicæ reginæ Neapolitanæ consil. 424. col. fi. lib. 3. Et secundum illud consilium fuit Thaurini, me assistente contra Do. comitem Entremontium Sabaud. iudicatum. Ex prædictis semper damnauit stillum magnificorum dominorum consilii Thaurinen. de quorum numero, deo duce, aliquando fui: quia offerenti probationes, in promptu, dabant dilationem mensis, & ultra: mea tamen contradictio nunquam fuit in consideratione: quia asserebant quod ita reperierant in stillo curiæ, & quod minime erant imitanda quæ semper certam formam habuerunt. l. minime. ff. de legi.

In tex. in verb. *ou se retirer.*

Dicitur in consuetudine quod offerens iuramentum, uisus exceptionibus partis, potest retrahere & reuocare talem dilationem. Quæri potest, & satis uulter, quid de iure communi, utrum offerens iuramentum possit pœnitere? dic quod sic, antequam à parte sit acceptatum, l. non erit. §. si. ff. de iureiur. Succedit alia quæstio notabilis. Actor assumpsit onus probationis, nihil probauit, offert iuramentum parti, utrum sit audiendus, & teneatur pars iurare? dic quod non. Ita declarat Dec. in rub. de proba. col. 11. versic. primò ut procedat. & col. 14. versic. prædictam tamen opinionem. & in c. 2. col. 4. de proba. Qui allegat pro se text. in l. si quis iusuradum. in illis uerbis: & cum desperauerit aliam probationem, tunc ad religionem conuolare. C. de re. cre. Aduertendum est, quia ille tex. non probat dictum Decii, imò uidetur sumendo argumentum à contrario sensu, quod procedit in iure. tex. & ibi doct. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iur. quod ille tex. probet oppositum. Nam ibi prius actor detulerat iuramentum, & pœnitentia ductus, assumpsit onus probationis: postea uariando iterum uolebat ad oblationem iuramenti redire, certè ille tex. dicit, denuo redire non potest. & Dec. recitando tex. omisit illud uerbum, denuo, quod uidetur innuere, quod si nuquam fuisset oblatum, licet actor assumpsisset onus probationis, tamen id facere possit, & sic iuramentum offerre: quia non diceretur denuo facere, & non obstaret ratio variationis. Et sic uidetur remanere conclusio Decii sine probatione. Illa tamen est uera, & sustinetur per tex. in l. in contractibus. §. illo. C. de non nu. pec. quem Bal. ibi sumat quod elapso termino ad aliquid faciendum, non est manifestæ turpitudinis nolle iurare, aut iusurandum referre. Et per illum tex. concludit Deci. in d. rub. de proba. col. 11. in fi. quod lapso tempore assignato parti ad probandum, non admittuntur positiones, interrogatoria, nec alia ad extorquendum confessionem à parte, & consequenter non admittitur oblatio iuramenti. Sed bene admittitur spontanea confessio. Ista conclusionem sequitur Barto. Socy. consil. 184. col. 4. versic. secundo adducit. tex. in l. si quis iusuradum. & col. sequenti, versic. & ex hoc infert. tradit notabilem limitationem, quando subesset iusta causa confugiendi ad iusurandum, & dat uile exemplum: Quando actor uidet publicatis testibus, quod nihil probauit, non ex defectu dicti, sed quia per obiectus oppositos aliàs occultos possent testes repelli: eo casu, licet ei ad iusurandum confugere. Certè singularis est decisio, quæ limitat dicta Decii in locis præallegatis. Succedit & alia quæstio, quæ uidetur maiorem habere difficultatem. Actor uel reus assumpsit onus probationis, & tempore dato ad probandum non elapso cum pœnitet, quia fortè non reperit testes: offert iusuradum, utrum debeat audiri? In hoc passu magnificum consilium Thaurini sequebatur decisionem Sali. in l. si quis iusurandum. C. de reb. credi. sicut euangelium, distinguendo, aut is qui assumpserat tempus ad probandum habebat adhuc sufficiens tempus ad examinandum, & admittebatur ad oblationem iusurandi: aut a deo paucum tempus ei supererat, quod uerisimiliter non potuisset examinare testes ad probandum suos articulos, & tunc repellebatur: quia se arctauerat in tempore.

ARTICLE II.

Hostelliers, tauerniers, reuèdeurs, & regratiers publiques, sont creuz par leurs sermens, des viures & marchandises prinſes en leur maison, iusques à la somme de cinq solz & au deſſoubz, en les demandant & pourſuyuant dedàs trois mois, à compter du iour qu'ilz les ont baillé, si iceulx à qui lesdictz viures & marchandises sont demandées, ont accoustumé frequenter les maisons des deſſusdictz, & prendre viures & marchandises d'eulx.

SVMARIA IN GLOS. ART. II.

- 3 Solidus de iure communi accipitur pro aureo.
 4 Verba à consuetudine uel statuto prolata, sunt interpretanda. & qualiter communis usus loquendi probetur.
 5 Publici, usurarij & ficti, qui dicantur.
 6 Caupo exclusus à iuramento consuetudinario, an excludatur à probatione ordinaria.
 7 Consuetudo est strictè interpretanda, & tamen dat, uel aufert quantum est in usu.
 8 Qualitas adiecta dispositioni, an sit probanda, & interueniat.
 9 Probatio si quis dicit testes pecunia corruptos, quæ sit fienda.

- 10 Dispositio facta in principali, habet locum in accessorii: ideo si principalis potest probari iuramento, ita & accessoria.
- 11 Accessoria an sequantur naturam sui principalis.
- 12 Consuetudo seu statutum qd super aliquo facto stetur iuramento partis, utrum ualeat.
- 13 Consuetudo, quod ea quae sunt parui praedicti probentur iuramento.
- 14 Consuetudo uel frequentatio per quot actus inducantur. & nu. 15.
- 16 Probatio minarum, qd minans solitus est minas mandare executioni, qualiter sit fienda.
- 17 Consuetudo quid importent.
- 18 Constitutum omissum a notario in instrumento uenditionis, uel alterius contractus translatus dominij, potest ab eodem notario apponi parte non uocata, & nu. 19.
- 20 Consuetudo intelliguntur apposta, tam in contractibus, quam in ultimis uoluntatibus, etiam si de eis nihil sit dictum, quando sunt consuetae.

1 Hospitibus, tabernariis, & reuenditoribus publicis de uictualibus & mercantiis, usque ad solidos quinque defensuē creditur eorum iuramento, si agant infra tres menses, & debitores sint consueti eorum domos frequentare, & capere eorum mercantias.

2 Ita consuetudo habet plures incidentes. Primo de isto genere gentium, & quando teneantur, quia non restituunt recepta in caupona. Est titulus. ff. nau. caup. stab.

In tex. in verb. solz.

3 Nota quod hic solidus accipitur secundum consuetudinem patriae, quia de iure communi solidus accipitur pro aureo. §. si. insti. de pœ. te. lit. tex. notabilis & rigorosus in §. si. quinque solidos ualens furetur, furca suspendatur. in ti. de pace. te. & eius uio. & non mireris quod ibi poena sit adeo rigida: quia concurbat uolatio pacis, secundum glo. ibi. Est glo. in l. si. ff. de in ius uo. quae dicit quod aureus & solidus sunt idem.

4 Tamen uerba prolata à consuetudine uel statuto etiam in poenalibus sunt interpretanda, secundum communem usum loquendi. Bar. in rub. col. 2. ff. de ope. no. nun. ubi plenè doct. & plenissimè Fely. in prohe. decret. col. 2. uersic. ex quibus utiliter. & col. 4. uersic. secundò nota. tradit qualiter communis usus loquendi probetur, & qualiter testes deponere debeant.

In text. ibi. publiques.

5 Non erit alienum discutere, qui dicantur publici, quia seruiet hæc quæstio ad aliã quæstionē, qui dicantur publici, usurarii, & qui ficti. publici seu manifesti dicuntur illi, de quibus notorium est de iure, quia confessi uel condemnati, uel de facto, quia habent operis euidentiã, quæ nulla tergiversatione potest celari: ut quando tenent altare paratum. Ita dicit glo. in uerbo manifestos. in c. de usur. lib. 6. & ibi per doct. Ceteri igitur qui non sunt huiusmodi, puta qui uendunt carnis merces ad tempus, dicuntur ficti secundum Do. Iaf. in l. 1. in 3. col. C. de eden.

In tex. in verb. dedans trois mois.

6 Lapsò dicto tempore, licet caupo non possit probare per iuramentum, non excluditur à probatione ordinaria, sed tantum à priuilegiata: quia consuetudo tantum dat, uel tollit, quantum loquitur per usum: Bal. in c. 1. in princ. col. 5. in tit. qui seu. da. pos. sequitur Do. Iaf. in l. de quibus. col. 7. ff. de legi.

In tex. in verb. accoustumè de frequenter. & ibi, de prendre uiures.

7 Consuetudo uidetur uelle quod antequam sit locus presenti priuilegio, ut credatur iuramento actoris, quod istæ duæ qualitates debeant interuenire. Prima frequentia domus. Item consuetudo capiendi de mercibus uel uictualibus, quia regula est, quod quotiens aliquid admittitur ratione alicuius qualitatis, illa qualitas est plenè probanda: Bar. in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid. in flu. publi. Io. An. in c. 1. de hom. l. 6. Deci. consil. 18. col. 2. in. 1. vol. D. Iaf. in l. non solum. §. sciendum. col. 2. ff. de ope. no. nú. Et ex hac decisione sequitur conclusio, quod accusans aliquem quod cū armis uel sanguinis effusione vulnerauerit, tenetur qualitatem probare: aliã accusatus absoluitur. Ratio est, quia quando qualitas est substantialis, alterans crimen, facit illud transire in aliud delictum: & ideo si adiectio qualitatis nihil inferret, non esset necesse eam probare. Dec. in c. licet causam. col. 16. uersic. in glo. in uerbo, astrinxit. de proba. Et ibi habes de quæstione Bar. in l. diuus. ff. de re iu. quando aliquis dicit testes corruptos pecunia quid debeat probare. Itē de clausulis generalibus, quæ apponuntur in libello, puta non se astringens etiam quando operentur, quod quis releuetur ab onere probandi qualitates insertas libello. Consuetudo hæc uidetur concedere minimum priuilegium, quod actor debeat probare has duas qualitates, quod esset ualde onerosum. Ideo dici potest quod eadem ratione, quia consuetudo admittit actorem ad probationem principalis per iuramentum, idem erit in accessorii.

8 Quoniam regula quod dispositio facta in principali habet locum in incidentibus. Illam regulam probat ueram Bart. in l. solent. col. fin. uersic. item quæro, & sequenti. Ibi, ex hoc aduerte. de ali. & ci. leg. per tex. in l. cum hi. ff. de transact. & dat exemplum quod si statutum dicat, quod in causis damnorum datorum sufficiat probatio per sacramentum, tunc quotquot illam causam quocunque non incidenter tangit, potest per iuramentum probari. Bart. sequitur do. Iaf. in l. quotiens. col. 1. C. de iudi. & in l. 2. col. fina. C. de edict. di. Adri. tol. De materia accessoriorum quod sequantur naturam sui principalis, uide plenè Deci. in c. præterea. col. penult. de offi. delega. Iaf. in l. 1. C. de transact. doct. maximè Fely. in c. translato. de consti. Et quod ualeat statutum uel consuetudo quod super aliquo facto stetur iuramento partis, tenuit Bart. in d. l. solent. col. 13. ff. de ali. & cib. leg. quem sequitur Dec. consil. 83. in primo uolu. Et in casu nostræ consuetudinis facit regula, quod ea quæ sunt parui praedicti probantur iuramento. l. thesaurus. ff. ad exhi. Super eodem uerbo frequenter, quæro quot actus requirantur, ut iudicari possit frequentatio uel consuetudo? dicas aut loquimur ad inducendam consuetudinem quæ æquiparetur legi, illa est de qua plenè tractat dom. Iaf. in l. de quibus.

quibus. col. 10. uersic. in prima parte, & c. ff. de legi. Et ad eam inducendam sufficiunt duo actus uniformes. l. nemo. C. de epif. audi. Barto. in repe. l. vnica. col. 8. uersic. deinde quæro. & col. 9. uersic. Hostien. & c. C. quæ sit long. consuet. aut loquimur quando uolumus dicere quod aliquis est in frequentia seu consuetudine aliquid faciendi, ut in casu presentis consuetudinis: & tunc duo etiam actus inducunt talem consuetudinem. tex. est, & gl. in d. l. nemo. C. de epif. audi. quoniam illi duo actus sunt interpolati secundum Bal. in athen. sed nouo iure. col. 2. C. de seru. fugi. Hic posset cadere quæstio singularis, quando aliquis pro delicto possit condemnari ad poenam corporalem, quia est in consuetudine delinquendi, etiam quod delicta de sui natura sint pecuniaria. tamen quia melius cadit in tit. des inures. artic. 3. ideo deo duce, ibi dicam.

Super eisdem uerbis, accoustumè de frequenter.

15 Ecce quod bonum est argumentum à solitis, non ad concludendum, sed ad præsumendum. tex. in c. semel malus. de reg. iur. lib. 6. Et induco ad quæstionem notabilem, si aliquis intulit mihi minas, & dubito ab eo offendi, ideo peto mihi caueri: deo probare quod est solitus mandare minas executioni. Bart. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. Fely. ample in rub. de treu. & pa. col. 5. uersic. qui timet offendi. Et effectus magnos qui sequuntur hoc argumento à solitis, tradit Iaf. in l. admonendi. col. 69. ff. de iure iur. Et idem in l. 1. §. si procurator. col. pen. ff. si quis ius di. non ob. plenius idem Iaf. in l. vt liberis. C. de colla. Et in ipsis locis habes quod notarius cogitur apponere clausulam constituti in contractu uenditionis, aut alio translatus dominij. Item procurator qui facit quod est consuetum, non excedit fines mandati: & de similibus quæstionibus satis utiliter in practica. Et quod consuetudo intelligantur apposta, tam in contractibus, quam in ultimis uoluntatibus: & si de eis nihil sit dictum: uide ad faturitatem, & per infinita exempla Fely. in c. cum M. Ferrariensis. col. 2. uersic. nota quartò diligenter. de consti. & ibi dicit quod regula procedit in communiter consuetis. Et nota quod argumentum à communiter accidentibus ualidat probationem æquiuocam. glo. in l. neque natales. C. de proba. Et de materia addo. Fely. in c. coram. col. 2. in 1. de offic. deleg.

DES PROCUREURS.

TIT. III.

ARTICLE I.



Le mary pour sa femme, n'autre conioincte personne, n'est receu à cõ paroir en iugement, sans procuracion.

SVMMARIA IN GLO. ARTI. I.

- 1 Maritus utrum possit esse procurator uxoris tan iure consuetudinario, quam de iure communi.
- 2 Consuetudo qd maritus possit stare in iudicio pro uxore, & coniuñctus pro coniuñcto, qualiter sit intelligenda.
- 3 Personæ coniuñctæ quæ dicantur.
- 4 Coniuñctus an admittatur pro coniuñcto cum cautione rati. & nu. 5. 6. 7. 8. 9. & 11.
- 10 Maritus an possit exigere debitum uxoris sine mandato speciali.
- 12 Actus ab aliquo factus, an ab eodem possit dici nullus, aut iniquus uel turpis.
- 13 Confessionem suspectam de fraude faciens, an potest fraudem allegare.
- 14 Procurator & negotiorum gestor, an qualiter admittuntur in iudicio nomine alterius.

Maritus pro uxore non admittitur sine mandato, nec coniuñctus pro coniuñcto.

16 Ista consuetudo potest dupliciter intelligi, uidelicet quod semper loquatur de uxore, & sic quod nec maritus nec alius coniuñctus admittitur pro uxore sine mandato. Potest etiam intelligi, quod primò ponat exemplum, secundò regulam generalem, quod coniuñctus non admittitur pro coniuñcto. Et iudicio meo, ista fuit mens scribentium consuetudinem: quia ratio prohibitiua in marito, continet similem rationem in coniuñctis. Prima pars de marito discordat cum l. maritis. C. de procur. Secunda pars de coniuñcto discordat cum l. sed & hæ. ff. de procur. Et quæ dicantur cõiuñctæ personæ, de quibus loquitur d. l. sed & hæ. disputat Panor. in cap. nonnulli. §. sunt & alii. c. 3. uersic. in glo. fin. de rescrip. & Fely. in cap. cum M. Ferrariensis. col. 6. uersic. nota semper. de consti. concludit quod ista lex loquitur de cognatione carnali, & non de spiritali. Et infert, quod canonicus non potest agere pro canonico sine mandato, licet cõiuñctis spiritaliter, maior debeat reuerentia. Item quando procedat dicta regula, quod coniuñctus admittatur pro coniuñcto, cum cautione rati, de qua in d. l. sed & hæ. Fely. in cap. coram. col. 2. uersic. de cõiuñctæ persona. de offi. deleg. post regulam affirmatiuam, tradit quinque fallentias. Prima, quando coniuñctus uult agere pro minore habente tutorem, uel curatorem. Secunda, quando coniuñctus dimisisset procuratorem: quia uidetur omnem alium prohibuisse. Et istæ duæ fallentiae non haberent locum, quando argueretur negligentia prædictorum, uidelicet tutoris, curatoris, uel procuratoris. Fallit tertio, quando coniuñctus ageret contra uoluntatem domini, ad quem res pertinet. Quarto, ubi coniuñctus uellit præferri magis coniuñcto: & si ambo sint æquè coniuñcti, iudex admittit idoneorē. Quinto, fallit in requirētibz speciale mandatū: & ista fallentia recipit septē limitationes: de quibus ibi per Fely. Et circa quintam fallentiam ultra Fely. quod maritus non potest exigere debitum uxoris sine mandato speciali. Ita uult textus in l. cum maritum. C. de solut. Et fortius dico, quod coniuñctus non potest exigere pro coniuñcto debitum, etiam cum cautione rati. Et istam opi-

nionem tenet glo. in l. non solum. §. qui alieno. ff. de procur. Bar. ibi tenet oppositum. in l. si sine. §. i. ff. rem ra. ha. vbi dicit Bar. quod credit posse solui cum cautione rati: sed non dicit quod debitor possit cogi soluere. Itam opinionem Bar. tenet Panor. in c. i. versic. secundo principaliter nota. de procur. Et Fely. in c. coram. col. 3. versic. tertio fallit. de offi. deleg. Quod tamen opinio Bar. sit contra communem, testatur Alex. in d. l. si sine. in additionibus. circa si. & contra Bar. tenet Panor. sibi contrarius, in d. c. coram. de offi. deleg. Et facit euidens ratio. Nam exactio requirit speciale mandatum: d. l. cum maritum. Et in exigentibus speciale mandatum cautio rati non sufficit: vt concludit Fely. in loco preallegato. Sequitur conclusio, quod opinio Bar. non est bona: & ita contra Bar. fuit iudicatum: hic me assistente, cogitabam si opinio Bar. & Fely. posset saluari vno modo, quando fieret fides de speciali mandato: sed dubitaretur de eius validitate: vel an esset reuocatum: quia tunc ratione dubii posset esse locus cautioni, quando is pro quo agitur, est in partibus longinquis, & non possit haberi eius voluntas. & isto casu, ego transirem cum opinione Bar. & Fely. in d. c. coram. & sic concederem exactorem prauia cautione rati, & esset satis consultum debitori. Quia creditor qui dederat mandatum ad exigendum, non posset dicere de nullitate mandati, sicut in simili dicit Bar. in l. per diuerfas. C. manda. col. 1. versic. ex quo concluditur. Quod qui fecit confessionem suspectam de fraude, non potest fraudem allegare. Et idem Bar. in l. post contractum. col. 3. versic. sed an venditor. ff. de dona. addo Alex. conf. 36. col. 1. & 2. in 2. vol. Nota quod dicta in coniuncta persona, habent locum in consortibus eiusdem litis, secundum Felyn. & ceteros quos allegat in c. cum M. Ferrariensis. col. 4. versic. glof. prim. de consti. Et ibi dicit, quod consortium contrahitur ex communiione litis & causae: & sic infero quod dicta ibi in consortibus, qui certis de causis non admittuntur in causa consortis, habent locum respectu coniunctorum de quibus praedixi.

In tex. in verb. sans procuration.

- 13 Notandum est quod pro alio potest quis comparere, aut nomine alterius rem facere, altero de duobus modis, aut tanquam procurator, videlicet cum mandato, aut tanquam negotiorum gestor sine mandato: & iste non obligat eum pro quo agit, nisi secuta rati habitatione: iuxta titulum, ff. de nego. gest. Sed dubium est quando aliquis comparet pro tali, aut nomine talis, quae idem important, vtrum praesumatur facere actum tanquam procurator, vel negotiorum gestor: de quo vide Bart. in l. i. §. nuntiatio. vbi doc. ff. de ope. no. nu. Fely. in c. cum M. Ferrariensis. col. 1. de consti.

ARTICLE II.

Toute personne en matiere ciuile, est receue à comparoir par procureur, sans grace, sinon qu'autrement par le iuge en soit ordonné.

SVMMARIA IN GLOS. ART. II.

- 1 Procurator regulariter admittitur in ciuilibus: potest tamen principalis cogi ad personaliter comparendum.
- 2 Procurator quando admittatur in criminalibus.
- 3 Iudex quibus causis potest precipere, ut quis personaliter compareat in causa ciuili, & nu. 4. & 5.
- 5 Iudex quando citat personaliter in causa ciuili, quod debet exprimere causam in citatione.
- 6 Citatus ad personaliter comparendum, quibus causis possit mandare procuratorem specialem, & instructum, & nu. 7.
- 7 Positionibus an quis cogatur respondere personaliter, & nu. 8. & 9.
- 10 Iudex in quacunque parte iudicij potest partes interrogare, etiam post conclusionem in causa: & tenetur interrogatus personaliter respondere.
- 12 Iudiciorum tres sunt species, videlicet ciuile, criminale, & mixtum.
- 13 Iudicium criminale qualiter dignoscitur à ciuile.
- 14 Iudicium quando agitur de priuatione officij, an dicatur ciuile uel criminale.

- 1 Admittitur procurator in materia ciuili, nisi aliter per iudicem sit dictum, aut ordinatum.
- 2 Concordat ad litteram cum l. fi. C. de procur. In criminalibus vero regulariter quando poena est à relegatione infra, admittitur procurator: à relegatione supra, non: rationibus de quibus per Bar. in l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. Et quando à relegatione infra, intelligas, nisi iudex aliter decreuerit, vt diximus in materia ciuili. Quae autem sint causae, quae possunt iudicem mouere ad praecipendum, vt quis personaliter compareat, dic quod plures, vt declarant Bar. & doct. in l. fi. C. de procur. Et inter ceteras, nota illam quando vult partem interrogare, quod facere potest in quacunque parte iudicij: l. vbiunque. ff. de interroga. actio. & qualiter procedat lex vbiunque, potest videri Fely. in c. i. de iudi. col. 2. versic. vtrum iudex. Omnes doctores transierunt cum hac opinione quod iudex potest ex causa, etiam in causa ciuili, cogere partes ad comparandum personaliter coram eo, per tex. in l. fin. C. de procura. Sed videntur in hoc discordare, quia aliqui volunt quod si iudex praeeperit ex causa, quod compareat alter ex litigantibus personaliter, quod id teneatur praecise facere. Et ita sentit Bar. in d. l. fi. C. de procur. Alii dicunt quod potest citatus mittere procuratorem instructum, & sic semper euitabit comparitionem personalem. Et istam tenet do. las. in d. l. fi. allegando pro se Bar. in l. qui bona. §. si alieno. col. fi. versic. si vero poneres & c. ff. de dam. infect. veritas huius articuli remanebit enucleata, distinguendo sic: Iudex quando citat personaliter in causa ciuili, debet exprimere causam in citatione: vt concludit Ias. post Ioan. An. & ceteros quos allegat in d. l. fi. causa igitur ipsa erit forte talis, quod poterit principalis ita satis facere per procuratorem specialem, ac si ipse compareret: quia erat forte assignatus respondere personaliter positionibus, tanquam melius instructus in curiis, in quibus datur copia positionum ante responsonem: aut forte erat assignatus ad iurandum vel referendum:

rendum: & his casibus, & similibus potest citatus personaliter mandare procuratorem specialem & instructum, & in his terminis loquitur Bartolus, in dicta l. qui bona. Aut iudex dicit quod cum citat personaliter, quia vult eum interrogare: quod facere potest in quacunque parte litis: aut ad respondendum positionum in curiis, in quibus copia positionum non datur ante responsonem: & istis casibus citatus debet personaliter comparere, nec sufficeret mittere procuratorem, quem instruere non potest: quia ignorat de quo interrogabitur. & hoc vult dicta l. fin. C. de procurat. vbi data regula generali, quod sufficit in ciuilibus mittere procuratorem, dat fallentiam, nisi fuerit aliter à iudice expressum. Et vt exceptio sit de regula, oportet concludere per dictam l. fina. quod sunt certi casus, quibus in ciuilibus quis cogitur personaliter comparere contra dicta lasonis, in dicta l. final. recte intuenti. Et per praedicta idem dominus Iaso male reprobat cautelam, per eum ibi relata: quoniam dicta cautela esset utilis in casibus, in quibus quis tenetur personaliter comparere: quia potest multari: et etiam quando citatus personaliter in casu, in quo potest satisfacere per procuratorem, si eum non mandaret cum mandato sufficienti, nam poterit multari: quia non obedit iudici personaliter non comparendo, vt fuit iustus, nec mandando procuratorem instructum: & sic videtur iudicem contemnere, qui potest & debet auctoritatem suam, ac iurisdictionem poenis & multis defendere. l. prima. ff. si quis ius di. non obtemp. Materiam dictae legis final. C. de procurat. & capit. primi, de iudic. libr. sexto, quae iura in effectu idem volunt, plene disputat Felynus in capitu. pastoralis. col. secunda. versic. adde. text. in capit. primo. de offic. delegat. Et ibi tractat an quis cogatur respondere positionibus personaliter: & sic materiam glof. in capi. secundo. in verbo, abbate. de testi. in 6. quae tenet, quod sic, quando dominus est iustior: dicit tamen ibi Felynus, quod fallit, quando dominus mandaret procuratorem cum speciali mandato. Idem vult glof. fin. in iuramento calumniae, & aliis casibus, de quibus ibi, in dicto capitu. de iudic. libr. 6. In quibus iudex potest cogere partes, vt personaliter compareant: & tamen sufficit mandatum speciale. Et ex his confirmatur distinctio mea, de qua supra. Quantum ad responsonem positionum, curia ecclesiastica Thaurinen. facit principales respondere personaliter sine instructore: curia temporalis dat copiam positionum, & in responsonem admittit procuratorem cum speciali mandato: obseruabit igitur quaeque curia stilum suum, quoniam minime sunt immutanda, quae semper certam formam habuerunt. l. minime. ff. de legi. Moueo aliam questionem: vtrum iudex possit ex officio examinare testes, maxime post conclusionem in causa? Decius in cap. quoniam contra falsam. col. 15. versic. in glo. in verbo, renuntiationis. de prob. dicit, quod per conclusionem in causa excluduntur partes, ne possint aliquid deducere in facto nec in iure: & etiam fortius dicit, quod iudex excluditur ab his quae ex officio facere potest. Contra istam decisionem facit alia decisio Decii, in cap. licet causam. col. 11. in fin. versic. quintus & vltimus casus. de proba. vbi dicit, quod terminus ad probandum & probatum habendum, per omne genus probationis, habet vim conclusionis in causa: & tamen ibi vult quod iudex possit deferre iuramentum in supplementum probationis. Et ideo credo quod talis praclusio non fiat iudici, quin possit partes interrogare, & alia facere, de quibus in l. vbiunque aequitas iudicem mouerit. ff. de interrog. actio.

In tex. in verb. en matiere ciuile

Dic quod iudiciorum aliud est ciuile, quando non agitur de crimine: aliud criminale, quando agitur de crimine criminaliter: aliud mixtum, quando agitur de crimine ciuilitate. Ita declarat Panorm. in rubr. de iudic. col. 2. in secunda questione. Qualiter dignoscatur iudicium criminale à ciuili, plene tangit Decius, in rubr. de iudic. col. penult. versic. vltima quae. & ibi versic. tertiam opinionem tradit comunem. Et in col. fin. declarat quando agitur de formatione officij & beneficii, an iudicium dicatur ciuile vel criminale.

DES RECUSATIONS BAILLEES

contre les iuges.

TIT. V.

ARTICLE I.

SI contre aucun iuge ordinaire ou delegué, causes de recusation sont baillées, & elles ne sont admissibles, ou qu'elles soyent notoirement faulses, il se peult declarer iuge competent: autrement fault commettre arbitres de droit.

SVMMARIA IN GLOS. ART. I.

- 1 Recusatio iudicis ordinarij seu delegati, qualiter sit fienda. & nu. 2. & 13.
- 3 Recusatio delegati à rege potest fieri, & quod ad id sufficiat probatio per iuramentum.
- 4 Recusationes ex quibus causis possunt fieri ob suspicionem.
- 5 Recusatio collegiorum & synodorum, & vniuersitatis doctorum, an & qualiter possit fieri, & nu. 6. 7. 8. & 9.
- 10 Ecclesia errare non potest, quomodo procedat illud dictum, & nu. 11.
- 12 Papa recusari non potest.
- 14 Incompetentia iudicis declaratio cui pertineat.
- 15 Iudex, licet sit incompetens in principali, tamen est competens in accessorijs, & potest agentem in expensis condemnare.
- 16 Iudex, si reus opponat declinatoriam, debet ante ulteriorem progressum super competentia pronuntiare, & nu. 17.

- 18 Appellatur ab interlocutoria lata super competentia uel incompetencia, etiam quod prohibetur à statuto appellari ab interlocutoriis.
- 19 Processus factus post oppositam fori declinatoriam, super ea non pronuntiato, utrum sit ipso iure nullus.
- 20 Processus factus post recusationem iudicis, & allegatam suspensionem, utrum sit ipso iure nullus.
- 21 Protestatio contraria facto non releuat protestantem.
- 22 Protestatio quod quis non sit procurator, & tamen litigatur cum eo cum protestatione, an releuet.
- 23 Exceptio si opponatur alia quam recusationis, & iudex procedat ad ulteriora, quid agendum.

- 1 Propositis causis recusationis coram ordinario aut delegato, si recusatus eas uiderit impertinentes, aut notoriè falsas, declarabit se competentem: si secus, coget partes ad eligendum arbitros iuris.
- 2 Ibi, ordinaire. Nota primò, quod de hac consuetudine ordinarius potest allegari suspectus: secus est de iure ciuili: quia ordinarii non possunt allegari suspecti, ut remoueantur ex toto: sed bene ut eis detur adiunctus, secundum communem conclusionem. Aliquando remouentur in totum, in casibus enumeratis per dominum Iasonem, in l. apertissimi. C. de iudic. col. secunda, versiculo, nunquid autem ordinarius. & eundem Iasonem, in l. qui iurisdictioni præest. ff. de iurisdic. omnium iudicum. De iure autem canonico ordinarii possunt remoueri: & allegatis ipsis suspectis, eliguntur arbitri, qui de causis suspensionis cognoscunt. capitu. secundo requirit. §. final. de appellatio. Bartolus in l. quia poterat. ff. ad Trebel. Iaso, in dicta l. apertissimi. col. secunda. ibi, de iure autem canonico. & cum iure isto concordat hæc consuetudo, & discrepat à iure ciuili.

In tex. in verb. deleguè.

- 3 Nota quod de iure ciuili delegatus à rege potest recusari. dicta l. apertissimi. Quando allegatur suspectus, sufficit probatio per iuramentum. Iaso in dicta l. apertissimi. col. final. versicu. ex secunda parte, &c. Et tunc eliguntur arbitri, qui cognoscunt de negotio principali. Ita idem Iaso, ubi supra. col. quarta. versic. sexto. de iure autem canonico semper arbitri cognoscunt de causis suspensionis, quæ coram arbitris sunt iustificandæ. Ex quibus autem causis possunt fieri recusationes ob suspensionem, amplè dominus Iaso, in dicta l. apertissimi. col. 2. versic. quæ autem sint iustæ causæ, & sequentibus. Et ex causis ex quibus testes possunt reperiri, ex eisdem iudices recusari: quia facilius est reperire iudices, quàm testes. Item quadraginta casus suspensionis tradit Philippus de Perus. in capitu. postremo. de appellatio. Et quia supra dictum fuit de ordinariis & delegatis, quando possint recusari. Restat videre quid de synodo, collegio, vniuersitate doctorum, & de concilio generali: de quibus plenè per Felynum, in capitu. primo. de iudic. col. tertia. De collegio, vide Felynum, in capitu. causam quæ. col. prima. de offic. delegat. Et ibi concludit, quod collegium & synodus possunt recusari. Si tamen pars tantum sit suspecta, illa recusari potest. Et si hi qui præsidet in concilio, vel synodo sunt suspecti, totum concilium & tota synodus potest recusari. Ita concludit Decius in capitu. primo. col. sexta. versicu. in glos. in verbo, interrogatus. & col. septima. versicu. opinio tamen glos. de iudic. ubi limitat regulam non procedere in concilio generali, quod recusari non potest, quia tota ecclesia non potest errare. Ista limitatio claudit os Germanicis potestatis, qui recusant (ut audio) concilium, ex eo quod papa præsidet, de cuius moribus & factis intendunt principaliter disputare, asserentes quod professores ecclesiasticæ disciplinæ indigent reformatione in capite & in membris. Qualiter tamen procedat illud dictum quod ecclesia errare non possit, declarat Decius ibidem col. septima. versicu. sed tamen. ubi dicit, quod non potest errare quoad fidem: in reliquis sic. Idem dicit Felynus in capitu. primo, de summa trinitate. & fid. catho. col. fina. Et ibidem dicit, quod papa recusari non potest. Item versicul. ex supra dictis inferitur. decidit utrum ordinarius possit allegari suspectus, propter suspensionem assessoris, & econtra.

In tex. in verb. il se peult declarer.

- 13 Nota quod declaratio competentie, vel incompetencie spectat ad iudicem recusatum, etiam si sit delegatus. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. nec consideratur quod videatur iudex in causa propria, ratione commodi sportularum: ibidem dicit glos. quia negotium principale eum non tangit, & consideratur quod principaliter agitur. l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. Et quod sua sit cognitio, plenè Iaso, in l. secunda. col. quarta. ff. si quis in ius voc. non ierit. Vide plenissimè Felynum, in capitu. super literis. col. decima. versicu. an sua sit iurisdictione. ubi tradit regulam affirmatiuam, cum tribus ampliationibus, & quatuordecim fallentiis. de rescript. Et quod non obstet commodum sportularum, vide Felynum. col. decimaquinta. versicu. fallit octauò. Nota aliqua singularia in hac materia. Primò, quod licet iudex pronuntiet se iudicem incompetentem, tamen poterit agentem in expensis condemnare: quia est iudex, quoad ea quæ incidunt coram eo. Ita Paul. de Castr. in l. in criminali. C. de iurisdic. omnium iudicum. facit decisio Felyni. in capitu. exceptionem. de except. ubi iudex laicus condemnat clericum in expensis. licet sit incompetens in causa principali. Facit textus in l. quotiens. cum ibi notat. C. de iudic. Et quare iudex possit isto casu facere condemnationem expensarum, optimam rationem tradit Felynus in capitu. ex parte. §. col. 6. versicu. neque sunt. de rescript. ubi dicit quod tales expensæ non debentur ratione victoriae, sed frustrationis: & dependent ab articulo competentie vel incompetencie: in quo iudex recusatus dicitur competes: ut plenè probaui, & probat textus in l. si quis ex aliena. ff. de iudic. Nota secundo, & nunquam tradas obliuioni, quod si reus opponat declinatoriam, iudex ante ulteriorem progressum debet super competentia pronuntiare: aliàs procedendo ad ulteriora, processus erit ipso iure nullus: quia iudex dubius de sua iurisdictione, non potest eam exercere in negotio principali. ita declarat Paul. de Castr. in l. prima. C. de ordin. iudic. Felynus & Decius, in capitu. 2. de offic. delegat. dominus Iaso, in l. secunda. col. penult. ff. si quis in ius vocat. non ierit.
- 14 Intellige hoc procedere, si pars non acquiescat processui, ad ulteriora etiam tacendo: quia in iudicialibus

bus quantumcunque præiudicialibus taciturnitas partis habetur pro consensu. Bartol. in l. final. C. de rela. Et ita post scripta reperi Felyni. in cap. super literis. col. 19. versicu. tertius quando, &c. de rescript. & ibi d. col. 19. versicu. & inuenies. tradit tres casus, in quibus processus ad ulteriora valeret, licet non sit facta expressa pronuntiatio super incompetencia. Primus est, ubi iudex pronuntiauit procedendum ad ulteriora, obiectis non obstantibus. Secundus, quando iurisdictione non erat funditus nulla, sed elidibilis. Tertius, de quo prædixi, quando parte presente, & opponente de defectu iurisdictionis, iudex procedit ad ulteriora. Nam isto casu (licet Felyni. non dicat pars opponens) debet appellare: aliàs comparando sibi præiudicat, etiam protestando de nullitate: ut dicam infra, num. 20. & 21. Nota & tertio, quod etiam in casibus, in quibus de iure communi aut statuario, non licet ab interlocutoria appellare, tamen ab ista lata super competentia, vel incompetencia poterit appellari. glos. final. in authentica. habita. C. ne fil. pro pa. Decius consil. 34. in tertio volumine. Quia visum est de processu facto post declinatoriam fori, quid iuris, si fiat processus post recusationem, utrum valeat nisi appelletur? Bartolus in l. quia poterat. ff. ad Trebel. & ibi communiter doct. tenent, quod talis processus sit ipso iure nullus. Ang. de Aret. in §. præterea. instit. de actio. distinguit. Decius, in c. cum speciali. distinguit inter ius canonicum, & ius ciuile, Panormitanus in dicto capitu. cum speciali. ponit distinctionem iudicio meo verissimam & concludentem, sine distinctione iuris canonici & ciuilis: quæ est: Aut post recusationem iudex procedit recusante presente, & non appellante: & sibi præiudicat, ea ratione quam supra posui: de qua per Bartol. in l. prima. C. de rela. videlicet quod in iudicialibus taciturnitas habetur pro consensu. Et etiam alia ratione, Panor. quia tacite videtur renuntiare recusationi, & consentire in iudicem. Aut procedit recusante absente, & processus est nullus rationibus, de quibus ibi per eum.

Doct. omittunt vnum casum in suis distinctionibus. Pone qd recusans compareat, iudex procedit ad ulteriora, ipso recusante presente, & non appellante, sed semper de nullitate protestante, fertur sententia in principali, utrum sit nulla? credo quod non. Ratio est, quia protestatio contraria facto, non releuat protestantem. l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nun. Nam potest recusans sibi consulere altero de duobus mediis: aut amplius non comparere, aut appellare. Et ideo si de facto semper compareat, licet verbis non assentiat processui, tamen facit actum contrarium protestationi: & magis facto quàm verbo voluntas declaratur: ut notatur in l. Paulus respondet. ff. rem. ra. ha. Et quod talis protestatio nihil releuet, benefacit decisio Bar. in l. licet. col. 2. versicu. alii dicunt. C. de procur. ubi vult quod si nego aliquem esse procuratorem, & tamen litigo cum eo, cum protestatione, si sit procurator, quod talis protestatio nihil releuat, per cap. sollicitudinem. de appel. Et faciunt dicta per Felyni. in cap. cum M. Ferrariensis. col. 14. versicu. est enim regulare. quod protestatio tollitur per actum contrarium protestationi. de constit. & in dicta col. 13. versicu. prima conclusio. tradit per nouem conclusiones, quibus, & à quibus sit fienda protestatio. Item col. decima septima, versicu. circa secundam partem. tradit per quatuor conclusiones quado & in quo loco sit fienda protestatio. Item col. 18. versicu. circa tertiam partem. tradit per sex conclusiones qualiter sit fienda protestatio, & utrum requiratur scripturam. Item col. 21. versicu. circa quartam partem. tradit per duas conclusiones quis sit effectus protestationis, & si respiciat tempus futurum. Item col. 24. versicu. circa quintam & vltimam partem. ponit regulam cum sex fallentiis, quando protestatio tolatur per actum contrarium. In casu tamen proposito videtur contradicere decisio Felyni. col. vigesima quinta, versiculo, fallit secundo. ubi vult quod in iudicialibus valeat protestatio contraria facto, nisi salues decisionem meam, per illud quod idem Felynus dicit ibi, col. vigesima quinta, versicu. & intellige hoc. quod non est in facultate protestantis illudere iudicium per protestationes: quia interest iudicis & reipublicæ, ne iudicia reddantur illusoria. capitu. causam quæ. de iudic. Item nisi diceremus processum valere, certè protestans ex dolo suo posset locupletari, & facere conditionem suam meliorem: quia in calculo sententiæ, si pro eo fereretur, consentiret: & sic purgaret nullitatem processus, quæ dependebat ab eius sola voluntate, & acquiesceret sententiæ: si contra eum fereretur, proponeret nullitatem, & vltierus appellaret. Et sic iudicium claudicaret, quod non conceditur, nisi fauore minoris. l. non minus. C. de procurat. Quid iuris si opponatur alia exceptio, quàm recusationis, & iudex procedat ad ulteriora? eo casu videtur exceptionem reiicere, & appellandum est: textus in capitu. ex parte. ubi Decius. col. prima. versicu. quarto noto. de appellatio. Bartolus in l. à præcedente. circa finem. C. de dila. Et circa prædicta aduertendum est: quoniam dominus Iaso, in l. secunda. col. penultima, & vltima. ff. si quis in ius voca. non ierit. videtur limitare regulam prædictam: ut procedat quando cognita & discussa exceptione proposita, iudex ad ulteriora procedit, & super exceptione non pronuntiat: aliàs secus. Ista limitatio seu declaratio domini Iasonis non videtur vera: quia semper procedendo iudex ad ulteriora etiam non discussa exceptione, grauatur partem, & licita est appellatio. Ita declarat Bartol. rectè consideranti, in dicta l. à præcedente. C. de dila. Nam nisi iudice procedente ad ulteriora super exceptione opposita, & non discussa, diceretur iudex grauamen inferre, non esset licita appellatio: quia non esset grauamen: & tamen Bar. præsupponit grauamen, & appellationem licitam. Idem probat textus ad litteram, in dicto capitulo, ex parte, el. 2. de appellation. ubi papa mandat super proposita exceptione cognosci: nam si fuisset coram primo iudice discussa, mandasset pronuntiarum super propositis. Ex his videtur concludendum, quod semper iudex procedendo ad ulteriora videtur reiicere. Et idem est acti exceptionem expressè repulisset: ut declarat Decius in dicto cap. ex parte. superius allegato. Istam materiam plenè attingit Paul. de Castr. in l. i. co. penult. & fin. C. de ordin. iudic.

ARTICLE II.

Et ou lesdictes causes de recusation seroyent notoirement faulses, ou trouuées

non veritables par lesdictz arbitres de droit, le recusant qui les aura proposées doit estre condemné en tous les despens, dommages & interestz de partie, à cause de la retardation du procès, & en l'amende enuers le seigneur, pour l'oultrage fait à son officier.

SUMMARIUM IN GLOS. ART. II.

- 1 Iudici recusato remittitur causa, repertis recusationum causis, falsis.
- 2 Recusationis causas alleganti incumbit onus probandi.
- 3 Expensarum condemnatio contra recusantem, à quo iudice debeat dari, an ab arbitris, qui de causis recusationis cognouerunt, an ab ordinario recusato, uel ab alio delegato, & nu. 4.
- 5 Arbitri iuris qui differunt à compromissariis, & quod habent iurisdictionem quoad omnia quæ pertinent ad articulum recusationis eis commissum, & an habeant punitionem.
- 6 Arbitri iuris potius uidentur habere iurisdictionem delegatam, quam ordinariam.
- 7 Arbitri an possint punire testes coram eis falsum deponentes.
- 8 Arbitri an possint torqueri facere testes pro eruenda ueritate.
- 9 Consuetudo habet uim legis.
- 10 Recusatione data non sunt eligendi arbitri: sed ille qui ius reddit absente uel impedito recusato, procedet.
- 11 Expensarum condemnatio utrum sit fienda in omnibus interlocutoriis.
- 12 Expense interlocutoriarum an debeant statim refici, uel post diffinitiuam.
- 13 Expense interlocutoriarum an aequiparantur expensis contumacialibus, quas quis tenetur prius reficere, quam audiatur.
- 14 Libellum emendans non auditur, nisi prius refertis expensis, & quod declaratio competentie uel incompetentie spectat ad iudicem citantem.
- 15 Iudex in expensarum taxatione quomodo debeat procedere, & nu. 16.
- 17 Expensarum ratio quæ sit habenda in taxatione, & nu. 18.
- 19 Expense, damna & interesse an sint diuersa, quod in condemnatione expensarum non ueniant interesse.
- 20 Iudex si condemnauit in expensis tantum, & nihil dixit de interesse, quid iuris.
- 21 Expense quas uictor domi fecisset, utrum sint in taxa detrahenda.
- 22 Condemnatus ad damnationem interlocutorie, quare ad plus teneatur, quam ratione diffinitiuæ.
- 23 Contumacia in non ueniendo, an sit grauior quam in non parendo.
- 24 Citatio facta in scriptis non habet uim peremptorij.
- 25 Actio duplex nascitur pro omni iniuria, una, parti, alia, fisco.
- 26 Iniuria non determinata infigitur iudicis arbitrio.
- 27 Iudici recusato indebitè fit iniuria, siue recusatio fit expressa, siue tacita.
- 28 Iudicem uidetur turbare quis, quando ab ea iurisdictione se exemit.
- 29 Iudici non fit tantum iniuria, quando fit recusatio expressa, sed & quando partes recedunt à iudice, & alium aduocant.
- 30 Recusationis cause an sint aliquæ quæ non respiciant iudicis infamiam.
- 31 Iniuria facta officiali uel procuratori, quando dicatur facta domino, & plenius nu. 36. 37. 38.
- 32 Iniuriarum actio tenetur, qui non patitur literas iudicis dari uel publicari.
- 33 Iniuria facta officiali an possit dici facta domino. Idem de famulo, colono, socio itineris. Et si ciui, an ciuitas aget iniuriarum. Item si clerico, an episcopus: & si delegato uel ambasiatori, an dominus.
- 34 Honor maior cui debeat in sedendo.
Honor maior cui debeat duci, Sabaudie, an duci Venetorum.
Regnum Cipri cui de iure pertinet, duci Sabaudie, an Venetis, & unde.
- 35 Dignitas maior arguitur ex maiori honore, qui exhibetur in sedendo.

1 Compertis causis recusationum falsis, aut à uero deuantibus, arbitri causam remittent iudici recusato, & recusantem in expensis & damnis parti, & in emenda domino in uisionem iniurie suo officiali factæ condemnabunt.

In tex. in verb. non ueritables.

2 Dic quod ita in dubio præsumuntur, & alleganti incumbit onus probandi, l. ei qui dicit. ff. de proba. l. actor. C. eo. Ratio, quia facta in dubio non præsumuntur, l. in bello. ff. de cap. & possi. re. melior. text. de iure in l. si emancipati. secundum dom. Ias. ibi, neque emancipatum probatum fuerit. C. de coll.

In tex. in verb. le recusant doit estre condemné.

3 Aduerte quia text. non aperit per quem fiet condemnatio, an per arbitros qui de causis recusationis cognouerunt, an per iudicem ordinarium uel delegatum, cui causa principalis remittitur? Et primò, uidetur quod arbiter non possit condemnare in emenda, de qua in tex. consuetudinis, quæ respicit fiscum, & non partem. Ratio, quia arbiter habet tantum notionem, & nullam habet iurisdictionem. l. i. C. de arb. gl. in l. notionem. ff. de verb. sign. Veritas est, quod arbitri de quibus in consuetudine, dicuntur arbitri iuris, qui differunt à compromissariis, de quibus loquitur dicta l. prima. Et isti dicuntur habere iurisdictionem quoad omnia quæ pertinent ad articulum recusationis eis commissum. Ita dicit text. in capit. suspicionis. de offic. delegat. Et ibi glossa & Panormitanus dicunt, quod habent punitionem: & in specie, quod dicti arbitri possunt punire testes

6 testes coram eis falsum deponentes: tenet ibi Felynus post dominum per eum allegatum. Verum est quod isti arbitri iuris potius uidentur habere iurisdictionem delegatam, quam ordinariam, ut potest colligi ex textu, in dicto cap. suspicionis. Et in specie tradit Ioannes Andrea, in titulo de arbit. §. final. uersiculo, sed nunquid. Incidimus nunc in questionem difficilem: utrum lex, nullum. C. de testi. quæ dat cunctis iudicibus potestatem puniendi testem coram eo falsum deponentem, procedat in delegato? Iaso in l. prima. §. fina. ff. de offic. eius cui est mand. iur. post longam disputationem concludit quod non. Decius uero in cap. præterea. col. tertia. uersicul. & ex text. mouet questionem, & col. quarta. uersicul. concludendo vera resolutionem, & c. de offic. delegat. tenet quod possit: & ista uidetur magis communis opinio, quam uidentur fundare eam tenentes super textum. in d. l. nullum: in uerbo, cunctis iudicibus. C. de iud. qui tamē tantum uidetur loqui in ordinariis, & non in delegatis, qui solum iurisdictionem habent super commissis, & his sine quibus commissa exequi non possunt. ut patet in dicto capitul. præterea. Iudicio meo est dicendum & concludendum quod iudex delegatus potest pro eruenda ueritate causa sibi commissæ, testem torquere, & omnia facere quæ ad negotium sibi commissum pertinent: quia sine illis non potest negotium sibi commissum plenè explicare. Sed postquam detecta ueritate, sibi constat testem esse falsarium, & eius dispositioni non esse acquiescendum, debet in causa procedere dictis illorum testium falsis reiectis, & ordinario remittere testes falsarios puniendos: quia illa punitione non tangit negotium commissum. Et limitata commissio ad negotium, & ea quæ ad ipsum pertinent, limitatum producit effectum. argumento l. in agris. ff. de acqui. re. do. & in isto passu de punitione transeo cum domino Iasone, in præallegata l. prima. §. final. ff. de offic. eius, & c. Contra istam opinionem uidetur facere textus, in dicta l. nullum. ubi dicit quod ideo potest talis iudex testem punire: quia offendit aures eius. & ista ratio uidetur habere locum in delegato, cuius aures offenduntur ex falsis depositionibus: tamen potest responderi, quod magis offenditur ordinarius, qui delegauit, quam delegatus, qui fungitur munere & officio delegantis. Item in casu consuetudinis, arbitri qui de causa recusationis cognoscunt, tantum habent recipere probationes eorum quæ proposita fuerunt coram ordinario: & sic attendi debet propositio & allegatio, tanquam principalis, & non examinatio, quæ sit accessoria. iuxta legem, si quis nec causam. ff. si certum petatur. Et redeundo ad consuetudinem, dico, quod talis condemnatio fieri potest per arbitros uirtute consuetudinis, quæ talem potest dare iurisdictionem: quoniam consuetudo habet uim legis. l. diuturna. ff. de legi. Et lex dat iurisdictionem. l. prima. in principio. ff. de offic. eius cui est mand. iurif. Item per ordinarios uel delegatos, si eis simpliciter causa remittatur, tanquam indebitè recusatis, & quia consuetudo non aperit, à quibus talis condemnatio fieri debeat, erit intelligenda, quod si non fiat ab arbitris, poterit fieri à iudicibus, ut actus ualeat, & non pereat ratione incertitudinis, quæ posset reddere dispositionem nullam: iuxta legem, duo sunt. Titul. ff. de testamen. tut. Hodie uidetur quod data recusatione, non sint eligendi arbitri, sed procedet is qui ius reddit absente uel impedito recusato, secundum constitutiones regias, uidelicet, decimam, & undecimam, & duodecimam, quæ in hac patria Aluernia sunt in obseruantia.

In tex. in verb. à cause de la retardation.

11 Nota quod condemnatio fit in omni interlocutoria, in qua pars succumbit, non ratione uictorie simpliciter, sed ratione retardati processus. Et hoc secundum ius commune, de quo in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. & secundum regiam constitutionem. Questio nunc incidit notabilis, utrum illæ expense debeant statim refici, an uero expectata diffinitiuæ? de istis de quibus loquitur consuetudo, non est dubium, quia sunt ad instar diffinitiuæ, & diffinitus est articulus recusationis, qui facit cessare processum coram iudice recusato. decisio est Bartoli in terminis. in l. terminato. col. secunda. uersicul. sed si esset. C. de fruct. & lit. expens. Posset esse dubium in expensis interlocutoriarum, quas iudex profert in causa principali. Ratio dubitandi est, quia illæ interlocutorie sunt reuocabiles. l. quod iussit. ff. de re iudic. tamen licet non reperiam tactum in specie, credo quod aequiparantur contumacialibus, quas quis prius tenetur reficere, quam audiatur. l. sancimus. C. de iudic. & ita uidi praticari apud senatum Thaurinensem. Et pro ista opinione facit decisio Baldi: quam refert dominus Iaso in dicta l. sancimus. col. quarta. C. de iudic. ubi dicit quod emendans libellum non auditur, nisi refertis prius expensis. Non uideo quare sit idem iudicatum in aliis interlocutoriis. In Gallia est constitutio recollendæ memoriæ Caroli octau. 50. quæ optimis rationibus articulum declarauit secundum opinionem prædictam. Item quia dicitur in textu, quod fit condemnatio expensarum & damnorum, in ista taxatione si omnia sint liquidata, res est clara. Quid si pars uictrix fecerit plures expensas minuscultas, aut etiam maiores, puta in his quæ dedit aduocatis, quas esset difficile probare, quomodo procedere debet iudex in tali taxatione? uide singularem decisionem Bartoli, in dicta l. non ignorat. col. secunda. uersicu. pro declaratione. C. de fruct. & lit. expens. Et generaliter in taxatione de quibus expensis sit habenda ratio, recurre ad dominum Iasonem, in l. properandum. §. sin autem alterutra. col. quinta, in fine. C. de iudic. Et bene quadrant quæ dicuntur in sequenti questione. Item quia dictum fuit quod in interlocutoriis fit condemnatio expensarum, nota quod non consideratur, si causa litigandi fuit iusta uel iniusta. Secundum aliquos doctores, quos refert dominus Iaso, in l. properandum. §. sin autem alterutra. col. tertia. C. de iudic. tamen ut ibi refert, communis opinio uidetur in contrarium, & bene.

In tex. in verb. despens, dommages, & interestz.

19 Quæro, utrum ista sint diuersa, ita quod in condemnatione expensarum non ueniat interesse, & econtra? dic quod sic. Iaso in l. prima. §. final. col. tertia, in fin. uersicu. quarto notabiliter, & c. ff. si quis ius di. non obtempe. Ideo in sententia dicitur in expensis & interesse. Ex ista conclusione incidit questio. Iudex condemnauit in expensis tantum, & nihil dixit de interesse. dom. Ias. in dicta l. properandum. §. sin autem alterutra. col. quinta. in fine. C. de iudic. se inuoluit, & confuse loquitur, distinguendo inter diffinitiuam,

& interlocutoriam, contumaciam aut retardati processus, dicendo quod primo casu sic, secundo non, licet non reperiam tactum ab alio: melius dixisset Iason hoc modo. quod in condemnatione expensarum nunquam venit interesse, siue loquamur de diffinitiva, siue de interlocutoria: probo per antecedentem conclusionem & sequentem, & dico sic: Si fiat condemnatio ad interesse, tunc si in diffinitiva non habetur ratio damnorum quae quis patitur in rebus suis, quia non potuit eis superesse, sed bene damnorum, quae recipit ex persona sua, quia erat artifex, & non potuit laborare. In interesse vero contumaciae aut processus retardati veniunt omnia damna, tam passa in rebus, quam ratione personae, occasione illius litis. Ita declarat Barto. loquitur. do. las. in d. l. i. §. si. col. 3. ver. secundum differentiam intellige & declara. ff. si quis ius di. non obtem. Et ibidem versicul. adde etiam aliam notabilem differentiam. dicit notabile verbum, quod in expensis ratione victoriae fit detractio expensarum, quas domi fecisset: secus in contumacialibus, aut retardati processus. Post set etiam quaeri, quae sit ratio quare condemnatus ad damna ratione interlocutoriae ad plus teneatur, quam ratione diffinitivae, vt patet ex supradictis: potest responderi, licet ab alio tactum non inueniam, quod est in maiori calumnia is qui est contumax in non veniendo, vel retardando processum, quam is qui causam perdit, quia in diffinitiva quis non dicitur delinquere, sed bene quando est in contumacia, quae est delictum, & retardans per contumaciam potest multari: las. in l. i. §. videtur. col. 2. versiculo, quinto & ultimo. ff. si quis ius di. non obtem. Et contumacia in non veniendo est grauior quam in non parendo, secundum Dec. in cap. de causis. col. secunda. versiculo, quarto nota. de offic. delega. Eandem opinionem tenuit Decius, post longam disputationem, in cap. primo. col. quinta. versiculo. septimo noto. de iudic. tamen illa conclusio mihi non placet: quia maior est contumacia, quae fit in praesentia iudicis, quam in absentia: patet, citatio facta in scriptis non habet vim peremptorii. l. per edictum. ff. de iudic. secus est, si iudex aliquem citet personaliter, vel nuntius iudice praesente: quia talis citatio dicitur peremptoria. Ita Felynus in cap. pastoralis. col. 2. vers. adduci potest dictum Bal. de iudic. Item iniuria quae fit in conspectu iudicis, dicitur atrocior. §. atrox. insti. de iniur. Iudicio meo est constituenda differentia inter citatum personaliter per iudicem, aut per nuntium: quia talis citatio habet vim peremptorii. Innocentius in cap. ad petitionem. col. 2. de accus. constituit citatum in vera contumacia, quae aequiparatur contumaciae in non parendo. Et factam contumaciam quae causatur per citationem factam in domicilio, vel per edictum, & non apparet quod peruenit ad notitiam citati: nam talis dicitur leuior, & magis excusabilis: & talem differentiam facit dominus Iason in l. prima. §. hoc iudicium. col. 5. versic. prima est valde necessaria. ff. si quis ius di. non obtem. vbi declarat verum contumacem posse multari, fictum autem non.

In tex. in verb. en l'amende uers le seigneur

25 Nota quod pro omni iniuria nascitur duplex actio, vna parti, vt hic: quia pars consequitur damna & interesse. Item alia fisco, cui applicatur poena. Et quando non est determinata, vt hic, infligitur iudicis arbitrio, iuxta glossam §. in summa. institut. de iniur. Et tex. in l. prima. §. final. ff. de iure deli. plenè notat Decius in cap. de causis. col. 2. versic. sexto & ultimo. de offic. delega. Et quia haec materia respicit titulum de iniur. ideo pertransco.

In tex. in verb. pour l'outrage fait à son officier.

27 Ecce quod recusato indebitè dicitur fieri iniuria, & bene, quia recusatio regulariter fit cum causa, vt dicitur per doctores in l. apertissimi. C. de iudic. Et tales causae sapissime, si verae essent, concernerent iniuriam, in tantum quod posset habere locum titulus, de libellis famosis. Et etiam quod non concernerent iniuriam, satis est quod existimauit recusans officialem suspectum in administratione iustitiae, postquam eum indebitè recusauit. Et videtur eum turbare sua iurisdictione, quando se indebitè ab ea exempt. Omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur. l. i. ff. de iniur. Et non tantum quando fit recusatio expressa, fit iudici iniuria, imò & quando partes recedunt à iudice, alium adeunt: patet ex textu, in l. litigatores. ff. de arbit. vbi si partes, quae vnum arbitrum elegerunt, ab eo recedant, & constituant alium arbitrum, demum redeant ad primum, ordinarius iudex non compellet primum arbitrum ad arbitrandum: quia eum partes contempserunt, eidem iniuriam fecerunt per recessum ab eo. Item quia dixi supra dato quod recusationes non concernerent iniuriam. Quæro, vtrum sint aliquae causae recusationis, quae non respiciant iudicis infamiam? dic quod sic, exemplifica in c. causam quae. de offic. delegat. vbi recusatur dominus in causa famuli. nam ex tali recusatione honestas domini non deturpatur: quia textus ita disponit, ne dominus iudicet in causa famuli. Idem dici potest quando recusatur quis in causa filiorum: de qua recusatione loquitur textus, in l. qui iurisdictioni praest. ff. de iurisdic. omnium iudicum. Et ita declarat Felynus in dicto capitu. causam quae. col. secunda. Et sicut fit iniuria domino, quando impeditur eius officialis, ita quando impeditur eius procurator. Ita Felynus post Baldum, in capitu. ex literis. in principio, de offic. delegat. Et ibi habes de eo qui non patitur literas iudicis praesentari: quia tenetur iniuriarum, & fortè poena l. Iuliae, de vi public. per text. in l. qui dolo malo. in principio. ff. ad l. Iuliam. de vi public. Ibi quominus iudicia tuto exercentur. Circa praedicta quaero, vtrum iniuria facta officiali possit dici facta domino, sicut dicitur de iniuria facta famulo. an dicatur facta domino? quid si fiat colono? quid socio itineris? quid si ciui? an ciuitas agat iniuriarum? quid si clerico? an ecclesia agat? Concludite, quod aut iniuria fit famulo propter dominum, & eius respectu: & tunc iniuria dicitur facta domino, & dominus agit. Idem in omnibus praemissis casibus: vt declarat Bar. in l. i. §. idè ait. & in l. Itè apud Labeonè. §. si quis sic fecit. ff. de iniur. Fel. in c. contigit. de sen. exc. Adde aliū casum in quo dominus agit pro iniuria facta subdito, vel dano ei dato, qui est qñ pretèdit interesse: patet infra in ti. des reuots c. 7. vbi dominus ratione iurisdictionis petit remissionem subditi arestati apud alium iudicem. Ita declarat Dec. in c. licet causam. col. 8. vers. quinto decimo & sequ. de proba. & in specie de delegato an intelligatur iniuria facta deleganti: vel vicario, vtrum intelligatur facta episcopo: & si delegato vel ambafatori domino, & sic de similibus: Dec. in c. sane. el. 2. de offi. deleg. facit duas conclusiones.

conclusiones. Prima est quod vicarius vel locumtenens debet honorari. Sed tantus honor non debetur eis sicut principali, cuius vices gerunt. Et ex eo infert quod regia maiestas merito praetulit ducem Sabaudiae legatis Venetorum. Et aliter nõ declarat locum nec tempus. Id quidem factum fuit anno domini millesimo quingentesimo decimo quinto, postquam regia maiestas deuictis Heluetiis apud Marignanum, Mediolanum recuperavit, in conuino fuit aliquid altercatum de praecedentia inter ducem Sabaudie, & legatos Venetos. Innuit tacite Dec. quod si dux Venetorum fuisset praesens quod ei fuisset debita praecedentia, licet non legatis: quibus tantus honor non debetur sicut principali. Et ita multi sibi suaderent ea ratione, quia Veneti habent regnum Cipri, quod reddit eos illustriores ducibus. Sed re vera, dictum regnum tam ex successione intestati, quam ex titulo donationis, factae per Carolam reginam Ciprorum, de iure pertinet, & spectat duci Sabaudiae, & de anno domini ab eius natiuitate 1529. statim post coronationem caesaris munere legationis pro domino duce functus fuit apud potentissimam dominationem Venetam, per quam titulis ducalibus satis leuiter fuit responsum, & solo fundamento colorato se tuerentur. Quod interest reipublicae Christianae, q̄ regnum ipsum ab eis possideatur: quia si esset apud ducem, communis hostis fidei nostrae à quo domini Veneti recognoscunt dictum regnum, & soluunt singulis annis ducatos octo mille, impressionis Venetae, illud inuaderet, & de facili occuparet. Et sic concludo, quod possessio seu verius occupatio regni non praebet duci Veneto istam causam praecedentiae. Et quia supra dictum fuit quod in sedendo praeponi debet dignior, nota quia maior dignitas arguitur ex maiori honore, qui exhibetur alicui in sedendo. Ita declarat in pulchro casu Bal. in consil. 335. incipiente, archidiaconus. col. 2. in tertio lib. quem refert Dec. in c. licet causam. col. 2. vers. secundo dicitur de honore. de proba. Secunda est conclusio quae infertur ex praecedenti, quod iniuria facta delegato, locumtenenti, vel vicario, dicitur facta domino, si ratione officii facta fuit. Sed est minus punibilis, quam si esset facta domino principali. Istam secundam conclusionem credo non procedere, licet Dec. non dicat quando offenditur persona eorum, qui sunt ad latus principis, de quibus loquitur l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. quia in istis eadem poena imponitur, ac si dominum offendifsent: vt patet in d. l. quisquis. Ideo supra dixi ratione officii, vel domini contemplatione: quia si fieret iniuria tanquam priuato, non haberent locum ea quae praedixi: & notat in specie Dec. in d. c. sane. el. 2. col. 2. vers. sed aduerte. de offi. deleg. Reperio Fely. in c. cum olim magister. de offi. deleg. mouentem quaestionem, vtrum tantus honor debeat vicegerenti, sicut domino: & post disputationem ab vtraque parte, dicit veritatem esse quod sic, in his in quibus vicegerens representat dominum: in aliis secus. Ista conclusio videtur contraria conclusionibus supra relatis, quas credo veriores, cum inter se differant quod aliquis sit talis, vel quod habeatur pro tali l. mercis appellatione. ff. de verbo signi. & nullum simile est. Idem l. quod nerua. ff. de posi. Sunt tamen duo casus, in quibus non cadit illa distinctio, si iniuria sit facta contemplatione alterius: primus quando fit iniuria filiofa agit pater. Secundus quando vxori, agit maritus. Bar. in l. cum qui nocentè. §. si. ff. de iniur. Et quando iniuria fiat contemplatione domini, potest colligi ex praecedentibus, quia praecedentia declarant subsequencia & e contra. l. si seruus plurium. §. si. ff. de leg. primo. l. haeres palam. ff. de testa. Quid erit dicendum in casu huius consuetudinis, vtrum recusatio facta de officiali praesumat facta occasione & respectu domini iusticiarii? puto sic distinguendum: aut recusatio continet causam quae principaliter respicit personam recusati: puta q̄ est inimicus, & tunc iniuria nõ infertur domino, quando talis inimicitia non provenit ex aliquo facto domini: aut tantum fit recusatio vt effugiat subditus iurisdictionem domini sui, & tunc fit iniuria domino. Ita colligi potest ex praedictis. Nam iniuria fieri dicitur quando aliquid nõ iure fit. d. l. i. ff. de iniuriis.

DES DILATIONS.

TIT. VI.

ARTICLE I.



Elaiz en matiere ciuile, sont arbitraires, ayant regard à la distance des lieux, qualité des personages, & matiere dont est quaestion.

SYMMARIA IN GLO. ART. I.

- 1 Index qualiter debeat procedere in dilationibus in materia ciuili.
- 2 Dilationes in criminalibus, & in ciuilibus an sint arbitrae. & nu. seq.
- 4 Dilationum species sunt plures.
- 5 Dilatio unius diei debet esse de 20. milliariibus.
- 6 Dilatio unius diei pro sistendo, antequam quis teneatur comparere.
- 7 Dilatio unius diei in qualibet hebdomada.
- 8 Dilationis dies an computetur in dilatione: & hoc siue loquamur de tempore quod datur confessis siue iudicatis, siue ad appellandum siue de tempore ad se praesentandum coram iudice appellationis. item & quid de tempore ad prosequendum appellationem: & nu. seq. usque ad nu. 13.
- 14 Exceptio personarum in iudicio non est habenda.
- 15 Qualitas personarum quando sit in consideratione, tam in procedendo quam in iudicando.
- 16 Index aliquando potest recedere à regulis communibus propter excellentiam viri.
- 17 Exceptio personarum non debet provenire ex favore iudicij, sed ex causa expressa à lege vel statuto. & nu. 19.

ARTICLE II.

Ily a trois delaiZ ordinaires pour faire enqueste, & le quart avec congnoissance de cause: & sont lesdictz delaiZ communs es demandeurs & defendeurs.

SVMMARIA IN GLO. ART. II.

- 1 Dilaciones ad probandum quot sint d. a. d. e. tam de iure communi, quam consuetudinario. & nu. 3.
- 2 Dilatio in civilibus unica: in criminalibus duae accusatori, & tres accusato dantur.
- 4 Dilaciones quae dantur cum cause cognitione. & nu. 5.
- 6 Index quid debeat facere quando quis aliquid calumniose petat.
- 7 Index potest comminari parti, quod nisi probet calumniam, certa poena punietur.
- 8 Dilationum in moderatione, quae sit requisita cognitio. & nu. 9. & 10. 11.
- 12 Dilatio data a iudice maxime ad probandum dicitur peremptoria.
- 13 Dilaciones quando sunt favorabiles parti, tantum conceduntur petenti.
- 14 Index non tenetur aliquid facere, etiam si statutum dicat, nisi pars petat.
- 15 Dilatio ad producendum testes post lapsum dilationis ad examinandum quando concedi possit, & ibi cautela, videlicet quod quis ignorabat in prima dilacione se testes habere, quos nouiter producit. Dilatio ad probandum post lapsum termini conceditur in sexdecim casibus.
- 16 Probationes quando possunt admitti post conclusionem in causa.
- 17 Probatio an credatur quod habuit impedimentum in prima dilacione per iuramentum.
- 18 Probationis impedimentum qualiter probetur, & an ista probatio regulariter fieri debeat. & nu. 19.
- 20 Probatio impeditur quando per testes fieri debeat, & quando per iuramentum.

Conceduntur partibus tres communes dilaciones ad probandum, & quarta cum cause cognitione.

De iure civili in civilibus vnica dilatio, in criminalibus duae accusatori dantur, & tres accusato. l. ff. de feriis. Ex constitutione regia publicata 1539. datur vnica, habetur arti. 32. & causa impeditur probata, datur secunda. Ita ibi arti. 33. & illa constitutio obseruatur in hac patria Aluernia.

In tex. in verbo, & la quarte avec congnoissance de cause.

Quero vtrum tres primae dilaciones concedantur sine cause cognitione: videtur quod sic: dispositio cognitionis in quarta dilacione videtur innuere quod in aliis nulla sit cognitio: argumento l. cum praetor. ff. de iudi. contrarium determinat doc. in l. ff. & ibi Do. l. col. 6. vers. circa principium. ff. de fer. & ibi dicunt quod cognitio leuis sufficit & consistit circa tria. Primum, ne petatur per calumniam: & tunc quid debeat iudex facere quando pars aliquid calumniose petit, vide Do. l. in l. 4. §. condemnatum. vers. istam secundam conclusionem, & c. ff. de re iudi. & ibidem vers. confirmo quia leuis praesumptio, & c. Dicit quod ad repellendum calumniantem requiritur suspitio vehemens, & multum vigens. Nam in dubio iudex debet articulos admittere appellationi deferre pronuntiare instantiam non peremptam appellationem non deferat, & sic de similibus: vt declarat Do. l. amplè in l. ff. si quis cau. In materia nota singulariter quod iudex potest comminari parti quando videt calumniam, quod nisi probauerit per testes, quos forte dicit esse in loquinis partibus, vt ampliozem obtineat dilacionem, quod punietur in certa pecunia. Ita Do. l. in l. 1. in principio col. 8. ff. si quis ius di. non ob. Leuis cognitio secundò sufficit in moderando dilacionem, secundum locorum distantiam. Et ista racione dixi in t. 1. des adiournemens. quod semper citatio requirebat commissionem iudicis, quia exigebatur saltem leuis cause cognitio. Tertia leuis cognitio est, si materia sit pertinens, & in dubio, ita est iudicanda, per ea quae supra proximè dixi. Item est aduertendum, ex quo dixi, quod in prima dilacione debet interuenire leuis cause cognitio: quod in aliis duabus dilacionibus sequentibus, videlicet in secunda & tertia, nulla habet interuenire: quia data prima a iudice, aliae duae indistinctè conceduntur a consuetudine. Ita l. in d. l. ff. col. 9. vers. quartò principaliter, & c. ff. de fer. Sed de iure communi, etiam quod vnica dilatio tantum dari possit: tamen iudex ex causa potest dare secundam: vt late prosequitur l. in d. l. ff. de fer. col. 7. vers. sed aduerte. Item potest primam datam prorogare: l. ff. vbi supra. col. 9. vers. quinto notabiliter limita, & c. per tex. in c. consuluit. de offi. deleg. Et nota quod regulariter omnis dilatio data a iudice, maxime ad probandum, dicitur peremptoria: & ideo lapso termino dilacionis, si testes examinentur parte contradicente, non valebit examen: secus si parte tacente. Deci. in c. licet causam. col. 4. vers. quartò noto. de proba. vbi allegat Bar. in contrarium, in l. 2. col. ff. vers. tertio quero. ff. de appel. reci. tamen finaliter distinguit vt supra. Item nota quod dilaciones quando sunt parti favorabiles, tantum conceduntur petenti: tex. in l. 1. in verbo, poscerentur. C. de dila. secus est quando cedunt odio litigatorum: quia tunc dantur iudicis, officio etiam inuitis. Ita declarat Deci. in c. licet causam. col. 9. vers. in glo. prima. de proba. Et ibidem col. 8. vers. dictum tamen in se verum est. late prosequitur articulum quod iudex non teneatur aliquid facere etiam si statutum dicat, nisi pars requirat. Item de iure communi datur vna cautela ad faciendum admitti productionem testium post lapsum dilacionis, videlicet quando in prima ignorabat se habere testes, quos nouiter producit. secundum Saliquem Do. l. refert & sequitur in repe. l. admonendi. col. 8. in fi. vers. & propterea. ff. de iure iur. sequitur Fely. in c. licet. col. 10. de proba. Et ibi tradit sedecim casus, in quibus valet probatio post lapsum dilacionis. Item quando post conclusionem in causa possunt admitti probationes, plenè Do. l. in d. repe. l. admonendi. col. 27. & 28. ff. iure iurando. In eo tex. la quarte. Vides quod quarta potest dari cum cognitione, & talis cognitio erit, si allegabitur impedimentum in tribus primis. Sed non impertinenter. Quero qualiter probabitur impedimentum, secundum materiam huius consuetudinis, vtrum sufficiat iuramentum. Concludo quod sic, & proba sic de iure

- 18 Index quando recedit à regulis communibus, debet causam exprimere.
- 19 Index non debet in his quae sunt iustitiae deuiare neque à dextris neque à sinistris.
- 20 Poena in foro conscientiae an sit imponenda nobili sicut plebeio.
- 21 Causarum aliquae sunt minime, ceterae ordinariae. & nu. 22.
- 23 Iuramentum aliquando defertur in supplementum probationis propter semiplenam probationem.
- 24 Iuramentum in supplementum probationis non solum defertur in causis mediocribus, sed etiam maximis, puta status matrimonij, vel feudilibus quando probatio excedit semiplenam.
- 25 Iuramentum in supplementum probationis an possit à iudice deferri post conclusionem.

- 1 Dilaciones regulariter sunt arbitrarie: & arbitrando iudex debet habere rationem distantiae locorum, qualitatis personarum, & materiae de qua est questio.
- 2 Circa dilaciones citationum in criminalibus, fuit dictum in rub. des adiournemens. art. 5. Circa dilaciones in citationibus civilium, quod sint arbitrarie, eo. tilo. arti. 6. Dilacionum species sunt 38. in spec. de dilatio. §. 1. per to.

In tex. in verbo, à la distance des lieux.

Quero, quot milliaria sint danda pro quolibet die? dic quod viginti. tex. in l. 1. ff. si quis cau. Et nota quod debet dari vnus dies pro sistendo, antequam intret iudicium. Item in qualibet hebdomada debet dari vnus dies ad quiescendum. l. in d. l. 1. col. 2. vers. adde quod etiam vnam diem habes. Etiam ibi, vtrum dies dilacionis computetur in dilacione, siue loquamur de primo die, siue de vltimo. De tempore quod datur sponte confesis, est tex. in l. si debitori. ff. de iudi. De tempore quod datur condemnatis, in l. 4. §. si quis condemnatus sit. ff. de re iudi. De tempore dato ad appellandum qui sunt dies decem, habes authen. hodie. C. de appel. De tempore ad se praesentandum coram iudice appellationis, illud est arbitrium iudici à quo. l. praes. vbi glo. & Bar. C. de appel. De tempore ad prosequendum, habes quod est vnus anni, & ex casu, biennij. in c. cum sit Romana. de appel. & authen. ei qui. C. de tempo. appel.

In tex. in verbo, qualitez des personages.

Eccc quod est habenda ratio qualitatis personarum. Istud videtur contra c. nouit. de iudi. vbi dicitur quod in iudiciis non est habenda acceptio personarum. potest responderi, quod consuetudo intelligit de qualitatis à iure consideratis: puta si sit senex vel aliquantulum infirmus, dabitur maius tempus quam iuueni & sano: aliquando enim l. non solum procedendo, sed etiam iudicando, habet rationem personarum. In procedendo, patet in l. ad personas egregias. Et dictis ibi per doc. ff. de iure iur. vbi mittitur ad domum iurare debentis. In condemnando patet in l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. vbi miseratio atatis est in consideratione. Et pulchre in l. ad bestias. ff. de pec. vbi propter excellentiam viri in aliqua arte receditur à regulis iuris, & à statutis. Ita dicit l. in authen. iubemus. in fi. C. de iudi. allegat dictum tex. ad bestias. qui non probat dictum suum directò, videlicet quod iudex possit transgredi iura & statuta: bene probat hoc modo, videlicet quod vbi iudex videt excellentiam viri in literis, vel in aliquo artificio, ita quod eius vita posset esse vtilis reipublicae: si perferret ab executione mortis: & rescribit principi. & de illo notabili tex. ad bestias. vide Cepol. sua cautela 3. incipiente, propter maximam, & c. Et sic est conclusio consuetudinis cum lege, quod acceptio personarum non debet prouenire ex favore iudicis, sed ex causa à lege expressa, vel procedente ex racione legis. Et quando iudex ex causa recedit à dispositione legis vel statuti, debet eam exprimere. l. in l. 1. C. de preci. impe. offe. Et ideo quando iudex compensat expensas, quia facit contra regulam, quod victus viatori, & c. debet causam exprimere. l. in l. properandum. §. fin autem alterutra. col. 4. in fi. C. de iudi. attestatur Mathefy. suo not. 19. Deci. consil. 8. col. 2. in principio, in primo vol. Et reassumendo principale dictum, facio conclusionem, quod iudex debet esse medijs, non deuians à dextris nec à sinistris, in his quae sunt iustitiae: secus in his quae sunt gratiae. Fallit regula quando habet acceptationem in iudiciis ex causa, aut aliò in dignitate constituto, qui mitius punitur quam plebeius: quia regula est, quod defertur dignitati & nobilitati, quae limitatur nouem modis per Fely. in c. pastoralis. col. 1. & seq. de offi. deleg. Et inter caeteras nota nonam, quae vult quod in foro conscientiae & confessionsibus tanta poena sit imponenda nobili sicut plebeio: imò non careret racione si diceremus quod grauius peccat nobilis quam plebeius, quoniam racione beneficiorum à deo acceptorum, magis obligatur ad obseruantiam diuinorum praecceptorum. Inde peccat inquit: Omne animi vicijs tanto conspectius in se crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

In tex. in verbo, en matiere dont est question.

Nota quod causarum aliquae sunt minime: & de illis loquitur authen. nisi breuiore. C. de fen. ex bre. re. & in illis non requiritur scriptura. Item vnus testis integer probat & sufficit. l. in repe. l. admonendi. col. 8. ff. de iure iur. Aliquae sunt summariae: de quibus in cle. saepe. de verbo. sig. Ceterae ordinariae. Ita Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, summariae. Item aliquando defertur iuramentum in supplementum probationis, propter semiplenam probationem: & istud habet locum in causis non multum arduis. Aliquando in causa status feudali, matrimoniali, etiam in omnibus aliis arduis defertur tale iuramentum, in supplementum probationis: & hoc fit quando est aliquid vltra semiplenam probationem probatum. Ita ample Do. l. in repe. l. admonendi. col. 105. vers. limita omnes istos casus. ff. de iure iur. Adde Hypoli. de Marly. suo singul. 227. Et istam decisionem teneas cordi, quia seruiet ad infinitas causas. Et nota quia aliqui doctores dubitauerunt, vtrum tale iuramentum in supplementum probationis possit à iudice deferri, post conclusionem in casu: Deci. in c. licet causam. col. 11. vers. quintus & vltimus. de proba. secutus Areti. ibi concludit quod sic: & quia communis practica curiarum id obseruat, non insisto.

communi, vbi vnica dilatio dari potest: ad obtinendum secundam, sufficit iuramentum super impedimento in prima dilatione: si vellent postea obtinere tertiam dilationem, debet facere probationem aliter quam per iuramentum: quia iurgit praesumptio contra eum. Ita videtur transire Do. Ias. sequendo Paul de Ca. & Spec. quos allegat in d.l. fi. col. 9. in fi. & prin. sequentis. versu. circa tertium. ff. de fer. Modo in proposito nostro, quia data prima dilatione, duae sequentes dantur, simpliciter a consuetudine, sine causa cognitione: & sic non habetur consideratio impedimenti: Ideo volens obtinere quartam, est in eo statu, in quo erat volens obtinere secundam de iure communi: quia super impedimentis trium dilationum statuitur eius iuramento. Illae tres dilaciones consuetudinariae reputantur pro vna de iure communi. Et qualis debeat esse probatio impedimenti, Do. Ias. in d.l. fi. col. 10. remittit ad Panor. consil. 170. in l. meum est consilium. 64. in 2. vol. Et notat ibidem Ias. in notabili dicto, quod non sufficit quod pars iuret, nisi ei a iudice iuramentum deferatur. Et generaliter loquendo quando impedimentum sit probandum per testes, & quando sufficiat iuramentum, tractant Bar. Ias. & doc. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cauti. Et est necesse probare quod impedimentum fuit causa immediata, quare actus expediri non potuit. fallit tamen quando impedimentum esset notorium, secundum Fely. vbi limitat dictum Abba. in c. plerumque. de rescrip. Item impeditus debet protestari quod per eum non fiat quin adimpleret. Ias. in l. de pupilo. §. si quis ipsi praetori. col. 2. & 3. ff. de ope. no. nu. Et talis protestatio est parti intimanda. tex. & ibi notatur in cle. causam. de elec. Et si tale impedimentum esset affectatum, nihil prodesset. l. 2. §. simili modo. ff. si quis cauti.

In tex. in verbo, & sont lesdictz delais communs.

21 Vnum est aduertendum quod adeo in medio causae, & sic in probationibus est fauendum aequaliter vtrique parti: videlicet aetori & reo: quod si altera partium, propter occupationem aut ex rescripto principis, vel alio quouis modo impetraret dilacionem, illa erit communis vtrique parti, vt seruetur aequalitas. Ias. in d.l. fi. col. 6. versu. aduerte tamen. ff. de fer.

ARTICLE. III.

Toutefois es petites causes & de petite importance, le iuge en poutra moins bailler.

SVMMARIA IN GLO. ART. III.

- 2 Causae breuiores quae dicantur.
- 3 Sententia sine scriptis in causis breuioribus, est ferenda.
- 4 Probatio per unum testem sufficit in causis breuioribus.
- 5 Causa possessoria an dici possit ordinaria, an vero de breuioribus: & consequenter utrum probatio possessorij possit fieri per unum testem.
- 6 Probationes communae quae sint.
- 7 Possessio multa commoda asserere potest.
- 8 Probationum difficultas.

1 In causis breuioribus, in quibus agitur de paruo prauiudicio, poterit iudex dare pauciores dilaciones.

2 Quae quae dicantur causae breuiores: glo. in authen. nisi breuiores. C. de sen. ex bre. re. ponit plures opiniones. Communis est conclusio quod id sit in iudicis arbitrio, considerata personarum qualitate: quia inter reges causa de 200. libris erit minima: inter potentes, nobiles, de decem scutis: inter pauperes, quibus porcellus est oculus, causa duorum scutorum dicetur magna: & vt iuxta decretum meum breuibis agam: vide plenissime Do. Ias. in repe. l. admonendi. col. 101. versu. quae autem dicatur causa magna. & versu. sic etiam in simili quae dicantur causae breuiores. ff. iureiur. Et ibidem col. 102. dicit quod in istis breuioribus potest fieri sententia sine scriptis. Item sufficit probatio per vnum testem. Et dum queritur quae dicantur causae breuiores: aduerte quod vbiq; iudicium est inchoatum super rebus, quae breuissimo tempore corruptionem accipiunt, eius tractatus non debet esse longus, sed debet iudex ita celeriter & velo leuato expedire. Quod res super qua litigatur corruptionem non accipiat, verba sunt Fely. in c. ecclesia sanctae Mariae. col. 12. versu. octauo nota. de consti. allegat. Bar. in l. 1. ff. de glan. legen. Et ibi exemplificat in causa consulatus, qui tantum durat duobus mensibus. Idem posset dici in causa decreti tutoris, ne dum litigat, finiatur tempus tutelae. Ista tamen causa & similes possent esse tantae importantiae, quod dicerentur de breuioribus, ratione temporis, & non probationum. Oecurrit in materia vnum notabile dubium, vtrum causa possessoria dici possit ordinaria, an vero de breuioribus: Et consequenter vtrum probatio possessorij possit fieri per vnum testem? Circa resolutionem principalis dubij, fateor quod si causa possessoria sit de re parua inter magnos, quod dicitur de breuioribus. Sed dubium est quando agitur de re magna. Bar. in d.l. admonendi. singulariter dicit esse aduertendum, quod licet causa principalis sit magna, si tamen sit solum quaeestio de possessione, ipsa dicitur parua, & modica, per l. vnicam C. si de mo. pos. fue. appel. & l. momentanea. C. qui legi. per. non ha. Et dicit Do. Ias. in d.l. admonendi. quod in hoc singulari dicto nullus contradicit: & sic correlarie infert ad secundum dictum, quod in iudicij possessorij sufficit constare de iure agentis summatim, per praesumptiones, indicia vel semiplenam probationem: & cum Bar. transit Do. Ias. in loco praallegato. Quia iste casus est frequens, & alias dum Sabaudia cum illustrissimo Sabaudiae duce Carolo secundo, praesiderem, occasione castri Fargiarum prope Iebennas occurrisset casus, quia aetor habebat vnum testem pro se: & aliqui ex dominis consilij dicebant, quod licet causa esset possessoria, dicebatur magni prauiudicij, & requirebantur saltem duo testes: alij secus. decreui, quod in hoc puncto videretur omnia scripta antiquorum & modernorum. Et reperi plures doctores sibi ipsi contrariantes: & inter caeteros Bar. in l. 1. C. quorum bo. vibi tenet idem quod in d.l. admonendi. Sed in extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, summaria. dicit quod requiruntur

quiruntur plenae probationes. Idem voluerunt glo. Butriga. Odo. Cy. Bal. Ang. & Saly. in d.l. 1. C. quo. bo. Opinionem communem attestatur Alex. in consil. 187. in fi. in 7. vol. Lafran. de Oria. in l. admonendi. col. fi. in fi. Petrus de Ancha. in cle. sepe. de verbo. sig. Et ibidem Inno. col. 41. Ibidem etiam Georgi. nata. in §. quae omnia. col. 15. vbi dicit istam communem, pulchre istam opinionem defendit quod causa possessoria non dicatur parua, & quod in ea requirantur plenae probationes. Curfi. senior, in repe. l. admonendi. col. 87. Deci. in c. causam quae. col. 2. versu. expeditis. de iudi. Et ex istis satis liquet istam esse communem quae fundatur super sequentibus dictis. Primum quod ex possessione potest magnum commodum sequi. §. 6 commodum. insti. de inter. Secundum dictum quod ex perditione possessionis sequitur magnum incommodum, secundum Bal. in l. consentaneum. in 2. col. ad fi. C. quomodo & quando iud. Et nisi possit sequi ex possessione magnum commodum, parui momenti fuisset consilium legis, is qui. ff. de rei ven. quae dicit quod qui potest vti possessorio, non confluat ad petitorium. Nam possessor transfert omne onus probationis in aetorem. l. aetor quod asseuerat. C. de proba. Et probationum aliquando magna est difficultas, quia saepe euenit quod non deficit ius, sed probatio. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tut. Ex his duobus fundamentis decedit Panor. in c. consultationibus. col. fi. de offi. deleg. quod causa possessoria non est parui prauiudicij, & quod in omni interdico possessorio requiritur iuris ordo: & consequenter vult quod fiant plenae probationes. Et quia forte lector curiosus desiderabit scire quid in causa Fargiarum fuerit pronuntiatum, dum causa esset in expeditione, & sapius collata, casus inopinati belli dedit expeditioni impedimentum, anno domini 1536. in diebus carnis plinii. Et fuit, vt audio, per dominos Bernenses nunc directos dominos se praetendentes, expedita, in odium petitoris.

ARTICLE III.

Le delay à deliberer d'estre heritier est arbitraire à la discretio des iuges, ayant regard à la qualite des parties & distance des lieux.

SVMMARIA IN GLO. ART. IIII.

- 1 Tempus ad deliberandum super aditione hereditatis tam de consuetudine quam iure communi est arbitrium.
- 2 Iudex in arbitrando super aditione hereditatis, an possit excedere tempus nouem mensium.
- 3 Tempus si fuerit petatum ad deliberandum, an iterum haeres possit redire ad beneficium inuentarij.
- 4 Inuentarium quando sit inchoandum, & quando perficiendum, & ibi de forma inuentarij.
- 5 Inuentarium satis est conficere adhibitis solennitatibus consuetis.
- 6 Inuentarium affert septem utilitates.
- 7 Inuentarium non conficiens tenetur ultra vires hereditarias. Fallit in septem casibus, & semper de iure communi.

Tempus deliberandi super acceptatione hereditatis est à iudice arbitrandum, qualitatibus personarum & locorum distantia consideratis.

Dicitur hic quod tempus est arbitrium. Quae vtrum iudex possit arbitrando excedere tempus nouem mensium, de quo in l. fi. §. sed quia quidam. C. de iure deli. videtur quod sic, ea ratione, quia arbitrium. in contrarium videtur veritas, quia consuetudo recipit interpretationem passiuam à iure communi. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. & sic lex communis interpretatur consuetudinem, vt non liceat prorogare tempus iuris. Circa istam consuetudinem posset oriri quaeestio ardua, & quae posset sapissime contingere. Aliquis petiit tempus à iudice ad deliberandum, videt dubitationem non paruam, si haereditas sit lucrosa vel damnosa, vult vti beneficio inuentarij, ne teneatur ultra vires hereditarias: vtrum possit? credo quod non, arguendo à simili de d.l. fi. §. sin autem quis hoc fecerit. C. de iur. deli. vbi qui petit terminum deliberationis, perdit beneficium inuentarij: quia imputandum est ei, qui omisso nouo beneficio, vetus eligit, grauamen. Et ideo consulo quod nunquam petas in casu dubio tempus ad deliberandum, sed infra 30. dies postquam noueris haereditatem tibi delatam, incipias inuentarium, & infra tres menses perficias: iuxta consilium d.l. fi. §. sin autem dubius, &c. Et de forma inuentarij late traditur in l. scimus. §. cum igitur. C. de iure deli. berandi. Et nota vnum bonum verbum, dictum per Ias. in d.l. scimus in prin. quod satis est in confectio- ne inuentarij obseruare solennitates consuetas. Item septem utilitates inuentarij tradit Ias. in d.l. scimus. §. & si praefatam. col. 1. & 2. Et ibidem septem casus in quibus non conficiens inuentarium non tenetur ultra vires hereditarias. Et nota quia illud videtur esse semper verum, quod quis non teneatur non conficendo inuentarium, ultra vires hereditarias de iure canonico secundum Fely. in c. cum M. Ferrariensis. col. 18. de constitu. Et istud posset bene seruire in terris subiectis ecclesiae in temporalibus, in quibus seruatur ius canonicum. Bar. in l. priuilegia. col. 1. versu. quae ergo. C. de sac. san. eccle.

DES RENVOIS DES CAUSES.

TIT. VII.

ARTICLE I.

L'adueu emporte l'homme, soit en matiere ciuile ou criminelle, tellement que le subiect peult demander son renuoy pardeuât le seigneur dont il s'aduoue, pose que ledict seigneur ne le demâde: pourueu toutesfois quant es causes criminelles, que la iustice de laquelle il s'aduoue soit au pays d'Auergne.

- 1 Remissio cause uel detentio tam in civilibus quam in criminalibus quando fit fienda.
- 2 Remissionem cause domino petente pro suo interesse, cessat petitio subditi.
- 3 Remissio iudici ordinario an de iure communi fieri debeat. & quid si iurisditio prouenientis fuerit prorogata. Item quid si tacite uel expresse duo iudices procedunt, alter domicili, alter delicti ratione, an uterque processus ualeat. & nu. 4. & 5.
- 6 Præuentio citationis uerbalis aut realis qua dicatur potentior & efficacior.
- 7 Officialis principis utrum possit criminaliter procedere contra subditum uassali dicti principis. Præuentio an habeat locum inter directum dominum feudi, & uassalum utilem. Rex seu eius parlamenta an possint cognoscere de causis civilibus uel criminalibus subditorum sui uassali inuestiti cum mero & mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione in prima cognitione.
- 8 Subditi unius domini uel officialis utrum possint prorogare iurisdictionem alterius iudicis tam in civilibus quam in criminalibus, in præiudicium ueri domini.

- 1 Subditus tam in civili quam in criminali potest petere se remitti coram suo domino iustituario, posito quod in criminali dominus sit de iurisdictione Aluernic, & tam in civili quam in criminali dominus remissionem non petat.
- 2 Ecce quod domino petente pro suo interesse remissionem, cessat petitio subditi, & istud ratione introductum fuit, quia forte subditus non petendo remissionem præiudicaret domino, saltim tacite. Vtrum de iure communi remissio fieri debeat iudici ordinario? quod sic, habetur in auth. ut nulli iudi. §. si quis uero comprehensorum. & in l. si cui. §. ff. de accus. secundum tamen consuetudinem Italiae, non fit remissio. Ita dicit Bar. in l. sepulchri violati. ff. de sepul. vio. Et si non fiat remissio ubi fieri debet, licitum erit iudici suam iurisdictionem defendere, & tanquam in ea turbatus habebit interdictum uti possit. ut not. doc. in l. i. ff. si quis ius di. nō ob.
- 3 Ista consuetudo debet tamen intelligi quando in casu civili non est prorogata iurisdictione alterius iudicis, ut inferius declarabo: aut in criminali reus fortitur forum coram iudice declinato, ratione delicti: quia tunc non est locus remissioni iuxta l. vnicam. C. ubi de cri. agi. oportet. Quid si uterque iudex procedat, videlicet originis, siue domicili, aut delicti, utrum ualeat uterque processus? dic quod est locus præuentioni. Si tamen reus sit contumax, in utroque foro ualeat uterque processus, secundum Bar. in d. l. sepulchri violati. ff. de sepul. vio. quia non potest contumax præuentionem allegare. Item quid si fuit præuentum ab vno in citatione, & ab altero in captura: quæ erit potentior præuentione? Alex. in apostil. ad Bar. in d. l. sepulchri. dicit quod captiua illa opinio damnatur: late per Mary Sozi. in c. præposuisti. col. 8. vers. octauo quæro. de fo. compe. Quæro de notabili quæstione: si officialis vel capitaneus regius uelit procedere contra unum subditum alicuius domini infeudati cum mero & mixto imperio, utrum possit? videtur quod sic: quia rex seu princeps est sicut mare magnum, à quo omnes riui fluunt & defluunt. In contrarium est veritas, quia in infeudatione tali venit omnis animaduersio, & fructus iurisdictionis exercitiumque est translatum in dominum utilem: nec inter directum & utilem locus est præuentioni: quia utilis dominus directo præfertur. deci. est Bal. not. in l. i. quæ. 43. ff. de rerum di. Do. Iaco. de sancto Geor. in suo lib. feu. in verbo, vicarius que perpetuus. col. 1. in fi. vers. Adde vobis quia si dominus, &c. Item cadit notabilis quæstio: utrum subditi possint in præiudicium domini prorogare iurisdictionem, tam in civilibus, quam in criminalibus? de qua vide Alex. & Do. Iaf. amplè post Bar. in l. i. §. & post operis. ff. de ope. no. nu. Et Fely. in c. cæterum. col. 3. de iudi. non tradas obliuioni dictum Bal. in l. si qui ex consensu. C. de epis. au. ubi dicit quod in præiudicium ordinari nō prorogatur in criminalibus iurisdictione: intellige tamen sanè, quando fit expressa prorogatio: secus si tacita, alibi delinquendo, quam in loco originis vel domicili.

ARTICLE II.

Et ou les parties font d'accord de l'adueu & renuoy, le iuge est tenu renuoyer celuy qui requiert ledict renuoy, si n'est que le procureur d'office du siege le vult fist empescher: auquel cas, si ledict procureur l'empesche sans cause raisonnable, doibt estre condemné es despens de partie en son priuè nom.

SYMMARIA IN GLO. ART. II.

- 2 Iudex debet sequi concordiam partium quantum potest.
- 3 Iudex utrum possit cogere partes ad concordiam.
- 5 Iudex supplet quando partes discordant, & par est numerus, quod in pluribus contingere potest, quando est discordia in eligendo canonico, in eligendis sapientibus, in executoribus testamenti, in distribuenda elemosina, item in eligendo imperatore, in eligendis medicis, qui scrutentur si uulnus sit mortale, quando propinqui discordant in filia maritanda, & sic de similibus. & nu. 6.
- 7 Iudex requisitus supplere quando partes discordant si nolit, cogitur à iudice superiori.
- 8 Iudex quando electi à partibus, puta arbitratores uel æstimatores, discordant, quid sit agendum.
- 9 Iudex non impartitur officium suum, si nolit, nisi petenti & requirenti.
- 10 Iudex non constituitur in mora, nisi interpellatus.
- 11 Iudex licet possit condemnare in expensis, tamen non tenetur.
- 12 Iudex licet parte non petente non teneatur impartire officium suum, potest tamen in multis supplere, etiam de facto parte non petente. & nu. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.
- 19 Iudex an possit ex officio repellere testem non idoneum, uel procuratorem non legitimum.
- 20 Iudex ex officio suo, & non ad instantiam partis, potest testem repetere, qui obscure deposuit, ut dictum suum declarat.

- 21 Iudex ex officio, utrum possit recipere novos testes.
- 22 Procurator cesaris qui dicatur, & qualem habeat administrationem. Procurator fiscalis qui dicatur.
- 23 Remissionem cause quomodo potest procurator impedire, etiam si sit paribus concordantibus.
- 24 Procurator fiscalis si succumbat in causa, an debeat in expensis condemnari. & nu. 25.
- 26 Iudex à quo in causa appellationis utrum sit citandus.
- 27 Procurator generalis quando ex actu per eum facto faciat dominum incidere in delictum uel poenam. & nu. 28.
- 29 Procuratore generali aliquid faciente quod excedit fines mandati, dominus habita notitia, statim debet renouare, aliis uidetur consentire, & obligatur.
- 30 Ratificatio actus gesti à procuratore generali quibus modis inducatur.
- 31 Tutor si succumbat in causa minoris, an sit nomine proprio in expensis condemnandus.

Mutuo partium consensu iudex facit remissionem, nisi procurator fisci eam impediatur. Et si id faciat sine causa, rationabili, in expensis nomine proprio condemnatur. In tex. in verbo, font d'accord.

Nota quod iudex debet sequi partium concordiam, quia nihil querit, nisi ut partes concordent. l. i. §. inde 2 queritur. ff. de ope. no. nun. Sed utrum iudex possit cogere partes ad concordiam, vide abundè Fely. in 3 rub. de treuga & pace. Et nota illam quando partes diu litigauerunt. Quia dictum fuit quod iudex sequi 4 debet concordiam partium, pone quod ipsa partes in actu ab eis conficiendo nolunt concordare: utrum iudex 5 supplebit? Ista quæstio seruit ad infinita, quæ diu potest occurrere. Quando canonici discordant in electione, episcopus eligit. Item quando patroni discordant in presentando, episcopus eligit unum ex presentatis, magis idoneum: & est locus gratificationi quando voces sunt æquales: aliàs sequitur pluralitatem, nisi minor pars haberet iustam causam contradicendi: ut infra dicam. de materia vide plenè Car. Zaba. in cle. 2. in principio. col. 3. vers. ex dictis Stepha. & col. sequenti. & §. si. col. 1. vers. quæro si patroni concordare non possunt. Item quando partes discordant in eligendo sapientes, quando sapientibus negotium est commissum. Item quando executores deputati in testamento ad faciendum helemosinam, discordant. Item quando electores discordant in eligendo imperatore: Et qui sint illi electores, tradit glo. in c. ad apostolicam. in verbo, illi autem. de re iudi. lib. 6. Item quando partes habet eligere medicum, utrum vulnus sit mortale. Item nota casum qui nunc occurrit, quando coniuncti discordant in maritanda puella, iudex supplet. Intellige prædicta 6 procedere quando partes discordant, & est numerus par: quia superior fauet cui uult: sed eo casu quo requireretur omnium consensus, puta in pluribus patronis: ut patet in c. i. de iur. pat. si aliqui dissentiant adiecta rationabili causa, tunc iudex sequitur dissensum: aut sine rationabili causa, & iudex præstat consensum vice omnium, quorum consensus requirebatur instituendos quem uult, quando voces sunt pares. & patet optimo exemplo de quo per Bar. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mat. ubi dicit, quod si propinqui sine causa nolunt consentire matrimonio contrahendo per puellam, iudex vice omnium consensum præstabit. Et de præmissis omnibus sufficit mihi allegare Fely. quem omnes docti habent, vel habere debent in c. super quæstionum. §. verum. col. 2. vers. in ea glo. de offi. delega. Et si contingerit quod iudex requisitus nolit 7 declarare, aut aliter prouidere: poterit superior iudicis adiri, ut eum cogat ad declarandum, consentiendum vel prouidendum. Fely. in d. §. verum. col. fi. Cadit hic probabile dubium. Quando aliquid est fiendum à pluribus, utrum debeant simul conuenire, aut possent eorum voces dare separatim: puta utrum electores imperii possint separatim eligere, vel omnes simul congregati. Itè quid de pluribus executoribus testamenti. Item quid in duobus aut pluribus patronis presentare debentibus? Regula est quod etiam si aliquid sit expediendum, ut à pluribus, & nō uniuersis, quādo maior pars præiudicat minori, tunc congregati debent dare voces. Ita plenè declarat Fely. in c. cum omnes. col. 14. vers. quarta declaratio est. de consti. Et ista decisio tantum uidetur habere locum, quādo sunt plures patroni quādo duo: quia eo casu militat ratio, quod maior pars minori præiudicat: Ideo minor vocanda est. Sed quādo tantum sunt duo patroni, quia eo casu vnus nō potest alteri præiudicare, cum voces sint æquales: uidetur quod possint separatim presentare. Et ita uidetur transire Fely. in loco præallegato, dicta col. 14. in fi. ubi ponit casum quādo sunt plures quādo duo patroni similiter considerati: uidetur quod etiam quādo sunt duo, tamē non possint separatim presentare. Ex rationibus duabus prima est, quia quādo sunt hæredes vnus, representat personam defuncti: & residet ius patronatus in quolibet ipsorum in solidum, quo ad omnes effectus, saluo quo ad præsentationem: ergo simultaneam debent facere præsentationem, sicut fecisset defunctus si uixisset: hinc est quod si fiat nominatio seu presentatio de diuersis personis, talis presentatio tamen tollit negligentiam patronorum: quia nō habebit locum c. quia uero. de iure pat. ut possit episcopus, lapsus quadri-mestre, ex officio prouidere: sed tamen illa discordans presentatio non est efficax, ut episcopus instituat plus unum quod aliū, sed gratificabit cui uoluerit. Et sicut requiritur concordantia in effectu presentationis, ita uidetur requisita in modo presentandi. Itè licet vnus nō præiudicet alteri, tamē si simul presentaret, forte alter alterum in suā traheret sententiam & ista opinio uidetur tutior. Visum est hic quādo partes discordant quid 8 sit agendum: nunc quæro, quid quādo electi à partibus, puta arbitratores, vel æstimatores, discordant, & numerus est par, utrum partes eligant, vel ipse iudex? dic quod in æstimatoribus iudex eligit: & in arbitratoribus, partes. Istam differentiam tradit Fely. post Bal. in c. suspicionis. col. 1. de offi. deleg.

In tex. in verbo, qui requiert.

Nota quod iudex non impartitur officium suum, nisi petenti & requirenti. Istud uult tex. in l. prope- 9 randum. §. & si quidem ibi actoris contumaciam accusante. C. de iudi. Et quod plus est, ubi iudex tene- 10 tur aliquid facere, non constituitur in mora vel negligentia, nisi pars eum interpellat, & protestetur: ut amplè declarat Iaso in dicta l. properandum. §. sin autem uterque. C. de iudi. optimè facit: quia licet iudex 11 possit condemnare victum in expensis, non petitis tamen non tenetur. Iaso, in dicta l. properandum. §.

fin autem alterutra. col. 9. C. de iudi. Et facit regula generalis quod in omni materia, in qua iudex potest aliquid facere de iure communi, vel ex forma statutorum, semper intelligitur, si petatur a parte: ample Do. Iaf. in l. vniuersa. C. de preci. impe. offe. Aduerte nunc quod licet iudex parte non petente non teneatur impartiri officium suum, vt predictum fuit, potest tamen in multis supplere, etiam de facto, parte non petente, contra l. vnicam. C. vt quæ def. aduo. part. iud. sup. Quæ vult quod iudex possit supplere de iure tantum, & non de facto. Nam in primis potest supplere circa consuetudinem licet sit facti, quado est publica & notoria. Ita Do. Iaf. in authen. iubemus. col. 1. C. de iudi. Item supplet in notoriis. Item ex actis, quado ex eis & processu aliquid sibi apparet, secundum Ro. consil. 227. in fi. facit deci. Bar. in l. age cum Geminiano. C. de transac. vbi dicit quod ideo in illo tex. iudex suppleuit de facto interrogando, quia sibi liquebat ex visione instrumenti. Facit ratio, quia acta iudicii post conclusionem in causa, faciunt notorium. l. gesta. C. de re iudica. c. quoniam contra falsam. vbi doct. de proba. Et quod iudex suppleat parte non petente, quando sibi aliquid ex actis notorie constat: vide Fely. in c. cum ordinem. col. 7. versu. ad glo. in cle. de rescrip. Eandem in c. ex tenore. col. 9. in fi. versu. vltimo ponderant. eo. ti. Et ibi col. fi. quod acta faciunt notorium. Item supplet de facto ad defensionem rei in criminalibus. Bar. in l. libellorum. §. fi. ff. de accu. Et generaliter in quibus iudex possit supplere ex officio parte non petente, declarat Panor. in c. 1. in 2. not. de libel. obla. Et est regula quod suppleat in omnibus respicientibus publicam vtilitatem, rectitudinem processus, & dignitatem iudicis: vt ample per exempla probant Panor. & Fely. in c. nulli. de accusa. post glo. & Bar. in l. filiuffa. §. veterani. ff. de procu. Item & quando circa præsumptiones non allegatas, vel notoria non proposita possit iudex de facto supplere, vide ample Fely. in c. afferte. col. 2. & 3. de præsump. Et si iudex possit ex officio repellere testem non idoneum, vel procuratorem non legitimum, videatur Fely. in c. causam quæ. col. 1. de iudi. Ista notabilia plurimum cōferunt ad materiam dictæ legis vnice. Iterum adde quod iudex potest ex officio suo, & non ad instantiam partis, repetere testem, qui obscure deposuit, vt declarat dictum sum. Et ideo bonū est habere iudicem fauorabile. Ita est tex. in c. cum clamor. de testi. vbi Fely. col. 1. versu. in glo. 2. ibi, si quis. Restat maior dubitatio, vtrum possit ex officio recipere novos testes? de quo articulo plenè dixi in titulo *des procureurs*. c. 4. artic. 2. numero 6. & ibi concludo, quod si faciat, potest recusari tanquam suspectus: & si vltra procedit, potest appellari.

In tex. in verbo, *le procureur d'office du siege*.

Nota quod princeps habet duos procuratores, alterum patrimonii & priuatæ rationis, & talis dicitur procurator cæsaris: & de eo loquitur totus titulus. ff. de offi. procur. cæsa. & alterum qui habet rationem iurisdictionis, & iurium fiscalium: & de isto loquitur hæc consuetudo. Differētiam, de qua supra, declarat Do. Iaf. in l. procuratores. C. de eden. Et ibi tradit qualem administrationem habeat dictus procurator cæsaris. Quæro, quomodo potest procurator impedire remissionem partibus concordantibus, quam iudex sequi debet: Respondetur, quod fortè cognitio spectat iudici, vbi causa est cœpta, vel vbi reus detinetur. Et ideo pro interesse domini debet se opponere remissioni, pro conseruatione eius iurisdictionis. Et talis oppositio non pertinet iudici: quia redderet se suspectum, sed procuratori: & iudici spectat pronuntiare. iuxta l. si quis ex aliena. ff. de iudi. vt dictum fuit supra in rub. *des recusations*, articulo 1. Et quod dicta oppositio retentionis causæ non spectet iudici, est decisio Fely. in c. ex tenore. col. 8. in fi. versu. fallit quartò. de rescrip. vbi vult qd si cœptum sit iudicium coram vno iudice, & actor incipiat nouum iudicium coram alio, si reus non opponat, iudex primus non poterit vltra procedere, nec habebit locum l. vbi cœptum. ff. de iudi. Idem Fely. in d. c. ex tenore. col. 7. versu. lex vbi cœptum. & duabus col. sequentibus, tradit ad d. l. vbi cœptum. 11. notabiles fallentias. Non obstat prædictis si dicatur sola citatio perpetuat iurisdictionem, vt per doc. in d. l. vbi cœptum. & dixi in ti. *des adiournemens*. c. 1. arti. 1. Et iudex potest procedere ex actis tanquam super notorio, etiã parte non petente: ergo causam ipsam retinere: ad motiuum responderi potest, qd acta tatum faciunt notorium post conclusionem in causa: vt probauit supra hoc arti. numero 15. & c. Et in tantum procedunt prædicta, qd si alteri ex litigantibus, qui sustinet iurisdictionem iudicis, ipse iudex aliquo modo faueret, posset recusari vt suspectus, nec haberet cognitionem, an sua sit iurisdictione. Ita Fely. in c. super literis. col. 14. versu. fallit sextò quando iudex se ingerit. de rescrip. Et in materia quando plures causæ coram pluribus iudicibus inchoatæ sint vni remittendæ, & quando habeat locum titulus ff. ex qui. cau. app. eum iud. ea. vide Fely. in c. ex tenore. col. 9. versu. extra dictos casus. de rescrip.

In tex. in verbo, *condemné es despens*.

Quæro vtrum procurator fiscalis qui succumbit, debeat pati expensarum condemnationem de iure communi? facio regulam, qd victus debet in expensis condemnari in criminalibus, siue procedatur per accusationem, denuntiationem, instigationem, aut per inquisitionem: ample Iaf. in l. properandum. §. fin autem alterutra. col. 7. versu. octauò quæro. C. de iudi. per tex. ibi. Sed fallit dicta regula vbi præcesserunt indicia vel fama. Ita Iaf. ibidem, versu. secundo limita. Et ista est ratio, quare a magis communiter accidentibus procurator fisci non condemnatur: quia incipit processum super infamia, aut aliquo indicio, & sic excusatur: sed si sine causa rationabili instaret super aliquo emergenti, vel incidenti, idem esset qd in priuato, quia condemnaretur in expensis, sicut dicitur in hac consuetudine, quando resistit, ne fiat debita remissio. Ratio rationis est, quia fiscus non habet priuilegium, nisi in casibus a iure expressis: vt notatur in l. 1. C. de priuileg. fisc. in cæteris habetur loco priuati. Nota quod dicta supra in procuratore fisci locum habet in iudice ex officio, & per inquisitionem procedente: quia si procedat sine infamia aut aliis indicis, condemnabitur in expensis a iudice superiore. Ita Fely. in c. dilectus filius. col. 2. versu. primo nisi iudex. de rescrip. & ibi dicitur quod eo casu iudex a superiore citandus est. Et prosequitur ibi etiam alios casus in quibus iudex a quo, in causa appellationis sit citandus. Et col. 4. versiculo, sexta & vltima declaratio. dicit vnum bonum verbum, quod talis citatio iudicem non arctat sicut & citatio, si tua putaueris interesse, quæ facit te reum voluntarium.

In tex.

In tex. in verbo, *en son priné nom*.

Vides quod si procurator aliquid per calumniam facit, condemnatur in expensis nomine proprio: & bene, quia mandatum fuit ei vt agat causas iustas: si contra faciat, non obseruat mandatum, quod est diligenter obseruandum l. diligenter. ff. manda. Et in mandato generali nihil intelligitur mandatum quod faciat incidere dominum in delictum, vel pœnam: ideo si dominus faciat procuratorem in vna causa, tunc si dominus succumbit, ipse condemnatur: quia dedit mandatum in illa causa si verò fecit mandatum generale ad omnes causas, tunc si procurator virtute illius mandati generalis instituit vnam causam in qua succumbit, condemnatur nomine proprio in expensis. Ita colligo ex dictis Bar. in l. 1. §. si procurator. col. fi. ff. si quis ius dic. non ob. Intellige tamen prædicta nisi actor sciens talem litem motam expressè vel tacitè ratificauerit: puta in causa comparando expensas, vel testes ministrando, seu aduocatos vel iudicem sollicitando: quia talis ratificatio mandato comparatur. l. qui patitur. ff. manda. Et eo casu dominus patitur condemnationem expensarum si succumbat. Vnum in materia nota perpetuò, quod si procurator aliquid gesserit sine mandato, vel contra formam mandati, & dominus non vult obligari ex dicto facto procuratoris, debet statim habita notitia de ipsi gestis, contradicere, aliàs tacendo sibi præiudicabit. Et iste est vnus de casibus in quibus scientia cum taciturnitate habetur pro consensu. tex. est in c. fi. de iure iur. lib. 6. qui pacificat ratificantem expressè & non reuocantem. Ita illum tex. ad hoc ponderat Fely. post Car. ibi in c. cum olim. col. 3. versu. glo. in verbo, protinus. de offi. deleg. Et per supradicta patet quando procurator sit condemnandus nomine proprio, & quando possit condemnari dominus aut procurator procuratorio nomine. Et sit cautus dominus in reuocandis gestis per aliquem eius nomine qui nullum habebat mandatum, aut fines mandati excedebat: nam eo ipse quod quis scit actum fieri nomine suo, & patitur, videtur consentire, l. qui patitur. ff. manda. & d. c. fi. de iure iur. lib. 6. Quæstio succedit notabilis de tutore, qui nomine pupili, litem mouit & succubuit: vtrum sit condemnandus in expensis nomine proprio? Bar. in d. l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius di. non ob. in fine, dicit qd tutor potest condemnari nomine proprio, etiã pupillus qui tamen cedendo actiones cōtra tutorem, liberatur. Bar. sequitur Do. Iaf. ibi, col. fi. & se remittit ad plenius dicta per eum in l. edita. in fi. C. de eden.

ARTICLE III.

Mais si ledict subiect fait faulx adueu, il doibt estre condéné en l'améde de soixante solz enuers son seigneur, & en tous les despés, dōmages & interestz de partie.

SVMMARIVM IN GLO. ART. III.

Subditus quis dicitur unius iudicis ratione originis, domicilij, uel delicti patris.

Subditus iniustam petens remissionem, plectitur emenda solidorum sexaginta erga dominum: & condemnatur parti in expensis, damnis & interesse.

In tex. in verbo, *subiect*.

Loquitur de quolibet subiecto ratione originis, domicilij, vel delicti: quando ad detinentem spectat cognitio, vt notatur per doc. in l. vnica. C. vbi de cri. agi. op.

ARTICLE III.

Le delinquant qui est prins en fragrant delict, ne doibt estre renuoyé deuant son iuge: mais peult estre puny par le iuge rieres lequel il a esté trouué delinquant.

SVMMARIA IN GLO. ART. III.

- 1 Repertus in fragranti crimine utrum possit puniri sine processu. & num. 2.
- 2 Repertus in armis contra prohibitionem quomodo puniatur.
- 3 Confessio extraiudicialis delinquentis facit contra eum indicium ad torturam.
- 4 Tortura quibus concurrentibus in causis grauibz datur. & num. 7.
- 6 Tortura datur super confessione extraiudiciali, tam in criminalibus, quam in civilibus. Confessio extraiudicialis est reuocabilis, etiã non edocto de errore. Et ibi cautela pro cōfite, ut confessionem reuocet. Confessio extraiudicialis quos effectus operetur, facta parte presente uel absente. & ibi habes singularem practicam de materia torturarum.
- 8 Confessus in iudicio habetur pro conuictio: & habet ista regula decem fallentias. super nu. 9. & consequenter usque ad numerum 37.
- 38 Confessio iudicialis quando sit renocabilis, non edocto de errore.

Repertus in fragranti crimine punitur per iudicem loci delicti, nec est locus remissioni. Ratio est, quia ibi sortitur forum ubi deliquit. l. vnica, ubi de delict. ag. op.

Quæro vtrum repertus in fragranti delicto possit puniri sine processu? duobus concurrentibus, dic quod sic. videlicet quod fuerit repertus ab officariis. Item quod delictum non sit graue, pro quo sit imponenda pœna extraordinaria. Idem est in delictis notoriis quæ non requirunt sententiam. Ita Bar. post glo. in l. iustus fustium. ff. de his qui not. infra. Ang. in l. prouinciarum. C. de feriis. Iaf. in l. 1. in principio. col. fi. ff. qui satisfda. cog. Vbi dicit idem in reperto cum armis contra prohibitionem, addo Fely. in c. pastoralis. §. quia vero. col. 2. de offi. deleg. Et quod super dictum est de fragranti crimine & de notorio, habet locum in cōfite coram iudice delictum, non in figura iudicii: quia in leuibz poterit extraordinarie puniri, secundum glo. in d. l. iustus fustium. quam ita intelligit & declarat Fely. in c. at si clerici. in principio. col. 5. de iudi. Et si casus esset grauis in quo requireretur sententia, & interueniret vnum de supra-

6 dictis, & reus negaret, posset torqueri. Ita Fely. dicta. col. 5. Et quod confessio extraiudicialis delinquentis faciat indicium ad torturam, tenet Bar. in l. capite quinto. ff. de adult. Et istam dicit esse communem opinionem Deci. in d. c. at si clerici. in principio col. 9. versu. alia opinio principalis. de iudi. Et circa hoc dat Deci. post Bal. singulare remedium col. 10. versiculo prædicta conclusio. quod reus reuocet suam confessionem: & quod id facere poterit non edocto de errore. Et licet videatur dubitare de hoc dicto, tamen nihil allegat in oppositum. Cogitabam si posset dici quod reus reuocando dicitur variare, quia negat quod asseruit: & sic ex ista variatione posset torqueri: licet ex præambula confessione per tex. in l. qui falsa, vel varia. ff. de testi. tamen posset responderi, quod ille textus haberet locum in variatione iudiciali, non extraiudiciali. Nam potentius est dictum iudiciale, ubi interuenit iuramentum, quam extraiudiciale: iuxta not. per Bar. in l. eos. ff. de fal. Bene credo quod si reuocaret dictum iudiciale, non edocto de errore, quod haberet locum tex. in d. l. qui falsa vel varia. Et sic stat firma singularis practica reuocandi dictum extraiudiciale ad euitandam torturam: quam tenet Fely. in cap. olim. col. secunda in fin. versiculo, secundus nisi confessus reuocet. de rescrip. Et quos effectus pariat confessio extraiudicialis, Fely. in d. c. olim. col. 2. versu. est igitur regula. dicit, quod confessio extraiudicialis tam in criminalibus quam in ciuilibus non nocet: intellige quantum ad condemnationem: bene nocet in casibus exceptuatis per nouem fallentias. Primò igitur nocet talis confessio quo ad effectum torturæ: Ita ipse col. 2. versiculo, fallit primò. & de isto statim dixi. Sed ipse Fely. istud effectum limitat tribus modis. primò ubi agitur de crimine ciuilitate, & ibi transit cum Abba. in d. c. olim. col. si. versu. hic autem, &c. Dictum suum Abbas alia ratione non probat, nisi quod in casu d. c. olim. clericus non fuit suppositus torturæ. sed non sequitur non fuit factum, ergo fieri non debebat. Ideo concludit contra Panor. & Fely. quod etiam quando ageretur ciuilitate de falso aut alio crimine ad interesse & præcederent indicia, locus esset tormentis. Ita Do. las. in l. imperium. col. 13. versiculo, item adde notabiliter. ff. de iuri. om. iudic. imò fortius ibi dicit quod ubicunque factum pro quo ciuilitate agitur, haberet delictum annexum, ut est quando deposui aliquam rem penes te, & dum repeto, negas depositum: committis furtum. l. 4. C. de po. tunc in dicta causa ciuili locus est tormentis: allegat c. grauis. de depo. quod bene probat. Si igitur confessio extraiudicialis, ut omnes fatentur, facit indicium ad torturam in criminali, ita & in ciuili, quando ciuili descendit ex delicto, vel habet crimen annexum. Et sic exceptio Fely. quando agitur ciuilitate, corrui. Secunda limitatio ad primam fallentiam, est, quando delinquens confessionem extraiudicalem in iudicio reuocauit: istam tene per ea quæ prædixi. Tertia exceptio ad primam fallentiam est de clerico confitente. Secunda principalis fallentia ad regulam de confessione extraiudiciali, tradit col. 3. versiculo, fallit secundò. Nisi quis acceptet confessionem extraiudicalem nomine fisci. Et concludit in hoc casu Fely. quod persona publica, ut est notarius, potest talem confessionem acceptare: priuata uero, non. Ego plurimum dubito de ista conclusione de notario publico, ea ratione, quia notarius publicus nihil de se potest, nisi in quantum rogatur à partibus. tex. est in authen. de tabellio. §. hoc autem. quem refert Bar. in authen. si quis in aliquo. col. 2. in fi. versu. respondeo, debes scire. C. de eden. Ex his infero, quod si notarius audiens aliquem confitentem delictum, dicat accepto confessionem tuam nomine fisci, quod talis acceptatio non esset sufficiens ad condemnationem: quia notarius non impartitur officium suum, nisi requirenti: bene credo quod si confitens vel alius tertius rogaret notarium quod reciperet talem confessionem nomine fisci, tunc fisco acceptante talis confessio diceretur facta parte præsentate. Et istud probatur illo simili, de quo ibi per Fely. dum vult quod negotiorum gestor possit acceptare pro tertio absente, & illo ratiificante, dicitur confessio facta parte præsentate: sed sicut pro tertio priuato potest fieri acceptatio, multo magis pro fisco fauore publico, ne delicta remaneant impunita. Et ista vltima ratio militat etiam in priuato acceptante nomine fisci, ad quod Fely. non aduertet simpliciter transeundo. Idem tenet Franc. de Aret. quem infra Fely. refert versiculo, fallit tertio. Tertia principalis fallentia ad regulam de extraiudiciali confessione est, quando confessio fit parte præsentate: quia tunc probat crimen. Ita Fely. col. 3. versiculo, fallit tertio. ubi dicit idem in ciuili, per tex. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. sed non pro fisco: quia secutus Areti. præceptorem suum & virum acutissimum concludit, quod quando agitur de delicto tantum, valet confessio facta parte præsentate, sicut absente: sed vtraque sufficit ad torturam: secus si agatur ciuilitate pro causa merè ciuili, aut etiam descendente ex delicto: quia his casibus confessio extraiudicialis facta parte præsentate probat crimen. Fely. ubi supra non aperit, vtrum sufficiat sola præsentia absque expressa acceptatione. communis conclusio est quod sic, in respicientibus fauorem præsentis. Ita dixi infra numero 37. de confessione extraiudiciali in ciuilibus, vide plene Fely. d. c. olim. col. 5. versiculo, quid autem. Quarta principalis fallentia quando de crimine fit extraiudicialis confessio coram magna quantitate personarum, quia transit in notorium. Ita dicit Fely. col. 3. versu. fallit quarto. Istam tenet Fely. secutus simpliciter Butri. Ego credo eam non esse tenendam: quia si aliquid fiat in platea publica, aut coram pluribus personis, illud potest transire in manifestum, non autem transit in notorium: patet, quia manifesta sunt quæ publicè fiunt: notoria autem, quæ veniunt ad notitiam populi, aut maioris partis: ut notauimus infra arti. 5. numero 36. Item confessio tantum transit in notorium, quando est iudicialis: ut probaui dicto articulo 5. numero 34. Ex his non puto tenendam hanc quartam principalem fallentiam. Accedant quæ dicta sunt supra in tertia fallentia: ubi fuit conclusum, quod in criminalibus etiam si confessio extraiudicialis fuerit acceptata, non plene præiudicat. Quinta principalis fallentia quando est facta coram publica persona. Ita Fely. col. 4. versiculo, fallit quinto. de ista dixi supra in secunda fallentia principali. Ideo non repeto. Saluo quod non video differentiam an fiat acceptatio nomine fisci vel reipublicæ à persona publica vel priuata, per rationes quas ibi dixi. Sexta fallentia secundum Fely. col. 4. versu. fallit sexto. quando talis confessio transit in specificum nomen delicti, puta quando quis gloriatur de malitia sua: quia tunc non punitur tanquam reus confessus delictum, sed tanquam maledicus & malus gloriator. Ita Fely. ubi supra: clarius Panor. in d. c. olim. col. penul. versu. ex qua solutio.

qua solutione nota. de rescrip. Septima fallentia secundum Fely. d. col. 4. versu. fallit septimo. quando confessio fit ad exonerationem conscientie, quia valet etiam facta extra iudicium & parte absente: sed quia habet vim relicti, est rationalis quando est facta in testamento. Exemplum si quis in testamento fuit confessus se extorsisse viuras à Titio, Titius non poterit leuari facere testamentum à tabellione rogato ad effectum probandi dictam confessionem. Ita Fely. ubi supra, post Bald. in l. si quis. §. ex hoc. ff. de eden. ratio est quia tabula testamenti non sunt publicæ viuo testatore, quia reuocabiles. l. publicati. cum ibi not. C. de testa. Dicta tamen confessio si probari posset, seruiret Titio in tribus casibus. Primo si fuisset iurata: secundo, si notarius fuisset stipulatus, & recepisset nomine Titii, vtrunque fieri potest: & istud prodest ad confirmationem eorum quæ prædixi. Tertio, si fuisset facta Titio præsentate & acceptante: quia tunc in ciuilibus plene præiudicat. Aduerte diligenter ad vnum quod posset seruire in practica, quod quando fiunt monitorie, & aliquis exoneroando conscientiam suam confitetur aliquid subtraxisse, vel damnum aliquod dedisse, quod ex illa confessione facta parte absente posset confitens condemnari. Ita probat hæc septima limitatio, licet ab alio tactum non reperiam. Octaua limitatio principalis traditur d. col. 4. versu. fallit octauò. quando cum confessione extraiudiciali concurrunt alie coniecture & verisimilitudo veritatis: quia tunc contra confitentem faciunt plenam probationem. Et licet Fely. non dicat, oportet quod tales coniecture sint tantæ efficacie, quod suppleant semiplenam probationem: quia confessio facit aliam semiplenam, ut dicitur infra, versiculo, fallit nonò. Et nota singulare dictum relatum per Fely. ibi: & subdit singulariter, dum vult quod licet confessio facta in tormentis requirat perseuerantiam & ratihibitionem: tamen illud fallit quando præcesserat confessio extraiudicialis. Item circa dictam octauam limitationem aduerte quod disputatio Fely. de qua ibi, vtrum sit necessaria perseuerantia in iudicio, est modici effectus. Nam eo ipso quod quis interrogatur de crimine, aut confitetur, & tunc non est dubium: aut negat, & reuocat omnem confessionem extraiudicalem, quod facere potest, ut probatum fuit in secunda fallentia, & tunc confessio extraiudicialis nihil præiudicat, etiam quo ad torturam. Aut simpliciter negat, & tunc quia negatio fit cum iuramento, & confessio fuit sine iuramento, satis est quod confessio bene probata faciat indicium ad torturam, per ea quæ not. Bar. & Alex. in l. eos. ff. de fal. de teste qui vnum dicit extra iudicium, & aliud dicit in iudicio. Et quæ dicta sunt supra in secunda fallentia: Et circa dicta Fely. ibi, considera, dum iste, aduerte quod licet constat de confessione per plures testes: tamen illa confessio tantum facit semiplenam, ex qua confitens damnari non posset. quicquid Fely. dicat. Et si dicta Fely. vera essent, contrariarentur dictis regulæ datae per eum in principio, & in prima fallentia, de quibus supra, ubi confessio bene probata tantum sufficit ad torturam. Et his quæ dicuntur infra, versiculo, fallit nonò & vltimò. ubi concluditur talem confessionem tantum facere semiplenam. Et præsupponunt doctores quod illa confessio sit plene probata. Et ideo Fely. dicit cogitandum: si tamen ipse bene cogitasset, non reliquisset aliis cogitandum: Quia confessio extraiudicialis probata etiam per mille testes, non potest operari vltra semiplenam probationem, nec potest dici quod scitur à pluribus singularibus, transit in notorium: ut plene dixi supra, super quarta principali fallentia. Item talis confessio non potest transire in notorium iuris, ut facit iudicialis. Item nec facti: quia confessio est actus momentaneus, non aptus producere notorietatem: iuxta ea quæ plene dixi in titulo, des obiectis, c. 8. articu. 5. in verbo, notories. ubi plene declarauimus de notorio iuris, & facti. Dixi supra quando reus confitetur extra figuram iudicii: nunc quando confitetur in figura iudicii: eo casu sibi præiudicat, ut possit ordinariè puniri: quia confessus habetur pro conuicto. Istam regulam tradit cum nouem fallentis Deci. in c. at si clerici. col. 2. versu. quarto noto. & col. sequenti. de iudi. ubi bene declarat dicta Bar. in l. si confessus. ff. de custo. & exhi. reo. Prima fallentia, quando confessio est facta principaliter, secus si incidenter. Et ista incidens confessio tantum est punibilis in crimine falsi: ut dicit Deci. versiculo, sed ista limitatio. non assignat ipse rationem diuersitatis. Ego credo quod sit ratio de qua in l. nullum. C. de testi. quia dicens falsum offendit aures iudicis: tamen ista ratio militat solum in confessione iudiciali incidenter facta, & sic non est generalis. Erit ergo dicendum, quod id sit speciale in crimine falsi. Nam in hoc crimine multa sunt specialia: ut notat Deci. in d. c. at si clerici. in principio, col. 2. versiculo, secundus casus est. de iudi. Credo tamen quod talis punitio esset fienda in nouo processu: iuxta ea quæ tradit Deci. ibidem versiculo, secundò restringetur. decisio tamen doctorum est in contrarium: quia aliàs nulla esset specialitas in crimine falsi. Et licet Deci. non dicat, credo quod confessio incidenter facta in vno processu, non esset punibilis in alio, nisi reus principaliter interrogatus confiteretur se dixisse falsum: quoniam est eadem ratio in secundo processu, quæ erat in primo, quod ex incidenti confessione non posset quis damnari. & ita intellige Bar. loqui in d. l. si confessus. ff. de custo. & exhi. reo. quem sequitur Marly. in l. 1. in principio col. 16. ff. de questi. Nec releuat dictum Deci. quod confessio facta in vno iudicio probat in alio puniri: quia si sit facta principaliter, habet vim principalis confessionis, ex qua potest sequi condemnatio: sed si incidenter, habet semper vim incidentis confessionis, ex qua condemnatio sequi non potest. Et quando delictum per viam exceptionis vel incidenter oppositum sit punibile, & an ex eodem processu vel diuerso, recurre ad Fely. in c. 1. col. 2. in fi. versu. collige octo breues conclusiones. de excep. Quicquid superius dixerim, disputationis gratia, communis est conclusio secundum Deci. in loco preallegato: & Fely. in d. c. 1. col. 3. versulo, sed limita Bar. de excep. quod ex incidenti confessione in nouo processu quis condemnari possit. Secunda fallentia est quado confessio emanauit coram iudice incompetente: sed aduerte quia ista fallentia procederet quado cum confessione concurreret potestatio declinatoria fori: quia tunc excluderetur tacitus cōfessus, qui etiam in actibus qui fiunt ante litem contestationem inducit prorogationem: ut voluit Bar. in l. si conuenerit. ff. de iuris. om. iud. plene Deci. in cōsil. 1. col. 21. versu. secundò exemplificatur. & sequenti versu. ibi, Est tamen non leuis dubitatio. de iudi. aliàs per confessionem esset iurisdictio prorogata & locus punitio. Istud tamen non procederet in confessione facta coram incompetente iudice in causa inquisitionis: quia per eam non

Testes cuius expensis sint euocandi, maxime quando proceditur per inquisitionem.

- 6 Testis cui pars aliquid dedit pro tempore deperdit.
- 7 Testis si producat in causa inquisitionis, ubi nullus est accusator, quis teneatur in expensis.
- 8 Commodum qui sentit, debet & incommodum sentire.
- 9 Testi utrum liceat aliquid dare, ut dicat veritatem: & sic iudici ut iustam ferat sententiam: nec capitulo, ut quis recipiatur in creando canonicum.
- 10 Index si quid acceperit à litigantibus, an teneatur restituere.

Opus quando reperitur factum, & nescitur à quo, vel cuius expensis, à quo præsumat factum.

Lapso termino præfixo, de quo in præcedente consuetudine, cognitio erit primi iudicis, nisi detentus offerat expensas pro transductione.

Ecce quod in ista consuetudine sufficit vna admonitio, vt dominus priuetur iure vendicandi subditum suum: tamen de iure communi, vt quis priuetur suo iure, requiruntur duæ admonitiones interpolatæ, secundum Ang. in §. si quis. in authent. de hære. & fal. de quo dicto, vide plenè Iaf. in l. 2. col. 3. C. de enden. & Iaf. in l. fin. col. 4. ff. de fer. Et licet ipse non declarat, puto in materia sic concludendum: Aut iudex mandat simpliciter aliquid fieri, & tunc non faciens non priuetur iure suo, nisi interueniat duplicatum præceptum. nam magnus est effectus geminationis, l. nemo. C. de epif. au. l. balista. ff. ad Trebel. Et maximus geminationis rescripti, cum habeat vim clausulæ ex certa scientia. text. cum glo. in c. si quando. de rescript. vbi Fely. col. fina. verfic. geminatio rescripti. Aut in præcepto continetur comminatio, quod priuabitur iure suo, vel amplius non audietur, & tunc illud præceptum censetur peremptorium, & sufficit. Verum est quod antequam iudex interlocutus fuerit super priuatione, quod poterit mora purgari. Bal. id dicit, si bene memini, in authent. ad hæc. C. de vsur. Et in materia huius consuetudinis, quia non apparet quod in admonitione facta domino subditi, interuenierit comminatio, vtrum debeat interuenire duæ videtur quod sic, per regulam prædictam: tamen in hac consuetudine sufficit vnica admonitio: quia ita cantat consuetudo. Ita etiam potest efficere iudex, vt vnica sufficiat si velit, dicenda quod is cui mandat exequatur, alio non expectato mandato: quia tunc illa comminatio habet vim peremptorii. l. ad peremptorium. cum sequentibus. ff. de iudic. Si vis ad futuritatem habere, quando dilatio data à iudice vel à lege, & tam in iudicialibus quàm in extraiudicialibus, sit peremptoria, & sic vnica sufficiat. vide do. Iaf. in l. fin. col. 12. verfic. tu autem. ff. de feriis. Fely. & Deci. in ca. consuluit. de offic. deleg.

In tex. in verb. à ses despens.

Nota quod primus iudex non tenetur detentum expensis suis transduci facere, sed id fit expensis petentis. Et sic concordat cum regula iuris communis, quando dubitatur cuius expensis actus fieri debeat, regulariter fit expensis petentis. bonus tex. in l. quoniam liberi. C. de testi. de eo qui petit testes adduci. Et quia ista materia est quotidiana in notabilibus quæstionibus: vide Fely. in c. 1. col. 3. verficu. expensis rei. de libell. ob. vbi de copia libelli mandati priuilegiarum. & in specie quando oportet reum ad curiam regiam adduci sub custodiis, quod fit expensis rei. Et de eo qui fecit aliquem incarcerari: si non habet carceratus vnde se alere possit, quid sit faciendum. Et dictis suis ego addo Bart. in l. si postulauerit. in fi. princip. ff. de adult. de eo qui petit quod iudex procedat de consilio iurisperiti, cuius expensis id fiat. De ista quæstione, & aliis pluribus, vide do. Iaf. in l. prætor ait. §. & is. col. 2. ff. de eden. Item & si agrimensor fuerit conductus ab altera partium tantum, vtrum ab vtraque possit petere mercedem: vide bonum tex. & ibi Flori. in l. 4. §. in hoc iudicio. verfic. sed & si messor. ff. fini. regun. Quoniam supra dixi quod testes sunt vocandi expensis petentis: quæro de duabus quæstionibus. Prima, vtrum pars producens possit testibus aliquid dare in recompensam laborum & operarum perditarum? dic quod sic, dummodo fiat de scientia iudicis. Secundo, quæro: si testis producat in causa inquisitionis, ubi nullus est accusator, quis teneatur ei soluere expensas? dic quod de publico are sunt soluendæ, secundum Fely. qui has duas decidit quæstiones, in rubr. de testi. Sed aduerte dum Fely. dicit quod iudex mandabit masario communitatis quod soluat, illud procedit quando communitas habet iurisdictionem, pœnas & multas, aliàs onus illud spectaret domino habenti iustitiam, qui tenetur eam facere sumptibus suis, ea potissima ratione, quia qui sentit incommodum, debet sentire & incommodum. l. secundum. ff. de reg. iur. & ita videmus quotidie fieri per ministros regios, quando agitur de pertinentibus ad regem. Nota etiam quod non licet aliquid dare testi, vt verum ferat testimonium. Item nec iudici, vt iustam ferat sententiam. Ita Fely. in dicta rub. de test. Item nec capitulo, vt quis recipiatur in canonicum, etiam si extet statutum quod aliquid soluatur canonicis, vel pro diuino cultu. Ita Fely. in c. cum M. Ferrariensis. col. 9. verfic. sed ad vnum. de constit. licet tamen recepto aliquid sponte dare, vt ibi per Fely. d. col. 9. in fin. Sed in contrarium videtur regula quæ dicit: Quando aliquis tenetur aliquid facere gratis, & accipit pecuniam, turpiter facit, & tenetur eam restituere. Ita do. Iaf. col. 1. per illum tex. in l. omne. ff. de cõdi. ob. tur. cau. vbi dicit quod non licet aliquid dare iudici, etiam vt causam expediat: imo in fortioribus terminis dixit Pet. de Ancha. consil. 291. col. 4. quod non licet iudici accipere à sponte dante, etiam postquam functus est officio suo, licet istud male obseruetur. cogitabam quomodo posset saluari hæc contrarietas inter Fely. qui admittit sponte dantem: & Petrum de Ancha. Et licet tactum non reperiam, iudicio meo dici potest, quod in casu Fely. licet capitulum, teneretur creare canonicum, tamen non astringebatur certæ personæ. Ideo creando vnum, dicitur ei gratificari. Et si receptus aliquid sponte det, videtur id facere tanquam obligatus ad antidora: sed iudex tenetur cuilibet singulariter iustitiam ministrare, & ille cui ministratur, ad nihil obligatur. Ideo iudex sine causa recipit, & tenetur restituere. Et dum dictum fuit cuius expensis actus fieri debeat, nota diligenter, quod si opus inuenitur factum, & nescitur à quo, vel cuius expensis, in dubio præsumat factum ab eo ad quem pertinet. Ita Bal. in rubr. col. 17. verficu. restat videre de scriptura. C. de fide

de fide instrum. eum refert & sequitur Felyn. in c. 2. col. 8. verficu. vbi dicit. de testi.

ARTICLE VIII.

Et si ledict prisonnier dedans ledict temps est renuoyé deuant son seigneur, les fraiz faitz deuant le premier iuge seront prins sur la confiscation des biens dudiçt delinquant, ou condemnation d'amende l'aucune s'en ensuit.

SVMMARIVM IN GLOS. ART. VIII.

Remissus si absoluetur, an primus iudex recuperabit expensis.

Si fiet remissio petita à subdito, de expensis primi iudicis habebitur ratio in confiscatione, aut condemnatione remissi, si eam fieri contigerit.

Innuat hæc consuetudo, quod si absoluetur remissus, tunc primus iudex non recuperabit expensas. Et differt hæc à præcedenti: quia quando remissio petitur à domino, tunc debent refici expensæ antequam fiat remissio: quando autem à subdito, sufficit quod petens faciat expensas transductionis, reliquæ reseruantur vsque ad exitum sententiæ: quia si sit absolutoria, non reficiuntur: si condemnatoria, secus.

ARTICLE IX.

Si plusieurs seigneurs aduouent le criminel pour en auoir le renuoy sans frau de pour le debat des parties, & sans preiudice de leur droit, le iuge qui a comencé congnoistre de la matiere, doibt retenir la congnoissance.

SVMMARIA IN GLO. ART. IX.

- 2 Consuetudo hæc qualiter sit interpretanda.
- 3 Possessio ex edicto, l. si. C. de edict. diui Adri. tol. qualiter impediatur.
- 4 Contradictor legitimus, si offerat probationes in promptu, expedit missionem in possessionem ex testamento.
- 5 Possessorium summarissimum datur ei qui prius edocet de iure suo, saluo iure partium in pleniori possessorio, aut in causa proprietatis.
- 6 Domini an possint esse plures directi vel utiles vnius rei insolidum.
- 7 Vendicatio rei an competit regi, an subdito.
- 8 Dominium directum castrorum vel villarum, vtrum sit apud regem.
- 9 Rex aliquarum causarum cognitionem reseruant specialibus iudicibus.
- 10 Habilitas personæ in omni actu præsimitur, nisi contrarium probetur.

Si in petenda remissione plures domini sine dolo & fraude concurrant, propter dubium iudex qui cepit cognoscere, citra præiudicium iurium partium ad ulteriora procedet.

Si ista consuetudo procederet ita vt iacet simpliciter, posset vnus dominus feudi vnius villæ, impedire alium dominum alterius villæ de facili, etiam quod faceret cum fraude: quia dolus non præsimitur. l. merito. ff. pro socio. imo est difficilis probationis. l. dolum. C. de dol. Ideo est iudicio meo hæc consuetudo interpretanda, quando neuter facit fidem de iure suo, ne causa criminis differatur: tunc procedit primus iudex. sed si alter edoceret in promptu, quod detentus aut accusatus est suus subditus, & ei pertineret cognitio, esset ei remittendus: quia statim appareret de fraude alterius, citra tamen præiudiciu plenæ cognitionis. Et ista declaratio probatur optimo simili, quando quis petit bonorum possessionem ex testamento non abolito, nec cancelato, iuxta formam. l. fin. C. de edict. diui Adri. toll. si cõtradictor legitimus compareat, qui offerat probationes in promptu, impedit missionem secundum dicta doct. in l. si. C. de edict. diui Adri. toll. ita hic offerendo probationem de iure suo in promptu, impedit ne primus iudex causam retineat. Confirmantur prædicta per ea quæ tradit pulchrè Paul. de Castr. consil. 3. in 2. volu. quod quando summarie iudici apparet de possessorio vnius partis, illam manutinet in summarissimo possessorio saluo iure partium in pleniori possessorio, aut in causa proprietatis.

In text. in verb. si plusieurs seigneurs, &c.

Cadit dubitatio, vtrum duo possint esse domini insolidum vnius rei? tex. in l. si vt certo. §. si duobus. v. hiculum. ff. commo. dicit quod non. Et illud procedit eodem respectu: sed diuersis respectibus duo possunt esse domini. Nam rex est dominus omnium rerum consistentium in suis iurisdictionibus & territoriis in vniuerso: & tamen subditi sui sunt domini rerum particularium contentarum sub vniuerso. Ita declarat Bartol. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei ven. sequitur dom. Iaf. in l. 1. in princip. in 2. col. ff. ad Trebel. Alex. consil. 76. in 3. col. in 2. vol. plenè Fely. in c. cum ecclesiarum. col. 22. verfic. inde infert. vbi dicit quod duo possunt esse vtilis domini diuersis respectibus. de consti. Et licet ibi loquatur de imperatore, idem est in rege in suo dominio. Sequitur igitur quod rei vendicatio non competit regi, sed subdito. Ita glof. in l. bene à Zenone. C. de qua. præsc. Et similiter, licet rex sit dominus in vniuerso, & omnes iurisdictiones ab eo fluant & defluant, sicut omnes aquæ à mari. Si tamen inuestierit aliquem de aliqua villa, vel castro, in cognitione causarum tam ciuiliū, quàm criminalium, taliter inuestitus præfertur regi & officialibus suis. decisio est Bald. in l. prima. quæst. 43. ff. de rerum diui. magni feudistæ dom. Iaco. de sancto Georg. in lib. seu. in verbo, vicarius

16 *Iuramentum si potest seruari sine interitu salutis æternæ, est seruandum.*

17 *Communicatio cum excommunicatis quando fit in contemptum. Debitor si soluat suo debitori excommunicato, an arguitur de contemptu.*

1 *Exceptio excommunicationis contra testem repellitur.*

2 De iure autem communi admittitur & testem repellit, etiam si dicatur à parte excommunicationem nullam. text. in c. veniens. el. 2. de testi. glo. in 3. notabili. in c. decernimus. de sent. excomm. lib. 6. dicit quòd hodie in foro seculari ista exceptio non procedit: tamen iudices communicando cum excommunicatis, peccant mortaliter. Vtrum autem publicè excommunicatus possit esse testis instrumentarius? quod sic declarant pulchrè Felyn. & Dec. in cap. intelleximus. de iud. col. 1. Et ibi qui actus dicantur legitimi, & qui admittantur ad eos faciendum, puta ad iudicandum vel testificandum: & qui repellantur, & tam in iudicialibus, quàm in extrajudicialibus, puta in contrahendo vel testando. Possent quæri, quæ fuit ratio consuetudinis, cum ista exceptio quæ repellit Christianum à communione fidelium, deberet esse in maxima consideratione. Possent dici quòd excommunicationes quandoque possunt esse iniustæ: item quia aliquando conceduntur contra non obtemperantes mandatis ecclesiæ eis impossibilibus: puta de soluendo certam summam, quam soluere non possunt. Et tamen non obstante impotentia vel impedimento sunt excommunicati. Conclusio est Fely. in cap. P. & G. col. 2. versic. subdunt moderni hinc. de offic. delega. quam ibi limitat certo modo, vt per eum. Et etiam communiter prælati sunt faciles in concedendis censuris, etiam pro rebus minimis. Et sic faciunt contra canones, qui dicunt quòd pro leuibus culpis excommunicatio intelligi non debet. Ita habetur in cap. nullus. 10. questione 3. Et quando hoc procedat, vide plenè Decium in capitu. primo. col. quinta. versicu. & generaliter quælibet contumacia. de iudic. Ex causis prædictis videtur inducta consuetudo: patet, quia in Gallia fuit opportunè prouisum contra istam facilitatem censurarum. Dicitur in consuetudine quòd excommunicatio non impedit testimonium: vtrum repellat agentem in foro laicali? quòd sic: & etiam in testimonio: est textus in capitulo, decernimus. de sentent. excommunic. libro sexto. declarat Felynus in capitulo, prudentiam. columna quarta. versicul. modern. hinc dicunt. de officio delegati. Et si fuerit spoliatus aliqua re, non potest interdictum recuperandæ intentare. Ita Felynus in capitulo, dilectus filius. columna quarta. versiculo, nota regulam. de rescript. Et generaliter à quibus sint repellendi excommunicati, dic quòd ab omnibus actibus iudicialibus, & sic non possunt esse arbitri, aduocati, testes, & notarii: & dum textus in capitulo, licet. de senten. excomm. libro sexto, generaliter dicit excommunicatum repellendum à iudicialibus, extrajudicialibus, & à legitimis actibus, ea ratione, quòd omnis communicatio est prohibita cum excommunicato. Illa tamen ratio non facit quòd actus extrajudiciales facti contra prohibitionem de non communicando cum excommunicatis, sint nulli: quia ex quo imponitur pœna excommunicationis minoris participantibus cum excommunicatis: actus tamen remanent validi. Et dum idem textus dicit de actibus legitimis, intelligitur quando ratione alicuius officii competent: secus in his quæ excommunicati faciunt vt priuati: & ideo si excommunicati contrahant, valent contractus: & si testentur, valent testamenta: & etiam possunt esse testes instrumentarii. Ista tradit Dec. in c. intelleximus. col. 1. & 2. de iud. Et ibi, col. 1. versic. & casu. quo tradit vnam cautelam perpetuò notandam. Quòd si contingat te velle facere examinari testem instrumentarium: quia iuramentum debet iudicialiter deferri, & non potest excommunicatus esse in iudicio, facias eum absolui ad tempus, & interim poterit deponere. Et licet Dec. exemplificet in isto casu, illa tamen cautela poterit prodesse in omni teste excommunicato, etiam non instrumentario. Aduerte diligenter quòd ea quæ dicta sunt de excommunicato supra, non tantum procedunt in declarato & denunciato, sed etiam in eo qui ipso iure & facto incurrit sententiam excommunicationis: quia talis quoad effectum iuris æquiparatur denunciato: & sic non poterit exercere ea, de quibus in c. licet. de sen. exc. lib. 6. ac si esset denunciatus. & ista est pulchra ampliatio ad d. c. licet. Ita plenè dicit Fel. in c. Rodolphus. col. 25. vers. limita quartò. & col. 26. de rescrip. & vers. aduerte tamen. tractat vtrum excommunicatus non declaratus à iudice sit euitandus: & concludit quòd non, nisi in duobus casibus: quando excommunicatio est adeò notoria, & manifesta, quòd nulla tergiversatione celari potest. Item quando quis inierit manus violentas in clericum. Sed circa prædicta, de absolutione, difficultas videtur in eo: vtrum iudex ecclesiasticus possit absolvere excommunicatum quem volo examinari facere inuito creditore, vel illo ad cuius instantiam excommunicatio fuit concessa? videtur quòd non: quia ad resoluendum actum requiritur actus contrarius compositioni, per regulam, nihil tam naturale. ff. de regul. iur. Sed excommunicatio fuit concessa instante aduersario, ergo absolutio requirit eius consensum, tamen iudicio meo iudex posset ex officio absolvere ad tempus, ex causa testimonij. Et primo ea ratione, quia mora modici temporis non est in consideratione. l. quotiens. C. de preci. imper. off. Secundo, quia interest reipublicæ ne veritas in iudiciis occultetur: patet, quia qui celat aliquid, vt veritas occultetur, incidit in crimen falsi. Bart. in l. Paulus. ff. de fal. Et sic vt sit locus veritati, pro qua iudex quantum potest debet elaborare, text. in l. 2. & ibi glos. not. C. de eden. poterit iudex talem absolutionem modici temporis concedere. Item talis excommunicatio sapit interlocutoriam, quæ potest ab eodem iudice reuocari. l. quod ius. ff. de re iudica. Et addo aliud fundamentum, quod etiam dato quod non esset absolutio concedenda, nisi accedente consensu partis aduersæ: tamen concessa valebit sicut de absolutione à iuramento. dicit D. Ias. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi dicit quod talis absolutio non debet concedi parte non vocata: si tamen concedatur, valet, & tenet. Ex his quæ non reperio ab alio tacta reddo cautelam Decii pinguem, vt procedat siue absolutio concedatur excommunicato aduersario volente, siue ignorante vel inuito. Circa materiam excommunicationis, nolo omittere quod debitor, qui iurauit soluere creditori cum iuramento infra certum terminum, si tēpore termini reperitur creditor censuris innodatus, debitor soluere non tenetur, secundum opinionem

opinionem Abba. quam Deci. sequi videtur in d. c. intelleximus. col. fi. de iudi. Aliter tamen tenet Inno. ibi relatus, & arbitror hanc opinionem veriorē: ratio, quia ille qui iurauit soluere est obligatus præcisè ad factum. glo. in l. si pecuniā. in verbo, necesse habes, quia iurasti. ff. de cōdi. cau. da. cau. non secu. Et quando procedat d. glo. vide ibi Ias. col. penult. & si. vbi dicit eam procedere, salvo quando in prouisione defecit consensus, puta quando promitto vel confiteor sperādo aliquid detur vel fiat. Nec releuat dicere creditor est excommunicatus: quia vitium creditoris non tolit efficaciam obligationis ciuili & naturalis ipsius debitoris, & vinculi iuramenti: patet quia si quis iurauit soluere vsuras, tenetur soluere, licet indebitè, ratione iuramenti, & habeat repetitionem. Nam quando iuramentū potest seruari sine interitu salutis æternæ, est seruandum. cap. cum contingat. de iure iur. c. quamuis. de pactis. in 7. Item sola communicatio cum excommunicato est reprehensibilis, quando fit in contemptum, aut sine causa, probatur sic. Aduocatus qui aduocationis cau sa participat cum excommunicato excommunicatione maiori, cuius fautores sunt excommunicati, non incidit in excommunicationem, nisi postquam nouerit excommunicationem sui principalis iustam, & perseuerauerit, quia tunc incidit in contemptum. Fely. post lo. An. in c. pastoralis. in fi. de iudi. Infero quòd si debitor satisfaciat creditori suo excommunicato, non arguitur contemptus. Et ea causa subest legitima vt satisfaciat promissis & iuramento. Et sua interest se exonerare à periculis, quibus subsunt pecuniæ solutioni destinata, cum omnia periculis subiiciantur iuxta illud poeticum. Omnia sunt hominum tenui pendētia fillo. Et subito casu que valere ruunt. Bene fateor quòd licet debitor soluere teneatur, tamē à creditore excommunicato cōueniri non potest. per d. c. intelleximus. Et reducēdo articulum ad practicam, infero quòd si creditor excommunicatus esset mercator, & debitor cessaret soluere in termino, allegādo exceptionem quod creditor erat excommunicatus, non excusaretur à mora, ad excludendum mercatorem post obtentam absolutionem, quin posset agere ad lucrum cessans ex mora debitoris, prout ei concessum est à iure: vt declarat do. Ias. in l. 1. col. 10. versic. secundò principaliter habes. C. de sum. tri. & fi. c. Socy. in consil. 25. in fi. in 4. vol. Deci. consil. 111. in primo vol. Et quod teneatur debitor excommunicato metu periurij, probatur. Nam maior est mors naturalis quàm ciuili, vt est excommunicatio: sed dānato ad mortem, debitor soluere tenetur, etiam si iudex præcipiat ne ei soluatur: quia magis est deo obediendum quàm iudici, iniquum præceptum facienti. Fely. in c. constitutus. col. 8. ver. limita tertio. de rescrip. Et ibi habetur quòd iniusto iudicis præcepto parendum non est spreto iuramento, maxime quia ratio communicationis non obstat, vt superius probaui.

ARTICLE V.

Es matieres ciuiles reproche d'estre larron, pariure, infame, rauisseur de filles, ou autre crime & delict ne sont receuz, si l'n'y a sentence ou composition d'amēde, ou que lesdictz crimes fussent notoires, & ce pour reiecter les tesmoings entierement. Toutefois seront lesdictz reproches receuz, quant à la diminution de la renommée des tesmoings.

SUMMARIA IN GLOS. ART. V.

- 1 Obiectus latroni, periurij, infamiae, & raptus, an repellant testem in ciuilibus uel in criminalibus.
- 2 Obiectus quòd testis est socius criminis, utrum sit admittibilis.
- 3 Socius criminis an sit testis idoneus.
- 4 Testis socius criminis quādo facit indicium ad inquirendum, & ad torturā, & quæ indicia requiruntur ad torturam.
- 5 Obiectus qui dicantur, & qui reproches.
Latro qui dicitur.
Pœna furis pro prima, secunda, & tertia uicibus, quæ sit.
- 6 Periurus qui dicitur, & quæ sit pœna periurij.
Mortis pœna pro aliquo factio criminoso, in quibus quis possit euadere, vide ibi copiosam practicam de hac materia.
- 7 Infamia est duplex, iuris uel facti, ex qua testi fides in totum deficit.
- 8 Infames quando admittantur testes in subsidium.
- 9 Infames testes quando dicantur admitti in subsidium.
- 10 Infamis infamia facti, uel iuris an & quando admittatur, & nu. 11.
- 12 Deposito plurium testium infamatorum de facto utrum probeat: & sic an numerus suppleat defectum infamiae.
- 13 Infames infamia iuris qui dicuntur.
- 14 Infames infamia facti qui dicuntur.
- 15 Infames qui tantum efficiuntur secuta sententia, donec sit lata, censentur habiles ad testificandum.
- 16 Infamatus apud uiles personas, non est infamis infamia facti. ideo quid sit articulandum contra infamatum infamia facti, vide ibi, & qui sint effectus bona fama.
- 17 Infamis infamia facti, non potest promoueri ad beneficia uel officia ecclesiastica, uel temporalia.
- 18 Rapteres filliarum qui dicuntur, & an licet rapere iniungendi matrimonij causa.
- 19 Raptus sine copula etiam matrimonij causa quòd sit punibilis ad mortem.
- 20 Raptus ex alia causa quam copula qualiter puniatur.
- 21 Raptus cum copula sine transductione de loco ad locum, qualiter puniatur.
- 22 Raptus quando dicitur actus uiolentus, & punibilis ad mortem.
- 23 Exempla declarant regulam sed non restringunt.
- 24 Testis condemnatus de delicto, puta de actione furti, utrum sit infamis, & possit repelli à testimonio, & num. 25.

- 26 Infamis dicitur qui super crimine transigit uel paciscitur.
 27 Infamis dicitur qui uerè confessus est delictum. secus si fiste uel per contumaciam. & 28. 30.
 29 Confessio & notorium equiparantur.
 31 Notarius infamis, puta qui fuit condemnatus ciuilitate uel criminaliter de delicto, uel delictum confessus est, uel super eo transigit, uel pactum fecit, non potest instrumenta conficere.
 32 Notorium delictum quid sit. Item quid differat à manifesto. Item notoria quando egeant probatione, & nu. 33. 34. 35. & 36. Et ibi habes quando indigeant allegatione. Adde plenè Fely. in cap. cum ordinem. col. 7. uersic. ad glos. in clem. de rescrip.
 37 Articulus admittitur quando potest adminiculari: aliàs repelli debet.
 38 Obiectus probati, quando repellunt testem in totum, & quando diminuunt fidem, & nu. 39.
 39 Contrarietas si inuenitur ab utraque parte productis, statim pluralitati uel dignioribus, & nu. 40.
 41 Testibus paucioribus creditur quando deponunt uerisimiliora.
 42 Testium dicta quando reputantur uerisimiliora.
 43 Testium numerus, an sit attendendus magis quàm dignitas, uel uerisimilitudo.
 44 Testes contrarij an, si feri possit, sint saluandi.
 45 Testis unius dictum, quantum ad effectum probationis an saluatur.
 46 Testes contrarij quando sint reducendi ad concordiam.
 47 Testes contrarij quando in dubio presumuntur deponere de actibus diuersis.
 48 Testis uacillatio est in scriptis redigenda, & quæ sit pœna testis uacillantis.
 49 Testi uario an sit credendum, tam in iudicialibus quàm in extraiudicialibus.
 50 Testis neutrum deponens, quòd sit puniendus ut falsarius, etiam & pro eruenda ueritate possit torqueri.
 51 Testis si in repetitione, recolatione uel cõfrotatione negat se dixisse quæ scripta sunt in sua depositione, quid sit attridèd.
 52 Testis si tradidit obliuioni quæ prius deposuit, & petat primam depositionem sibi exhiberi, an sit exhibenda, & nu. 53.
 54 Testes singulares producti ad probandum unum factum in specie, uel aliquid in genere, puta aliquem esse usurarium, quando probent, & de duplici singularitate, scilicet obstatiua, & adminiculatiua. Item quando possent deferri iuramentum ad supplendum effectum testium singularium. Item quando ex talibus depositionibus singularibus possit quis torqueri. Item quando iudex possit moueri ex testibus singularibus, uel ex diuersis speciebus probationum, & nu. sequentibus usque 68.
 69 Testes quando ratione grauis inimicitie, uel leuis repetantur, & nu. seq. usque ad nu. 73.
 70 De recenti quid importat, & quando dicatur quid esse de recenti.
 74 Testis inimicus utrum repellatur quando inimicitia causata ex facto uel dolo uolentis eum repellere: & maxime quando dicta inimicitia fuit procurata & affectata ad effectum repulsionis ipsius testis, & nu. 75. & 76.
 77 Testes domestici & familiares quando admittantur. Item consanguinei & affines. Item de uxore, fratre, compatre, & socero. Item de famulo licentiatò, & nu. 78.
 79 Domestici qui dicantur, & qui familiares, & quid inter se differant.
 80 Obiectus contra testes quando sunt sufficientes ad repellendum testem in totum, probati post examen reddunt dicta testium nulla: & habentur testes pro non examinatis.
 82 Periuo in una causa non creditur in aliis, ubi aliàs crederetur.
 83 Mulieris testimonium quanta sit efficacia in ciuilibus, & in criminalibus, & in ultimis uoluntatibus.

- 1 Obiectus criminosi in materia ciuili, puta latrocinij, periuoij & infamie, recipiuntur ad effectum diminutionis, fidei non omnimodæ repulsionis: nisi unum de tribus concurrat: uidelicet sententia, compositio, uel notorietas.
 2 Et ne materia sit infructuosa, quæro primò si agatur de falso, latrocinio, uel homicidio, utrù dictum socii criminis præiudicet socio: & sic socius an possit obiectari ea ratione, quia socius: Quia hic casus est frequentissimus, necesse est illum diligenter explicare. Bar. in l. repeti. §. is qui. ff. de quæstio. distinguit. Quædã sunt delicta quæ principaliter nõ committuntur in offensam uel odium alicuius: sed propter comòdum, puta falsificare monetã, facere latrocinia. Et tunc socius potest interrogari de sociis. Aliquò committuntur principaliter in alterius odium & iniuriã: & in istis cõfessus de se nõ debet interrogari de sociis. doc. Bar. refert & sequitur Pan. in c. 1. col. 2. de confes. Operæpretiu videndù est quomodo procedat ista doc. Bar. Circa primù articulu, quando delictu committitur propter comòdum, dicit Bart. potest socius interrogari. Quæro quãti effectus erit tale testimoniu. q. possit ex eo procedi ad inquirendu, & ad capturam non est dubium: sed quid de tortura? Alex. in apostil. 1. ad Bar. in l. 1. §. si seruus. ff. de quæstio. refert Dy. & uidetur eũ sequi tenetè q. dictu socii eo casu quãdo potest interrogari, facit indicium ad torturam. Veritas est q. isto casu requiruntur alia indicia, nec sola depositio socii sufficit ad torturã. Ita tenet Saly. quæ refert & sequitur D. Alex. cõsil. 89. in 3. vol. Idè tenet Marfy. in l. 1. §. diuus Antonius. col. 2. ff. de quæstio. Idè Marfy. suo singu. 209. Quicquid minus generaliter loquendo dixerit Deci. cõsil. 30. in 2. vol. col. 1. ubi dicit q. depositio socii criminis nõ facit indicium ad torturam: itè nec ad inquisitione. Et in hoc ultimo malè dicit. In secundo casu Bart. q. committitur delictu ad iniuriã, tunc dicit Bar. q. socius non debet interrogari: quid si interrogetur, utrù faciat indicium ad inquirendu? Bar. in l. 1. §. Antonius. ff. de quæstio. Dicit q. testis qui nõ debet examinari, examinatus nõ facit indicium. de ueritate huius dicti, uide plenè Bar. in l. marit. col. 2. ver. vltimè. & vltimè oppono. ff. eo. ti. Panor. in c. 1. col. 2. de confes. plenè Are. in tract. malef. in verb. fama publica. charta. 15. Cõmunis est cõclusio, q. facit indicium, sed nõ sufficiens ad torturã: quia debent concurrere alia indicia, & plura quàm in casu præcedente. Sed quantum attinet ad propositum nostru, non est dubium quin faciat indicium ad inquirendum. Ita Bart. in d. l. repeti. §. his qui. ff. de quæstio.

In text. in verbo, latron.

Latro dicitur qui clam furatur, §. furtum. instit. de oblig. quæ ex deli. nasc. Aliquãdo est publicus, & de il lis loquitur tex. in l. capitalium §. famosos. ff. de pœ. Sed quoniam plures obiectarentur tanquam fures, qui tale nomen non merentur: ideo pœmissio quæ sit pœna furti, perstringam casus, in quibus licet rem propriã uel alienam impune subtrahere. Item quibus ex aliquo facto licet criminoso quis possit euadere pœnã mortis. Et ideo primo quæro utrù fur debeat furca suspendi: text. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. dicit furem non plectendum morte, nec membri mutilatione. gl. ibi excipit quando est consuetus furari. gl. etiam in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœ. dicit quòd famosi dicuntur altero de duobus modis: aut qui uolenter agrediuntur cum armis, uel sine, aut qui frequentant itinera publica rapiendo: & semper de istis loquitur di §. famosos. & tales debent furca suspendi. & quid differat famosus fur à famoso latrone, declarat Bar. in dicta auth. sed nouo iure. & ibidem Paul. de Cast. Et utrù famosus fur possit furca suspendi. do. las. in l. cum seruus. col. 3. ver. & consequenter. ff. de cõdi. ob. cau. tenet quòd nõ. Et ibidè tractat pœnam furti. Pœna autè furis pro prima uice debet esse pecuniaria, pro secunda possit seruari quod dicit glos. in d. auth. nouo iure. scilicet quòd debeat fustibus cedi: pro tribus autem furtis etiam paruis, propter malam consuetudinem peccandi, potest fur furcis suspendi, secundu Bal. in ti. de pace iur. fir. in verbo, iniuria. in 3. col. in prin. dictu Bal. sequitur D. Ia. in l. 1. C. de preci. impe. offe. ubi etiã quærit utrù pro vno furto egregio possit fur furca suspendi: Et si reperiantur statuta disponentia circa pœnam furtorum, prout sunt cõmuniter in Italia, illa sunt obseruanda secundum Bar. in d. authen. sed nouo iure. De pœna furti tradit Chassaneus in rubr. des iustices. §. quinto. col. 1. & sequentibus. fo. 38. Et ibi quid de expilatore hæreditatis: & de receptoribus furum, uide etiã Chassaneum in verbo, supple. larcin. fo. 40. Et quia sunt plures casus, in quibus aut fures non merentur pœnã, aut saltem ex causa est pœna alleuanda, qui sapius occurrere possunt, ideo breuius quàm potero eos perstringam. Primus, est necessitas cibi, potus, & eorum quæ pertinent ad uitam hominis: & quando talis necessitas excuset, uel sit causa alleuandæ pœnæ, plenè tetigi in tit. des donations. c. 14. artic. 7. Secundus casus est in quo fur puniri non debet, quando rem propriam penes alium consistentem furripit, aut æquiualentem rei propriæ. Ita simpliciter transit Chassaneus, in tit. des iustices. rub. 1. in verbo, si n'a grace. ver. secundus uerò casus. fo. 48. secutus Fely. in c. querelam. col. fi. de symo. Nam in primo casu quis furripendo rem propriam, non committit furtum, quia non est contractatio rei alienæ inuito domino, l. 1. §. furtum. ff. de fur. & sic arripendo rem propriã, non conuenit diffinitio, ideo nõ potest dici furtu. Item in secundo casu, quãdo furripit rem æquiualentem, etiã nõ dicitur quis furtum committere: quia pœsumitur id fecisse animo & intensione consequendi rem suã, uel sibi debitam, nõ autè usurpandi rem alienã: & tamen furtu sine affectu furandi non committitur. tex. in l. 1. §. si quis uxori. §. si quis alin. in fi. ff. de fur. ibi. ita demum teneri si furandi animo id fecisset. & in l. si quis testamento. §. si ff. ad l. Aquil. ubi dicitur quòd furti nõ tenetur ille qui dicit alicui damnu, nisi animo furtum faciendi hoc fecerit. & quotiens actus potest capere duplicem pœsumptionem, illa est capienda quæ est delicti exclusiua, l. merito. ff. pro socio. Fely. in c. 1. col. fi. de pœsump. Ita hic est capienda pœsumptio, quòd furripens habuerit animum consequendi satisfactiõnem, non furãdi. Sed quia Chassaneus nõ aperit utrù talis subtractio sit omnino licita uel punibilis, ego ultra eum facio cõclusionem, quòd est illicita & punibilis: nõ quia furtu fecerit, sed quia se vindicauit propria authoritate, cõtra l. extat. ff. quod met. causã. & l. si quis in tantã. C. unde vi. & ita expressè determinat glo. in c. ius gentiu. distin. 1. Sed quia glo. ibi dat vnã limitationem quòd illa regula non procedit quando quis nõ potest iustitiam consequi uia iustitiæ, & iudicis ministerio: certe illa gl. dũ allegat c. dominus noster. 23. q. 2. quod uult quòd pro repetendis rebus indebitè ablati, licet bellum inducere. Ille tex. intelligi debet quòd loquatur de principibus qui nõ recognoscunt superiorum, & pro recuperatione rerum, sola arma possunt id efficere: non autem quando iudicis copia & superioris haberi potest. Et quòd ista intelligi debeat: probò duplici ratione. Prima est, ne uideatur illud c. cõtrarij. l. extat. & l. si quis in tantã. Et debemus iura iuris concordare, ad euitandam contrarietatem, l. sed & posterior. ff. de legi. Secunda ratio est, quia allegat pro concordanti ad illud c. tex. l. ait pœtor. §. si debitor. ff. de his quæ in frau. qui tex. permittit quòd accipiam pecunias debitoris fugientis pro satisfactiõne propria authoritate: quoniam propter periculum fugæ non potuit iudex adiri. & ita illum tex. ibi declarant glos. & Bar. Et secundu istam declarationem cõsuluit pulchrè & bene Alex. cõsil. 135. in 1. vol. in casu dominæ Beneueta, quæ patrono suo, cui inferuerat de persona & seruitio domestico, pro sua satisfactiõne subtraxit certam quantitatem pecuniarum. concludit ibi d. Alex. quòd do. de Beneuenta de furto puniri non debeat, sed alia pœna pecuniaria iudicis arbitrio, considerata qualitate personæ, & summa subtractæ infligenda. Et sic dicta doctorum, qui dicunt quòd licet furripere rem propriam uel æquiualentem procedunt de iure polli: quia nõ peccatur, nisi sit excessus, uel immineat scandalum: secus est de iure fori, quando à superiore quis iustitiam consequi potest. Tertius casus secundum Chassaneum in loco præallegato, fo. 48. ver. tertius casus, quando vxor furripit marito gratia elemosinæ, quam facit constitutis in necessitate. Et ista elemosina permittitur altero de duobus modis, quando eam facit secundum consuetudinem mariti, uel ex permissione tacita uel expressa, secundum doct. Bart. in l. 1. col. fin. ff. re. amo. Ultra Chassaneum, quæro utrù vxor regulariter pro re surrepta marito possit criminaliter puniri: & dico aut subtractio est parua, & eo casu non: aut magna, & tunc sic. Ita distinguit Bart. in d. l. 1. ff. re. amo. & Alex. cõsil. 135. in 1. vol. Et idem est in quolibet furto domestico, l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœnis. Et de istis furtis domesticis qualiter in Gallia acius puniuntur, quàm furta extraneorum, uide ample dictum Chassaneum, uersiculo, quintus casus est. & optima ratione: quia nulla pestis efficacior est ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Sextum casum tradit Chassaneus uersic. sextus casus uidetur, quando dominus rei subtractæ comparet, & dicit rem eius uoluntate subtractam: iuxta doct. Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Adde quod Fely. in capit. nulli. columna secunda, uer. in quantum do. Abbas. de accusa. dicit communem esse opinionem, quòd id sit

relinquendum iudicis arbitrio, circumstantiis consideratis: iuxta doctrinam Bar. in d. §. reat. Et idem dicit in c. 1. col. fi. de præsum. Septimus casus est secundum Chassaneum in loco præallegato, ver. septimus casus. quando quis confitetur furtum, & non constat de eo, vel confitetur homicidium, & non constat de corpore occisi. Et iste casus est valde notandus: cui tantum addo quod sufficit de ipso facto, videlicet furto, vel homicidio, constat per famam, secundum Bal. in addi. ad Specu. in ti. de sent. in antepenul. col. ver. Titius fuit confessus se occidisse. quem do. Ias. sequitur in l. iusurandum quod ex conventionem. §. procurator. col. 8. ver. secundum limita dictum Bart. & col. sequenti. Idem erit si fuerit probatum quod inculpati sunt male famati, & consueti talia facere: quia eorum confessio eis præiudicabit, etiam non constito de ipso facto, secundum ea quæ refert do. Ias. in d. §. procurator.

Octavus casus est, secundum Chassaneum, fo. 48. quando quis furtum rem quæ habetur pro derelicta: quia non punitur de furto. Addo Chassaneo quia ipse non distulit vtrū res quæ habentur pro derelictis sint inventoris, vel fisci, seu domini iustitiarum, qui habetur loco regis: aut sint erogata talia derelicta pauperibus. de qua quæst. vide quæ plenè tradidi in ti. des espaves. c. 26. art. 6. nu. 5. 6. & 7. Nonus casus secundum Chassaneum est, quando quis committit furtum, quod affert utilitatem reipublicæ: allegat Fely. in c. 1. de præsump. col. fi. vbi querit Fely. si quis furando boyetam invenit literas proditoris civitatis, & sic illam prodicionem detexit, vtrū fur euadat furti poenam, propter bonum publicum? distinguit ipse aut fecit furtum animo & intentione faciendi rem utilem reipublicæ, & tunc evitat poenam furti: quia non habuit animum furandi, quia animus plurimum attenditur in delictis, unde voluntas & propositum distinguunt maleficia. Sed si habuit animum furandi, casus prosper super incidens non excusat, & pro opinione Fely. faciunt infra scripta, quæ ipse non allegat. Primum text. in l. qui ea merte. ff. de furt. Item regula quod attenditur id quod principaliter agitur, non quod in consequentia accedit. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. Credo tamen quod isto casu esset supersedendum ab executione, & rescribendum principi, qui de facili duceretur ob bonum exitum ad concedendam indulgentiam, iuxta l. diui fratres. ff. de poenis. & ea quæ plenè tradam infra, ver. duodecimus casus. Decimus casus est, quando clericus condemnatur à iudice laico ad mortem, quia processus est nullus, & est remittendus iudici ecclesiastico. de isto dicit in ti. des contumaces. cap. 9. art. 1. in arti. quando exceptiones dilatorie sint proponendæ. Undecimus casus, de quo per Chassaneum, nu. 93. fo. 53. quando est plenè probatum delictum: & iudex torquet condemnandum: quia tunc perseverando in negatiua purgabit indicia, & erit absolendus. Circa istud dictum mihi placet opinio Alberi. in rubr. de quæst. Aut delictum est plenè probatum, & tunc non est necessaria confessio: quia ad condemnationem etiam mortis sufficit alterum de duobus: aut quis sit conuictus, & in his terminis loquitur l. fi. C. de accu. quæ requirit probationes luce meridiano clariore, aut quod sit confessus, & ista alternatiua videtur text. in l. qui sententiam. C. de poenis. Ita declarat Alex. in l. vnus. §. reus. in fin. ff. de quæst. Hypolitus de Marfy. suo singulari 108. & plenius 262. Et isto casu tortura non potest eneruare perfectam probationem: facit ratio sicut confessio, nihil aderet effectui condemnationis: ita nec negatio detrudere potest, vt contrariorum eadem sit disciplina: aut delictum non est plenè probatum. Sed ex indicibus vehementibus iudex posset peruenire ad condemnationem: & eo casu iudex caueat à tortura: quia perseverantia in negatione elideret talia indicia, & non esset locus condemnationi, saltem corporali. Non tamen displicet cautela relata per Chassaneum, quod iudex protestetur quod non intendit torquere reum ratione eorum quæ iam sunt probata, sed tantum eorum de quibus sunt indicia. Sunt tamen aliqui iudices qui obseruant nouam practicam: primo condemnant, deinde torquent, vt erimant veritatem de complicibus. ista practica est magis facti quam iuris: quoniam iudex postquam condemnauit, functus est officio suo, & superest sola executio, l. iudex postquam. ff. de re iudi. verum est quod Hypolit. de Marfy. suo singulari 262. fecutus eos quos allegat, tenuit quod tortura eneruet probationes etiam plenas, quando reus perseverat in negatione: & sic quod sit locus absolutioni. Aduertant igitur iudices, vt amplectant viam tutiorem. Duodecimus casus, fo. 52. num. 96. Si mulier eum qui ducitur ad mortem, petat sibi dari in maritum. Et Chassaneus attestatur quod de generali consuetudine totius Gallie hic casus obseruatur. Chassa. dicit quod aliqui pro isto dicto alegant text. in l. commissum. C. de adult. sed re vera ille text. probat oppositum, quoniam matrimonium subsequens, non perimit poenam adulterii præcedentis. Nec etiam aliquid facit text. in c. inter opera charitatis. de spon. qui dicit quod ducenti meretricem in uxorem, remittuntur ei omnia peccata: quia illud habet locum in foro poli, & non in foro fori, per dictum text. in l. commissum. Et licet Chassaneus dicat quod nesciret hunc casum decidere per iura, & tamen allegat vnam coloratam rationem: quia ducendo meretricem in plus punitur quam si supplicio traderetur. Et ibidem de natura & vitiis mulierum magna subannectit. Ego in isto casu dicerem quod esset supersedendum ab executione, & rescribendum principi, qui fauore matrimonii posset indulgere, per text. in l. diui fratres. §. de decurionibus. & §. fin. ff. de poenis. & text. apertior in l. ad bestias. in prin. ff. de poenis. Nam sicut fauore roboris vel artificii consulatur princeps: ita etiam fauore matrimonii, maxime quando est meretrix quæ petit: quia tale matrimonium reputatur valde meritorium, d. ca. inter opera charitatis. de spon. Et dum Chassaneus in prin. dicit quod iudex qui tulit sententiam, non potest eam reuocare: amplia illud procedere etiam si ex post facto appareat de innocentia condemnati. Ita dicit Bar. in l. diui fratres. Illa tamen regula limitatur per Fely. in tribus casibus in quibus iudex potest talè sententiã reuocare inconsulto principe, in c. consanguinei. in fi. de re iud. Ista sunt notabilia ad euadendum hominè à morte, quoniam iudex videt aliquam qualitatè in cõdennato vel cõdennato quæ posset principem mouere ad indulgentiam, aut ad poenam alleuandam, supersedeat ab executione, & principi rescribat. Quicquid dicat Chassaneus de consuet. Gallie quod cõceditur cõdennatus mulieri petenti eum in maritum, id tamen de anno 1508. Papiæ regnante recolendæ memoriæ Ludouico 12. à scholaribus me assistente obtinere non potuit, quod credo causatum: quia potestas Papiæ erat de Tartona: si fuisset Gallus, fortè fuisset scholaribus gratificatus, factum tamen & armis scholarium, non sine scandalo condemnatus, à manibus iustitiæ euasit. Decimustertius casus est, & singularis quando pater offerit filium iustitiæ, & habet locum ille casus, etiam in crimine læsæ maiestatis: vt plenius

vt plenius declarauit in ti. des sieff. cap. 22. artic. 18. Tamen non aperit Chassaneus, vtrum talis oblati in totum euitet poenam. Circa hoc putarem concludendum, aut offertur principi, & tunc princeps poterit in totum indulgere, aut mitius punire. Si verò offeratur iudici inferiori, non poterit iudex totam poenam remittere, sed eam alleuare. Ita intelligit text. in l. milites. §. desertorem. ff. de re mili. Saly. quem Fely. refert in c. primo, in 2. col. de offi. dele. Cepol. cautela 1. Hypoly. de Marfy. in l. 1. §. ad quæstionem. col. 6. ff. de quæstio. Circa decimum quartum, de cardinale obuiante condemnato, & ponente capellum super caput eius: quia nihil adderem non insisto, nec pariter circa decimum quintum, quod delinquens ingrediatur religionem. Item nec decimum sextum, quod delinquens aufugiat ad ecclesiam, & ibi habetur quis gaudeat immunitate ecclesiæ. Item decimum septimum, de reuelante principi conspirationem suam, & sociorum. Item circa decimum octauum de confugiente ad corpus Christi. Item circa decimum nonum, de eo qui habet maximam peritiam artis. Adde do. Ias. in authen. iubemus. in fi. C. de iudi. Cepol. 3. cautela, incipiente, propter maximam. Et quia doct. se fundant super l. ad bestias. ff. de poenis. Ille text. probat oppositum: quoniam ibi iudex propter viri peritiam, non potest recedere à poena, l. vel statuti. sed debet principi rescibere. Et etiam propter atrocitatem delicti, licet iudici poenam statuti, vel legis aggrauare, iuxta plenè not. per. do. Ias. in l. 1. C. de precib. impe. offe. Circa vigesimum casum, de eo qui voluit delictum committere, & non potuit: & sic si sit puniendus affectus cum conatu, quando non fuit secutus effectus. de isto plenè dixi, in tit. des iniures. cap. 29. arti. 1. Circa vigesimum primum, de crimine logissimo tempore patrato, vtrum præscriptio currat in criminibus, plenè dixi in tit. des renouis. cap. 7. art. 4. num. 18. vsque ad 23. exclusiue. Circa vigesimum secundum, de eo qui semel fuit absolutus, quod amplius accusari non possit. Et in ver. quæro an hoc casu. fo. 56. Chassaneus plenè tradit quando pacto vel transactione possit quis poenam delicti euadere.

In text. ibi, parire.

Quis dicatur periurus, & de poena periurii, vide bonū tex. in l. si duo patroni. §. si. vbi etiã Ias. ff. de iureiu. 6 Plurima de periuro cumulat Fel. in c. ex parte. co. 1. ver. periurus. cū duabus seq. col. de rescrip. Et ibi dicit quod periurus est priuandus beneficio, non priuatus: & co. 2. ver. videmus. Idem in homicida, vult homicidam priuandum, & non priuatum beneficio. Ideo si homicida non possit obtinere à sede apostolica beneficiū absolutionis, cum facultate retinendi beneficiū, lite pendente, poterit beneficium alteri renūtiare: & primus impetrator frustrabitur spe sua: quia tempore impetrationis beneficium non vacabat: collatio tamen beneficii facta periuro, vel aliis criminoso, est nulla. Fely. co. 2. ver. collatio. Sed vtrum istud sit verum, vide plenè col. 3. ver. limitatur ista opinio. vbi tractat quid de electione facta de homicida, vel aliis incapace: & concludit dicta col. 3. versic. considera. in tanta varietate, si casus occurrit, recurre ad eum, ne sim verbosus, vbi nihil puto addendum.

In text. ibi, infame.

Est notandum quod duplicem habemus infamiam: vnam quæ appellatur infamia iuris, & alteram infamia facti. Et procedendo conclusiue, dic quod infamis infamia iuris non admittitur in testem: regulariter fallit in criminibus grauioribus, puta diuinæ vel humanæ maiestatis. Item in subsidium, quando veritas haberi non potest. Infamis infamia facti in ciuilibus admittitur, sed ei diminuitur de fide, nisi habeat cõtestè multum idoneum: in criminalibus non, nisi in grauioribus, de quibus supra, & in subsidium. Hæc omnia ponit amplissimè D. Ias. in l. 1. col. penul. & in fi. in 1. lec. & in 2. lec. col. 13. & 14. C. de sum. tri. & fid. ca. plenè Fely. in cap. testimonium. de testi. Deci. in cap. licet causam. col. 6. versic. tertio fidei testium detrahitur. de probat. Et quando dicantur testes admitti in subsidium, dic quado verisimiliter actu & habitu plures testes videre non potuerunt: declarat Ias. in d. lect. 1. co. fin. & lectu. 2. col. 14. Fely. in c. tertio loco. co. 2. de proba. Et vtrum depositio plurium testium infamatorum de facto probet, & sic an numerus suppleat defectum infamie. Deci. in cap. licet causam. col. 7. versic. quid autem. de proba. distinguendo dicit, quod in causis criminalibus, & arduis numerus non supplet: in ciuilibus sic, & ideo in eis probant. Et dicuntur infames infamia iuris omnes quos lex vel statutum infamat ipso facto, aut secuta sententia. Et infamis infamia facti dicitur is qui aliquid fecit, propter quod eius opinio est grauata, apud graues viros exēpta: tradit D. Ias. in d. lect. 2. col. 12. Et adde præmissis, quod qui tantum efficiuntur infames, secuta sententia, donec illa firmlata, ceterum tur habiles ad testificandum secundum Bar. in d. l. 1. in. 7. oppo. C. de sum. tri. & fi. ca. Circa infamiam facti ultra Ias. aduerte, quia licet sit quis grauatus apud personas viles, tamen non dicitur infamis infamia facti. Ita Ro. suo singu. 438. Et ideo articulando non sufficit dicere quod opinio alicuius sit grauata, nisi adicias apud graues viros: quod prædicta sint vera, probatur sic, dictum legalis viri præstat iustam causam credulitatis, & excusat credentem: glo. in l. Titio fundus. in verbo, actionem. prope fi. ff. de condi. & demon. per quam dicit Ange. in l. si à bonæ fidei. ff. de rei vendicat. quod fuit excusatus potestas, qui dedit palatium pro carcere cuiusdam nobili benefamato, qui aufugit, & dat consilium tutoribus, quod ad excusationem, ne quid dolose ab eis possit præsumi actum, quod omnia faciant cum consilio conuictorum populi. prædicta refert Fel. in cap. cum contingat. col. 3. versic. prima conclusio. de rescrip. Ecce si ex dicto vnus resultat iusta credulitas, quanto maior ex dictis maioris partis & sanioris loci, ex quibus resultat fama? Sed econtrario, quia ex dicto vilis personæ nulla resultat iusta causa credulitatis: vt dicit Fely. vbi supra col. 3. ver. in quantum ciuilem. glos. hic. Sequitur quod ex dictis multorum vilium nihil resultat. Et quos effectus pariat bona fama, & quos mala, & quando excuset accusatorè à calūnia, vide plenè Fely. in dicto c. cū contingat. co. 2. ver. in quantum. ex gl. 1. de rescrip. Et circa probationem famæ vel infamie, licet testis nesciat diffinitionem famæ, tamè debet reddere rationem quando super eis deponit, per ea quæ faciunt aliquem reputari bene famatum, vel infamè. Idem quando testis dicit aliquid notorium, quia si dicat id notoriū in oppido, debet dicere, quia audiuit dicta à maiori, & saniore parte populi: & si in vicinia, à maiori parte & saniore vicinæ, & quod apud eos id de quo deponit, notorium reputatur. Idem si de possessione alicuius, licet nesciat dicere, quid sit possessio, quæ

est iuris, debet tamen dicere, quod vidit eum quem dicit possessorem colligentem fructus, & facientem ea quae solent veri domini, & possessores rerum facere. Ita Felyn. licet non ita explicitè, in dicto cap. cum contingat. col. 4. in fin. versic. tertia conclusio. de rescrip. & in dicto cap. habes plenè quae praestent causam credulitatis: & quod credulitas etiam orta ex iniustis causis excusat à dolo. Item quando credulitas non excuset. Et nota illum casum, quando quis tenetur de leui culpa, vt facit tutor. Et col. fin. tradit quibus sit credendum. Et inter caetera nota dictum Senecae, in prouerbis, vtrunque vitium esse omnibus credere, & nulli. Ita Cassiodori, in tertio epistolarum, vbi dicit, credere debetis ei què vestris vtilitatibus arridere cognoscetis. A contrario his qui honori, & bonis vestris insidiantur, minimè est credendum. Nam simulator decipit amicum; quia vnum gerit in corde, aliud in ore: exemplo Bononiensium, de quibus gl. refert in l. obseruandum. ff. de offi. praes. Et ita faciunt sapius lasciu, qui mulieribus infinita pollicentur, & nihil vel parum impendere cogitant, memores lectionis Ouidianae: Promittas largè, quid enim promittere laedit? pollicitis: diues quilibet esse potest. Et quod deterius est facti, voti compotes de eorum malitia gloriantur sibiipsis suadentes rem maximi ingenii expleuisse: sed id minimè facerent, si memores essent versus Ouidiani, iniquientis, fallere cre dentem: Non est operosa puellam gloria, Simpliciter, digna fauore fuit. Secundò, nota quod propter infamia facti, quae est minor infamia iuris, non potest quis promoueri ad beneficia, nec ad officia ecclesiastica. cap. omnipotens deus. de accu. Item nec ad temporalia, l. reus delatus. ff. de mu. & ho. quod an sit verum, vide quae infra dicam, vbi doctores loquuntur etiam de infamia iuris: & sic primò quæro, vtrū electio possit fieri de criminoso? regulariter dic, quod valet. fallit si fiat de persona irregulari, vt illegitimo, bigamo, homicida, vel simili. Idem si fieret de notoriè incapace, vt de laico, femina, infante vel simili. Ita declarat Felyn. in cap. ex parte. col. 3. versic. limitatur ista opinio. & versic. ideo forte. de rescrip. Collatio etiam facta de beneficio infami, vel criminoso, valet, nisi fiat omnino incapaci: de quibus supra, vt dicit Felyn. in dicto cap. ex parte. col. 2. versic. tamen. & plenius, col. 3. versic. sed contrariam partem. de rescrip. & ibidem versic. ad regulam de infamibus. dicit, quod infames possunt excludi à beneficio, sed non sunt ipso iure incapaces. Limitatur tamen conclusio praedicta, quando fieret prouisio criminoso, vel infami virtute literarum ad beneficia: quia propter earum maximam odiositatem, erit prouisio ipso iure nulla: vt dicit Fely. in d. cap. ex parte. post Pet. de Ancha. col. 3. versic. limita etiam omnia praedicta. Item dum dixi supra, Item nec ad temporalia, &c. Notandum est quod licet infami non sit concedenda iudicatura, iudici tamen, iam constituto non potest opponi de infamia, aut alio commune priuatione digno, per modum exceptionis, vt à iudicatio repellatur. Ratio est, quia subditi non possunt obicere de infamia, aut crimine quadiu iudex à superiore toleratur. Idem est in beneficiato: sed tales debent accusari, vt priuentur & excludantur: vt plenè declarat Fely. in c. sciscitatus. col. 1. versic. crimen non repellit ordinarium. Et quod iudex, vel praelatus, non deponatur sine accusatione, est text. in cap. super his. de accu. quem allegat Felyn. in dicto c. sciscitatus. col. 1. ver. secundò quia. & col. 2. versic. similiter dicit Rota. Sunt tamen aliqua exceptiones quae repellunt iudicem, puta exceptio excommunicationis: de quibus per Felyn. in d. c. sciscitatus. col. 2. versic. limitatur primò. Exceptio tamen ipsa opponi non potest iudici excommunicato & occulto: quia non denunciato. Et valet acta coram eo facta: etiam à sciente eum excommunicatum. Felyn. in cap. Rodolphus. col. 27. versic. & gusta vinum nouum. de rescrip. Et ea quae praedixi procedunt in ordinario: delegatum verò crimen repellit. Fely. in d. cap. sciscitatus. col. 2. versic. rationem autem differentiae. de rescrip. Moueo nunc notabilem difficultatem, vtrum quando opponitur delegato crimen, aut ordinario excommunicatio: & sic defectus sufficiens ad repellendum iudicem: vtrum eo casu iudex possit cognoscere super competentia: & an sua sit iurisdictio? Felyn. in dicto cap. super literis. col. 10. versic. an sua. & magis in specie col. 12. ver. regula fallit primò. de rescrip. concludit quod iudex poterit cognoscere, nisi recusetur. Et sic vult quod sit recufabilis, si allegetur quod crimen obiectum figilat honorem iudicis, & sic quod est suspectus.

In text. ibi. *vanisseur de filles.*

18 Isti dicuntur raptores filiarum, de quibus in l. vnica. C. de rap. vir. & l. si quis non dicam rapere. C. de epi. & cle. Et iste text. dicit quod non licet rapere, etiam iniungendi matrimonii causa. Et raptus solus siue copula, ad illum effectum etiam matrimonii causa, est punibilis ad mortem. Ita doct. maximè Bal. & Paul. de Ca. in d. l. si quis non dicam rapere. Et ita fuit practicum Cunei in Pedemontio, anno domini 1515. dum ibidem pro iudice considerem, de consilio plurium doct. Est verum quod ille decapitatus accusabatur de aliis pluribus: sed ille raptus mouit animos consulentium. Aduertendum est ad duo singularia, dicta in hac materia raptus. Primum est quod leges praedictae non habent locum in rapiente mulierem alia pro causa, quam copulae. Ita Deci. consil. 30. col. fi. in 2. vol. Secundum dictum est quod illae leges non habent locum in eo qui cognouit mulierem per vim carnaliter, sed eam non transfudit de loco ad locum: quia tunc proprie non dicitur raptor. Ita dicit Marfy. suo singul. 65. & Cinna. consil. 95. incipiente, Christophorus. Licet enim proprie non dicatur raptus, est tamen actus violentus, punibilis ad mortem: & ita communiter practicatur.

In text. in verbo, *ou autre crime.*

23 Notari potest, quod exempla declarant regulam, sed non restringunt, l. damni infecti stipulatio. in fi. ff. de dam. infec. Et sic consuetudo habet locum in casibus similibus expressis.

In text. in verbo, *si n'y a sentence.*

24 Potest quæri: Nunquid testis ciuilitè condemnatus de delicto, puta actione furti, sit infamis, & repellit possit à testimonio per hanc consuetudinem, an verò sit necesse quod sit criminaliter condemnatus? glos. 2. in c. cum te. de re iudica. tenet quod sic: Et ista gloss. est communiter approbata, secundum Deci. in cap. at si clerici. in princi. col. 16. versic. in ea. glo. de iudi. vbi eam sequitur, & modifiat vt non habeat locum in actione furtiua, quae non infamat.

In text. in verbo, *ou composition d'amende.*

Potest

Potest notari quod transgens super delicto dicitur confiteri delictum. Idem probat text. in l. transigere. C. 26 de transf. & ibi plenè quando sit licita transactio super delictis, vbi glos. ponit hos versus: Sanguinis in peccatis, nisi mechus, transigat omnis: In caeteris nulla licet, sine crimine falsi. Et quod transgens vel pacis ceteris super crimine sit infamis, text. est in l. i. ibi, damnatus pactus fuerit. ff. de de his qui not. infra. Et ideo paciscens notatur, quia videtur confiteri, l. quoniam. ff. eodem tit. Et ita firmat Deci. in cap. at si clerici. in principio col. 17. versic. sed praedicta opinio. de iudi. Et sicut ficta confessio infamat, multo magis vera facta, ta in ciuili quam in criminali. Ratio est, quia confessio & notorium equiparantur: vt plenè notat Deci. in d. 29 cap. at si clerici. col. 17. ver. & ista omnia. & versic. sed praedicta opinio. item & versic. retenta conclusio.

Et quod dictum est de ficta confessione, intelligas procedere de ea quae procedit à pacto, vel transactio. ne, vt praedixi, non autem à contumacia: quia illa non infamat: vt declarat Deci. in d. cap. at si clerici. col. 17. versic. & quod supra dictum est. de iud. Item nota quod sicut testis infamis non potest ferre testimonium, ita notarius conficere instrumenta: vt not. Bar. in l. & ideo. ff. de euictio. & in l. eius qui. ff. de iure fil. refert & sequitur Deci. in d. c. at si clerici. col. 17. versic. sed ad ista. de iudi. Quando pacto, vel transactione euitari possit poena delicti, vide ad saturitatem Chassaneu, in tit. *des iustices*, rubr. 1. in verbo, *si n'a grace*. versic. quæro an hoc casu. fo. 56.

In text. in verb. ibi, *notoires, &c.*

Delictum dicitur notorium, vno de tribus modis, quando est plenè probatum per testes, contra quos nihil fuit oppositum. Item quando est lata sententia super delicto à qua non fuit appellatum. Item & quando constat de eo per confessionem non impugnatam. Anto. de Bu. in cap. cum speciali. §. 1. de appell. Alex. in lab. accusatione. §. nuntiatores. ff. ad Turpil. vbi etiam Bar. Bal. in l. cu fratres. in 3. col. C. de his qui. vt indi.

Et in materia notorii, quia multi de notorio loquuntur, qui ignorant quid sit notorium: teste glos. 2. q. 1. cap. manifesta. Ideo in materia notorii notandum est, quod sunt aliqua ex quibus inducitur notorium iuris: vt est confessio facta in iudicio. Hinc infertur quod quando aliquid constat iudici ex confessione partis, non curatur de ineptitudine processus. Bar. in l. si confessus. ff. de custo. reo. Fely. in ca. ecclesia sanctae Mariae. col. 9. versic. tertio limita. de constit. Item ex actis in iudicio factis postquam est conclusum in causa. Et tale notorium non indiget allegatione nisi vno casu: vt tradit Fely. in c. cum ordinem. col. 7. versic. ad glo. in cle. appellanti. de rescrip. dixi. in tit. *des executions*. tit. 24. art. 22. nu. 16. in fi. Item est notorium facti: & dicitur no-

torium, illud quod omnes cõtinuò videre possunt: & istud est notorium facti permanentis: puta quod si vna ecclesia in loco certo. item vna turris. Quoddam est notorium facti transeuntis de praeterito: puta quod Christus fuerit crucifixus. Nam hoc à fidelibus in dubium refricari non potest, vel facti transeuntis de praesenti: puta quod aliquis est consul ciuitatis, nam id potest omnibus innotescere, quia administrat res & bona cõmunitatis. Et esset lata culpa ignorare quod omnes intelligunt, aut intelligere possunt. Idem dici posset si ageretur de probando aliquem esse officiale, puta locum tenentem, aduocatam, vel regium procuratorem. Et si ageretur de probando aliquem notorium hospitem tenentem signum: si ciuitas esset magna, satis esset probare id esse notorium in vicinia, vt patebit ex infra dicendis. Quoddam est notorium facti interpolati: puta quod aliquis mutuatur omnibus petentibus sub vsuris. Aduerte quia non sine ministerio adiectum fuit verbu, omnibus. Nam tales qui tenent altare paratum, ad dandum mutuuum sub vsuris, dicuntur publici vsurarii: vt probauit in tit. *des sermens*. tit. 3. articulo. 2. Et talis in distincta mutuatio facit factum ipsum transire in notorium. Sed si aliquis aliquando gratificaretur amicis suis partim motus stimulo amicitiae, & partim lucri: talis non diceretur publicus, & tale factum non transiret in notorium: & alleganti illum esse vsurarium incõberet onus probandi, aliter quam per notorietatem. Sed an tunc sufficerent testes singulares, qui deponerent quod Titius eis mutuauit sub vsuris, plenè declarat do. Ias. in l. admonendi. col. 94. versic. nota etiam diligenter. ff. de iureiur. & col. 95. ver. sed aduerte. concludit quod non. Eandem opinionem tenuit Ludo. Ro. cõsil. 355. incipiente, volo probare. Item Alex. consil. 3. col. 4. & 5. in 4. vol. & istam opinionem iudicando secutus fui, cum reuerendissimo domino officiali Clarimontense. Et dum dicitur hic, quod delictum probari potest per notorietatem, bene considerandum est quoniam in delictis notoriis potest procedi executiue, iuris ordine non seruato. vt plenè declarauit supra, & in tit. *des executions*. 24. arti. 22. nu. 16. & 17. & dicam infra quando delicta dicantur notoria: & non video alios modos probandi notorietatem, quam superius relatos. Et si aliquis dixerit quando iudex reperit aliquem in fragranti crimine, puta in furto, vel deferentem arma contra prohibitionem: videtur tale delictu notorium: certè non: quia gloss. in l. i. c. iustus fustium. in principio, ponit illa tanquam diuersa, & bene: quia si iudex reperiat aliquem in platea cum armis, tale delictum dicitur manifestum & non notorium. Nam notorium dicitur, quod omnibus, vel maiori parti patet, vel dicas quod omnes de sui natura sciunt, vel scire verisimile est: manifestum autem quod publice factum est. Ita do. Ias. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui sa. da. cog. in vers. his praemissis. allegat c. tertio loco. de praes. Et dum dixi de delictis notoriis, aduerte quia aliquando lex pro facto illicito imponit poenam priuationis, vel excommunicationis, ipso iure, & factu, & delictum est notorium: & eo casu iudex punit factum illicitum sine declaratione. & ita limitatur c. cum secundum. de haere. lib. 6. & non procedat quando delictum est notorium: & isto casu potest ei, qui tale delictum commisit, auferri beneficium, & conferri alteri: secus si non sit notorium: quia non auferitur nisi prauiua declaratione. Ita declarat Fely. in c. Rodolphus. col. 24. versic. limita primò praedicta. de rescrip. & col. 25. versic. limita quartò. Secus est quando aliquis non est priuatus ipso iure, sed priuandus: vt patet in periuro, & homicida: de quibus Fely. in c. ex parte. col. 1. & 2. de rescrip. & in istis etiam si delictum esset notorium, semper opus est sententia priuationis: vt declarat Fely. d. col. 34. versic. caeterum vbi lex. Et in materia aduerte, quod sicut illud quod fit de nocte non potest dici notorium: vt dicit text. in c. fin. de cohabi. cleri. & mulie. ita nec quid clandestinè fit. Ex his infero quod testes dicentes quod Titius possedit tale pratum, & id esse notorium, quod non probatur notorietas, nisi dicant id esse notorium.

E iiii

apud vicinos dicti fundi: quia talis possessio non cadit verisimiliter in notitiam populi, vel maioris partis: sed bene in notitiam circumvicinorum. Item differt notorium a manifesto, stricto modo capto. Nam manifestum dicitur, quod publice factum est. Et in materia notandum est, quod ea quae sunt notoria apud populum, vel maiorem partem populi, indigent allegatione, & non probatione: secus si sint tantum notoria in maiori parte vicinia, aut parochiae: quia illa sunt probanda. Et isto casu sufficit quod testes deponant super notorio in vicinia, nec requiritur quod deponant super facto principali. Manifesta autem sunt probanda. Supra dicta omnia tradit dominus Iaso in l. si vero. §. qui pro rei. col. 1. & 2. ff. qui fa. da. cog. Et quia testes saepe dicunt aliquid notorium, & non semper est librorum copia, ideo haec sinuatio prodesse poterit.

In tex. in verbo, quant à la diminution.

37 Potest notari quod articulus admittitur quando in aliquo potest adminiculari, simile ponitur per Fely. in cap. licet causam. de proba. vbi dicit, quod licet in interdicto, uti possidetis, qui melius probat possessionem, vincat etiam si pars aduersa probaret dominium: tamen quia probatio domini potest prodesse quando in possessorio probationes sunt aequales, certè articulus domini admittitur. Et quando in consuetudine dicitur quod aliquando obiectus probati repellunt testem in totum, aliquando diminuunt fidem: materiam ipsam in casibus saepius occurrentibus perstringam. Et primo facio conclusionem, quod detrahitur fidei testium, quando sunt in semetipsis contrarii in dicto principali. Aut ex pluribus testibus ab vna parte productis, vna pars alteri contradicit: & contrarietas non est modica. Ita Deci. in c. licet causam. col. 6. vers. nonò noto. de probat. Et si sit contrarietas ab vtraque parte productis, statur pluralitati, vel dignioribus.

40 Pro pleniori declaratione facio regulam: quando plures testes à duobus partibus producti discordant, regulariter statur maiori numero. l. 3. §. 1. ff. de testi. Et procedit haec regula quando testes sunt eiusdem aestimationis, aliàs magis idonei praefertur: quia non solum numerus, sed qualitas testium attenditur. l. hoc carmè. §. si. & l. 3. in prin. ibi, in primis conditio. ff. de testi. Deci. in c. licet causam. col. 7. vers. vndecimo noto. de proba. Item testibus etiam paucioribus creditur, quando deponunt verisimilia: ut habetur in dicto c. licet causam. Et ibidem Deci. col. 7. vers. secundo qualitas dictorum attenditur. de probat. text. est in dicta l. 3. §. 1. ibi verisimilia responderunt. ff. de testi. Et dicta testium reputantur verisimiliora, quae iuri communi concordant. Ita Deci. ibi, vbi finaliter concludit, quod verisimilitudo quando est proxima, & respicit rem de qua agitur, tunc praefertur pluralitati testium. haec tanquam notanda & quotidiana nolui subterere. In materia tamen ipsa, quando sit attendendus numerus testium, magis quam dignitas, aut verisimilitudo: id totum iudicis arbitrio relinquatur, ut probat tex. in l. 3. in prin. ibi, tu magis scire potes. ff. de testi. declarat Deci. in c. ex literis. col. 2. vers. tertio noto. de probat. Idem Deci. consil. 94. col. 1. in 1. vol. Cadit hic vna difficultas, vtrum testes contrarii sunt saluandi, si fieri possit? D. Ias. in l. 1. in princip. col. 4. vers. sed ab his facile est. ff. de ope. no. nun. dicit, quod plures testes contrarii sunt saluandi, ut eorum dicta sustineantur, si fieri possit. Dictum autem vnus testis, quantum ad effectum probationis, non saluatur: sed bene ut euitet poenam falsi: ut idem Ias. attestatur in l. 1. col. 4. in fi. ver. contra tamen hanc decisionem. ff. si cert. pet. Quod tamen dictum est de vno teste, quod non sit saluandus, ut probet, limitat Alex. procedere quando contrarietas est euidentis, & non aliter suo consil. 105. col. fi. in 3. vol. Item quod vnus testis non possit saluari, ut probet, consuluit Barba. consil. 2. col. 2. in 1. vol. Contrarium tenet Fely. in cap. cum tu. in 1. col. de testi. Et testes contrarii quando sint reducendi ad concordiam, & ad quem effectum, late tradit D. Ias. post Bar. in l. 1. §. creditum. col. 3. vers. nota tamen duo, quae dicit Bar. ff. si cer. pet. Et nota vnum magnum remedium ad saluandum plures testes à contrarietate. Quotiens actus sunt repetibiles, testes contrarii in dubio praesumuntur deponere de actibus diuersis. Panor. in cap. translato. in 2. col. de consil. Item aduerte circa contrarietatem testis, quia aliquando est contrarietas in eadem depositione: & de isto casu satis dictum fuit. Et de poena testis vacillantis, & quod vacillatio sit in actis scribenda, vide Deci. in cap. quoniam contra falsam. col. 25. vers. successiue Abbas. de probat. Aliquando testis est contrarius in diuersis depositionibus iudicialibus, vel extraiudicialibus. Et aliquando in extraiudiciali dicit vnum, & in iudiciali dicit aliud: cui sit standum, vide plenè Bar. in l. eos. ff. de fal. Vbi dicit eo casu testi tanquam vario non esse credendum: tamen communis conclusio doctorum est contra Bart. quod imò confessio extraiudicialis non attendatur, & quod credatur iudiciali factae cum iuramento: ut plenè dicunt Panor. & Fely. in ea. per tuas. de proba. Item Deci. ibi, col. penul. vers. postremo. & ibidem col. fi. saluat Bar. in quatuor casibus: primus est quando testis in primo dicto extraiudiciali iurauit. Secundus, quando facta fuisset scriptura. Tertius, quando fuisset facta confessio parte praesente. Et secundum istas duas saluationes procedit consilium Bar. in d. l. eos. col. fi. vers. vltimo nota. Quartus quando esset praesumptio pro primo dicto. Et aduerte quod in casibus istarum saluationum testis non probat, ut per Bar. & doct. vbi supra. Et quia aliquando testis examinatus cum iuramento extraiudicialiter, hoc est parte non vocata, dicit vnum, & postea repetitus parte vocata, dicit aliud: tunc neutrum dictum probat, imò testis debet puniri, ut falsarius: & etiam pro eruenda veritate potest torqueri. Fely. post Panormit. in cap. cum in tua. col. fi. de testi. Cepol. consil. 61. col. 1. in fi. & principio sequentis. Et quia saepius testes in secreto examinati, in repetitione, seu recollectione, & confrontatione dicunt se non dixisse quae scripta sunt in prima depositione, imò aliter scriptum quam dictum: facias conclusionem quod statur primae depositioni, quando notarius est bonae famae. Ita decidit Fely. in c. cum dilecti. col. 5. vers. nota nonò. de accusat. Et ideo cauti iudices vtuntur cautela: quia faciunt quod examinatus se subscribit suae depositioni, & si nescit scribere, adducunt duos testes qui sunt praesentes depositioni: & si sciant scribere, faciunt eos subscribere. si secus, notarius dicit quod examinatus deposuit ut in scriptura continetur, praesentibus testibus ibi nominatis. Et cauti examinati, vel intitulo faciunt impleri per virgulas taliter earum depositiones, quod eis nihil addi potest, vel detrahi, & vltra eas subscribunt. Item quia potest contingere quod testis tradit obli-

uioni, quae prius deposuit. Bar. dat salubre consilium in d. l. eos. col. 2. vers. tunc do istud consilium. ff. de fal. quod testis petat sibi exhiberi primam depositionem, & illa exhibenda est. Et licet Bart. nò dicat quid in intitulo, quem iudex saepius cogit ad respondendum, ut videat si vacilet, licet tamen non reperiam, tamen credo quod ratio Bar. in eo militet, quod non teneatur respondere, nisi sibi demonstratis primis depositionibus. Id tamen mihi obseruatum non fuit, licet fuerit in statum, & repetita saepius fuerint responsiones. Secundo detrahitur testi de fide, quando est singularis: igitur primo quaro, quando testes dicantur singulares? declarat Fely. in c. licet ex quadam. col. 3. vers. vltimo sciendum est. & col. 4. vers. modo adducite. de testi. & ibi dicit quod dicuntur singulares, quando discordant in facto, licet concordent in iure. Exemplum tradit: si probo per vnum testem quod mutuauit tibi decem, & per alium testem de confessione tua: isti testes sunt singulares: quia licet concordent quo ad effectum obligationis, tamen discordant, quia deponunt de diuerso facto. Dicitur tamen ista singularitas adminiculatiua: ut declarabo ante vltiorem progressum. Nam aliqua est singularitas obstretatiua, puta quando testes deponunt de diuersis factis, quorum vnus nihil influit ad aliud, puta de diuersis contractibus. Sed quando vnum influit ad aliud, & illud coadiuuat, tunc illa singularitas dicitur adminiculatiua, ut in exemplo praecedenti, quando vnus testis probat de numeratione mutui, & alius de confessione: nam testes sunt singulares, quia deponunt de diuersis actibus, tamen tendunt ad probandum mutuum, & sic ad eundem finem. Ex his potest decidi notabilis quaestio, quae ortum habet à Paul. de Ca. quem refert, & impugnare videtur D. Ias. in repet. admonendi. col. 94. vers. per ista considera. ff. de iureiur. dum voluit quod si probo per vnum testem confessionem factam in vno loco de mutuo dato, & per alium testem in alio loco, quod isti testes sunt coniungendi: D. Ias. post Anto. de Bu. dicit oppositum & quod sunt singulares. Idem voluit Alex. consil. 116. in 1. vol. Conclusio, est verum quod isti testes sunt singulares, singularitas tamen est adminiculatiua, & coadiuuat intentionem agentis: & ita credo intellexisse Paul. de Ca. Dicit aliquis: quid prodest mihi habere istos testes singulares singularitate adminiculatiua? Dicit quod licet non fiat perfecta probatio, poterit tamen esse locus iuramento suppletiuo. Ita dicit Fely. in d. cap. licet ex quadam. col. 4. vers. modo aduerte, & c. de testi. Iterum poterit replicari: Item videtur quando habeo vnum testem, quia poterit esse locus iuramento suppletiuo. respondetur, quod non. ratio, quia quando quis nititur probare vnum factum, & tantum habet testes singulares, singularitate non adiuuante, eo casu depositio cuiuslibet testis singularis redditur a deo debilis, quod non potest esse locus iuramento suppletiuo. Et sic probanti magis expedit habere vnum bonum testem, licet singularis, quam plures singulares. Ita dicit Deci. in c. licet causam. col. 6. vers. secundo singularitas. in fi. de proba. allegat Bald. in l. de quibus. col. antepenul. vers. sed nunquid testis. ff. de legi. Ista regula ampliatur ut procedat, etiam si agatur de probando aliquid in genere, puta aliquem esse haeticum, vsurarium, vel fecisse miracula, esse blasphematores, vsum esse iurisdictionem, ut non credatur testibus singularibus, do. Ias. in repet. admonendi. col. 94. vers. nota etiam diligenter. ff. de iureiur. quod testes deponentes de actibus particularibus, sunt adeo singulares, quod nihil probant: & istam opinionem dicit Bald. tenere per text. in d. cap. licet causam. de proba. qui eam concludenter probat quia ibi agebatur de probanda iurisdictione: & tamen testes singulares repulsi fuerunt. Vltra do. Ias. addo Alex. idem tenentem, in consil. 3. col. 4. & 5. in 4. vol. Ludo. Ro. singulari 355. incipiente, volo probare. Fely. autem in ca. licet ex quadam. col. 5. vers. secundo limita. de testi. videtur prima facie velle, quod vbi agitur de probando aliquid in genere, testes singulares probent, & vltra exempla do. Ias. ponit quando quis vult probare possessionem decimandi, vel recolectionem fructuum, tunc sufficiunt testes singulares: & sic contra do. Ias. adicit tantum duas restrictiones: prima est quando agitur de probando aliquid quod sui natura sit indiuiduum, puta quod sit quis vsurarius, haeticus, aut beatus. Nam ista sunt indiuidua: quia dato vno, aliud remouetur: nam quis non potest esse haeticus & Christianus: & sic de singulis exemplis. Secunda restrictio Fely. col. 6. vers. secundo restringenda est. dicit distinguendo, quando actus plures habent vnam originem, & vnam causam, illa origo probatur per testes singulares respectu actus, sed vbi actus sunt separati, dicuntur tamen reiterati propter expressam similitudinem non indentitatem, requiruntur tunc in quolibet actu testes, aliàs non probant. Ex his vult concludere Fely. quod vbi agitur de probanda iurisdictione, vel seruitute, quod testes singulares admittantur: & istud clarius dicit col. 5. vers. secundo limita. secus si agatur de probando aliquem esse vsurarium. Et sic inferitur, quod si producantur plures testes quorum quilibet dicat de vno instrumento vsurario, non probatur quem esse vsurarium: quia de nullo instrumento perfecte probatur: aliàs sequeretur quod vnus actus repetitus, qui consistit in dicendo vel faciendo, posset probari per vnum testem: quod secundum eum est falsum. Ista restrictiones rectè considerant destruant totam limitationem principalem, quando agitur de probando aliquid in genere. Nec video quod quando actus habet originem ab vna causa, tunc sufficiant testes singulares: ut in exemplo quod tradit Fely. quando testes singulares deponunt, quod iudex sedet pro tribunali tanquam iudex, quod sit probata iurisdictione: quoniam actus scissionis non est plenè probatus. bene fateor si ille actus probaretur per cōtestes, sequeretur quod iurisdictione esset probata, quae ex illo actu necessario resultat: & in illud de iurisdictione refutat in dubium. Idem Fely. in d. c. licet ex quadam. col. fi. ver. & dum supra dixi. & sic necessario refricatur in dubium prima distinctio, quando plures actus habent vnam originem, & vnam causam, in tantum quod Fely. adeo confuse loquitur, quod ex dictis suis tantum concludi potest quod testes singulares probant famam quae facit semiplenam probationem: & hoc videtur velle in d. c. licet ex quadam. col. fi. Deci. in d. c. licet causam. col. 6. vers. tertio singularitas testium. concludit quod dicta testium singularium non coniunguntur ad faciendam plenam probationem: sed bene dictum vnus testis potest alteri adminiculari, quando tendunt ad eundem finem, & vltra non progreditur. Pro conclusione quae colligi potest ex dictis doctorum, recurrere debet ad distinctionem Fely. in d. c. licet ex quadam. col. 6. vers. secundo restringenda est. de testi. & ante eum fuit Paul. de Leā. Quando actus habent vnam originem & vnam causam, tunc testes singulares probant: intellige, licet ipsi non dicant non plenè, sed tunc singularitas est adminiculatiua. Exem-

plum: ego peto decem quæ tibi mutuavi: probo per vnum testem de numeratione, & per alterum de confessione: non est perfecta probatio, quoniam deponunt de diuersis factis: sed quia agitur de probando vnum factum, habes originem ex vna tantum causa mutui testis de confessione adminiculatiua testi de numeratione, ita quod posset esse locus iuramento suppletiuo. Sed quando sunt diuersa facta habentia separatam originem, etiam quod tendant ad eundem finem, non probant: exemplum datum fuit quando agitur de probando aliquem vsurarium. Nam licet testis deponat de mutuo sub vsuris, alter de alio, nullum mutuū perfectè probatur, nam quod sit vsurarius trahit originem à diuersis factis, & non ab vno. Idem ad probandum aliquem fecisse miracula. Et quia dictum fuit in primo membro distinctionis, quod probatio posset esse talis etiam per testes singulares, quod esset locus iuramento suppletiuo: forte dicit subtilis doctor: Ista distinctio non potest esse magni momenti, quoniam iuramentum suppletiuum non defertur in causis arduis & magnæ æstimationis, puta in causa status matrimonii, feudali, & sic de singulis, vt dicit do. Ias. in repe. l. admonendi. col. 101. ver. nunc videndum est. ff. de iureiur. Nam non respondetur, & hoc nunquam deletur à memoria, quod licet illud sit verum, quando est semiplenè probatum, tamen quando est aliquid plusquam semiplenè probatum, in causis quantuncūque arduis defertur iuramentum in supplementum probationis. Ita. D. Ia. in d. repe. l. admonendi. col. 105. ver. limita omnes istos casus. ff. de iureiur. Ista tamè puto vera, quoniam vnus testis deponit de facto proximo, & immediato, puta de numeratione mutui: quia tunc semiplenè probat, si alius testis deponat de confessione: quoniam aliud est vltra semiplenam probationem, etià in causa ardua erit locus iuramento suppletiuo. Sed si plures testes deponerent de confessionibus extraiudicialibus, factis diuersis temporibus & locis, tunc nulla confessio esset semiplenè probata: & tamè indicia sunt probanda per duos testes. glo. cõmuniter approbata. in l. si. C. fam. hercif. Isto casu non esset locus dicto iuramento, licet tamè ista singularitas dicatur adminiculatiua, & nõ obstatiua. In hac materia singularitatis testium, nolo amittere vnū perpetuò notandum, quod testes singulares possent esse adeo fide digni, quod iudex posset eis credere nõ obstante singularitate. Istud voluit Pau. de Ca. in rep. l. admonendi. col. 7. ff. de iureiur. & in l. Lucius. vbi Bar. ff. de his qui not. infra. apertius. Marfy. in l. 1. §. 1. ff. de quæsti. & in singul. 124. incip. vulgatum est. Itè addo aliud notandum, quod in criminalibus duæ semiplenæ probationes, licet nõ possint coniungi ad faciendam plenam probationem, tamè sufficiunt ad torturam. Ias. in d. repe. l. admonendi. col. 96. ver. itè caue. ff. de iureiur. Itè aliud singulariter addo, quod decidit Soc. cõsi. 54. col. 2. in 1. vo. quod testes singulares deponentes super diuersis indicibus, tendentibus ad vnū finem, sufficiunt ad torturam. Istud credo verum, quando ex pluribus indicibus vnus est probatum per duos testes, iuxta gl. in d. l. si. C. fam. hercif. Nã alii testes singulares tendentes ad vnū finem adminicularerentur: sed si nullum indicium esset probatum, non potest causari semiplenam probationem, quæ exigitur vt quis torqueri possit: alias destrueretur glo. in d. l. si. C. fam. hercif. Itè corruerent dicta in præcedentibus conclusionibus, quæ cum habeant locum in causis ciuilibus, tantomagis in criminalibus, in quibus agitur de maiori præiudicio, & pleniores probationes requiruntur. l. si. C. de proba. Quod tñ iudex possit moueri ex testibus singularibus, quoniam concurrunt plura indicia & adminiculatiua, voluit Pau. de Ca. cõsi. 143. in 2. vol. credo dictum suum procedere modo proximè declarato. Pro dicto tñ Pau. de Ca. plurimū cõferunt dicta do. Ias. in repe. l. admonendi. col. 95. & sequentibus. ff. de iureiur. vbi concludit quod iudex in iudicando potest moueri ex diuersis speciebus probationum. Et alia tertia causa, quæ aliquando in totum testem repellit, aliquando operatur fidei diminutionem: videlicet odii & inimicitiarum. Ideo duas facio conclusiones: aliquando inimicitia est capitalis, & illa in totum testem repellit: & habet locum hæc regula, etià si inimicus de recenti recepisset sacratissimū corpus Christi. Nã licet præsumatur in bono statu, & remissio iniuriarum & inimicitiarum, tamè nõ tollitur præsumptio iuris, quæ est quod inimicitia præsumatur durare. Itè si sit de recenti inimicus capitalis reconciliatus, quia plenius æquiparatur aliquid factum nõ esse, vel esse de recenti, vt tradit Fel. in c. eam te. col. 8. ver. videmus in simili. de rescrip. Et ibi habes in apostilla, in verbo, de recenti, quod aliquid dicitur de recenti, quando non præterierit duo anni: tamen puto id relinquendum iudicis arbitrio, secundum materiam subiectam, per tex. in l. 1. ff. de iur. deli. vbi quoniam tempus nõ est à lege declaratum, statum iudicis arbitrio: & ratio est, quia testis de recenti reconciliatus nõ sit idoneus, quia illa reconciliatio fieri potuit, vt facilius lædere posset. Et ita sepe cõtingit & ego expertus fui. Idem dixit Salomon in prouerb. de inimico reconciliato nõ cõfidas. Itè habet locum hæc regula, in eo qui licet habeat causam inimicandam, puta quia atrocè iniuriam fecit, vel detinet maiorem partem fortunarum, vel forte vxorem carnaliter cognouit, & tñ non facit signa euidentis inimicitie: certè à tali præcauedum est, teste Catone, qui dicit: Quod flumen est placidum forsitan latet altius vada. Et eodè, dñ dicit: Fistula dulcè canit, volucere dum decipit auceps. Nam ille qui iniuriam fecit, recta ratione potest arbitrari se vltionem recepturum: hoc probat l. nemo. C. de epif. audi. quæ dicit, homicida quod fecit expectet. Et id probat sacra scriptura quæ dicit, quod quisque mensurabitur ea mensura, qua alios metitus fuerit. Ita dicit tex. in c. cū æterni. de re iudi. l. 6. Secunda conclusio est, quod leuis inimicitia debilitat dictum testem: sed in totum nõ repellit. Et officium iudicis versatur in cognoscendo quando inimicitia dicatur magna, & quando leuis. Et, vt sim breuis, prædictas regulas tradit Fely. cū suis exemplis, nõ tamen illa apertè declaratis, in c. quotiens. de testi. col. 1. & 2. Et bene colligi potest hæc distinctio ex tex. in authen. si dicatur. C. de testi. quæ facit differentiam vtrum sit de causa criminali, vel de ciuili, & pecuniaria. Sit ergo cautus qui vult excludere testem ob odium & inimicitiam, quod deducat causam inimicitie quæ moueat iudicem ad arbitrandum inimicitiam esse magnam & capitalem: aliàs in dubio inimicitia reputaretur leuis. Et inter ceteras causas nota illam de qua in loco præallegato Fely. refert quando testis se iactauit quod noceret ei contra quem producitur: quia hanc sapius vidi deductam in hac patria. Et isto casu non esset necesse probare quod esset solitus mandare minas executioni: prout requiritur quando petitur cautio de non auferendo: de qua cautione per Fely. in verbo, qui timet offendi. rubr. de treu. & pace. Et de hoc dixi, ni fallor, in tit. des siefx. tit. 22. artic. 18. in causa 17. felonie, quando quis copulauit amicitiam cum inimicis domini. Potes etiam notare aliam quam Fely. tradit in proce.

in proce. decretalium, in verbo, Gregorius. col. 4. versic. in text. ibi, salutem. vbi dicit quod sicut saluatio ante litem ceptam facit præsumi remissionem iniuriarum, ita omisio solite saluationis facit præsumi ortam inimicitiam. Credo tamen quod talis inimicitia reputaretur leuis, nisi probaretur causa precedens esse grauis. Operæpretium videndum est, si pars testem producens, quem tu vis obiectare de inimicitia, possit replicare te non esse audiendum: quoniam si de aliqua inimicitia constare possit, quod non creditur, illa facta tuo, & culpa tua ortum habuit. Ideo talis allegatio tibi prodesse non debet, per regulam, damnum. ff. de reg. iur. damnum enim quod quisque culpa sua patitur, sibi imputare debet. Et quod dicit AEsopus, Dicat in authorem pena redire suam. Item tex. non subuenit culposi aut dolosi, sed simplicibus: text. est in l. Aquilia. ff. ad l. Aquil. vbi etiam inferens damnum etiam cum leui culpa, tenetur ad satisfactionem. In contrarium, & sic quod non obstante allegatione quod inimicitia processerit ex facto & culpa eam allegantis, non repellatur testis. Decidit do. Ias. in l. si filiam. col. 1. & 2. C. de inoffi. testa. per glos. in l. Athletæ. §. dat remissionem. in verbo, facta. ff. de excu. tut. Cum opinione do. Ias. tenent Panorm. & Fely. in cap. 1. col. 1. de iudi. Bart. autem in l. 1. §. cum quis. ff. de quæsti. dicit quod talis inimicitia in totum testem non repellit: sed quanta fides testi sit adhibenda, iudicis arbitrio relinquatur: & arbitrium iudicis erit in cognoscendo si inimicitia sit capitalis vel leuis, per supradicta in prin. Item & si is qui dubitabat ne aliquis contra eum examinaretur, fecit iniuriam testi, vt propter inimicitias eum posset repellere: certe illa affectata inimicitia nihil prodesset eam alleganti. Ita declarat do. Ias. in d. l. si filiam. col. 2. versic. limita tamen quod dixi. Idem dicit Cepol. cautela 6. Et vtrum talis inimicitia fuerit affectata, licet doct. in locis præallegatis non dicant, considerabit iudex ortum dictæ inimicitie. Et si subesset causa de præterito: item si fuerit facta post litem motam, & mul tomagis si pauco tempore ante productionem, vel post productionem, & ante examinationem: per ea quæ notant Bart. & ceteri, in l. post contractum. ff. de donati. De eo qui primo alienat omnia bona sua, deinde committit homicidium vel aliud crimen, ex quo aut propter contumaciam bona poterant publicari. Et prædicta probantur per ea quæ in simili tradit Fely. in cap. in literis. col. 4. versic. illud autem intellige. de testi. vbi tractat de famulo licentiatum à domino post litem motam, & postea productum in testem. Aliquando testes obiectantur quod sint domestici, vel familiares: & ideo aliquando eorum testimonium repellatur. Item qui dicantur domestici & familiares: & quid inter se differant, vide Fely. in cap. in literis. de testi. Et ibi habes de consanguineis, vxore, fratre, compatre, & focero, quando admittantur in testes. Et de materia domesticitatis possunt videri quæ plenè scripsi in tit. des espauet. tit. 26. artic. vltimo. Ex his habes obiectus, videlicet, infamie contrarietatis, singularitatis, inimicitiarum, domesticitatis, familiaritatis, & consanguinitatis, & affinitatis, cæteris frequentiores bene examinatos. Iterum quæro dñ consuetudo vult quod testes periuri & infames admittantur, & faciant adminiculū: quid de iure cõmuni? Dic quod quando crimina quæ obiciuntur sunt talia, quod si de eis constaret ante depositionem, essent testes repellendi. Quod idem iuris est, quando probant ir tales obiectus post examen tempore reseruato à constitutione vel à iudice: quia tunc nihil probant, & habentur pro non examinatis. Notanda est decisio Arety. quam Fely. refert, & sequitur in cap. cum dilecti. c. 1. 9. versic. quinto limita. de accu. Et sic in casu consuetudinis videtur quod probato quod testes sint periuri vel infames infamia iuris, quod nulla erit eis adhibenda fides, per prædicta. Quod etiã probatur sic. Nam consuetudo dicit, quod si crimen periurii vel infamie obiectum sit notorium, tunc dictum testis nihil probat. Sed postquam est in causa conclusum, acta faciunt notorium, l. gesta. C. de re iudic. cap. quoniam contra falsam. vbi plenè doct. de proba. Ergo iudex qui videt tales obiectus per conclusionem in causa transire in notorium, non debet testibus fidem adhibere: & istud argumentum est fortissimum, sed forte esset contra mentem consuetudinis, quæ intellexit de notorio apud populum, & non apud iudicem. Nam acta talia bene faciunt notorium apud iudicem: & apud eos qui ea vident: sed non apud populum, vel viciniam. Et de isto notorio intellexit consuetudo: & ideo secundum consuetudinem testes obiectati etiam obiectibus probatis, adminiculantur, quando vnum de tribus descriptis in consuetudine non deducitur, & probatur, licet secus sit secundum ius commune. Item in quantum consuetudo loquitur de periuro, notandum est, quod si quis semel conuictus fuerit de periurio in vna causa, in aliis causis perdit beneficium, vt credatur iuramento suo, siue agatur de facto alieno, siue de suo proprio: vt per exempla declarat Fely. in cap. ex parte. col. 2. versic. nota quinto. de testi. do. Ias. in l. quod te. col. 11. versic. nunquid si debitor. & col. sequenti. ff. si cert. pet. vbi conuictus de mendacio perdit beneficium, vt ei credatur, vbi aliàs crederetur. Item quia sepe contingit mulieres vocari in testes, operæpretium est scire quando mulier possit testificari, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. Item in testamentis, maximè ad pias causas. Item in codicillis, & aliis vltimis voluntatibus. Item quantæ sit efficacia muliebri testimonio, maximè quando contrariatur testimonio virorum. De his vide plenè Fely. in cap. quoniam. per totum. de testi. Item & quia sepe domini producunt eorum subditos iurisdictionales in testes: quæritur vtrum dicti testes sint idonei? quod sic concludit Chassaneus in tit. des mains mortes. §. 18. in verbo, mains mortables. fo. 326. Et ibi quid in vasallo.

ARTICLE VI.

Obiectz & reproches generaux, sans specifier le cas pour lequel on veult reiecter le tesmoing, ne sont receuables.

SVMMARIA IN GLOS. ARTIC. VI.

- 1 Obiectus sunt in indiuiduo specificandi tam de iure communi, quàm secundum consuetudinem.
- 2 Exceptiones an sint in specie proponende, & an sufficiat eas generaliter proponere.
- 3 Testes obiectati an possint agere actione iniuriarum contra obiectantem.

reperies tactum in locis ordinariis: quod si iudex in citatione dicat, decernentes citationem domi factam perinde valere, ac si citatus personaliter apprehensus foret: eo casu citatus dicitur verus contumax, etiam non personaliter apprehensus. decif. est Card. Zaba. in clem. 1. in fin. de iudic. licet magna sit autoritas domini Card. & non reperiam contradicentem: tamen dubito de dicta decisione. quia vera contumacia dependet à facto citati, & non alterius: nam si sciuit, & negligit comparere, deliquit, quia contempnit iudicem: & sic propter delictum potest multari: sed iudex per suam declarationem non potest facere quantum ad citatum, vt habeatur pro contemne, quando ignorauit citationem: neque ipse iudex, qui est inferior lege, potest facere & ordinare, q̄ ignorans habeatur pro contemne: cum superior non possit tollere legem superioris. c. cum inferior. de maio. & obe. l. nam & magistratus. ff. de arbit. Bene fateor quod dictum Card. procederet, quando illa clausula apponeretur in citatione per superiorem, qui haberet potestatem legis condendae: quia ille posset derogare legi positivae: vt amplè dicitur in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & habetur in cap. propofuit. de concess. præb.

In tex. in verb. declinatories.

8 Declinatoriæ dicuntur, quando quis petit se remitti, vt habuistis in tit. des renouis. Et de iure communi est necesse opponere tam declinatorias, quam dilatorias, ante litem contestatam. cap. inter monasterium. de re iudic. Idem in exceptione præuentionis, quæ est declinatoria fori. Ias. in l. ita demum. col. 1. C. de procur.

In text. in verb. dilatoies.

9 Dilatoriæ quæ dicuntur: & quod etiam debeant opponi ante litem contestatam, & quod aduocatus opponens post, puniatur vna libra auri: vide tex. & ibi do. Ias. in d. l. ita demum. C. de procur. col. 1. Intellige præmissa, nisi earum scientia superueniret post litem contestatam: vt per Ias. in d. l. ita demum. Et aduerte tu aduocate, ne postquam ad tui notitiam deuenit aliqua exceptio dilatoria post litem contestatam superueniens, vel ante incognita, vltra procedas in meritis causæ: quia eris exclusus à tali exceptione, per primum actum, qui respicit merita causæ. Ita D. Ias. in d. l. ita demum. col. 1. vers. istam regulam limita. Fel. plenè in cap. cum M. Ferrariensis. col. 4. vers. ex hoc incidenter. de const. vbi dicit quod procedendo in meritis, videtur renuntiare dilatoriæ superuenienti post litem contestatam. in c. insinuante. col. 3. vers. quartò limita. de off. delega. vbi amplè hanc materiam exceptionum declinatoriarum & dilatarum prosequitur. Et plenius in c. exceptionem. col. 3. vers. ad materiam. gl. de excep. Et perpetuò teneas cordi, quod quando exceptio respicit incompetentiam iudicis non prorogabilem, semper opponi potest etiam post sententiam: quia reddit iudicium retrò nullum. Ita Fely. in d. c. exceptionem. col. 7. vers. fallit octauò. Et ex ea potes colligere cautela, ad euadendum clericum à morte, qui fuit à iudice laico condemnatus: quia si excipiat de priuilegio clericali, & fidem faciat, erit remittendus iudici ecclesiastico. Gemi. in c. vnico. de cle. coniuga. in 6. & notatur per doct. in c. at si clerici. de iud. qui ad poenam sanguinis condemnare non potest. c. sententiam sanguinis. ne cle. vel mona. c. in archiepiscopatu. & ibi notatis. de raptu. Et licet in loco preallegato Fely. de clerico in specie non dicat, id explicitè dicit in d. c. exceptionem. in principio. & ibi etiam dicit, quod clericus, quia fatigauit actorem retardando dictam exceptionem, condemnabitur in expensis. Et præsupponit quod talis condemnatio fieri debeat per ipsum iudicem laicum. Dec. verò consil. 37. in 2. vol. concludit eam esse fiendam per iudicem ecclesiasticum, coram quo clericus remissus fuit. Ego arbitror vtranque opinionem in palatius seruari posse, per ea quæ notantur in l. quotiens. C. de iudic. vbi iudex aliàs incompetens efficitur competens, ratione eorum quæ coram eo incidenter proponuntur. Item facit l. nullum. C. de testi. vbi cognitio eorum quæ incidenter coram iudice aliàs incompetenti, spectat dicto iudici. Et primam opinionem vidi obseruari apud consilium Thaurinense, vbi ego inter cæteros cõsiliarios assistebam. Et in principali proposito, quod clericus faciendo fidem de priuilegio clericali, reddat processum retrò factum, nullum. dicit ad litteram Fel. in c. cum ordinem. col. 10. vers. quæ omnia intellige. de rescript. vide tamen glo. ibi, in verbo, est nullus. quæ allegat Alex. tenentem processum esse validum vsquequo fidem fecerit de priuilegio: quia habetur talis clericus pro laico, etiam si velit renuntiare priuilegio clericali. c. si diligenti. de foro compe. Ideo ibi non potest habere locum fictio, vbi habere non potest veritas. Dicit etiam dicta glo. quod clericus potest multari vsque ad primum decretum. Credo quod malè dicat, quia tantum multare potest, qui habet iurisdictionem. l. 1. ff. si quis ius di. non obtemp. sed laicus nullam habet in laico iurisdictionem. Et ista ratione multum dubito de eo, quod dixit quod laicus condemnat clericum in expensis, retardantem productionem sui priuilegii. Non obstat quod incidenter processus expediantur per iudicem aliàs incompetentem: quia illud procedit quando incompetencia procedit ratione causæ, non personæ: quæ nullo modo subiicitur iudici laico, prætextu principalis, nec accessorii: & ideo puto Dec. d. consil. 37. melius dixisse. Et inquantum Fely. in d. c. insinuante. col. 2. in fi. vers. & onus probandi. dicit declarando id quod prædixerat in d. col. 2. vers. & hoc habet locum. videlicet quod exceptio dilatoria potest opponi post litem contestatam, etiam si ante competebat: tamen erit incognita. Idem dicit Ias. in d. l. ita demum. col. 2. vers. tertio limita. quado exceptio per ignorantiam fuit omissa post litem contestatam, opponi potest. Fely. querit cui incumbat onus probandi, an alleganti exceptionem ad eius notitiam deuentam de nouo, & nullam negligentiam sibi ascribi posse, quod ante litem contestatam eam non opposuerit: an parti quod excipiens fuit in negligentia? Et ibi per quinque fundamenta probat, quod excipienti. Et ibi non aperit an debeat diligentiam probare per testes, an sufficiat iuramentum excipientis, quod dictam exceptionem ignorabat sibi competere ante litem contestatam, & quod eius scientia superueniret. In hoc articulo ab aliis intacto, puto sic distinguendum, aut quis allegat ignorantiam facti proprii, & non auditur: quia non est excusabilis. glosa in l. final. ff. pro suo. fallit tamen quando certat de damno cuitando, secundum Bartolum, & cæteros, quos allegat in l. si post diuisionem. columna prima. C. de iuris & facti ignorantia. Aut allegat ignorantiam facti alieni, & illa est excusabilis. dicta l. final. ff. pro suo. Imo qui eam allegat, habet iuris præsumptionem pro se. text. &

text. & glo. in l. verius. ff. de prob. tex. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. non prodest tamen ignorantia, nisi sit allegata. Bal. in l. quicumque. col. 1. C. de seruis fugiti. & isto casu admittitur probatio per iuramentum. Aliquando tamen præsumptio iuris tollit præsumptiones ignorantie: vt patet in coniuictis, quia coniuictus præsumitur scire facta coniuicti, secundum Alex. in l. 2. C. qui admit. Item ignorantia probatur iuramento in his quæ consistunt in animo nostro, vt est scire vel ignorare alienum factum, etiam quod aliis sint nota. statur iuramento nostro. glo. in §. sed iste in verbo, alia. vbi late D. Ias. inst. de actio. Idem Ias. in l. 3. §. iurari. ff. de iureiur. plenè Fel. in c. significasti. el. 1. col. 2. vers. in glo. 3. de homi. plenè Fely. in c. cognoscentes. col. 5. vers. sed stat difficultas. de const. vbi tradit regulam cum suis fallentiis. Ista tamen regula fallit, quando alegans ignorantiam habet iuris præsumptionem contra se: vt dicit Fely. in d. c. significasti. vers. fallit secundo. Et in proposito quæstionis formatae, vtrum sit credendum asserenti quod notitia ex qua poterat iudicem recusare, superuenerit ex prædictis, deciditur quod sic, cum iuramento. Notandum tamen est, q̄ si par aduersa vellet probare quod ante litem contestatam excipiens habebat notitiam de exceptione recusatationis, & sic de negligentia partis, audiretur. Ita dicit Fely. in d. c. insinuante. col. 2. vers. tertio fallit. Et istud est generale, quod probatio admittitur contra iuramentum de propria conscientia. Ias. in d. §. sed iste. Bar. in l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. Fely. amplè in d. c. significasti. col. 2. vers. aduerte tamen. de homi. Et ibi probat quod sufficit probare indicia & coniecturas, quæ inducant præsumptionem contrariam ignorantie: quia tunc ignorantia non probabitur iuramento. Et qualiter sit probanda ignorantia: item & scientia ad excludendum allegantem ignorantiam, vide Aret. consil. 58. col. fin. Fely. in c. quosdam. de præsum. Et nota vnum notabile dictum, quod quando aliquid fuit successiue manifestum & publicum in loco, præsumitur scientia. Dec. consil. 2. col. 2. in 2. volu. Et contra talem præsumptionem non admitteretur allegatio ignorantie cum iuramento, quia habet alegans iuris præsumptionem contra se. Ibi, peremptorias, exceptiones peremptoriae dicuntur quæ perimunt totum negotium. Et sunt exceptiones litis finitæ, puta exceptiones pacti de non petendo transactionis iusiurandi & sententiae, quæ transitum fecit in rem iudicatam. Et tales possunt opponi quocumque ante sententiam, & non post, l. peremptorias. C. sententiam rescin. non poss. Vnum tamen singulare non duxi omittendum, quod si exceptio peremptoria proponeretur post sententiam, & parte non opponente, iudex eam admitteret non obstante transitu in rem iudicatam primæ sententiae, posset iudex nouam ferre sententiam etiam contrariam primæ. Ita amplè declarat D. Ias. in repet. l. admonendi. col. 9. in fi. ff. de iureiur. Sed istis obstat videtur, quod in d. l. D. Ias. dicit col. 12. in fi. tamen salua dictum primum, quando pars nihil opposuit: quia in iudicialibus quantumcunque præiudicialibus taciturnitas partis habetur pro consensu. Bar. in l. fi. C. de rela. & Ias. in d. repet. col. 10. secundum dictum procedit parte opponente, & in istis terminis habet locum lex prima. C. quan. pro. nõ est nec. quæ dicit quod sententia contra sententiam lata, est ipso iure nulla.

ARTICLE II.

Lesdictz trois defaultz donnez, le demandeur fera apparoir de son intention par tiltres ou tesmoings, & sera radiourné le defaillant pour voir donner sentence.

SYMMARIA IN GLO. ARTI. II.

- 1 Defectus quot requirantur in omni contumace secundum consuetudinem, item secundum constitutionem regiam. & nu. 2.
- 3 Contumax etiam quod absoluat a principali, quia actor non probauerit, tamen condemnatur in expensis, etiam si actor foueat malam causam.
- 4 Citatio peremptoria quando requiratur ad sententiam, vel ad alios actus. & nu. 5.
- 6 Citatio peremptoria quando possit fieri una pro tribus.

Datis tribus defectibus, actor debet probare intentionem suam, & assignari facere absentem ad sententiam.

Aduerte quod non obstante absentia, actor debet probare suam intentionem: quia actore non probante, reus absoluitur, etiam si nihil probauerit: l. qui accusare. C. de eden. gl. in l. circa ff. de prob. Idè declarat cõstitutio regia publicata anno 1539. art. 27. Nota tamen casum singularem, in quo consequitur actor expensis, etiam si foueat malam causam: quando reus legitime citatus non comparet, semper absens presenti condemnatur in expensis. tex. vbi Bar. & Ias. in l. properandum. §. sin autem ex gestis. C. de iud.

In text. in verb. radiourné.

Nota q̄ requiritur citatio ad sententiam quæ habet vim peremptoriae, quia processerunt tres defectus, iuxta l. ad peremptorium. cum sequentibus. ff. de iudic. Et quando in citatione ad sententiam vel alios actus requiratur peremptorium, vide plene Dec. in c. consuluit. col. 6. vers. in gl. in verb. terminum peremptorium. de offic. deleg. Item ibidem col. 7. in fi. vers. & ad supradicta tradit regulam notandam, quod vbi requiritur peremptorium, potest fieri vna citatio pro tribus. Illa regula fallit in casibus ibidem declaratis, de quibus etiam ibi per Fel. col. 4. vide quæ plene dixi supra. in ti. des adournemens. c. 1. art. 5. nu. 8.

ARTICLE III.

Et ce fait, apres le quatrieme default, le iuge peult donner sentence diffinitive contre le defaillant, selon qu'il trouue par raison.

Post quartum defectum iudex secundum probata diffinitiuè pronuntiat.

ARTICLE III.

En vertu de quatre defaultz donnez contre vn delinquant en cause criminel-
le, le iuge peult proceder à condemnation par les informations qui seront par-
deuers luy, sans qu'il soit besoing recoller les tesmoings.

SUMMARIAM IN GLOS. ART. III.

- 1 Absens in criminalibus utrum secundum regiam constitutionem possit damnari. & quid secundum iuris communis dispositionem. Et hoc quando pœna est imponenda à relegatione supra: item à relegatione infra. & numero 2. 3. & 4.
 - 3 Absens ex solis informationibus per quas delictum plenè probatur, an possit condemnari. & nu. 7.
 - 6 Contumacia bona quando possint annotari & reduci ad manus officij, tam iure communi, quam regia constitutione. Annotatio bonorum non est fienda, nisi in criminalibus, in quibus est imponenda pœna à relegatione supra.
 - 8 Absens in patria regia, siue regatur consuetudine, siue iure scripto, condemnatur, non habita distinctione criminum leuiorum & grauiorum.
 - 10 Indiciorum aliud est facti, aliud iuris.
 - 11 Indiciorum quæ sufficiant ad capturam torturam, uel condemnationem. & nu. 12.
 - 12 Indiciorum quæ dicantur dubitata, uel indubitata.
 - 13 Indicium unius testis quando sufficiat ad torturam.
 - 14 Indicia remota sunt probanda, & per quot testes.
 - 15 Indicia remota ex testibus minus idoneis, quando sufficiant ad torturam.
 - 16 Indicia quando sint recepta à testibus singularibus.
 - 17 Indicia quando parte non uocata testes recepti probent.
 - 18 Indiciis indubitatis an possit quis damnari, & quæ sint indicia indubitata.
 - 19 Contumax in iudiciis non est melioris conditionis, quam presens: ideo lapsus termini ita præiudicat contumaci purganti contumaciam, sicut presenti.
 - 20 Contumax utrum possit condemnari quando informationes faciunt solum indicium ad inquisitionem, capturam uel torturam.
 - 21 Contumax potest tantum multari, sed non condemnari: & quod non possit haberi pro confesso & conuicto.
 - 22 Iudex multando contumacem, an possit apponere pœnam, quod nisi compareat, habebitur pro confesso, & conuicto: & an ex statuto id possit fieri. & nu. 23.
 - 24 Consuetudo seu statutum quod contumax condemnatur ex informationibus, quomodo sit intelligenda.
 - 25 Executio corporalis licet non possit fieri contra contumacem, tamen fit executio respectu interesse partis.
- 1 Absens quater citatus in criminalibus super sumptis informationibus, testibus non repetitis condemnatur.
- 2 Aliter proceditur in criminalibus secundum constitutionem regiam publicatam anno 1539. artic. 25. ubi facta prima assignatione ad comparandum personaliter contra citatum contumacem, decernitur captura personalis: & datis duobus defectibus, conceduntur literæ, quod si citatus non poterit capi, citetur ad tres breues dies: etiam fiet reductio bonorum ad manus regias, donec paruerit. Et licet constitutio non dicat expresse, intelligitur tamen uelle quod absens condemnatur: quia cum iam præsupponatur captura decreta, & reductio bonorum facta ad manus regias, tres sequentes citationes redderentur inutiles, nisi fierent ad effectum ferendæ diffinitiuæ. Et quod absens contumax possit condemnari, uult hæc consuetudo super sumptis informationibus, etiam testibus non repetitis. Intellige hanc consuetudinem procedere, quando ex informationibus delictum est verificatum. Et declaratio ista recipit declarationem à regia constitutione, publicata anno 1539. artic. 27. ubi habetur quod non potest ferri sententia contra contumacem, nisi prius accusator probauerit suam accusationem. & art. 30. ubi aperte dicitur quod sententia contra contumacem, habet executionem appellatione non obstante, quando intitulatio est verificata. & locus esset secundum iura & constitutiones executioni sententiæ partibus auditis. Quid autem sit de iure communi: utrum absens possit damnari: in l. absentem. in princ. & in ca. l. in §. contra contumaces. uidetur contrariari. Ideo distinguendo more Bart. in d. l. absentem. Primo potest quæri si absens, quando est imponenda pœna à relegatione supra, possit damnari, maxime post litem contestatam? Bart. in d. l. absentem. dicit quod non, de iure civili: tamen dubitat quid de iure canonico, quod sic de dicto iure, allego text. in c. veritatis. de dol. & contu. ubi absens fuit damnatus, etiam lite non contestata, ad depositionem episcopatus. Et ratio potest esse de iure canonico, quia non infertur per illud pœna sanguinis. Secundo quæro: Quid quando pro criminalibus est imponenda pœna à relegatione infra? conclude secundum gl. & Bart. in d. l. absentem. quod etiam lite non contestata potest absens condemnari. Rationem ponit Bar. quia in grauioribus delictis, data contumacia, fit bonorum annotatio: iuxta titulum ff. & C. de requi. re. & tex. cum gl. in l. absentem. C. de accu. sed in casibus leuioribus nulla sunt prædita remedia contra absentem, ergo debet posse procedi ad diffinitiuam.
- 6 Intellige tamen verum si constet de delicto, secundum Bar. in l. penul. col. 1. de quæstio. Aduerte diligenter, quod illi tituli de req. reis secundum Bartolum, non habent locum de iure communi, nisi in grauioribus, quando pœna est imponenda à relegatione supra: & quando hoc sit, potest uideri Bart. amplè in l. penultima. §. ad crimen. ff. de public. iudiciis. Vnum tamen notandum est, quod in patria regia siue regatur consuetudine, de qua hic, siue iure scripto, absens condemnatur, non habita distinctione criminum leuiorum, & grauiorum: quia tam consuetudo, quam regia constitutio non distinguit, sic nec nos

nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de public. Item ea est fienda interpretatio, ut aliquid addatur iuri communi. Contra absentem in ciuilibus qualiter procedatur ad primum uel secundum decretum, 8 uide plenè doct. maxime Dec. in cap. consultationibus. de offic. deleg.

In tex. in verb. les informations.

Nota quod tales informationes faciunt probationem. Bart. in l. fi. col. 3. in fi. versic. quæro an indicia habita. ff. de quæstio. Hypoly. de Marfy. in l. 1. col. 2. in princip. ff. eo. ti. de quæstio. Et de materia indiciorum, quando sufficiant ad torturam, uide Bart. in d. l. si amplè Panorm. in c. tertio loco. col. vltima. Et ibidè Felyn. & Dec. col. penult. & fin. de proba. Quoniam hæc materia indiciorum est utilis, plenius eam perstringendo reuoco in dubium, utrum informationes sumptæ parte non uocata, faciant indicium. Bar. in l. maritus. colum. 2. versic. ulterius oppono. ff. de quæstio. dicit quod non. cum sequitur Fely. in c. cum dilecti. col. 9. versic. modo aduerte. de proba. Contrarium uult idem Bar. rectè consideranti, in l. fi. col. 2. versic. & si reperierit à vicinis. ff. de quæst. Nam ibi fuit de delicto facta inquisitio parte non uocata, & tamen illa sufficit ad formandam particularem inquisitionem. Pro concordia prædictorum est recurrendum ad dictum Bal. in l. seruos. C. de testi. quem Felynus sequitur in d. c. cum dilecti. col. 9. versic. sexto limita. Ibi dicit quod indiciorum aliud est facti, & aliud iuris, & quod ex testibus examinatis parte non uocata resultat indicium facti sufficiens ad inquirendum & ad capturam: & sic innuit quod non ad torturam. Ex testibus uero examinatis parte uocata, resultat indicium iuris, quod aliquando est sufficiens ad torturam tantum. iuxta d. Bartol. in d. l. si. q. vlti. ff. de quæstio. & quæ remissiuè dixi circa principium huius consuetudinis. Aliquando mouetur iudex ex dictis iudiciis ad condemnandum: quod quando facere possit recurrendum est ad distinctionem, utrum indicia sint dubitata, uel indubitata: quia aliquando ex eis sequi potest condemnatio corporalis, aliquando pecuniaria tantum: ut plenè declarant Paul. de Cast. in l. fin. in fi. C. de probat. Panorm. in c. tertio loco. in vlt. col. ubi etiam Fely. & Dec. col. penult. & fi. de proba. Item quæro in materia, utrum dictum unius testis sufficiat ad torturam? breuiter concludo, aut testis deponit de iudiciis facientibus ad præsumptionem delicti, & tunc dictum testis nihil, aut parum operatur: quoniam indicia remota sunt probanda, per duos testes. glo. reputata singularis. in l. fi. C. famil. herci. Bar. in l. fi. versic. quæro qualiter. ff. de quæstio. aut unicus testis deponit, non quidem de circumstantiis, sed de ipso delicto: puta quia uidit fieri homicidium, & tunc si sit maior omni exceptione, eius depositio sufficit ad torturam: ut plenè notatur per D. Ias. in repet. l. admonendi. col. 74. versic. bene facit quod in simili. ff. de iureiur. & ibidem col. 73. versic. regula ergo sic dicit. quod testis dicitur maior omni exceptione, quando ei nulla exceptio & macula impingi potest, allègat glo. in §. item uerborum. insti. de inutil. stip. & idem quod dixi supra tenere dom. Ias. de vno teste quando sufficiat ad torturam, tenuit idem Ias. in dicta repet. col. 78. versic. quinto prædicta regula. & pulehrè Marfy. in l. penult. §. item Cornelio. ff. de quæstio. Aduerte tamen diligenter, quod licet prædicta uera sint de iure communi, tamen ex constitutione regia cauetur expresse, ne possit ex dictis unius testis deueniri ad torturam, nisi alia concurrant indicia. Et quando testes minus idonei sufficiant ad torturam, ultra præallegatos, uide Felyn. in dicto cap. cum dilecti. col. 9. versic. quæstio ergo est. de accusat. Item quando sufficiant testes singulares, uide plenè in tit. des obiectæ. cap. 8. arti. 5. ubi tetigi de singularitate testium circa finem. Item quando testes recepti parte non uocata, probent, declarat Felyn. in cap. 2. col. 2. versic. modo aduerte. de proba. Et quando quis possit damnari ex iudiciis indubitatis. Et quæ dicantur indubitata, uide Paul. de Castr. in l. fi. C. de proba. plenè Felyn. in cap. afferte. de præsumpt. Aduerte etiam, quia hic dicitur, condemnatur ex informationibus, testibus non repetitis. Ratio est, quia non debet esse melioris conditionis contumax, quam presens: ut colligi potest ex dictis D. Ias. in l. sancimus. eol. pe. versic. ego defendendo Bart. C. de iudi. ubi lapsus termini ita præiudicat contumaci, qui postea comparet, & reficit expensas sicut presenti in iudicio, & nisi contumax posset condemnari esset melioris conditionis quam presens. Circa istam consuetudinem cadit dubitatio notabilis: posito casu quod informationes sint tales, quod solum faciunt indicium ad inquisitionem, capturam, uel torturam: utrum ex eis sequi poterit condemnatio de iure uidetur quod non: quia ex iudiciis & suspicionibus nemo debet damnari. l. absentem. §. 1. ff. de pœn. Ita uoluit Bart. in l. quæstionis. col. 1. ff. de quæstio. & arguitur à simili legis & consuetudinis. Nam in ciuilibus reo absente, non fit condemnatio, nisi actor probauerit intentionem suam: hoc idem uult consuetudo secunda huius tituli, & l. properandum. §. & si quidem. de iudic. Idem uidetur in criminalibus, cum in eis procedatur ad instar ciuiliu. d. l. absentem. Nec potest dici quod propter contumaciam possit condemnari, licet possit multari: quia contumax circumscripto statuto non potest haberi pro confesso, & conuicto. glo. in l. prima. §. fina. ubi doctores, maxime dominus Ias. col. quarta. ff. si quis ius di. non obtemper. Felynus in c. nullus. col. fin. in fi. de præsumpt. Nec etiam iudex potest multando contumacem apponere pœnam, quod nisi compareat, habebitur pro confesso & conuicto: quia diceretur cum multare in amissione totius causæ, quod facere non potest, secundum glo. in dicta l. prima. §. fin. ubi dom. Ias. col. 4. in principi. ff. si quis ius di. non obtemper. Et ibi dicit quod fatuus esset iudex, qui ita multaret: allègat Bal. in l. multis. C. de appellatio. Posset tamen id fieri per statutum, secundum Alexandrum in apostil. in l. final. ff. de quæstio. & dicit Felynus, quod tale statutum est contra ius commune, in dicto cap. nullus. de præsumpt. Fa- 24 igitur conclusionem, quod licet consuetudo indistinctè dicat, quod contumax condemnatur ex informationibus, quod debet intelligi de his per quas delictum probatur, & circa probationem nihil detrahit consuetudo iuri communi: sed tantum circa defectum repetitionis & recolationis. Et sic loquantur regie constitutiones 27. & 39. de quibus prædixi in dicto c. 9. arti. 1. folia. ubi, de appella. Et istam declarationem doctorum secuta est regia constitutio, publicata anno 1539. arti. 28. & 29. Et licet contra absentem contumacem non possit fieri executio corporalis, tamen fit executio respectu interesse partis, in quo absens fuit condemnatus. Ita dicit constitutio regia. fol. 31. arti. 57.

ARTICLE V.

En matieres d'execution de meubles, de criées, de cas de nouuelleté, & autres matieres possessoires, verification de cedula, de cession de biens, taxe de despés, respitz à vn & cinq ans, de recours sur ce que à tort & sans cause, & recours en matiere d'inhibitions & defences, vn seul default ou congé re integra, emporte finalité & gain de cause.

SVMMARIVM IN GLOS. ARTIC. V.

- 1 Defectus quot requirantur in contumace secundum consuetudinem Aluernia. Item secundum constitutionem regiam.
2 Quia supra in articulo, & sequentibus dictum fuit non posse perueniri ad diffinitiuam, nisi procedant quatuor defectus: nunc in ista consuetudine dicitur quod in non requirentibus diffinitiuam, ueluti executio mobilium in casibus nouitatum, & alius matieris possessoris, verificationibus chedularum, cessionibus bonorum, taxationibus expensarum, in indicis unius anni, aut quinquennialibus, in materia recursus, solus defectus sufficit ad uictoriam.
3 Constitutio regia publicata anno 1539. articu. 24. dicit quod ubi consueti erant dari quatuor defectus, nunc sufficiunt duo, quando quis fuit debite citatus: uidelicet personaliter, aut in domo habitationis. Et iudex ex officio potest dare tertium defectum, quando in duabus primis citationibus citatus non fuit personaliter apprehensus.

ARTICLE VI.

Congé en cause d'appel obtenu par l'intimé contre l'appellant, ou il n'y a anticipation, emporte gain de cause re integra.

SVMMARIVM IN GLO. ART. VI.

- 1 Defectus datus contra appellantem, instante appellato, quando non interuenit anticipatio, importat lucrum cause.
2 Licentia data appellato contra appellantem, quando non interuenit anticipatio, re integra importat lucrum cause. Vult dicere consuetudo, quod sufficit hoc casu solus defectus.

ARTICLE VII.

Mais à l'appellant contre l'intimé fault deux defaultz: & à l'intimé contre l'appellant, ou il y a anticipation, en conuient obtenir deux, pour auoir gain de cause, soit en alsise ou hors alsise.

SVMMARIA IN GLO. ARTI. VII.

- 1 Defectus quot requirantur contra appellantem: item contra appellatum interueniente anticipatione.
2 Anticipatio quando potest fieri ab appellato.
3 Appellanti contra appellatum, ne uictoriam obtineat propter contumaciam, requiruntur duo defectus. Et appellato contra appellantem, ubi est anticipatio cause, sunt etiam duo necessarij ad obtinendam uictoriam: hoc tam in alsis, quam alibi.
4 In text. in verb. anticipatione.
5 De iure communi quando possit fieri anticipatio ab appellato, habes text. in authent. ei qui. C. de tempo. appell. ubi, appellatore cessante, licet victori, &c.

ARTICLE VIII.

Vn seul default en enterinement de lettres royaulx obtenues afin d'estre releué de quelque omission interuenue au proces, emporte tel proufit que les lettres doiuent estre enterinées: & aussi par le congé obtenu contre l'impetrant, il est debouté de l'effect d'icelles.

SVMMARIA IN GLOS. ART. VIII.

- 1 Defectus solus quando sufficiat.
2 Supplicare quibus casibus liceat lite pendente.
3 Supplicando principi lite pendente, si obtineam rescriptum uel priuilegium, quando possim eo uti.
4 Princeps in dubio non presumitur uelle derogare iuri tertij: potest tamen aliquando auferre rem tertij.
5 Solus defectus in interminatione litterarum regiarum sufficit: & idem in licentia data contra impetrantem, ut caret fructu litterarum.
6 In text. in verb. releué de quelque omission.
7 Vult hæc consuetudo, quod lite pendente liceat supplicare: contrarium dicitur in l. 2. C. ne lite pend. ubi tantum

tantum permittitur duobus casibus, quando actorum uel sententia edicto denegatur. Bartol. ibidem addit duos, quando supplicatur, quod mandetur iudici, quod causam expediat. Idem quod alius associetur, si ordinarius sit suspectus, licet doc. exemplificent in istis casibus. Quia tamen exempla non restringunt regulam l. damni infecti. in ff. de dam. infec. idem putarem dicendum in similibus in quibus nullum infertur parti præiudicium, & ius partis in nullo efficitur deterius. Et sic succedit regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest, de facili concedendum est: de qua per Bar. in l. quominus. ff. de fin. Sed hic occurrit notabilis quæstio: utrum possim me iuuare rescripto uel priuilegio lite pendente, concessio motu proprio principis? Do. las. in d. l. 2. C. ut lite pen. mouet quæstionem, & dicit quod aliqui tenent quod sic. Ipse tamen sequitur tenentes opinionem contrariam, motus vno fundamento, quod potest contra eum retorqueri. Nam dicit quod princeps faciendo legem generalem, non extendit eam ad causas pendentes: quia nunquam iuri tertij intendit derogare. Ego in hoc articulo puto sic distinguendum: Aut constat ex rescripto uel priuilegio, quod princeps qui aliquid fieri mandat motu proprio, est plene informatus de statu cause, & tunc valet rescriptum uel priuilegium: quia tunc non sumus in casu dubio. Et istam conclusionem probat sequens conclusio, quam las. ibidem format, ubi dicit, quod totus titulus, ut lite pendente, limitatur, ut non procedat quando princeps informatus de statu cause rescribit, cum clausula, non obstante litis pendetia: quia tunc valet rescriptum uel priuilegium. Idem plene probat Fely. in c. causam quæ. col. 12. versi. non obstante. & col. sequenti. versi. hæc autem. de rescrip. Si igitur valet quando fit concessio ad petitionem partis, multo magis quando fit motu proprio. cap. si motu proprio. de præben. lib. 6. ad fundamentum Do. las. respondetur, quod illud quod ipse dicit, procedit in casu dubio, secus in casu claro: quia etiam leges generales quæ respiciunt futura negotia, habent locum in presentibus, si in lege dicatur ita, quando princeps ita declarat leges & constitutiones. C. de legi. Item disputare de rescripto uel priuilegio principis, quando aliquid concedit ex certa scientia, motu proprio, aut plenitudine potestatis, est sacrilegii crimen. l. disputari. iuncta glo. C. de cri. facti. Et de materia quando princeps possit derogare iuri tertij, quanuis in dubio non presumatur, id velle, tradit Deci. plene in c. super eo. de offi. deleg. Et quando possit priuato rem suam superior auferre, plene Deci. in c. quæ in ecclesiis. col. 9. versi. & ex ista. de consuetu. Et ibi. col. 11. versi. secundus casus quid in papa, & quid operetur, clausula anteferri à principe apposita, & quid clausula si non sit alteri ius quæsitum: utrum ex ea conseruetur ius ad rem. Fely. in c. causam quæ. col. 13. versi. clausula anteferri. de rescrip.

ARTICLE IX.

Es matieres d'affenement, reprise de proces execution de sentences, recours de garantie, matieres purgatiues, taxes de iournées, cancellation de lettres, matieres de partages de succession, ou de chose particuliere. Et aussi en matiere de bournes & limitations, deux defaultz emportent gain de cause, en iustificiant par le demandeur de son droit.

SVMMARIA IN GLO. ART. IX.

- 1 Defectus duo in quibus sufficiant.
2 Euictionis materiam uide ibi. Item de materia purgatiua, &c.
3 Debitor licet reportauerit quitationem à creditore, poterit tamen petere cancellationem instrumenti debiti.

In casibus in consuetudine specificatis, ad uictoria cause, duo defectus sufficiunt. Regia constitutio publicata anno 1539. articulo 21. concordat. Ratio consuetudinis est, quia ista non sunt maximi præiudicij, & maxime attento quod actor tenetur iustificare intentionem suam. Et quia hic inserta in consuetudine sunt de his quæ solent tractari officio iudicij, de quibus in titulo. ff. de nar. & extraer. cogni.

In text. in verbo, recours de garantie.

De ista materia euictionis uide plene Io. petrum Ferreri, in sua practica, in titulo, de emp. & ven. in verbo, de euictione.

In text. in verbo, matieres purgatiues.

Vide totum titu. de purga. cano.

In text. in verbo, en matieres de bournes & limitations.

Vide in titulo. ff. fini. reg. & ff. de ter. amo.

In text. in verbo, cancellation.

Nota etiam quod licet debitor reportauerit quitationem debiti soluti à suo creditore, poterit tamen petere cancellationem instrumenti obligationis. doc. est Bar. in authent. cassa. in fi. C. de fac. san. eccl.

ARTICLE X.

En matiere de reintegration le defaillant par vertu du premier default est decheu de ses defences, & n'a qu'un seul ny. Et par vertu d'iceluy apres auoir informé de la possession & expoliation, le iuge peult proceder à sentence, sans autre readiournement.

SVMMARIA IN GLO. ART. X.

- 1 Spoliatus est ante omnia restituendus, nec auditur spoliatus uolens probare de iuribus suis.
2 Possessio perita quando possit recuperari ipropria auctoritate. & nu. 9. & 10.

- 3 Spolians certis casibus auditur volens probare de iure suo: & impedit reintegationem. & nu. 3.
 4 Spoliatus in quibus non restituitur.
 5 Defectus quot requirantur in interdicto recuperandæ. & seq. nu.
 8 Penas legis, meminerint. C. uide ui. quando quis incurrat.
 Exceptio criminis utrum obstet agenti super spolio beneficij, & c.
 13 Exceptio notori defectus tituli in beneficialibus, quid operetur.
 14 Spolians aliquem, ad quid condemnari debeat.

1 In interdicto recuperandæ, per unicum defectum reus priuatur suis defensionibus: & per actorem probato de possessore & spolio, iudex procedet ad sententiam sine noua citatione.
 2 Videtur quod ista priuatio illarum defensionum parui sit momenti: quia spoliatus est ante omnia restituendus, nec auditur spolians volens de iure suo edocere. l. si quis à se fundum. cum ibi latè notatis per Bar. C. ad leg. Iul. de vi pub. Etiam predo restituitur. c. licet episcopus. de præben. in 6. tamen talis priuatio potest esse magni effectus: quia sunt certi casus in quibus spolians auditur, & impedit reintegationem. Verum quia materia est frequens, operæpretium existimaui aliquos casus notabiles afferre. Primus est, quando constat notoriè de iure spoliantis, & spoliato nullum ius competere. doc. est Bal. in l. si de proprietate. in vltima col. C. si à non compe. iud. vbi dicit, quod quando exceptio quæ obiicitur spoliato non requirit probationem, spoliatus restitui non debet. habes tria bona exempla. Primum quando spoliatus passus est cognosci super petitorio, & sententia dicit rem spoliatori pertinere: tunc sententia facit notorium inter partes. Certe agenti remedio recuperandæ obstabit exceptio rei iudicatæ, in petitorio. Ista est decisio & communis, contra tamen Bar. de qua plenè per Do. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 5. in priinci. ff. de acqui. pos. Ideo cautela est, quod spoliatus protestetur quod non intendit ingredi petitorium, nisi possessore ius discussio, & non faciat actum contrarium protestationi. Secundum exemplum est, si laicus sit priuatus decimis à parrochiano, quoniam certum est decimas deberi ecclesiæ, non esset restituendus. Istud tradit Do. Ias. in l. in principio, col. 5. vers. 5. facit. ff. de ope. no. nun. Tertium est si ecclesia parrochialis spoliauerit aliam ecclesiam decimis suæ parrochiæ, ecclesia spoliata non restituitur, nisi probet de iure suo, altero de duobus modis: aut quod eas tenebat iusto titulo, aut quod eas possederat tanto tempore cuius initii memoria in contrarium non existerat. tex. est in c. ad decimas. de restitu. spoliati. lib. 6. iuncto. ca. 1. de prescrip. lib. 6. Et istis casibus oportet concludere ex identitate rationis, quod cessabit interdictum vnde vi. Item & accusatio criminalis, de quibus in d. l. si quis à se fundum. C. ad l. Iul. de vi. pub. Nam si cessat interdictum recuperandæ, quod est maximè priuilegiatum, vt amplè declarat Socy. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. pos. quantum magis cessabunt remedia quæ non tantum habent fauoris, arguendo à maiori ad minus, iuxta authen. multo magis. C. de sacro san. ecclie. Ista est noua mea ponderatio, quam non reperiò tactam ab alio. Sed contra istud dictum videtur obstare tex. in l. meminerint. C. vn. de vi. vbi virtute rescripti principis, aut sententiæ iudicis quis non potest occupare possessionem alienam. Et tamè supra fuit dictum quod sententia facit notorium inter partes, & quod notorietas iuris impedit reintegationem. Certè oportet restringere tex. d. l. meminerint. vt intelligatur de sententia interlocutoria: vt intelligit glo. ibi, in verbo, sententia. Et in ista materia (vt saluemus dicta doctorum, ne obstet d. l. meminerint) puto distinguendum quod si quis capiat possessionem alienam, & non constat notoriè de iure suo, tunc incidit in penas l. meminerint. & l. si quis à se fundum. Aut constat notoriè de iure suo, & tunc intrando seu adipiscendo possessionem, vtitur iure suo, & non peccat. Et licet videatur obstare regulam ne quis sibi ius dicat. l. qui iurisdictioni. ff. de iur. om. iudic. tamen illa fallit in certis casibus à lege permissis. Nam primum quod licet incontinenti recuperare possessionem ablatam propria auctoritate. Bart. in d. l. si quis à se fundum. Itè quod licet domino expellere emphiteotā, propria auctoritate qui non soluit canonè. glo. in verb. repellere. vbi amplissimè Do. Ias. in l. 2. C. de iure. emphi. Ita etiam videmus quod notorietas paupertatis releuat ab excussione. Do. Ias. in §. item si quis in fraudem. inst. de actio. ergo ex his non est mirum si notorietas domini excusat capientem possessionem propria auctoritate. Vnum aliud facit dubiam decisionem docto. nā in exemplis supra allegatis, videlicet in duobus vltimis, non semper est certum spoliato ius non competere. Et circa primum de laico spoliato decimis, aliquando laicus eas iuste possidet, puta si fuerit de eis inuestitus ante concilium Lateranense, ergo non debet posse spoliari inauditus. Item in ecclesia non parrochiali, aliquando habet ius possidendi decimas, ex titulo vel possessione tanti temporis, cuius initii memoria & c. Ergo non debet spoliari inaudita. Ad hoc respondetur, quod præsumptio iuris quæ est contra laicum, est liquidissima probatio. l. diuus. ff. de integ. restitu. & l. non considerat ea quæ raro accidunt, sed ea quæ communiter. l. nam ad ea. ff. de legi. facit deci. Do. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 5. in fi. vers. secundo & fortius. ff. de acqui. pos. vbi dicit quod quando absolutoria lata in prima causa possibile est quod pariat exceptionem rei iudi. in secunda secundum communem cursum causarum, & secundum communiter accidentia, tunc præiudicat in secunda: secus quando secundum communem cursum non solet præiudicare. Secundus casus in quo spoliatus non venit ante omnia restituendus, est quando spoliatus obiicit de dominio, & pars patitur procedi super tali exceptione: quia videtur tacitè renuntiare privilegio restitutionis. Ita Bar. in d. l. si quis à se fundum. Ias. in l. 1. in prin. in §. col. ff. de ope. no. nunt. facit optima deci. Felyna. inc. 1. col. 3. de excepti. vbi dicit quod licet agenti interdicto recuperandæ in beneficialibus non obstet exceptio criminis: si tamen fuerit opposita & admilla, poterit repellere petens reintegationem tanquam criminofus & defectuosus. Tertius est casus quando agitur de recuperatione castri fortissimi: ita quod si fieret restitutio, esset spoliatori docenti de iure suo, difficilis, aut impossibilis recuperatio. Alex. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. & Socy. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. pos. Paul. de Ca. (ni fallor) in l. si de vi. ff. de iudi. & in l. 2. vbi etiam Do. Ias. col. 2. vers. item

item & hoc est. C. de edic. di. Adri. tol. allegat c. litteras. de resti. spol. Nota perpetuo quod agenti remedio recuperandæ in beneficialibus obstat exceptio notorii defectus tituli. Ita dicit Rota, conclusione 16. in no. Istam opinionem attestatur communem Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 12. ff. de acqui. pos. Et dicitur notorius quando nulla indiget probatione, quæ requirat altiore indagine: puta quando vicium est visibile & patens, ex ipsa scriptura secundum Bar. in l. 2. vers. viterius oppono. C. de edic. di. Adri. tol. & in l. fi. §. si autem aliquis. vers. venio ad contraria. C. eo. titulo.

In tex. in verbo, le iuge peult proceder à sentence.

Ad quid condemnabitur is qui spoliū fecit, dicas ad restitutionem rei ablatæ: intellige cum fructibus: quia malè fidei possessor, si ciuilitè sit actum. Sed si sequatur causa criminalis, deportabitur, & bona confiscabuntur. est tex. in d. l. si quis à se fundum. C. ad l. Iul. de vi. pub.

ARTICLE XI.

Es matieres pendantes & indecises par deuant aucuns iuges, ou les parties ont comparu, & l'vne d'icelles obtient default ou congé, le proufit est tel que la partie contre laquelle a esté obtenu, est decheue de ce qu'elle auoit à faire à ladite assignation.

SVMMARIVM IN GLO. ART. XI.

1 Assignatus aliquid facere intra certum tempus, si non fecerit, poterit moram purgare, antequam iudex viam faciendi præcluserit.

Partibus comparentibus & litigantibus si altera earum defectum patiat, perdit commodum illius assignationis: id est exclusa est à faciendo quæ erant scienda in dicta assignatione.

De iure communi assignatus aliquid facere certo die, si non fecerit, potest purgare moram & admittitur ad faciendum, nisi iudex interloquendo viam præcluserit, secundum Bal. in authen. ad hæc. C. de vsu. Et hæc consuetudo operatur præclusionem sine interlocutoria iudicis. In partibus pedemontanis erat stylus, quod iterum admitteretur ad producendum, saluis expensis illius assignationis, in quibus fiebat condemnatio. Et illæ expensæ ratione retardati processus, statim reficiebantur, iuxta l. non ignorat. C. de fruc. & lit. expen. quia (vt dixi) in præcedentibus æquiparantur contumacialibus.

ARTICLE XII.

En toutes matieres conuient inserer la demande & proufit de default en l'acte du premier default, autrement le iuge n'y aura aucun regard.

SVMMARIVM IN GLO. ART. XII.

1 Contumacia non nocet, quando non fuit accusata: fallit quando statutum dicit quod contumax habeatur pro confesso. Per totum.

Contumacia semper est accusanda, & defectus in actis inferendus: aliàs non est apud iudicem in consideratione.

Concordat consuetudo cum iure communi: vt habetur in l. properandum. §. & si quidem. ibi, contumacia in iudicibus. C. de iudi. Et dicit ibidem Do. Ias. col. 2. quod ista regula habet locum tam in ciuilibus quam in criminalibus. Limitat tamen notabiliter, quando lex vel statutum dicit, quod nisi compareat, habeatur pro confesso & conuicto, eo casu non exigitur quod accusetur contumacia. Item non sufficit quod contumacia sit accusata & descripta in actis, nisi de ea constat & liqueat iudici: vt declarat Bar. in d. §. & si quidem. Item Deci. post Abba. in c. quoniam contra fallam. col. 12. vers. tertio secundum Abba. de proba.

DES ASSEVREMENS ET SAVVEGARDES

TIT. X.

ARTICLE I.



Diournement en matiere d'asseurement se peult donner par le serment de celuy qui le requiert, si il ne peult autrement prouuer l'exces, inuasion ou menaces qu'il pretent luy auoir esté faitz: pourueu qu'il apparaisse par information precedente de la legalité & preudhomie de sa perionne, & autres coniectures qui pourroyent à ce mouuoir le iuge.

SVMMARIA IN GLO. ART. I.

- 1 Offendi qui timet ab inimico, potest sibi consulere altero de duobus modis. Item si petat caueri, quid habet probare. Item si timeat molestari in bonis. & nu. 2. 3. 4.
 5 Mine quando inducant iustum metum.
 6 Blanditia seu preces superioris seucri utrum inducant iustum metum.
 8 Mine meriti quando inducant iustum metum uxori: & quæ sint consideranda tam in persona metum inferente, quam in ea cui inferitur.

- 9 securitatem petens debet probare de inimicitia.
 10 Iudex quando propter legalitatem uel excellentiam alicuius uiri potest recedere à regulis communibus.
 11 Iudex in iudicando aliquando ex uehementibus coniecturis non adhibet fidem testibus concludentibus: & e contra: uero aliquando persuasus & non concludentibus probationibus. & nu. 12. 13.
 13 Infamis testis, etiam sola infamia facti potest ex iudicis arbitrio repelli.
 14 Iudex exanimando testes debet facere scribi quo uultu, quo colore, qua timiditate, uel audacia deponant.
 15 Iudex ordinarius quando scit aliquem infamatum de crimine, potest contra eum formare inquisitionem: & etiam non sumptis informationibus super infamia: erit tamen necesse quod coram iudice appellationis fiat fides de dicta infamia aliter quam per assertionem iudicis ordinarij.

¶ Quando petitur citatio in materia securitatis, & non potest constare de excessu, inuisione, aut minis, ita petenti conceditur, si iuramento proposita affirmauerit, & prius per informationes summarias edocuerit de legalitate sue personæ, & alijsque coniecturis, ex quibus iudex ad id moueri possit.

In tex. in verbo, en matiere.

- 2 Nota quod quando aliquis timet offendi ab inimico, bene sibi consulitur quod faciat inhiberi per iudicem inimico, ne eum offendat: & faciat se poni sub regia saluagardia: & tunc satis est quod probet inimicitiam. Si tamen petat cauere per inimicum, debet de minis probare, & quod est solitus mandare minas executioni: Ita Bar. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. amplè Fely. in rubr. de treu. & pa. in versi. qui timet offendi. Et quado timet molestari in bonis, impetrabit inhibitionem, iuxta l. æquissimum. ff. de usufruc. de prædictis uide plenè Do. Iaf. in l. super possessionem. col. 2. versi. quartò nota. C. de tranfac.

In tex. in verbo, menaces.

- 5 Habes ex consuetudine quod minæ præstant iustam causam timoris: quod qualiter procedat, facias distinctionem inter solitum mandare minas executioni, & non solitum: de qua per Panor. & Fely. in c. 1. col. 4. de offi. deleg. & illam distinctionem secutus fuit Bal. in l. si. ff. de hære. insti. in casu notabili si aliquis intulerit minas alicui, & ille postea reperiatur mortuus, an sit præsumendum contra eum qui minas intulit? Ibidem Fely. dicit, quod preces potentis & seueri inducunt iustum metum. Illa tamen qualitas est probanda quia non præsumitur. Ibi etiam tradit utrum blandiciæ superioris, uel potentis, & seueri inducant iustum metum. Deci. etiam in d. c. 1. col. 3. versi. & subiicit. Abbas hinc sequitur illam distinctionem: & addit quod est illa distinctio qualitatis personæ consideranda, tam ex parte metum inferentis, quam eius cui inferitur: & inferit, quod minor metus requiritur in femina, quam in masculo. Et ibi subdit quando minæ mariti inducant iustum metum uxori. Ex præmissis, tu aduocate, potes colligere qualiter sint formandi articuli, si deducatur metus ob minas, ut deducas qualitatem inferentis, quod erat potentior, item seuerus, item solitus mandare minas executioni, item quod præ se ferebat quando minas faciebat, uultum terribilem, & perhorrescendum. Item quod persona cui fuerit illata minæ erat femina, & etiam si masculus erat timidus, mansuetus, facilis ad concipiendum timorem. Item quod uerisimiliter actum non fecissent, aut actui non consensissent, si tales minæ factæ non fuissent, & timore uel terrore ad hoc induciti non fuissent.

In tex. in verbo, & autres coniectures.

- 9 Poterit etiam probare de inimicitis, & quod ille solitus est contra inimicos seuire, per ea que dicit Fely. in d. versi. qui timet offendi.

In tex. in verbo, de la legalité & pseudhomie.

- 10 Hic oportune cadit quæstio notabilis & noua, secundum Do. Iaf. Vtrum propter magnam legalitatem hominis recedatur à regulis communibus: Et etiam quid propter magnam excellentiam alicuius doctrinæ uel artis: Iaf. in l. properandum in. §. si autem alterutra. C. de iudi. dicit unum notabile uerbum, quod si homo multum legalis probata fidei uel miræ religionis succubuerit in causa, non debet in expensis condemnari: quia non præsumitur calumniosè litigasse. Sed quia est materia plenissime tractata, ut studeam breuitati, allego Do. Iaf. in arch. n. iubens. C. de iudi. Vbi arguit ad pares: & tandem concludit affirmatiuè, & eandem partem firmat amplè Fely. in c. in litteris. de testi. Marfy. in l. 1. §. 1. ff. de quæstio. Optimè facit tex. notabilis in l. ad bestias. ff. de pœ. ubi habetur quod iudex qui uidet aliquem decapitandum, si scit eum habere excellentiam artis, ita quod eum uiuere expedire rei publicæ, differre debet sententiam, & superiori rescribere. Et pro isto dicto, uide Cepol. cautela 3. incipiè. propter maximam, & c. Sed pro parte negatiua, quod non recedatur à iuribus communibus, facit dictum Aulij Geli, relatum per Do. Iaf. in l. qui accusare. C. de eden. ubi actori non creditur, si non probauerit, etiam si esset uir sanctissimus: tamen credo istud dictum debere temperari, & intelligi secundum præcedentem regulam hoc modo: si actor nihil probauerit, habet locum d. l. qui accusare. sed si semiplene, aut aliquid probauerit in casu, ubi de iure cõmuni non esset locus iuramento suppletiuo, tamen uiro sanctissimo, aut ualde legali possit deferri iuramentum: quia & si non sit recedendum in totum à iure cõmuni, tamen in aliquo dispensatur. Et ista est noua mea concordia ad sustinendam regulam à doctoribus approbatam: pro qua facit l. inter artifices. ff. de solu.

In tex. in verbo, & autres coniectures qui pourroyent à ce mouoir le iuge.

- 11 Vide quæ dixi supra. Item adde quod iudex aliquando mouetur ex coniecturis ad aliquid faciendum, uel iudicandum. Et in hoc proposito, Nota duo singularia dicta. Primum quod iudex aliquando ex uehementibus coniecturis potest non adhibere fidem testibus concludentibus, secundum uerba, dicitur est Bar. in l. Lucius Titius. in fine. ff. de his qui not. infam. Potest exemplificari dictum Bar. per decisionem Areti. in c. licet causam. in 10. not. de proba. ubi dicit quod quando testes essent infames infamia facti, est arbitrarium iudici eas repellere. Et intellige quod ista infamia tantum erat nota iudici, tanquam priuato: dicit tamen Bar. quod iudex debet exprimere causam repulsionis, ne teneatur in iudicatu. Ista deci. uidetur de directo

recto contra notata per Bar. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. ubi dicitur quod iudex debet iudicare secundum producta, allegata & probata. Item in l. 1. C. ut quæ def. aduo. par. iu. sup. dicit Bar. ibi in fi. quod solus princeps, qui non recognoscit superiorem, potest iudicare secundum conscientiam suam: ergo alii inferiores secundum allegata & probata. Ista explicat Fely. in c. pastor. l. 1. §. quia uero. col. 3. versi. glo. in uerbo, tenetur. de offi. deleg. ubi tradit regulam cum septem limitationibus. Ego credo quod dictum Bar. possit saluari hoc modo, licet ab alio non reperiam tactum: quod si iudex ita pronuntiauerit, allegando causam, quare mouetur ad non credendum testibus, si pars non appellauerit, ualebit sententia: si uero appellauerit, pars uictrix coram iudice appellationis probabit quod causa allegata per primum iudicem tempore sententiæ erat uera, & subsistebat: alias non uideo quod iudex appellationis teneatur sequi opinionem primi iudicis, cum habeat iudicare secundum probata & allegata, ut supra probaui. Vel pone exemplum quod tradit Fely. in d. §. quia uero. col. 1. versi. sexto limita. ubi dicit quod si testes plenè concludant, tamen iudex potest non sequi eorum dicta: quia cum pallore & tremore deposuerunt. Et licet ipse Fely. ibi uideatur tenere quod sufficit iudex dixisse in sententia, quod non adhibuit fidem testibus, quia cum pallore deposuerunt. Credo tamen quod non sufficeret talis assertio iudicis, sed de tali pallore seu tremore debet constare ex actis. Et ideo Inno. in c. quoniam contra. de proba. monet iudicem ut scribi faciat apud acta, quo uultu & trepidatione intitulatus in exanime deponat, aut testis testificetur. Et illam doctrinam Inno. sequitur Bar. in l. de minore. §. plurimum. col. 1. circa principium. ff. de quæstio. Et sequendo prædicta Panor. in proemio decreta. col. prima. dicit notabiliter, quod iudex quando uidet repentinè deponentem, debet id facere scribi in actis: quia talis testis præsumitur mendax, uel subornatus. Idem si morosè deponat: quia præsumitur dubius. Opinio Fely. quod sufficit attestatio iudicis, de circumstantiis prædictis, posset habere locum si appellans eas iustificaret in causa appellationis. Adduco optimum simile de dicto Panor. in c. qualiter & quando. de accu. el. 2. ubi uult quod iudex ordinarius si sciat aliquem de crimine infamatum, potest procedere ad inquisitionem, etiam quod de illa infamia in actis non constet, nisi per assertionem suam: si tamen pars appellauerit, erit facienda probatio apud iudicem appellationis, quod tempore inchoatæ inquisitionis suberat infamia: quia coram alio iudice non creditur iudici primo de sua assertionem infamiae, doctrina Bar. potest saluari hoc modo, & aliter non uideo. Aliud secundum dictum notabile est, & contrarium præcedenti, quod iudex potest ex persuasuis, & non concludentibus probationibus animum suum iudicando informare, secundum Bal. in l. solam. circa. fi. C. de testi. quem sequitur Areti. consi. 126. col. 1. in 2. vol. uideo etiã in hoc dicto magnam difficultatem, si à sententia fuerit appellatum: quia fortè rationes suasuæ, quæ mouerunt primum iudicem non erunt aptæ mouere iudicem appellationis, nisi dixerimus quod in causa appellationis, poterunt fieri haberi probationes, quæ poterunt mouere iudicem appellationis, per ea quæ prædixi. Et in causa appellationis à diffinitiuâ habet locum regula, non deductum deducam, & non probatum probabo. iuxta l. per hanc. C. de tempo. appel.

ARTICLE II.

Mais si les excès batures ou menaces se pouoyent prouuer, iceluy adiournement ne se doit bailler sans informations precedetes, ioinct le serment de partie.

SYMMARIA IN GLO. ART. II.

- 2 Probationes quando non possunt haberi à testibus habilibus, capiuntur in subsidium ab inhabilibus, & quæ sint concessa ad eruendam ueritatem.
 3 Testimonium domesticum in quibus possit admitti.

Si excessus, uerbera, aut minæ sint probabiles, non conceditur citatio, nisi præcedentibus informationibus, & iuramento potentis.

In tex. in verbo, sans informations.

Præcedens tex. concordat cum iure cõmuni, c. qualiter & quando. de accu. tradit plenè Bar. in l. si. ff. de quæstio. Et idem disponit regia constitutio, publicata 1539. fo. 34. articulo 101. Collige etiam ex hac consuetudine iuncta præcedente quod quando probationes haberi non possunt, plura conceduntur in subsidium: & maxime pro eruenda ueritate, quæ non sunt solita concedi. Istud probatur multis exemplis. Primum quia licet domesticum testimonium de iure repellatur. l. 2. C. de testi. tamen admittitur quando aliter ueritas probari non potest, puta quado agitur de probando furto factum in domo. Bar. in l. si quando. C. unde vi. Et generaliter testes inhabiles, de quibus in istis uersibus. Aetas, conditio, sexus, discretio, fama, Et fortuna, fides in testibus, ista requiras. Admittuntur in subsidium quando uerisimiliter actus & habitu alii testes haberi non possunt: uideatur plenè Do. Iaf. in l. in fin. in l. l. c. & in col. 12. in secunda lec. C. de sum. tri. & fi. ca.

ARTICLE III.

En matiere d'assurement les parties sont tenues comparoir en personne, iusques à ce que par le iuge autrement en soit ordonné.

SYMMARIA IN GLO. ART. III.

- 2 Carceribus quando quis sit detinendus.
 Carceribus an quis detinendus sit accusatus ratione iniuriarum.
 3 Carceribus an quis detinendus sit quando causa est civilis & pecuniaria: tamen tortura locus potest esse.
 4 Carceris locus est à iudice deputandus.

ARTICLE III.

Infraction d'aseurement emporte la hart, tellement que celuy qui est conuaincu de l'auoir enfrainct, doit estre puny de peine capitale.

SVMMARIA IN GLO. ART. III.

- 1 Pœna de la hart, quid importet.
- 2 Saluagardie infractor qualiter puniatur. & nu. 3.
- 3 Saluagardie infractor dicitur contravenire securitatem à principe datam. & nu. 4. & 5.
- 6 Securitas data à principe, ambasiatoribus, uel aliis habentibus saluum conductum: item & habentibus treugam cum ipso principe si uiolentur, qualiter uiolans puniatur. & nu. 7.
- 8 Treuga & pax qualiter diffiniantur.
- 9 Literis saluiconductus utrum quis teneatur credere.

Pœna infractionis saluagardie est mortis.

In text. in verb. peine de la hart.

Ista pœna solet tantum apponi in concernentibus statum principis, aut reipublice, superiorem non recognoscentis, contra quos solos potest committi crimen læsæ maiestatis in primo capite. Ita vult in effectu Chassaneus, in rubrica, des confiscations. §. 1. fol. 87. versic. sed etiam. Et ibi tradit quod soli principes & locutenentes generales in patriis eis commissis, & capitanei armigeris tempore belli possunt dictam pœnam imponere. In hac consuetudine bene congruit talis pœna: quia infractor saluagardie dicitur contravenire securitatem à principe datam: vt plenius dixi infra, nu. 4. & 5.

In text. in verb. peine capitale.

Videtur dicendum, quod sit pœna deportationis: quia quotiens lex vel statutum imponit pœnam capitis, intelligitur de deportatione, quæ etiam dicitur pœna capitis, & non de amputatione ipsius capitis naturalis. Ita cano. in capitulo. quanto. de iureiurand. vbi dicitur Io. glossatore defendisse in ciuitate Bononiæ vnum à morte, qui falsificauerat monetam & statutum Bononiæ, dicebat quod falsificans monetam puniretur pœna capitis. de qua decisione amplè ponit dominus Ias. in l. diuortio. columna quarta. ff. solu. matrim. & in l. transigere. columna tertia. versicu. & nota. C. de transact. vbi citat Io. de Imo. in l. secunda. columna quinta. ff. de publi. iudic. dicentem illam decisionem menti tenendam: quia ex ea aduocatus posset lucrari vnam bonam vestem. Nam vbi occurrunt pericula personarum, ibi pluuunt pecuniæ. Et ea ratione inoleuit practica, quod assessores in sententiis dicunt caput à spatulis imputetur, taliter quod anima à corpore separetur. Et istam practicam tradit Angel. in tractat. malefic. in verbo, caput à spatulis amputetur. columna quinta. Istam partem tenuerunt plures doctores, citati per Felynum, in capitulo, ex literis. columna decima. versiculo, & tenendo hanc partem. de constitut. sed ibidem, columna vndecima. versicu. posset etiam attentari. probat per plures textus, quod lex, statutum, vel consuetudo faciens mentionem de capite, verificari debet in dubio in potentiori & proprio significato mortis. Et pro prima opinione multum confert regula l. si de interpretatione. ff. de pœnis. quæ dicit quod interpretatione legum pœnæ potius sunt molliendæ, quàm exasperandæ: & si contingeret casus, iudex primo deberet considerare, si ex verbis legis, statuti, vel consuetudinis potest elici mens statuentium, illam sequi, aliàs quod consuetum est per legem, semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. & si aliter non apparet iudici de præmissis, considerare debet qualitatem delinquentis, & circumstantias delicti: & secundum ea pœnam minuire vel augere: iuxta glos. §. in summa. institut. de iniur. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. & l. ad bestias. ff. de pœnis. Sed quia ista consuetudo seipsam declarat, vbi dicit, *emporte la hart*. non est hic insistendum. Nota vterius, quod consuetudo imponit pœnam mortis, quæ etiam habet annexam confiscationem bonorum ex constitutionibus regni, & consuetudine Aluerniæ. Et ratio est, quia tales infractores saluagardie dicuntur venire contra securitatem à principe datam, & sic incidunt in crimen læsæ maiestatis. textus est in l. prima. in verbo, securitatem. ff. ad legem Iuliam. maiest. Et per illum textum infert Felynus in capitulo. primo. in si. de officio delegati. quod interficientes ambasiatores incidunt in crimen læsæ maiestatis, quia habent talem securitatem à principe. Verum est quod aliquando in literis saluagardie adicitur certa pœna pecuniaria, vt communiter fit à Carolo Alobrogum duce: & tunc infractor quantum attinet ad ipsam saluagardiam, non posset puniri vltra pœnam limitatam: si autem puniri posset secundum ius commune vltra pœnam saluagardie, est materia legis senatus. ff. de accus. & alibi dicã. Item ex præmissis infero quod si quis offenderet habentem saluiconductum à principe, incideret in pœnas, de quibus supra: ea ratione, quia veniret contra securitatem datam à principe. Quæro de notabili quæstione: pone quod inter duos principes bellantes fiat treuga, & vnus de vna parte offendat vnum de alia, in persona vel bonis: vtrum erit pœna mortis? videtur quod sic: quia fecit contra securitatem à principe datam. Nam treuga est securitas data rebus & personis ad tempus, nondum finita discordia. Pax vero est dispositio perpetua, quæ finem discordie imponit. Ita diffinit Decius in capitulo, nouit columna quarta. versicu. vltimo noto. de iudic. Tamen satis posse dici videtur, quod offendens puniatur ea pœna, qua puniretur subditus domini offensi, si consubditum offenderet: quia treuga bene facit esse delictum, quod sine ea esset tolerabile: videlicet vt quis offenderet eum, cum quo dominus, & superior suus bellum habet, sed non aggrauat. Bene verum est, quod si offensa esset causa rupturæ pacis, grauius puniretur: vt patet ex textu, iuncta glosa in §. si quis vltra quinque solidos furatus fuerit.

G

- 5 Carcer quando dicatur strictus, & quando largus.
- 6 Carcer est quadruplex.
- 7 Carcer quando dicatur priuatus, & de pœna committentis priuatos carceres.
- 8 Carceres priuatos antequam quis dicatur committere, quo tempore possit quis aliquem detinere.
- 9 Carceris qui dicatur effractor.
- 10 Eximens à carceribus aliquem detentum pro delicto uel debito, qualiter teneatur.
- 10 Consilium dans carcerato ut aufugiat qualiter teneatur, & de materia carceris uide remissiuè.

In causis assurancementis partes tenentur personaliter comparere & sistere, donec aliter sit ordinatum.

- 2 Ratio patet ex sequenti consuetudine: quia pœna infractionis est corporalis, ideo habet locum quod dicitur per tex. glo. & Bar in l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. iud. Etiam in ciuilibus aliquando citatus tenetur personaliter comparere, quando iudex ex causa id fieri mandat: vt amplè habetur per doc. in l. fi. C. de procur. Et quia hinc dicitur quod intitulatus de infractione saluagardie tenetur facere defensiones in vinculis, donec aliter per iudicem sit ordinatum: hinc cadit quæstio sabatina, quando intitulatus postquam personaliter comparuit, teneatur facere defensiones in vinculis? Pro solutione est recurrendum ad doc. Bar. in d. l. penult. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. vbi facit differentiam an sit imponenda pœna à relegatione infra, vel supra. Et rationes tres allegat Bar. ibi, quare à relegatione supra inculpatus teneatur facere defensiones in vinculis, qui rectè consideranti sunt duæ tatum in effectu. eas refert Fely. in c. significauit. col. 4. de accus. & Ancha. consi. 272. & Fely. in d. c. significauit. col. 3. declarat quando actio est populica, vtrum tam ex parte accusatoris, quàm accusati admittatur procurator. Et dum supra dixi quod quando est imponenda pœna à relegatione infra admittitur procurator, illud procedit quando est certum quod inculpatus grauiori pœna pleari non potest. Sed si possit esse dubium, ne sit locus, quod quis possit fustibus cædi, aut alia pœna, puta mitriationis, aut amputationis auriculæ: tunc non admittitur procurator. & istud est quod disputat Bar. in d. §. ad crimen. versu. non obstat. & ista ratione videtur quod ex quo accusatio iniuriarum est arbitraria. Et aliquando venit imponenda pœna corporalis, aliquando pecuniaria, sed in defectum pecuniariæ, corporalis. Iuxta l. si quis id quod. ff. de iur. om. iudi. quod nunquam sit procurator admittendus, nisi inculpato in vinculis constituto, tex. est, quem ibi Bar. notat in l. fi. ff. de iniur. Et hoc firmat Petrus de Ancha. consi. 272. & est tex. qui excipit illustres in l. fi. C. de iniur. vbi Bal. idem notat quod supra dixi tenere Bar. & Pet. de Ancha. Et ex his satis apparet quod regulariter inculpatus tenetur facere defensiones in vinculis, nisi iudici liquido constet quod pœna tatum pecuniaria imponi possit, & quod sit intitulatus soluendo aut idoneè caueat, quo casu quando in subsidium pœna corporis afflictiuâ imponi non poterit, est locus relaxationi à carceribus. Et in istis terminis loquitur tex. in l. diuus Pius. ff. de custo. reorum. Aliquando etiam inculpatus tenetur facere defensiones in vinculis pro casu pecuniario, quando posset esse locus torturæ, quæ etiam in causa ciuili descendente ex delicto inferri potest. tex. est in c. grauis. de deposi. vbi si depositarius negat depositum, tenetur pœna furti, & torqueri potest. Idem firmat Bal. in l. nemo. C. de epis. audi. Do. Ias. in l. imperiũ. col. 3. versu. item adde notabiliter. ff. de iur. om. iudi. Et quia carcer non datur regulariter ad pœnam, sed ad custodiam, est notandum, quod residet in arbitrio iudicis deputare carcerem, consideratis dignitate, grauitate delicti, & facultatibus delinquentis. Ita cantat tex. in l. i. ff. de custo. & exhi. reo. Et ideo dixit Ang. in l. i. C. de confes. Quod notabili accusato de delicto potest per officialem assignari pro carcere totum palatium, vel tota ciuitas: & satisfacit statuto dicenti, quod detentus pro delicto detineatur in carceribus. In quantum Ang. dicit quod est arbitrium iudici assignare locum quem vult pro carcere, bene dicit, quia hoc probat tex. in d. l. i. ff. de custo. reorũ. Sed in quantum dicit quod satisfacit statuto, nõ credo: verum quia carcer propriè dicitur locus deputatus pro incarcerationis: & alius locus dicitur carcer largo modo. Ita pbat Do. Ias. in repe. l. admonendi. col. 72. versu. in nostra quæstione, & c. ff. de iureiur. Et de materia carceris vide Ang. Areti. in tracta. malefic. in verbo, fama publica. & Bar. in tracta. de carcere. vbi in prin. dicit quod nulla est maior miseria, quàm carcer. Et quod carcer sit quadruplex: videlicet perpetuus, qui datur in pœnam: item temporalis, qui etiam datur in pœnam gratia correctionis: ite custodiæ, de quo loquitur titulus ff. de custo. & exhi. reo. ite domesticus, qui conceditur patri & marito gratia correctionis. post Bal. in l. imperium. ff. de iuri. om. iudi. Vide Chassaneum in titulo *des iustices*. in verbo, & droit d'icelles. numero. 99. fo. 20. Est & quintus carcer de quo Chassaneus nõ loquitur. Et iste dicitur priuatus, & est omnibus interdictus per tex. in l. i. C. de priua. carce. & illum tex. intellexit Fely. in c. cum cõtingat. col. fi. de foro cõpe. quãdo quis habet locũ destinatum ad tenendum quoscũque: secus in detinente. vnũ contrariũ voluit Deci. consi. 100. col. 3. & apostilla. Fely. in c. super. inferius allegato. Et vtrum detinens momento & nũus 20. horis, dicatur cõmississe carceres priuatos, vide apostillam super Fely. in c. super. de senten. ex cõ. Deci. consi. 100. col. 4. Et qualiter teneatur fugiẽs effracto carcere, vel reperta ianua aperta: & vtrũ aufugiẽs habeatur pro confesso: recurre ad Do. Ias. in repe. l. admonendi. col. 7. versu. quid de incarcerationis. ff. de iureiur. Circa prædicta iterum quæri potest, vtrum carceratus pro graui delicto possit licitè fugere, & redimere sanguinem suum: videtur tex. quod sic, in l. i. ff. de bo. eo. qui sibi mor. consci. in contrarium est glo. in cle. pastoralis. in verbo, per violentiam. de re iudi. quæ dicit, quod si in carcere detentus fugiat, peccat mortaliter. Quia veritate huius quæstionis tetigi in titulo *des talles*. c. 25. arti. 14. numero 9. ideo me remitto. Et quia nõ semper licet aufugere, opportune quæro de pœna dantis consiliũ carcerato ad fugiendũ: dic vt per Alex. consi. 35. in 2. vol. Itẽ de pœna dantis auxilium carcerato pro delicto vel debito ad fugiendum. Itẽ & eius qui per vim eximit à mambus familiae eum qui ducitur ad carceres: plenè per Do. Ias. in l. i. §. quod prætor. col. 3. versu. vltimo quærit Bar. ff. ne quis eum qui in ius voc. est, vi exi. Et dum ibi, versu. si autem eximitur de facto. vult quod eximens pro debito teneatur omnibus creditoribus: & vltra puniri possit pœna arbitraria. Addo Alex. consi. 35. in 2. vol. per totum, maximè col. fi.

ARTICLE.

de pace tenen. & eius viola. Nam ibi ratione pacis violatae pro furto quinque aureorum, imponitur poena furcarum, quae aliis non posset imponi. Et vtrum quis teneatur credere literis saluiconductus, vide Fel. in cap. cum secundus canonicus. col. 1. & 2. de offic. deleg.

ARTICLE V.

Et est reputé l'asseurement enfrainct, si celuy qui a obtenu l'adiournement a esté oultragé par l'adiourné depuis ledict adiournement.

SVMARIA IN GLOS. ARTIC. V.

- 1 Securitas quando dicitur infracta. & nu. 2.
- 2 Contrarietas si videatur inesse actui, de quo testes deponunt, de facili saluatur, quando actus est reiterabilis.
- 3 Saluagardiam si quis violauerit lite pendente, utrum ex eodem processu possit puniri, an requiratur nouus processus.

- 1 Si fiat iniuria post citationem ei qui eam impetrauit, incurritur poena infractionis.
- 2 Bene verum est quod infractio inducitur quocumque tempore iniuria fiat, sed non video quomodo fuerit concessa citatio, quae non debet procedi nisi praecedentibus informationibus, vt dictum fuit supra, articulo secundo. nisi dixeris quod forte fuerat concessa modo quo supra dictum fuit articulo primo, mediante iuramento & probatione legalitatis. Sed dices tu, eo casu constaret de periurio actoris, quia asseruit se iniuriatum, & tamen iniuria legitur facta post citationem. Ad hoc responderetur, quod potuit inferri iniuria duobus temporibus, videlicet ante citationem, & tamen illa probari non poterit: item & post citationem, & sic: quia actus est reiterabilis, potest obtinens citationem saluari a periurio, iuxta late notata per Panormitanum, & Felyn. in capitulo, cum Ioannes. de fid. instr. Hic cadit quaestio: pone quod post citationes fuerit infracta saluagardia: vtrum actor poterit prosequi infractionem in eodem iudicio, vel erit opus nouo processu? Bene considerando dicta Bartoli in l. non potest videri. ff. de iudic. & Ias. in §. omnium. colum. decimatertia. instit. de actio. videtur distinguendum: aut infractio fuit facta post citationem, ante tamen litem contestatam, & tunc poterit eam prosequi in illo iudicio: aliis non: quia ius superueniens post litem contestationem ex nouo facto, non potest includi in praecedenti iudicio.

ARTICLE VI.

Si celuy qui a fait adiourner sa partie en matiere d'asseurement, ou qui a obtenu asseurement par sentence, est trouué blecé, batu, ou mort, il est à presumer que l'adiourné, ou celuy contre qui a obtenu sentence d'asseurement ait enfrainct & brisé ledict asseurement, s'il ne fait apparoir de son innocence.

SVMARIA IN GLO. ART. VI.

- 1 Domesticum testimonium quando sit admissibile. & nu. 2. 3.
- 3 Inimicitiae sole quando non constat de occisore vel uulneratore, an faciant indicium ad torturam uel condemnationem.
- 3 Occisus uel uulneratus utrum quis praesumatur ab inimico, quando de occisore non constat.
- 4 Probatio bonae fame quid operetur.
- 5 Occisus si habeat plures inimicos capitales, contra quem erit praesumptio homicidii capienda. & nu. 6.
- 7 Praesumptio fortior tollit debiliorem. Innocentia qualiter probari possit, an per coniecturas, an per domesticum testimonium. Domesticum testimonium admititur quando agitur de probanda defensione uel innocentia.
- 8 Praesumptio utrum faciat indicium ad torturam uel condemnationem.

- 1 Si is qui fecit citari aduersarium in materia assecuramenti, aut obtinuit saluagardiam per sententiam, reperitur uulneratus aut mortuus, resultat praesumptio contra ipsum aduersarium, nisi edoceat de sua innocentia.
- 2 Ista consuetudo ita generaliter intellecta in primo casu citationis posset continere maximam iniquitatem, hoc modo: nam aliquis fuit citatus in casu primi articuli mediante iuramento meo & probatione legalitatis, lite pendente inferuntur mihi uulnera, esset forte absurdum sumere praesumptionem, de qua in hac consuetudine: quia nihil directo probatum est contra aduersarium, super quo talis praesumptio fundari possit: secus quando citatio est emissa uisus informationibus: quia tunc est fundamentum super quo potest eliciri talis praesumptio, & multo magis quando contra aduersarium, iam fuisset lata sententia in materia assecuramenti. Et in primo casu, si essem iudicaturus, putarem bene aduertendum. Quero nunc in terminis communibus, vtrum uulneratus vel occisus quis praesumatur ab inimico? Et vtrum ex sola probatione inimicitiarum possit procedi ad inquisitionem, ad torturam vel ad condemnationem? Bar. aliquid dicit in l. fin. ff. de quaest. Fely. in c. afferte. col. pen. de praesumpt. dicit quod inimicitia capitalis est sufficiens ad torturam, & multo magis quando inimicus intulit minas, vel se iactauit quod de inimico faceret vindictam. Pan. in c. tertio loco, de proba. ponit duos casus, in quibus concurrebant cum inimicitia alia indicia, & illis casibus poterat perueniri

perueniri ad condemnationem. Posset tamen inimicus esse adeo bene conditionatus, bonaeque vitae & famae, quod iudex non inclineretur ad torturam: vt per Ro. quem refert Felynus in dicto cap. afferte. col. 5. in princip. Ibi hoc limitat non procedere, de praesumpt. per dictum Ang. in l. milites. C. de quaest. qui dicit, quod probatio bonae vitae purgat indicium, sequitur Alexand. in apostil. ad Bart. in l. fina. ff. de quaest. versic. nota qualiter debet dari tortura. Et dicit dominus Ias. in l. i. in fi. C. communia delega. quod probatio bonae vitae & famae facit ne intulatus torqueri possit. Et credo quod bona fama sit probanda in specie, sicut dicimus de mala fama, quae est probanda in specie, quod inculpatus est conuictus committere crimina, de quibus inculpatur. Ita declarando Bart. in l. fina. ff. de quaestio, dicit. Alexand. consil. 5. colum. 5. in princip. lib. primo. Et facit regula, quod contrariorum eadem est disciplina: de qua plene per Dec. in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Quaestio alia occurrit: pone quod occisus habeat plures inimicos capitales, certe ratione dubii nullus poneretur ad torturam: quia non deficit ius, sed probatio: argum. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tur. & melius est nocentem relinquere, quam innocentem condemnare. l. absentem. ff. de praes. possent tamen contra vnum concurrere plura indicia vltra inimicitiam, quae essent sufficientia ad torturam.

In text. in verb. apparoir de son innocence. Ecce quod praesumptio huius consuetudinis est iuris tantum, quia transfert onus probationis in partem aduersam. Quomodo igitur probabitur ista innocentia poterit probari, quod intulatus erat in alio loco tempore delicti, ita quod delictum non potuit ab eo committi. Sed pulchrum dubium est, per quos testes probabit talem negatiuam coarctatam. nam si Titius fuit occisus de nocte, & Seius probatur eius inimicus capitalis, quomodo dicitur Seius probabit suum alibi (vt verbo Gallico vtat) eum ipse esset domi, & testimonium domesticum non sit sufficiens. l. 2. C. de testi. & dicitur quod dicta lex a. fallit, quando agitur de probanda defensione, vel innocentia: quia admittuntur vxor, filii, fratres, & domestici & (vt breuis sum) allego dominum Iasonem in l. vt vim. col. 2. ff. de iustit. & iur. Et ibi dicit vnum valde notabile, quod talis innocentia poterit probari per coniecturas. Ratio est, quia aduersus dolu praesumptum, contraria probatio praesumptiua admittitur. Addo Alexand. in apostil. ad Bart. in l. fina. ff. de quaestio. & consil. 76. in fin. in 1. volum. Item quero vtrum illa sola praesumptio consuetudinis sufficiat ad condemnationem, de qua in consuetudine videtur quod sic: quia praesumptio iuris est liquidissima probatio. l. diuus. ff. de integ. resti. & ita videtur velle consuetudo, dum exigit probationem innocentiae a suspecto. In contrarium videtur veritas, nam praesumptio bene sufficit, quando agitur de imponenda poena pecuniaria, secus si de poena capitali, vt hic per ea quae tradit dominus Ias. in l. vt vim. col. 3. versic. tu tamen valde singulariter. ff. de iustit. & iur. vbi late explicat quod ex praesumptionibus quis non potest damnari, nisi sint indubitata, de quibus loquitur Paul. de Castr. in l. fina. C. de proba. Panorm. & doctores in cap. tertio loco, de proba. & in cap. afferte, de praesumpt. Idem Ias. plene in l. prima. colum. quinta. in fi. & principio sequentis, C. de seruis fugiti, nisi tamen talem praesumptionem adiuuarent indicia indubitata, de quibus per Felynum in dicto cap. afferte. colum. fina. in principio de praesumpt. bene credo quod talis praesumptio faceret indicium ad torturam, per superius dicta: vel omnia tortura sufficeret ad condemnationem pecuniariam virtute consuetudinis.

ARTICLE VII.

Le subiect en iustice ne peult vfer de sauuegarde personnelle contre son seigneur iusticier.

SVMARIA IN GLO. ART. VII.

- 1 Saluagardia quando uti possit subditus contra dominum, tam in iudicialibus, quam extraiudicialibus. & nu. 2.
- 1 Subditus contra dominum iustitiarum in exercitio iustitiae, non potest se tueri saluagardia personali.
- 1 Ista consuetudo vult effectualiter quod si dominus capiat subditum, aut alio modo iudicialiter eum molestat, quod subditus utatur remedijs ordinarijs, opponendo, appellando, aut recurrendo: vt superius dictum fuit in titulo, des iuges. artic. 2. Quo autem ad extraiudicialia, tam in persona, quam bonis, potest vti saluagardia, sicut in simili dictum fuit in dicto titulo articulo tertio. Quia dominus aliquid faciens de facto, habetur loco priuati, & ei resisti potest, sicut de officiali dicitur in l. prohibutum. C. de iure. fil. lib. 10. Et notat dominus Ias. in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. col. 4. versic. in eadem gloss. notant Felynus & Decius in cap. li. quando, de offic. deleg.

DES TUTEURS.

TIT. XI.

ARTICLE I.



Tuteurs testamentaires sont preferez a tous autres.

SVMARIA IN GLOS. ART. I.

- 1 Tutor testamentarius an possit renouari ex causa a iudice.
- 1 Iudex utrum possit recedere a voluntate testatoris.
- 1 Tutor constitutus a testatore sine confessione inuentarii, utrum possit cogi a iudice ad faciendum inuentarium.
- 1 Testamentaria tutela legitima vel datina, quando locus sit.

4 *Statutum & consuetudo recipiunt interpretationem passiuam à iure communi.*
 5 *Statuta & consuetudo potius debeant interpretari superflua, quam quòd inducatur damnum.*

Testamentarij tutores ceteris omnibus preferuntur. Ratio est, quia eorum fides est à testatore approbata.
 1 Circa hanc consuetudinem quæri potest, vtrum liceat iudici repellere tutorem testamentarium, & pro-
 2 uidere de alio, & sic recedere à voluntate testatoris? videtur quòd non: quia dispositio testatoris est lex. §.
 uidere de alio, & sic recedere à voluntate testatoris? videtur quòd non: quia dispositio testatoris est lex. §.
 3 disponat. in authent. de hære. & fal. In contrarium est veritas: quia iudex propter vtilitatem pupilli, recedit
 à voluntate defuncti. Ita Bart. in l. confirmando. ff. de confirm. tut. & exemplificat in duobus notabilibus
 casibus. Primus est, quando iudex videt quòd nominatus tutor in testamento, post nominationem est effe-
 ctus deterioris conditionis, circa mores, aut diminutionem bonorum. Secundus, quando pater prohibuit
 inuentarium in testamento, & iudex videt expedire pupillo quòd fiat, eo casu potest cogere tutorem ad cõ-
 4 fectionem inuentarii. Et generaliter quando sit locus tutelæ testamentariæ, quando legitimæ, quando da-
 5 tiuæ: vide amplè Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de testa. tutel. Cadit hîc dubitatio, ex quo consuetu-
 do indistinctè dicit testamentarios præferendos: vtrum iudex possit repellere tutorem in hoc casu non ob-
 stante consuetudine? videtur quòd non: quia lex generaliter loquens est generaliter intelligenda. l. de pre-
 tio. ff. de publi. tamen in contrarium est veritas: quia statutum & consuetudo recipiunt interpretationem
 passiuam à iure communi. l. i. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. & ideo consuetudo debet intelligi, vt testamen-
 tarij præferantur, nisi sit iusta causa repulsionis. Et si dicatur statutum seu consuetudo esset superflua, quia
 nihil aderet iuri communi: responderi potest, quòd potius debet capi interpretatio, quàm inducatur dam-
 num, vel læsio. c. cum dilectus. de consuet. & l. 2. C. de noxa. dominus Iaf. declarat amplè in l. properandum.
 §. sin autem alterutra. vers. secundo limita. C. de iudic.

ARTICLE II.

Le pere est administrateur legitime des biens aduentiz de ses enfans, & fait les
 fruietz siens: & n'est tenu faire inuentaie, ne rendre compte: mais s'il conuole
 en secondes nopces, est tenu auant le mariage faire inuentaie, sur peine d'estre
 priué de l'usufruit qu'il a sur iceulx.

SVMMARIA IN GLO. ARTI. II.

- 1 Pater est legitimus administrator aduentitiorum filij, sine confectione inuentarij, & facit fructus suos: tenetur tamen
 facere descriptionem. & nu. 2. 3. 4.
- 2 Aduentitia quæ dicantur.
- 5 Pater non potest alienare bona aduentitia, & habet bona propria hypotheca pro restitutione illorum.
- 6 Pater in bonis aduentitijs tenetur tantum de dolo, & non de lata culpa.
 Filius habet hypothecam tacitam in bonis patris, prætextu aduentitiorum.
- 7 Pater transendo ad secunda vota non perdit usum fructuum aduentitiorum: sed tenetur facere inuentarium.
 Mater transiens ad secunda vota, est suspecta filijs primi matrimonij.
- 8 Pater si post transitum ad secunda vota non fecerit inuentarium, de aduentitijs, vtrum sit priuatus usufructu ipso iure,
 an uerò requiratur sententia.
- 9 Priuatio quando inducatur ipso iure, & quando requiratur sententia.
 Geminatio uerborum quantum importet. & nu. 10.
- 10 Priuatio si fiat ipso iure, statim debentur fructus: si uerò sententia, tunc incipiunt deberi tempore sententiæ.
- 11 Priuatio feudi an fiat ipso iure, an uerò requiratur sententia.
 Emphiteota qui cecidit à iure suo, an faciat fructus suos, antequam dominus declarauerit uelle habere rem com-
 missam.
- 12 Priuatio quando requirit declarationem, & quando sententiam condemnatoriam.

1 Pater est legitimus administrator bonorum filij aduentitiorum, facit fructus suos, non tenetur inuentarium conficere,
 nec rationem reddere, nisi transeat ad secundas nuptias: quia eo casu ante transitum tenetur, sub poena priuationis usufructus,
 inuentarium conficere.

2 Ista consuetudo vsque ibi, nisi &c. concordat cum l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. in qua lege declaratur
 apertè quæ dicantur bona aduentitia.

In text. in verb. & n'est tenu faire inuentaie.

3 Idem dicit Bal. in authent. causam quæ in fi. C. de epif. & cler. col. 2. in 2. vol. consil. 9. in fi. & consil. 26. re-
 netur tamen descriptionem facere de ipsis bonis aduentitijs, non de fructibus secundum Benedic. de Peru.
 consil. 149. in sexto dubio.

In text. in verb. rendre compte.

4 Intellige de fructibus quos facit suos: sed bene tenetur reddere computum de ipsis bonis aduentitijs, quia
 ea non potest alienare. Et filius habet tacitam hypothecam, prætextu bonorum aduentitiorum, in bonis
 5 patris. d. l. cum oportet. §. non autem. vbi glo. i. C. de bo. quæ lib. Et decidit Aret. consil. 72. quòd pater
 tantum tenetur de dolo, & nõ de lata culpa. dicta in hac consuetudine de patre, qui habet tantum administrationem
 6 in bonis aduentitijs, habet locum in papa, prælati ecclesiæ & clericis, qui possident nomine suarum ecclesiarum,
 & actiones reales intentare possunt tanquam prælati, & nomine ecclesiarum. Ita Fely. in c. constitutus. col. 10.
 vers.

vers. dom. iurium, de rescript. & ibi vers. similiter important ad dictum Bart. dicit quòd nouus prælatus ec-
 clesiæ possidet sine noua apprehensione, ex quo bona ecclesiæ nunquam dicuntur vaccare. Et ibi versicul.
 similiter important ad dicta ardua. infert quòd papa non potest sine causa dare clerico potestatem testandi
 de bonis quæsitis, intuitu ecclesiæ. Ex hoc dicto infero vnum, quòd prælatus ecclesiæ non habet tantum iu-
 ris in bonis ecclesiæ, quantum habet pater in bonis aduentitijs. Nam si prælatus faceret fructus suos eo mo-
 do, quo pater facit in bonis aduentitijs, posset de eis testari sine licentia papæ. Ex his etiam inferri potest, quòd
 prælatus usufructuario non potest comparari, qui fructibus à solo leparatis eos suos facit, & de eis dispo-
 nere potest: cui ergo comparabitur prælatus? dici posse videtur, quòd custodi, seu commendatario, qui, dedu-
 cta impensa, ceteros fructus erogare debet pauperibus, nam bona ecclesiæ dicuntur patrimonium Christi.
 c. cum ex eo. de elect. in 6. c. cum secundum. de præbend. in verbo, de patrimonio Iesu Christi. Et Christus
 pauperes super omnia commendauit, dum dixit in euangelio: Vende bona tua, & da pauperibus. Si Chri-
 stus iussit quòd Christiani ita facerent, satis colligi potest, quòd ita voluit fieri de patrimonio suo, quòd cõ-
 sistit in bonis ecclesiarum, vt prædixi. Felynus in cap. edoceri. colum. fina. versicul. demum si dubitaretur. de
 rescript. æquiparat prælatum tutorem, vt remoueat quando negligit defendere iura ecclesiæ. Et glof. ibi, in
 verbo, de tutoribus. allegat Soci. in duobus consilijs, tenentem quòd prælatus æquiparatur tutorem vel cura-
 tori: & credo istam esse bonam æquiparationem. Nam sicut tutor recipit mercedem pro administratione
 tutelæ (quia nemo tenetur pro alio proprijs sumptibus militare, nec officium suum alicui debet esse dano-
 sum,) ita prælatus de altarij viuere debet: sed de eo quòd superest, reddet rationem deo, nisi in bonos usus
 quòd supererit, deductis necessarijs, conuerterit. Et his correlariè inferri potest, quàm periculosa sit benefi-
 ciatorum pinguis & opulenta conditio. Et redeundo ad propositum, quibus acquirantur bona beneficiato-
 rum, vide quæ dixi in tit. des successions. capitu. duodecimo. articulo quinquagesimo quinto. Et dum suprâ
 dixi quòd prælatus agere potest: quæri potest, si sit abbas, an agere possit sine conuentu? de qua materia vide
 text. vbi Panormitanus, Felynus, & doctores, in capitu. edoceri. de rescript. Et ibi habes colum. fina. capitu.
 final. Quando prælatus ob negligentiam deponi possit. Item pendente accusatione, vtrum sit remouendus
 ab administratione.

In text. in verb. mais s'il conuole.

Ponitur exceptio ad consuetudinem quoad confectionem inuentarii tantum. nam ex dicta conuolatio-
 ne non desinit facere fructus suos: & ratio quare eo casu teneatur ad inuentarium, est, quia incipit esse sus-
 pectus, ne stimulantè vxore magis adhæreat filijs secundi matrimonij, quàm primis: sicut eadem ratione mater
 transiens ad secunda vota perdit tutelam filiorum. l. omnem. C. ad Tertul.

In text. in verb. sur peine d'estre priué.

Potest dubitari vtrum statim per transitum ad secunda vota sine confectione inuentarii, sit priuatus, an
 requiratur sententia iudicis super priuatione. colligi poterit solutio ex distinctione quam infra faciam, recol-
 ligendo materiam perfectiùs quàm hæctenus viderim. glof. in l. in criminali. C. de iurisdic. omn. iudicium.
 Distinguit, aut lex vtitur verbo præsentis temporis, & importat ipso iure: aut futuri, & importat per senten-
 tiam. Circa primum dictum glof. dicit veritatem, quòd verba præsentis temporis important ipso iure. Fal-
 9 lit quando verba quæ sequuntur aliter suadent. textus est in l. posteaquam. vbi dominus Iaso, post Sali. C. de
 pact. vbi à principio dicit irritum, quòd est verbum præsentis temporis: & in fine dicit, liberabit, quòd est
 futuri temporis. & requirit sententiam. Et primum dictum glof. de quo suprâ, procedit quando verba
 sunt geminata, puta sit irritum & inane, secundum dominum Iasonem: vbi suprâ. Circa secundam par-
 10 tem glof. quando verba respiciunt tempus futurum, an requiratur sententia, regulariter sic fallit secundum
 Sali. quem refert dominus Iaf. in l. 2. colum. 4. C. de iure emphi. quando verba non referuntur ad iudicem,
 & ad actum iudicialiter expediendum, sed ad partem, aut actum extraiudicialiter expediendum: quia tunc
 important ipso iure. Et nota quòd illud quòd dominus Iaf. dicit de verbo, cadat, quòd importat ipso iure,
 idem est in verbo, careat: quoniam hæc verba referuntur ad partem. Ita declarat Felynus in cap. ex tenore,
 colum. 8. versic. considera tertio. & versic. tenendo quòd verbum careat. de rescript. Et ibi limitat regulam
 non procedere, quando materia subiecta requirit exceptionem. Fallit secundo, quando cum dictione futuri
 temporis adiicitur dictio, præcisa, puta statim, omnino, & similes: quia tunc important ipso iure. exem-
 plum, in l. 2. C. de iur. emphi. in verbis, omnino cadat. Et sic emphiteota non soluens canonem infra tem-
 pus iuris, cadit ipso iure, à iure suo: licet verbum, cadat, sit futuri temporis. Ita declarat D. Iaf. in d. l. 2. col. 5.
 Tertio fallit, quando verba futuri temporis sunt geminata, puta, cassentur, & annullentur: quia important ip-
 so iure. Ita D. Iaf. in d. l. cum posteaquam in fi. C. de pact. Addo Lud. Ro. suo singulari 2. qui istam differen-
 tiam declarat procedere quoad effectus, qui in iure consistunt: sed non ad eos qui consistunt in facto. Ita pul-
 chrè dicit Dec. conf. 1. col. 3. vers. nec videtur obstarè in 3. vol. Est nanque magna differetia, vtrum ipso iure,
 11 vel per sententiam, quia quando ipso iure solum requiritur declaratoria iudicis, & debentur omnes fru-
 ctus percepti post priuationem. c. cum secundum. de hæreti. lib. 6. Si uerò requiritur sententia, tunc requiri-
 tur priuatoria: & ante priuationem facit priuandus fructus suos. Iaf. in l. 1. col. 1. C. de his qui vt ind. D. Hyp.
 de Marfy. suo singulari 268. De emphiteota qui cessauit soluere canonem antequam dominus declarauerit
 velle habere rem commissam, an faciat fructus suos, tradit D. Iaf. in d. l. 2. col. 5. C. de iur. emb. Et nota quòd in
 12 emphiteota non requiritur declaratoria, si dominus voluerit capere possessionem rei emphiteoticæ propria
 authoritate. Ita Iaf. vbi suprâ, col. 4. & 5. pulchrè Dec. conf. 146. in 1. vol. Secus tamen est in feudo. Iaf. d. col.
 5. in l. 2. C. de iur. emphi. De declaratoria quando requiratur, & quando condemnatoria seu priuatoria, &
 quando nulla sententia, vide amplè D. Iaf. in dicta l. 2. col. 4. & 5. C. de iur. emphi. Et secundum istam di-
 stinctionem in casu consuetudinis, pater non dicitur priuatus usufructu ante sententiam: quia verba sunt fu-
 turi temporis, & diriguntur ad actum iudicialiter expediendum.

L'ayeul paternel est preferé, quant à la tutelle de ses neveux ou nieces en droit de ligne, à la mere desdictz neveux ou nieces.

- 1 *Auus paternus quoad tutelam nepotum praefertur eorum matri.*
 2 *Ista consuetudo sequitur glo. quam non tenet Bart. in l. si quis sub conditione. col. 4. vers. quæro quid si & mater & auus. ff. de testa. tut. ea ratione, quia mater praefertur in successione, ergo & in tutela, secundum Bart. ibi.*

ARTICLE III.

La mere aagée de vingtinq ans, est tutrice & administreresse de ses enfans mineurs, si elle veult: & doit preallablement faire inventaire des biens desdictz mineurs.

SUMMARIUM IN GLO. ARTI. III.

- 1 *Mater minor 25. annis, an potest esse tutrix filiorum suorum. & nu. 2.*
 3 *Mater minor uiginti quinque annis utrum admittatur ad tutelam, renuntians beneficium minoris ætatis.*
 5 *Iuramentum in quibus effectibus representet minorem uiginti quinque annis, maiorem.*
 6 *Mater minor uiginti quinque annis utrum possit habilitari à principe ad officia & ad tutelas.*
 7 *Mater utrum possit esse curatrix filiorum suorum.*
 8 *Mater non cogitur esse tutrix uel curatrix.*
 9 *Mater tenetur facere inuentarium.*
- 1 *Mater maior annis uiginti quinque, est tutrix & administratrix filiorum suorum, si uult, quo casu priusquam admittatur, tenetur inuentarium conficere.*

In text. in verb. aagée de vingtinq ans.

- 2 *Nota quod maior non admittitur ad tutelam filiorum, quando est minor uiginti quinque annis: text. est in l. 2. §. his illud. C. quando mul. tut. off. fung. Idem uoluit Bart. in effectu, licet nihil alleget in d. l. si quis sub conditione. col. 4. vers. sed quæro quid si mater. ff. de testa. tut. Quid iuris si mater cum iuramento uoluerit renuntiare beneficio minoris ætatis, & in integrum restitutionis, utrum debeat ad tutelam admitti videtur quod sic: quia talis renuntiatio cum iuramento representat eam maiorem. authent. sacramenta puerum. C. si aduer. ven. ubi Bart. in l. si quis maior. ubi etiam Bar. C. de transact. licet in specie non videam tam quæstionem, puto tamen dicendum, quod non: quia illa representatio habet locum in rebus, quas ipsa iurans agit ad sui incommodum, non autem ut sit administratrix rerum alienarum, cum agatur de præiudicio tertii. Et semper obstat defectus plenæ discretionis, præsumptus à lege, usque ad ætatem legitimam uiginti quinque annorum. l. fin. C. de his qui ueni. æta. impe. Nam (ut inquit Bal. in rubr. C. de rerum permu.) licet iuramentum præsentet mulierem minorem, maiorem, non tamen facit illam sagacem: quod dictum sequitur Dec. consil. 180. col. fi. in primo vol. Non obstat si dicatur, mater si malè administrauerit, refundet de proprio: quia tenetur rationem reddere cum reliquorum restitutione. Respondetur, quod magis interest filiorum, seruare eorum bona intacta, quam ad restitutionem agere, quum melius sit occurrere in tempore, quam post illatum vulnus medelam quærere. l. vnica. C. quando li. si. iud. se. vin. Item licet representetur maior, tamen uerè est minor, nec dicitur habere perfectam ætatem. d. l. si. C. de his qui ueni. æta. impe. Et iuramentum representat minorem, maiorem, ut excludatur à beneficio restitutionis in integrum, non quoad alios defectus. Ita Dec. consil. 403. col. 6. vers. respondetur, & considerandum est. in 3. vol. Dubium maius esse potest, si princeps possit habilitare minorem, ut pro maiori habeatur quoad officia: item administrationem rerum, non tantum suarum, sed etiam alienarum. arbitror quod sic, per ea quæ tradit Dec. dicto consil. 403. col. 1. in 3. vol. dum loquitur de statuto, utrum possit habilitare circa ea quæ sunt de referuatis principi. Necessè tamen esset, iudicio meo, quod in priuilegio diceretur, quod omnia possit minor facere, etiam concertantia officia, & administrationem rerum alienarum, ac si esset maior: quia in dubio priuilegium strictè interpretaretur. Et circa principalem quæstionem, quod mater minor non possit esse tutrix: aduerte, quia aliquando matres minores uiginti quinque, inaduerterter admittuntur in tutrices. Et id procedit, quia nemo se opponit.*

In text. in verb. & administreresse.

- 7 *Consuetudo uult dicere, quod erit tutrix filiorum mater, quandiu erunt pupilli: & curatrix quandiu erunt minores uiginti quinque annis. Idem uoluit Bart. de iure communi, in d. l. si quis sub conditione. col. 4. vers. quarto an idem sit in cura. ff. de testa. tut.*

In text. in verb. si elle ueult.

- 8 *Consuetudo uult quod mater sit tutrix si uelit, & non cogitur. Idem dicit Bart. in d. l. si quis sub conditione. d. col. 4. vers. quæro an mater & aua. text. est ad literam, quem Bar. non allegat in l. 2. §. sane. ibi nulla cogitur. C. quando mu. tu. off. fun. poss.*

In text. in verb. faire inuentaire.

- 9 *Nota quod mater tenetur facere inuentarium: & idem est de iure communi in omni tutore: ut l. veteris iuris. §.*

iuris. §. illo. C. arbi. tute. & l. tutores. C. de admi. tut. Qualiter ad illud procedi debeat, & quando, est tex. & ibi plenè Bar. in l. tutor qui rectorium. ff. de admi. tut.

ARTICLE V.

Et est ladicte mere tenue rendre compte & reliqua de ladicte administration auant qu'elle conuole à secondes nopces, sur peine d'estre priuée des gains nuptiaux.

SUMMARIUM IN GLO. ART. V.

- 1 *Mater ante transitum ad secunda uota tenetur petere quod decernatur tutor filiis, & reddere rationem de administratione cum reliquorum restitutione: aliàs priuatur successione & lucro dotali: & quod nouem sunt requisita in redditione rationis tutelæ. & nu. 23.*
Dictio prius quid importet.
 4 *Mater transiens ad secunda uota tutore non petito filiis, & ratione non reddita, quas pœnas incurrat. & nu. seq.*
Prouisio hominis quando faciat cessare prouisionem legis.
 5 *Pœna noua imposita à principe uel statuto, utrum tollat pœnam antiquam. & nu. 6.*
 6 *Statutum imponens maiorem pœnam pro crimine, quam faciat lex uel statutum præcedens, utrum deroget legi uel statuto antiquo. & nu. seq.*
 9 *Consuetudo uel statutum loci ubi causa agit debent allegari, aliàs non profunt: Et quod iudex potest sequi dispositionem iuris communis, si statutum non fuerit allegatum.*
 10 *Iudex licet per iuramentum obligatur obseruare statuta, intelligitur tamè si petatur à partibus, aliàs non obligatur, & quod iuramentum recipit declarationem.*
 11 *Mater minor 25. an. si transeat ad secunda uota tutore non petito filiis, utrum perdat successione, & patiatur aliàs pœnas legales.*
Extensio ex identitate rationis quando fiat in correctoriis, limitatoriis, uel distinguendis.
Exceptio quando extendi possit ex identitate, & quid si iura loquantur per uerba taxatiua.
 12 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

Mater priusquam conuoluet ad secundas nuptias, debet rationem reddere, cum reliquorum restitutione, sub pœna priuationis lucri nuptialis.

Adde tertium requisitum: quia filiis minoribus debet facere prouideri de tutore. l. si. C. de legi. hære. Et l. omnem. C. ad tertul. ubi habetur, quod priuatur successione filiorum, si id non fecerit. Et practicum, quomodo mater procedere debeat, antequam conuoluet ad secundas nuptias, uide per Deci. consil. 246. in 2. vol.

In text. in verbo, rendre compte.

Ista uerba important quod de administratis ratio reddatur, & reliquorum fiat redditio, seu solutio. Ita dicunt tex. in l. quanuis rationes. & in l. cum seruus. ff. de condi. & demon. Ratio huius consuetudinis est, quia per transitum ad secunda uota, mater perdit tutelam: text. est. & ibi glo. & doc. in authent. sacramentum. C. quan. mul. tutel. offi. fung. po. Ideo incipit esse locus redditionis rationis. Et aduerte quod licet consuetudo tantum loquatur de matre, conuolante ad secunda uota, ex eo tamen inferri non potest, quin mater permanens in uiduitate finita tutela, teneatur de administratis rationem reddere. l. ac edictali. §. his illud. C. de secun. nup. l. secunda. C. quando mul. tute. offi. fun. po. Et in hoc differt à patre, quia non habet filios in potestate, nec facit fructus suos, prout pater facit. Et in ratione reddenda nouem sunt in consideratione, quæ plenè tradit Chassa. super consuetudinibus Burgundia in titu. des enfans de plusieurs liètz. in text. in verbo, den rendre compte. fo. 222. Ex his septem tradit Ludo. Roma. consil. 413. incipiente, omnipotentis. postulato suffragio, quo ad primum. In quo quæritur an hæres.

In text. in verbo, & reliqua.

Nota quod appellatione reliquorum, totum continetur. Ideo si tutor dicat reddo, seu soluo centum pro reliquo administrationis, dicitur totum soluiffe: & similiter si debitor de centum dicat soluo 20. pro resta, seu residuo debiti, in quo tibi teneor, erit liberatus de toto debito. Ideo bene aduertat creditor quando recipit solutionem, ne adiuciantur illa uerba, pro reliquo, resta, uel residuo. Ista sunt pulchra dicta Do. l. in l. 2. C. de hære. instit. Et ibi ponit de natura dictionum, residui, superflui, cæterorum, reliquorum, amplius, uirilis, plus, & partis.

In text. ibi, aut.

Quando dictio, prius, ponitur in oratione, significat ordinem substantialem: ut plenè declarauimus infra, in titulo des successions. c. 12. arti. 51. numero 25. Et sic non euitaret conuolans ad secundas nuptias pœnam consuetudinis, si antè non adimpleret contenta in ea.

In text. sur peine d'estre priuée des gains nuptiaux.

Ista consuetudo uidetur tantum imponere matri pœnam priuationis lucri nuptialis: & tamen authent. hisdem pœnis. in fi. C. si secun. nup. mul. uidetur imponere omnes pœnas, de quibus in l. 1. C. si secun. nup. mul. Et pœnam priuationis successione ponit lex omnem. C. ad Tertul. Quæstio se offert notabilis, in qua pridie consului utrum si mater transeat ad secunda uota, tutore non petito, nec impletis, de quibus in consuetudine tantum, priuatur lucro nuptiali, de quo in hac consuetudine, an uerò etiam sustineat pœnas, de quibus in aliis legibus præallegatis? Arguendo ad pares uidetur quod pœnam consuetudinis tantum: quia quando quis tenetur aliquid facere sub certa pœna, si contra faciat, incidit in illam pœnam: tamen fuit dictum Io. An. post Hosti. in c. relatū. ne. cle. uel mo. dicentis quod si in aliqua regula contineantur aliqua facienda

à religiosis, & apponatur certa pœna, puta ieiunii, in casu contrauentionis, quod religiosi contrauenientes, licet iurauerunt seruare regulam, non tamen incurrunt periurium, nec peccatum mortale: quia intentio fundantis regulam videtur limitasse suum præceptum ad illam pœnam ieiunii. Illud dictum refert & sequitur Do. Iaf. in d. §. item si quis. col. 17. in situ. de action. ego addo Mathefy. suo singulari. 78. Illud tamen restrin- git idem Iaf. in l. 2. col. 73. C. de iur. emphi. Modo in proposito qui induxerunt consuetudinem, videntur se limitasse ad pœnam lucri nuptialis, postquam illam tantum imposuerunt. Et pro ista parte facit regula l. fi. C. de pac. conuen. quæ vult, quod prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis: tamen in facti contingen- tia in matre, quæ transierat ad secunda vota, tutore non petito, ratione non reddita, nec facta reliquorum re- stitutions: consului quod habebat sustinere pœnam consuetudinis, & pœnas iuris ciuilibus: de quibus prædi- xi, & quibus per ius canonicum non fuerat derogatum aliquibus rationibus. & primo, quia illa pœna priua- tionis lucri nuptialis, non erat de comprehensis in legibus, maxime in d. l. 1. C. si secun. nup. mul. Et quia fuit inducta à consuetudine, præsumitur id factum odio matris, non facientis sibi incombentia. Et nisi dicere- mus quod illa pœna sit superaddita, & quod non faciat cessare pœnas iuris, certè inducta in eius odium, re- dundarent in eius fauorem, contra regulam, quod fauore. C. de legi. & contra tex. cum notatis per Fely. post Panor. in c. intelleximus. col. 1. de iudi. vbi excommunicatus prohibetur esse in iudicio, si velit agere: secus si conuenitur. Nec obstat dictum Io. An. in d. c. relatum. quia in eodem actu à concedente regulam fuit im- posita vnica pœna: hinc à diuersis, videlicet à lege, & ab homine. Ita respondit Do. Iaf. in l. 2. col. 73. versi. item per istam glo. C. de iure emphi. & in eadem col. versi. quia illa regula procedit. Respondit ad regulam, quod prouisio hominis facit cessare prouisionem legis: quod regula est in contrariu: & fallit in casu d. l. fi. C. de pac. conuen. & similibus. Et in criminibus quod lex sequens imponens etiam maiorem pœnam, non tolrat præ- cedentem: tenuit Alex. in apostil. ad Bar. in l. senatus. ff. de accu. Bar. in l. 1. ff. de sepul. viol. plenè Panor. in c. de causis. de offi. deleg. Pro ista opinione optimè faciunt fundamenta Do. Iaf. præallegata. Contrariam opinio- nem videtur tenere Fely. in c. de causis. de offi. deleg. Dum sequitur Sali. quem allegat, qui voluit quod per nouam pœnam à statuto impositam, in dubio intelligatur recessum à pœna iuris cõmunis. Et ita concluden- dum dicit Deci. in d. c. de causis. col. 9. versi. in fine glo. vbi allegat tot auctores, quod videtur ista esse com- munis opinio. Licet Panor. in d. c. de causis. dicat communem & veram esse in contrarium. Ego vidès quod hic casus potest sepius occurrere (quia ferè vbique locorum sunt statuta vel consuetudines imponentes no- uam pœnam) quantum in me fuit, volui quid in hoc dubio passu dicendum sit excogitare & conceptum mentis meæ, secundum fundamenta iuris exprimere. Et ad euidenciam præmitto quod omnes doctores fa- tentur quod noua prouisio statuti vel consuetudinis tollit pœnam legalem, quando de mente statuentium apparet expressè vel tacitè. Nec obstat huic conclusioni, quod populus, qui est inferior legis, possit statuere contra legem, cum inferior non possit statuere contra legem superioris. l. nam & magistratus. ff. de arbi. c. cū inferior. de maior. & ob. quia quod facit populus, facit autoritate legis. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Item ea nostra facimus, quibus autoritatem nostram impartimur: vt habetur in l. 1. §. omnia. C. de vet. iu. enu. Et vt bene perstringamus materiam, aliquando contingit qd idem princeps, qui iam imposuerat vnã pœnam, pro delicto, imponit nouam. Et de antiqua nihil dicit: vt in dubio videatur recessum ab anti- qua? habemus tex. in l. non est nouum. cum duabus sequentibus, qui decidunt istum articulum. Nam aut leges sunt omnino contrariæ, & tunc posteriores derogant prioribus: aut possunt concordari, & tunc sunt concordandæ, declarando posteriorem secundum priorem, & e contra: quia est euitanda legum correctio. l. præcepimus in fi. C. de appel. Idem est in pluribus statutis: vt plenè declarat Deci. consi. 3. in 1. vol. Nam vbi dicit in 4. col. versi. quarto facit, quod priori statuto non intelligitur derogatum per subsequens, nisi sit id expressum, intelligo tamen illud verum, nisi sit talis contrarietas, quæ non possit saluari, per ea quæ supra dixi de constitutionibus legalibus. Aliquando lex communis imponit pœnam, & statutum nouam pœ- nam, diuersam à pœna iuris communis: vt per statutum sit sublata pœna iuris communis? secundum Deci. in d. c. de causis. est concludendum, quod sic: secundum tamen Panor. ibi, qui sequitur Bar. in l. 1. ff. de sepul. vio. non. Imo est in facultate accusatoris prosequi pœnam iuris communis, vel statuti: & habet ac- cusator eligere: quia cum ambæ pœnæ tendant ad vindictam, impositio vnus pœnæ aliam excludit. Ego ar- bitror conclusionem Bar. & Panor. veriore: quia quando statutum non est contrarium iuri communi, sed potius diuersum ab eo vtrumque valet, licet vna tantum condemnatio fieri possit, per ea quæ supra dixi. Se- cundo, & istud est fortissimum fundamentum meum nouum in hac materia: si accusator simpliciter petat accusatum puniri, non allegando statutum loci: & pariter accusatus nihil dicat de statuto: certè iudex poterit accusatum condemnare secundum formam iuris communis: & sic ex ista conclusione patet, quod ipsum ius non est sublaturum per statutum maiorem. probo sic: statutum loci, vbi causa agitur, est allegandum: aliàs non prodest. Ita dicit Fely. esse communem opinionem in c. 1. col. fi. de proba. Do. Iaf. in l. certu. §. quoniam. col. 5. ff. si cert. pet. Idem Iaf. in repe. l. admodè di. col. 9. versi. confirmo per illud. ff. de iure iur. vbi dicit quod stante statuto, quod debitum à decem libris supra tantum, possit probari per instrumentum, & non per tes- tes: posito quod actor produxerit testes, & reus non allegauerit statutum, vt excluderet actorem à tali pro- batione: certè si testes bene deponant, valebit probatio, statuto non obstante: quia non fuit allegatum. Ex his necessariò sequitur concludendum, quod dispositio iuris remanet firma, statuto non obstante, & sic iu- dex talem dispositionem iuris sequi potest, si statutum non fuerit allegatum: eo autem casu quando statu- tum allegatur, iudex illud sequi debet, non quia fuit sublata dispositio iuris communis, sed quia iurauit ob- seruare statuta, & ita habet necesse facere: quia iuramentum obligat præcisè ad factum. glo. in l. si pecuniam. in principio in verbo, necesse habes, quia iurasti. ff. de condi. causa data. Illam glosam sequitur Bal. in prælu- diis feu. col. 5. Iaf. in l. si conuenit. col. 2. ff. de iur. om. iudi. Et quod ista sit ratio, vide doc. quos refert & se- quitur Do. Alex. qui tamen iura prædicta non allegat, in apostillis ad Bar. in d. l. 1. ff. de sepul. vio. & per ista habes

habes discussum istum articulum plenius quàm per ceteros scribentes. Nec obstat si dicat subtilis lector postquam supra conclusum fuit, quod vbique locorum potestates & ius dicentes iurant seruare statuta & consuetudines, & quod iuramentum obligat præcisè ad obseruandum. Ergo sequitur quod semper in ef- 10 fetu est sublata dispositio iuris communis, per sequens statutum. Et sic videtur superflua disputatio, de qua supra. Responderi potest, quod imò est utilis & necessaria: quia ita demum iuramentum obligat iudicem ad obseruantiam statuti, si petatur à partibus, & non aliter: quia iuramentum interpretatur & declaratur secun- dum naturam actus super quo interponitur. l. fi. C. de non. nu. pec. vbi non obstante iurata confessione de mutuo recepto, admittitur exceptio non nu. pec. Bar. in l. omnes populi. in 4. questione prin. versiculo, sed an iuramentum. ff. de iusti. & iur. plenè Franciscus de curte consi. 3. declarat qualiter iuramentum recipiat declarationes, restrictiones, & ampliationes, quas recipit principale negotium, super quo interponitur. Et sic apparet utilitas disputatæ quæstionis. Reduendo nunc ad propositam quæstionem consuetudinis no- stræ, dico quod mulier quæ transit ad secunda vota, non reddita ratione, nec facta reliquorum restitutione, perdit lucrum nuptiale: & si nubat infra tempus luctus, punietur pœnis, de quibus in d. l. prima. non corre- ctis de iure canonico. Item si filius sit pupillus & non petierit tutorem, perdet successorem mobilium, in quibus aliàs secundum consuetudinem succedere potest. Ratio est, quia istæ pœnæ habent ortum à diuersis fontibus: & non imponuntur pro eodem delicto, sed pro diuersis. nam l. 1. C. si secun. nup. mul. imponit pœ- nam nubenti infra tempus luctus. l. omnem. C. ad Tertul. quando mater non petit tutorem filio pupillo, an- te transitum ad secunda vota: pœna autem huius consuetudinis est, si transeat ad secunda vota, non reddita ratione, & facta reliquorum restitutione: & non distinguit vtrum filius esset pupillus vel maior. concluden- dum est igitur omnes has pœnas secundum subiectam materiam posse concurrere. Quæro nunc de no- 11 tabili quæstione, in qua etiam consului: Quid si mater sit minor 25. annis, vtrum si transeat ad secunda vota, non impletis per eam his de quibus supra, videlicet tutore non petito, non reddita ratione, nec facta reli- quorum restitutione: an perdat successorem filii, & patiat pœnas legales? dic quod non. casus est ad li- teram in l. fi. C. si ad. delic. Et licet ille tex. tantum loquatur quando non petito tutore, idem est in aliis pœ- nis: quia licet in correctoriis & exorbitantibus non fiat extensio: Iaf. plenè post Bar. in l. si constante. col. 13. versi. & sic habes. ff. solu. mar. tamen in limitatiuis vel distinguendis ex identitate rationis fit extensio Iaf. in d. l. si constante. col. 4. versi. limita istam regulam. Nam lex illa si. limitat pœnas non procedere in ma- tre minore non petente tutorem. Idem si non reddiderit rationem, nec fecerit reliquorum restitutionem: in quibus eadem ratio fragilitatis & omissionis versatur. Et quando in correctoriis fit licita extensio, vltra præallegata vide Fely. in c. pastoralis. in 1. & 2. col. de rescrip. Et quando exceptio possit extendi ex identi- tate rationis, vide Do. Iaf. in d. l. si constante. col. 14. versi. ad idem est bonus tex. Item quid quando iura lo- quuntur per verba taxatiua, quando sit licita extensio, vide Iaf. vbi supra. col. 15. versiculo, vltimo in quantum. Quid erit dicendum de pœna consuetudinis? dic quod non habet locum in matre minore: quia consuetudo 12 recipit interpretationem passiuam à iure communi. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Fal. Item consuetudo loquitur de matre maiore, quia habet relationem ad præcedentem consuetudinem, quæ loquitur de maiore matre 25. annis: & sic casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime. ff. de lib. & posthu. l. si extraneus. ff. de condi. ob. cau.

ARTICLE VI.

Le frere ainsné maieur de xxv. ans au temps du trespas du pere ou ayeul, est tuteur de ses freres & seurs mineurs, & en forclot la mere: & est tenu faire inuen- taire, & rendre compte, soit commun en biens avec ses freres, ou non.

SYMMARIA IN GLO. ART. VI.

- 1 Mater præfertur in tutela, fratri de iure communi: secus de iure consuetudinario.
- 2 Administrator quicumque sit aliorum bonorum, tenetur inuentarium conficere, & rationem reddere.
- 3 Administrator liberatus à ratione reddenda, ad quid teneatur.
- 4 Administrator legitimus qui dicatur.

Frater maior natu, & annorum 25. diuisus uel indiuisus, præfertur matri in tutela: tenetur inuentarium conficere, & rationem reddere.

Et quod dicitur in fratre de inuentario, habet locum in quocunque administratore, præterquam in pa- 2 tre, qui dicitur administrator legitimus: de quo vide supr. co. titulo articu. 2. Et si talis administrator fue- 3 rit liberatus à ratione reddenda, ad quid teneatur? vide Deci. consi. 23. in fi. in 3. vol. De iure communi ma- 4 ter excludit fratrem, omnes legitimos & datiuos. authen. matri & auis. C. quando mater tut. offi. fun. pos. patria hæc fortè in introducenda hac consuetudine, cõsiderauit inconstantiam mulierum, maxime in tran- eundo ad secunda vota, iuxta illud dictum sacre scripturæ: Mulierè fortem quis inueniet? & Baptiste Man- tuani, dum dicit: vult, non vult, semper in contraria certat. Et si vis scire de natura & vitis mulierum, recurre ad Challaneum, in titulo. des iustices. rubrica 1. versi. nescirem nunc. numero. 99. fo. 53. Et ad eundem, in ti- tulo. des siez §. 5. versiculo. quarto propter lubricitatem. fo. 112. vbi allegat. tex. in c. forus. in fi. de verbo si- gni. qui dicit, varium & mutabile semper femina. Et ibidè glos. in verbo, varium. dicit. Quid læuius fumet flamen: quid flamine? ventus: quid vento? mulier: quid muliere? nihil. tamen experientia teste efficaciz rerum magistra c. quàm sit. de elec. libro sexto. Aliquando reperiuntur mulieres constantissimæ, quarum opera ac prudentia filii lo cupletantur: quorum pater viuens in egestatem, ex mala administratione defluabat.

ARTICLE VII.

Et se feront dorenavant les inventaires par le iuge ou aucun par luy commis officier, ou autre, selon la qualite & estat des parties & valeur des biens, a moins de fraiz que faire se pourra.

SVMMARIA IN GLO. ART. VII.

- 2 Inuentarium utrum requirat iudicis presentiam.
- 3 Inuentarium utrum requirat iudicis decretum.
- 4 Inuentarium non est sciendum quando sumptus excederet utilitatem.
- 5 Expensa superflua in conficiendo inuentarium sunt euitanda.

1 Inuentaria de cetero fiunt per iudicem, aut ab eo deputatum, cum minori, qua poterunt impensa, qualitate domus, & valore bonorum, pensatis.

In tex. in verbo, par le iuge.

2 Potest quari, si in confectioe inuentarii sit necessaria de iure communi iudicis presentia. Bar. distinguit in l. tutor qui repertorium. col. 2. versiculo, quero vtrum debeat fieri coram iudice. ff. de testa. tut. Sed nunquid requiratur interpositio decreti? vide Alex. ibidem in apostil. in verbo, in presentia. Quicquid ibi disputet Alex. consuetudo viget in Italia: & arbitror in omnibus partibus, vbi iure scripto viuunt. Quod inuentarium tam tutorum quam haeredum fiat coram iudice, & cum interpositione decreti. Et maxime istud videtur necessarium in inuentario tutoris, qui recipit administrationem bonorum a iudice, vt plenius dicitur tempore suo.

In tex. in verbo, a moins de fraiz.

4 Nota quod quantum fieri potest sunt euitanda expensa superflua. Ita dicit tex. in l. i. ff. de inoffi. testa. Ibi, melius facerent, si se sumptibus inanibus non vexarent. Et ideo dicit Bar. in l. mediterranea. C. de anno. & tribu. lib. 10. Quod tunc non est sciendum inuentarium, quando sumptus excederet utilitatem. Et sicut expensa alimentorum sunt prestanda secundum ordinem & dignitatem personarum, iuxta tex. in l. sed & si quid. §. i. versiculo, generaliter. ff. de vsufruc. ita si fiant extra ordinem, dignitatem, vel consuetum, non est de eis habenda ratio in taxatione expensarum, in fauorem eius qui sententiam cum expensis obtinuerit: iuxta glo. in l. Idemque. §. idem Labeo. ff. man. qua dicit, quod rustico solito ire pedes, non taxatur expensa equi. Idem potest obseruari in personis nobilium, qui tantum sunt soliti equitare cum tribus equis: & accedentes ad iudicium vocati, vel sollicitantes eorum causas, vt videantur, vel vt maioribus expensis frustrent aduersarios, equitant cum numero equorum insolito: certe tales expensa superflua non sunt taxanda. Et de dictis expensis meminit Fely. in c. cum omnes. col. 16. versiculo, in glo. penul. de constitu.

ARTICLE VIII.

Si ledict frere ainse n'est maieur de xxv. ans au temps du trespas du pere ou ayeul, la mere est administreresse de tous lesdictz enfans.

- 1 Dicitur fuit quod frater maior 25. annis excludit matrem.
- 2 Nunc dicitur quod si sit minor, matri in administratione non facit impedimentum. Ratio est, quia non est perfecta etatis, qua completur anno. 25. tex. in l. fi. C. de his qui ve. eta. impe.

ARTICLE IX.

Et s'il aduient que l'un des freres viene en aage parfait, la mere ne pert point la tutele & administration qu'elle auoit des autres enfans mineurs.

SVMMARIVM IN GLO. ART. IX.

1 Mater que ratione minoritatis non admittitur ad tutelam, si efficitur legitima etatis, admittitur, & excludit tutorem iam decretum.

- 1 si frater minor perueniat ad etatem perfectam, mater administrationem minorum iam susceptam, non perdit.
- 2 Quero circa hanc consuetudinem, quid econtra, mater reperitur minor, & defertur tutela alicui agnato: postea efficitur perfecta etatis, & vult esse tutrix: excludet ne agnatum? certe sic de iure communi etiam consuetudinario, dum modo non sit frater tutor, qui excludit matrem secundum consuetudinem. decif. est Bar. in l. si quis sub conditione. col. fi. vers. sed quero quid si mater sit minor. ff. de testa. tu. Quare non idem sit in fratre? potest esse ratio, quia in matre res peruenit ad eum casum, a quo incipere poterat de iure communi. In fratre vero peruenit ad eum casum de iure speciali consuetudinis: quia de iure communi non excludit matrem: imo excluditur, vt supra probatur.

ARTICLE X.

L'oncle paternel au default de mere & frere, est tuteur de ses neueuz & nieces & est tenu faire inventaire, & rendre compte, soit commun en biens avec ledict mineur, ou non.

Deficientibus matre & fratre maioribus 25. annis, tutela patruo defertur, diuiso seu indiuiso, qui tenebitur inuentarium conficere, & rationem reddere.

ARTICLE XI.

La mere des le iour qu'elle a fiancé autre mary, est forclofe de la tutele de ses enfans.

SVMMARIA IN GLO. ART. XI.

- 1 Mater per sponsalia perdit tutelam filiorum.
- 2 Mater per solam declarationem coram iudice quod vult nubere, perdit tutelam de iure communi. Mater transiens ad secunda vota, est suspecta filius primi matrimonij.
- 3 Dispositio facta per aliquem qui sperat aut dubitat aliquid de proximo sciendum habetur proinde ac si in ipso actu disposuisset: & ideo idem est facere actum tempore belli, vel tempore suspecti belli.

Per sponsalia soluitur tutela filiorum. Idem dicit Bar. de iure communi in d. l. si quis sub conditione. col. 7. in si. vers. & ex hoc patet. ff. de testa. tut. & col. ea. vers. quero an statim.

Imo vult Bar. in fortioribus terminis quod statim quod mulier declarat iudici se velle transire ad secunda vota, desinat esse tutrix, etiam quod postea non transeat. Idem vult Bar. col. 5. vers. quero per authen. requiritur, & c. Sed contra dictum Bar. dum dicit etiam si matrimonium non sequatur, videtur ob stare quod ibidem dicit, quod illa qua habet secundum virum, est multum suspecta legi: quia lex praesumit quod excoietet primi matrimonij filios, propter secundum virum: allegat tex. l. qua tutores. C. de adm. tut. Si ergo adhuc non nupsit, defecit persona ad quam cadat talis affectio: cessante ergo causa, debet cessare effectus. c. cum cessante. de appel. licet non reperiam ab alio tactum, tenendo dictum Bar. potest responderi, quod eo ipso quod mulier cogitat de nubendo, est suspecta, ne subtrahat bona filiorum, vt ditioem inueniat maritum, & ampliores possit dare dotes: & sic militat suspitionis causa, ac si maritum haberet. Etiam ad hoc propositum potest allegari regula, quod quando aliquis aliquid disponit, quia sperat, aut dubitat aliquid sciendum de proximo, habetur perinde ac si in ipso actu disposuisset: per ea qua late tradit Do. las. in l. 2. C. de transac. Vbi dicit quod is qui verisimiliter dubitat torqueri, & confitetur, perinde est ac si confessus esset in tormentis. Et idem est facere actum tempore belli, aut tempore verisimiliter futuri belli.

ARTICLE XII.

Tuteles testamentaires & legitimes se doiuent cõfermer par iuge competent.

SVMMARIA IN GLO. ART. XII.

- 1 Tutores omnes capere debent administrationem tutelae auctoritate iudicis & nu. 2.
- 3 Mater tutrix testamentaria non indiget confirmatione: tenetur tamen tutelam agnoscere coram iudice.
- 4 Tutor accipere potest administrationem tutelae sine permissione vel confirmatione iudicis, quando testator ita disposuit.

Tutela testamentaria & legitima indigent confirmatione iudicis competentis.

Ratio est, de qua superius dixi: quia aliquando iudex non admittit testamentarium, vel proximiorum legitimum, quia videt ita expedire pupillo. Et omnes tutores debent accipere administrationem de iudicis auctoritate. Istud non videtur mirandum, quia omnis electus debet confirmari: patet in electo in episcopo, p̄ qui ante consecrationem non dicitur episcopus neque pontifex. Et in papa, est tex. cum glo. in pro. c. de an. verbo, pontificatus. quod non appellatur pontifex, nisi consecratus, benedictus & coronatus. Similiter dicit glo. in cle. 1. circa medium, vers. ego enim, de iure iur. Quod electus in imperatorem ante coronationem non dicitur imperator, sed rex. Et dicit Ang. in l. bene a Zenone. C. de qua. praescrip. quod imperator ante coronationem dicitur rex Romanorum. Ex praemissis inferri potest quod ante coronationem imperator iurium imperialium administrationem non habeat. Et hoc fatetur Fely. in c. eam te. col. 3. vers. ideo profundissime. de rescrip. vbi in principi. & sequentibus col. plenè exorditur materiam istam. Et tamen videmus quod fluxere plusquam octoginta anni antequam aliquis in solas imperiales susceperit, vt vtar verbis tex. in d. l. bene a Zenone. Excepto Carolo moderno, qui a Clemente septimo in cathedrali ecclesia sancti Petronii de Bomania coronatus fuit, me cum illustri. Carolo secundo Allobrogum duce & patrono meo assistente. Et tamè semper vidimus dictos electos habere imperii administrationem. Id causatum dici potest a consuetudine qua dat iurisdictionem. Et quod consuetudo id efficere possit quod electus possit administrare, testatur Fely. in d. c. eam te. col. 3. vers. limita nisi esset statutum vel consuetudo. de rescrip. Et aduerte secus esse in rege Franciae, qui licet consecratur prout consecratus dicitur in festo sancte Annae quod fuit die presentis mensis Augusti, recepturus coronam infra paucos dies: tamè omnia ipse potest ante consecrationem & coronationem, quia habet regnum iure successione, & non electionis vt habet episcopi, papa, & imperator. Ideo iura loquuntur de electione non habet locum in dicto rege. Quero nunc, quid in matre tutrice testamentaria: dicit Bar. quod non indiget confirmatione, sed habet necesse tutelam agnoscere coram iudice: in d. l. si quis sub conditione. col. 6. vers. quero si mater est data in testamento. ff. de testa. tute. Quero, vtrum testator possit disponere quod vxor sua tutrix testamentaria, aut alius tutor testamentarius possit propria auctoritate tutelae administrationem accipere: dic quod sic: vt declarat Bar. in l. legitimos. col. 1. vers. quero vtrum. ff. de legi. tut. Ex hoc inferri potest, quod si testator in testamento dispesaret tutorem, quod posset accipere tutelae administrationem sine iudicis confirmatione, id facere posset, ac consuetudine non obstante, duabus rationibus. Prima, quia consuetudo qua dicit in testamentario tutore requisitam confirmationem, intelligi debet, nisi aliter testator disposuerit: vt illa minus ledat ius commune, quam fieri possit. c. cum dilectus. de consuet. Item & secunda, quia consuetudines recipiant interpretationem passiuam a iure communi. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. Et sic erit intelligenda consuetudo, quod tutor testamentarius erit confirmandus, nisi aliter testator disposuerit, vt facere potest de iure.

ARTICLE XIII.

Tous tuteurs sont tenuz faire inuetaire auant qu'eulx entremettre en l'administration, sur peine d'amende arbitraire, reserue le pere : si n'est qu'il conuolast a secondes nopces, comme dict est.

SUMMARIA IN GLO. ART. XIII.

- 2 Tutor antequam incipiat administrare debet inuentarium conficere sub pena, secundu consuet. emenda arbitraria. & nu. 3.
4 Tutor qui incipit administrare, non cofecto inuentario, potest ut suspectus remoueri: facta tamen medio tempore, ualent.
1 Omnis tutor antequam administrare incipiat, tenetur inuentarium conficere, sub pena emenda arbitraria: saluo patre, quando non transit ad secunda uota.
2 De dicto principali est tex. in l. veteris iuris. §. illo. C. arbit. tut. Ista exceptio, de patre non est bona: quia pater no est de tutoribus, & exceptio debet esse de regula. Pater enim est legitimus administrator, a lege datus, qui facit fructus suos in bonis aduentitiis. l. cum oportet. C. de bo. qua lib.
3 Habes quod tutor primo debet inuentarium conficere, quam administrare: concordat tex. in l. tutor qui repertorium. vbi Bar. col. 4. versu. venio ad quartam particulam. ff. de adm. tut. Et in d. l. veteris iuris. §. illo. In tex. in verbo, auant que eulx entremettre.
4 Hic imponitur pena emenda arbitraria: Quero vtrum possit aliter de iure puniri: dic quod potest tanquam suspectus accusari, & remoueri. Ita Bar. in d. l. tutor qui repertorium. col. 2. versu. sed quero quid si neglexerit facere. ff. de adm. tut. presupponit tamen Bar. ibi, qd facta medio tempore ante inuentarium, ualebunt.

DES SUCCESSIONS, TESTAMENS & autres dispositions de derniere volente. TIT. XII. ARTICLE I.



Le mort saisit le vif son plus prochain lignager habile a luy succeder ab intestat, sans apprehension de fait.

SUMMARIA IN GLOS. ART. I.

- 1 Hanc consuetudinem iuri communi non conuenire ostendit. & nu. 2.
3 An & qualiter constitutum possit exerceri, & quando finatur morte constituentis. & nu. 4. & 5.
6 Mors qualiter sit probanda.
7 Possessio quando dicatur ciuillissima: & quando occupata ab alio, recuperatur per interdictum recuperanda. & nu. 8. 9. 10. & 11.
12 Constitutum quantae sit potentiae: ut eo acquiratur possessio ciuilis & naturalis: & quae remedia competunt turbato, uel spoliato. & nu. 13.
14 Constitutum omissum a notario, quando possit apponi in instrumento parte non uocata.
15 Dispositio generalis de personis restringitur ad habiles, idem de promissione uel locutione. & nu. seq.
19 Possessionis acquisitio quibus concurrentibus possit fieri.
1 Possessio defuncti transfertur ad heredem proximiorum habilem ad succedendum ab intestato, sine apprehensione.
2 Contrarium est de iure communi: quia per mortem possessio dicitur vacare. l. no dubiu. cum ibi notatis. C. de lega. & est opus nona apprehensione, etia in suo herede. l. cum heredes. ff. de acqui. pos. vbi Bar. Et hac materiam plene explicat Do. Iaf. in l. si infanti. col. 6. cum sequentibus. C. de iur. deliber. Et ad hoc propositum nota, quod licet alia sit possessio heredis quam defuncti, tamen haeres praesumitur possidere eode animo & titulo, quo defunctus possidebat. Ita Paul. de Cast. in l. neque. in fi. C. de usufruc. Ex illa dicta infert vnam singularem decisionem, dignam memoria Do. Balbus, modernus doctor Thaurinen. & collega olim meus in senatu Pedemontano, in suo excellenti tractatu praescrip. in 11. quest. 4. quest. principalis. Quod effectus constituti passius potest exerceri contra heredem defuncti possidentem. Et quia ista materia constituti est frequens & valde utilis, pro declaratione praedictae decisionis domini Balbi. Volo te notare, qd si debitor meus constituit se tenere bona sua nomine meo, si illa alienauerit, possum agere contra detentorem recta via, vt rem restituat, nulla facta excusatione contra ipsum debitorem, ex beneficio l. si. C. de acqui. pos. Ita declarat Do. Iaf. in §. item si quis in fraudem. col. 18. insti. de actio. ampl. Deci. in regula contractus. ff. de reg. iur. Idem in confi. 43. in 2. vol. Verum quia constitutum finitur morte constituentis, vt declarat Do. Iaf. in d. §. item si quis in fraudem. col. 18. secutus Rom. suo. confi. 189. quem Deci. etiam sequitur confi. 400. col. 5. vol. 3. erat dubium, vtrum posset exerceri contra heredem defuncti, veru quia praesumitur haeres eode animo & titulo possidere: concludit Balbus qd sic, secus esset contra extraneum aut heredem proprio titulo possidentem, & qui no possideret eode animo & titulo quo defunctus, vt haeres facit seu facere praesumitur. Et ista materia non vidi alibi ita declarata quantum attinet ad consuetudinem, si constitutum possit exerceri contra heredem defuncti, in quem transit possessio, patebit ex infra dicendis in tex. in verbo, saisit. In tex. in verbo, le mort.
7 Qualiter sit probanda mors, dicas qd aliquando agitur de paruo prauidicio, puta quando aliquis petit a notario

notario copiam testamenti, afferendo testatorem defunctum: & eo casu leuis probatio admittitur. Aliquando agitur de successione eius qui dicitur defunctus: & eo casu requiritur plenior probatio, quae fit multis modis, de quibus per Bar. in l. 2. §. si dubitetur. ff. que ad. testa. ape. & per Iaf. in l. si. col. 5. C. de edic. di. Adria. tol. per Fely. in c. quoniam frequenter. §. porro. in fi. vt lite non contestat.

In tex. in verbo, saisit.

Quero quomodo nuncupatur ista possessio, quam transfert statutum vel consuetudo sine apprehensione: dic qd ciuillissima. Et valet tale statutum vel consuetudo. Bal. in l. si. col. 3. ver. vnum tamen non est omittendum. C. de sacrosan. eccle. est tex. de consuetudine in cap. 2. de consue. Et nota qd talis possessio dicitur ficta, & non tribuit interdictum recuperanda, si possessio ab alio occupetur. Bal. in authen. defunctae. col. 3. in fi. versu. non tamen credas. C. ad Tertul. Et licet hoc sit verum de iure, tamen de generali consuetudine regni Franciae potest saisitus per mortem intentare interdictum recuperanda, & casum nouitatis, vt plene concludit Chassan. in rub. des successions. §. 1. fo. 225. versu. & iste actus fictus. Et in alia impressione, fo. 228. vide quae infra dixi nu. 10. Est igitur videndum quomodo succurratur heredi in possessorio contra occupatorem rei hereditariae de iure, circumscrip. consuetudine saisine: die quod si sit haeres ex testamento, habet interdictum adipiscenda, ex beneficio l. si. C. de edic. di. Adria. tol. vbi plene doctores. Et si sit haeres ab intestato, intentabit interdictum quorum bonorum, iuxta tex. in l. 1. C. quo. bono. ita dicit Alex. confi. 37. incipiente, in causa mota. in 3. col. in primo vol. & in d. l. cum heredes. ff. de acqui. pos. Quid iuris quando res hereditaria a nullo reperitur occupata: tunc consulitur heredi, siue veniat ex testamento, siue ab intestato, quod apprehendat possessionem propria autoritate: quod facere potest, l. cum heredes. ff. de acqui. pos. vbi do. Alexand. do. Iaf. in l. fin. col. 6. versu. nam quando nullus. de edic. diu. Adria. tollen. Sed si possessio seu tenentia sit apud alium, no liceret id facere, & eo casu requiritur citatio rem hereditariam detinentis. Ita do. Iaf. in dicta col. 6. An autem isto casu si haeres etiam saisitus virtute statuti vel consuetudinis caperet possessionem propria autoritate quae ab alio realiter detinebatur, etiam iniuste, posset spoliatus petere restitutionem possessionis: nec audiretur haeres volens probare de iure suo: iuxta l. si quis a se fundum. cum ibi notatis per Bar. C. ad l. Jul. de vi pub. Ita in specie declarat do. Iaf. in l. si forori. col. prima. versu. secundum limita & signa. C. de iure deli. Nota tamen circa hanc singularem cautelam, quia si possis a iudice impetrare licentiam capiendi possessionem, parte non citata, quae tamen erat citanda, si pars petat se restituere: tu poteris petere confirmationem possessionis, ea ratione: quia si iudex non concessisset, deberet eam de nouo concedere. Ita dicit do. Iaf. in dicta l. fin. col. 6. in fin. versu. nota tamen. C. de edic. diu. Adria. tollen. Aduerte tamen ad vnum, quod Iaf. omisit, quia est dubium vtrum ciuilliter factum possit confirmari. Debes tu in practica dicere, peto confirmari: & quatenus expediat de nouo dari. Nam si iudex pronuntiet super nullitate, vel iniquitate ademptionis per te factae, poterit eadem sententia tibi possessionem de nouo concedere: patieris tamen expensarum condemnationem, ne ex facto tuo iniusto alter damnum patiat. Et quod praedixi de herede, non habet et locum in legatario: in quem licet transferatur dominium recta via, iuxta l. a Titio. ff. de furt. non tamen licet ei capere possessionem propria autoritate: sed eam capere debet de manu heredis, per text. in l. non dubium. de lega. fallit tamen in certis casibus, de quibus ibi plene per do. Iaf. nam si legatarius caperet vacantem possessionem, teneretur eam restituere: si occupatam, perderet ius suum. Viso quae remedia competat de iure communi venienti tam ex testamento quam ab intestato, videndum restat de herede saisito ex statuto vel consuetudine. Et primo quia supra dictum fuit circa principium, quod taliter saisitus habet possessionem ciuillissimam: Quero primo, quos effectus sit haec ciuilis & ficta possessio apta producere: quinque tradit dominus Iaso copiose in l. 1. col. 3. ff. de acquirenda pos. & post eum Chassaneus, cuius vestigiis plerumque inheret, in rub. des droitz & appartenances. §. 15. in verb. uesitue & saisie. fo. 190. circa princi. quod taliter saisitus facit fructus suos, istud no habet dubium: quia haeres statim hereditate adita, est effectus dominus rerum hereditariarum, & incipit facere fructus suos, si possessor sit in mala fide: & si in bona fide, a die litis contestationis. Et sic iste casus magis procedit ex potentia domini, quam fictae possessionis: patet ex duobus notabilibus exemplis. Primum est, quando bona confiscantur ipso iure, iuxta tex. in cap. cum secundum. de here. li. 6. licet delinquens remaneat in actuali possessione, donec sit facta declaratio, tamen fructus debentur fisco, a die commissi delicti: Quod quidem an verum sit, pluribus disputatur in l. post contractum capitale. ff. de donatio. Panor. mitanus in cap. extirpandae. §. si vero. de prebend. & dignitatibus. Secundum est, quando emphiteota cadit a iure suo ob non petitam inuestituram, iuxta tex. in l. final. C. de iur. emphi. aut non solum canonem, iuxta tex. in l. secunda. C. eo. titu. & capitul. potuit. de loca. licet emphiteota remaneat in actuali possessione, tamen fructus debentur a die quo res fuit commissa: vt plene declarauit in titulo, des siez. capitulo 2. articulo tertio per totum. Ideo non repeto. Potest tamen dici quod his casibus, concurrebat ciuilis possessio cum domino prout regulariter contingit. Circa secundum effectum traditum per Chassaneum, quod habens fictam ciuilem, potest propria autoritate expellere habentem actualem detentationem, etiam resistentem. Istud est falsum, salua reuerentia sua, prout superius plene probaui, & infra declarabo. nam per ea habenda habet interdictum adipiscenda. Eodem morbo laborat quartus effectus, de quo ibi per Chassaneum. Idem Chassaneus in rubrica, des successions. §. primo. in verbo, saisit. versu. sexto ego. fo. 240. dicit quod per istam ciuilem impeditur fieri missio, ex beneficio l. fin. C. de edic. diu. Adria. tollendo. Illud prima facie non est verum: quia licet possessio defuncti continuetur per statutum vel consuetudinem in heredem, illa tamen continuatio non impedit quin scripto heredi competat remedium dictae legis final. quia licet haeres vigore statuti habeat possessionem iuris, tamen pro consequenda corporali potest intentare dictum remedium adipiscenda. Ita do. Iaf. in dicta l. fin. col. quarta. versu. sic in simili. Idem Iaf. in l. si forori. col. 1. versu. & dicunt Paul. de Ca. C. de iure delibe. Et quia Chassa. inuoluntate loquitur, ne videatur praedictis contrariari, est intelligendus quod sic dicere voluerit: Quoniam in Burgundia haeres tam ex testamento quam ab in-

testato est factus: & testator tenetur relinquere tertiam hereditatis venientibus ab intestato: aliis testamentum est nullum. Pone quod testator instituerit heredem in omnibus bonis, certe quia testamentum ex dicta consuetudine est nullum, eo casu venientes ab intestato reperiuntur facti. Et sic remedium dicti l. fin. non competit heredi scripto, qui non potest dici heres ex testamento nullo. Et quod ita fit, subdit Chassaneus quod si heres tantum fuerit scriptus pro duabus partibus, quia valet testamentum, erit factus pro dictis partibus. Et nisi ita intellexerimus Chassaneum, esset sibi contrarius. Circa septimum effectum, quod civilis possessio est potens ad acquisitionem domini: intellige verum, quando precedit causa habilis ad ipsius domini translationem. Et constituens aut usufructum retinens erat in actuali possessione: aliis nemo dat quod non habet. Et ideo supra numero 17. dixi quid habeat probare ille qui vult dicere possessionem sibi traditam per precarium, vel constitutum, aut per retentionem fructuum. Limita tamen praedicta, & bene nota illa non procedere in antiquis, in quibus sufficit probare suam possessionem, absque eo quod probetur, quod constituens tempore constituti possideret. Ita Chassaneus in dicto verbo, *factus*, versiculo, limita tamen istud. fo. 240. allegat Panormita. in capitulo, cum nobis. de praescrip. & Soci. consil. 187. in quinta columna. Et istud non est mirum, quia ex tali possessione habita ex ti. etiam putatio, potuit induci praescriptio. Et quando dicitur in antiquis, vide dominum Ias. in l. cum aliquis. C. de iure deli. Et dum superius dixi de titulo habili, aduerte quia licet possessio quae est facti transferatur in eum cui res traditur ex contractu nullo, vel reprobato: iuxta text. in l. prima. §. si vir. ff. de acquir. possession. tamen illa non dicitur possessio iuris, sed facti: hinc est quod possidens ex causa iniusta dicitur esse in possessione: non tamen habere possessionem, vt declarat Paul. de Castr. in l. quod vxor viro. ff. de acquir. possession. Et ideo Paul. de Castr. in dicto §. si vir. bene locutus fuit, dum dixit quod ex contractu nullo vel reprobato, non transfertur possessio per actum fictum, puta constitutum, precarium, aut retentionem fructuum. Et licet Ias. in dicto §. si vir. dicat cauendum ab illa decisione Pauli, per rationem quem ibi allegat: quia asserit acute quidem possessionem meri facti esse, & causa semel translata est, ipso facto aliquo modo non posse reuocari. At cum praecarii fictione transfertur, nullum factum interuenit, & idcirco lex factum fictum, quod nullum & reprobatum est, facilius infirmat, & haec est mens & consideratio Pauli Castrensis: tamen illa non obstat: quia text. ibi principaliter se fundat super illa traditione facti, & super eo quod vir possessionem amiserit. Et regula sua procedit quando assignatur duae causae aequae principales, & vna non dependet ab altera. Sed in d. §. si vir. dicitur nihil interesse viri, quod ex traditione facti transferatur possessio, cum per eum amittatur. Et tex. vult dicere si vir non amiserit possessionem, illa vxori non posset acquiri: quia duo in solidum eandem rem possidere non possunt, l. si v. certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. l. 3. §. e contrario. ff. de acquir. possess. Sed quia vir eam amiserit, non est inconueniens dicere, quod per traditionem facti illa possessio sit vxori acquisita: & sic totus effectus talis acquisitionis consistit in traditione facti. Et quod per constitutum appositum super contractu nullo vel reprobato, non transferatur possessio, vide Deci. in regula contractus: ibi, vltima conclusio. ff. de reg. iur. Et do. Ias. in l. non dubium. col. 12. versic. Item adde quod si contractus principalis. C. de legi. & plenius in l. ex testamento. C. de fideicom. & Pau. de Castr. in d. §. si vir. Et non tantum procedit dicta regula quando contractus est nullus, vel reprobatus, sed etiam si sit suspectus, puta quia factus in fraudem fisci, vt notat Bar. in l. post contractum. col. 12. ver. sed quid si venditor. ff. de dona. vbi dicit quod quando est praesumptio & suspitio fraudis, requiritur corporalis traditio. Et nihil operatur constitutum, idem quando cessio praesumitur simulata: vt notat idem Bar. in l. per diuersas. versic. ex quo concluditur. C. manda. vbi confessio facta in contractu simulato, vel suspecto, nihil operatur. Sed paria sunt, confiteri se tenere rem nomine alterius, vel constitutere se eam nomine alterius possidere. Ita dicit do. Ia. in l. ex testamento. C. de fideicom. per tex. in l. si. ff. de consti. pecu. & ratio eorum est in promptu: quia confessio, precarium, constitutum, reservatio usufructus, & similia sunt accessoria principalis contractus: ideo secundum ipsius naturam regulantur. Ita vult regula accessorium, de reg. iur. & plene probant loquendo in specie de materia constituti do. Ia. in d. l. non dubium. & in d. l. ex testamento. & Curfi. senior, consil. 8. in fi. quia materia constituti est frequens de magis singularibus nihil puto omittendum. Et sic quaero: quidam donauit Titio vnum praedium, quod constituit se tenere nomine donatarii, vel precario: donator tempore mortis reperitur in actuali & corporali possessione: quaeritur in possessorio quis foueat causam iustiorum an heres donantis qui detinet, an donatarius: Chassaneus, in tit. *des successions*. §. 1. in verbo, *factus*, ver. sed pone. fo. 241. dicit, quod nunquam voluit decidere. Ego his proximis diebus in his terminis consului pro domino de Estens, contra dominum de Lestranges: & dixi quod donatarius nullum habebat possessorem: quia illa erat reservata per reservationem usufructus civilem, etiam perdidit, quia ea tenebat ministerio donatoris, qui animum tenendi possessionem nomine donatarii per mortem perdidit. Ita probat textus in l. quod meo. ibi, alium possessorem ministerio meo facio. ff. de acquir. possess. allegaui etiam tex. in l. si certe. in princ. ff. de precar. Et quod morte constituentis extinguatur constitutum in specie, est decis. Lud. de Ro. consil. 189. quem refert & sequitur do. Ias. in §. item si quis in fraudem. col. 18. versic. tertio limitatur. instit. de action. Idem voluit Decius consilio 408. col. 5. in tertio volumine: bene esset dubitandum quod si possessor esset heres constituentis, quia eo casu praesumitur possidere eo animo, quo defunctus possidebat: quod donatarius posset exercere constitutum contra heredem constituentis, sicut potuisset contra donantem defunctum. Ita voluit do. Francisc. Balbus, olim collega meus in consilio Thaurinense, in suo copioso & vtili tractatu praescriptionum. in vndecima quaestione quarta, quaestionis principalis. Sed in casu meo, filius donatoris obtinebat bona donata titulo singulari, aut forte sine causa: tamen heres non erat: & sic obtinui Ryoni de mense Augusti anno 1547. Ista materia plenius liquet in consilio praedicto vltimo facto, incipiente, licet ex praedictis. Alia est quaestio notabilis: Si constitui me possidere nomine Titii, & Titius moriatur: vtrum heres Titii possit se iuuare ex dicto constituto? Chassaneus in dicto §. primo, in verbo, *factus*, versiculo, aduerte tamen quod quando precarium. folio 240. vbi dicit,

quod

quod non, nisi constituam me tenere nomine Titii, & heredum suorum. Ratio est, quia sicut vera possessio est iure non transit ad heredem, multo minus ficta. l. cum heredes. ff. de acquir. possessio. Et si heres sit factus, non acquirit possessionem ex persona constituentis, sed ex ministerio & dispositione consuetudinis. bonum igitur & vtile est quod in constituto semper dicatur nomine acquirantis, & suorum heredum. Aliam nunc subiicio singularem quaestionem: pone quod Titius deceisset, superstitite Sempronio, Gaius post mortem Titii apprehendit corporalem possessionem alicuius rei hereditariae: Quaeritur, vtrum civilis possessio, quae erat apud Titium, sit translata in Sempronium heredem virtute statuti seu consuetudinis factientis? Reperio domi. Ias. dicentem quod non, in l. si foror. col. 1. versic. limita tamen valde singulariter. C. de iur. deli. Nullam rationem allegat, sed imitatur autoritatibus doct. quos citat. Reperio Deci. tenentem oppositum, consil. 48. col. 2. versic. & vltimus in primo volu. dicentem, quod statuto factiente, quod possessio quae fuerat apud defunctum, in heredem continuatur, ita quod non potest fideicommissarius vel alius apprehendere dictam possessionem, & sibi acquirere: quia duo non possunt in solidum possidere. allegat l. 3. §. e contrario. ff. de acquir. possess. & Fulgo. in consil. 230. quod incipit in quaestione vertente. Ego (licet ab alio factum non reperiam) puto quod vterque male dixerit. Et primo decisio do. Ias. non potest procedere: quia illa continuatio possessionis fit sine interuallo, & inter mortem & continuationem non est dare medium: quomodo igitur continuatio illa civilis possit impediri, non video, & ratio assignata est adeo euidens, quod non indiget probatione. Decisio etiam Deci. non procedit: quia licet duo non possint possidere in solidum eandem rem respectu civilis & naturalis possessionis simul, tamen alter potest possidere iuste quidem naturalem possessionem, vt facit emphiteota, & usufructuarius: & alter civilem vt facit directus dominus, vel proprietarius: vt magistraliter declarat Bar. in l. prima. §. quod ait praetor. columna secunda. versic. quandoque possidet vterque iuste. ff. vti possidetis. Decisio igitur domi. Ias. debet intelligi quod illa apprehensio corporalis facta per Titium, non impedit translationem & continuationem civilis possessionis, virtute statuti vel consuetudinis factientis: sed bene impedit apprehensionem corporalis possessionis occupatae, & quam factus aduocare non potest, nisi citato possessore, etiam iniusto: vt superius plene probaui. Similiter debet intelligi dictum Deci, videlicet quod tertius non impeditur capere corporalem possessionem: cui non obstat civilis continuata in heredem. Quae autem sit potentior, subiiciam statim, declarando si habens civilem ex statuto vel consuetudine possit contrahentem corporalem intentare casum nouitatis de iure communi, aut stylo, & consuetudine Franciae, secundum quod praedixi supra num. 8. tenere Chassaneum: ante tamen quam attingam illam quaestionem intendo discutere casus, in quibus querela naturalis potest intentari per eum qui habet vel habuit naturalem & realem possessionem, breuiter, licet ab alio declaratum non inueniam. dico, quod querela nouitatis potest intentari de iure in vtroque interdico retinenda, & recuperanda: quando is qui eam habet, turbatur, habet interdictum vti possidetis, vt manuteneatur, & turbator desistat a turbatione: aut si possessionem sine facto & culpa sua perdidit, quod primo & ante omnia reintegretur: iuxta l. si quis a se fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. & cap. reintegranda. 3. quaestione prima. Et his casibus remedium nouitatis est intentandum infra annum a die turbationis vel spoli: aliis restat sola causa proprietatis salua. Ei autem qui nunquam possedit, de iure communi non competit querela nouitatis, sed tantum remedium adipiscenda possessionis. Nunc attingo quaestionem Chassanei, vtrum civiliter possidens possit intentare querelam nouitatis, pro adipiscenda possessione corporali. Et distinguendo concludo, aut is qui possessionem detinet, habet iustam causam, vt patet in usufructuario & in emphiteota, qui naturalem dicuntur habere possessionem, & quando durat causa iniusta possessionis ratione civilis, non potest naturaliter detinens inquietari: sed tantum finito usufructu. Similiter si emphiteota cadat a dominio vtili, vel sit finita emphiteosis: quia detinet naturalem sine causa, poterit civilis possessor emphiteota turbare in sua detentione: & emphiteota resistenda dicitur turbare dominum in sua civili. Et consequenter poterit dominus civilis possessor intentate de iure scripto, interdictum vti possidetis, vt naturalem possessionem restituat, & a molestatione desistat. Ita Bartol. in l. 2. §. fin. col. penultima. versic. videmus. ff. vti possidetis. Exempla tradit dominus Ias. in l. prima columna 55. C. de iur. emphi. Ergo & querelam nouitatis, quae competit loco dicti interdicti vti possidetis, proponere, istud est nouum apud me: tamē credo verum, nec obstat si quis dixerit ista possent procedere in plenario possessorio, in quo consideratur iustitia possessionis: sed in summarissimo, quod recreantiam appellamus, nihil procedunt, quoniam tantum recens possessio consideratur: secundum stylum Franciae, de quo testatur Chassaneus, vt superius dixi. Quia respondetur quod in dicta recreantia, duo sunt in consideratione, quod conuentus possideret tempore quo agens dicit se turbatum vel spoliatum, & quod alleget causam colloratae possessionis quae requirit altiorē indaginem. Nam illa reservatur in plenario iudicio possessorio. Sed si agens probaret per modo constat, modo agatur: quod si fieri potest, puta producendo instrumentum per quod constat quod emphiteosis sit finita, vel usufructus finitus, vel quod precario a me possides: certe agens obtineret, etiam in summarissimo, in quo tantum reservantur exceptiones requirentes altiorē indaginem, non autem de quibus constat in promptu, vel ex actis: iuxta l. secunda. C. de edicto. diui. Adr. tollen, vbi exceptio falsitatis testamenti, quae requirit altiorē indaginem, reservatur in alio iudicio: secus tamen est, dicunt ibi doctores, si illa offeratur & fiat in promptu. Quae autem habeat probare actor in interdicto vti possidetis, seu in casu nouitatis, declarat Bartol. in dicta l. prima. §. fin. versiculo, videamus. ff. vti possidetis. Et quid conuentus, vbi supra columna finali. versiculo, hic reus debet probare. Ex his habes quod casus nouitatis potest intentari loco omnium interdictorum nimirum adipiscenda, retinenda, & recuperanda. Sed vtrum generalis consuetudo Franciae reddat factum omnem heredem, an verò tantum proximorem, alium successurum ab intestato, Gulielmus Benedictus in repeti. cap. Raynutius. in verbo, mortuo

testatore, &c. fo. 296. col. 3. versic. Secus autem esset si statuto dicit, quod mortuus fasit vnum proximiorum, tamen fo. 197. col. 2. versic. plus dicit. tenet secutus Bal. & Ioan. Fab. quos allegat, quod de generali consuetudine Franciæ mortuus fasit vnum hæredem, ex testamento, vel ab intestato. Et plenius idem dicit col. 3. in princ. ibi, idem & in quocunque hærede. Et ita credendum est, quod talis fasina ad quemcunque hæredem transeat favore vltimæ voluntatis. nam si nulla fiat dispositio, decedens præsumitur velle, quod viuentes ab intestato succedant. l. conficiuntur. ff. de iur. codi. Et durum videtur quod fasina daretur ei qui ad successio- nem aspirare non potest, cum causa testati faciat cessare causam intestati. l. quandiu. ff. de acquir. hæred. Et dispositio testatoris dicatur lex, §. disponat. in authen. de nup. Et istud fortificatur ex his quæ infra dicentur de fideicommissario. De quo quæritur, vtrum tanquam fasitus possit intentare querelam nouitatis, de iure? certum est quod non: vt plenè concludit dictus Bene. dicto fo. 297. col. 2. versic. tamen ibi loquitur in fidei commissario. ibi enim dicit, quod fideicommissarius ante restitutionem hæreditatis, sibi à directo hærede factam, vel eius successor, caret omni iure in hæreditate sibi restituenda, nec ei competit aliquod ius in re: sed simplex & nudum ius ad rem, cum solum insistere possit aduersus directum hæredem, vt sibi hæreditas restituatur. iuxta l. restituta. & l. cogi. ff. ad Trebel. & ibi addit hæc verba: fideicommissarius enim ante restitu- tionem hæreditatis sibi factam, non est hæres, neque loco hæredis, nec de per se auderet possessionem ap- prehendere hæreditatis, sine periculo perditionis eiusdem. l. Paulus. ff. ad Trebel. & l. non dubium. C. de lega. Cum ergo non sit hæres, nec ius habeat in hæreditate, non potest statutum vel consuetudo possessionem in ipsum transferre, cum possessio non præcedere possit suam causam. l. nunquam nuda. ff. de acqui. re. do. Nam omne agens, vt effectualiter agat, requirit patiens iam dispositum. iuxta ibi do. Philo. Actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, quod non cadit in fideicommissario. Quicquid sit de iure, curiæ parlamen- torum Franciæ seruât oppositum, duabus rationibus: vnam ipse bene allegat, vt euitetur circuitus, & pro- cessurum refrenetur euidentis damnositas. Alterum ego adduco quæ stringit. Nam curiæ sequuntur æqui- tatem, & non iuris rigorem. Et vbi æquitas seruatur, attenditur quid sit probatum. Alex. in §. Grifogoni- us. ff. de verbo. oblig. sed eo ipso quod fideicommissarius fidem facit de testamento, non, ne apparet de fideicommissio. Igitur æquum est quod sibi iustitia fiat super partibus restituendis, alio processu non expecta- to. Et quod istud obseruet curia Tholosana, testatur Benedicti, loco præallegato, fo. 397. col. 3. versic. adde quod curia parlamenti. Et quod etiam ita fuerit iudicatum, in specie tradit idem Bene. dicto fo. 397. col. 4. versic. quapropter tacere debet Bar. Et fortius dicit eo. fo. col. 3. versic. ex quibus remanet. & col. sequenti. q̄

12 remedium querelæ nouitatis competit querelanti legitimam. Secus est in constituto, de quo supra dixi: quia licet ille modus acquirendi possessionem sit fictus, tamen transfertur vera civilis & naturalis possessio, & consequenter dominium, si tradens seu constituens sit dominus. Ita Bar. in l. ab emptione. col. fi. ff. de pact. & ibi do. Ias. ver. nota & perpetuo tene menti. & col. 6. tu tene glo. Istam opinionem tenet Alex. consil. 27. in primo vol. col. 2. Contrariam opinionem tenet Alex. consil. 28. col. penul. in 2. vol. vbi sequitur concordiam Ang. & Bal. in d. l. ab emptione. quos refert, sed non sequitur, do. Ias. col. 6. versic. Ang. concordat istas. glof.

13 Tenenda est prima opinio quod per constitutum factum ab eo qui possidet, & est in reali & actuali possessio- ne, transfertur vera possessio. l. certe. §. 1. ff. de precari. & est communis opinio, quam declarat Ias. in l. ab em- ptione. col. 6. ver. secundo limita. ff. de pact. Et in exemplo ibi per eum tradito, de domino qui dedit fundum in emphiteosim, satis declarat quod ille qui tantum habet civilem possessionem non potest eam transferre per constitutum. Et ille qui vult se iuuare constituto, probare debet quod tempore constituti constitutus erat in actuali & vera possessione. not. est decis. Alex. in l. quod meo. ff. de acqui. posse. Et tradit remissiuè Ias. in d. versic. secundo limita. Idem tenet Chassaneus in tit. des successions. in verbo, *saist*. fo. 239. Ex his sequitur quod si is, cuius nomine possidetur, turbatur, habet interdictum vt possidetis: si ei auferatur possessio, ha- bet interdictum recuperandæ possessionis, iuxta tex. in l. fi. C. de acqui. poss. Dicit tamen Chassaneus in rub. des successions. in verbo, *saist*. fo. 240. versic. crederem. quod in Gallia si ageretur pro habenda recedentia, p̄- dente lite in possessorio, quod ille manuteneretur, qui reperiretur in actuali possessione vel tenuta. Idem vi- detur velle, Paul. de Cast. consil. 3. in 2. vol. secus tamen esset in plenario possessorio, in quo consideratur an- tiquior & iustior possessio: iuxta cap. licet causam. vbi Panor. & Fely. de proba. Ex præmissis habes quam vti- lis & potens sit clausula constituti, que communiter apponitur in instrumentis venditionis, donationis, & aliorum contractuum, in quibus agitur de transferendo dominium. Item plus dico, & tene cordi, quia se- mel in practica saluauit clientulum meum, qui à notario fecerat apponi clausulam constituti in instrumento venditionis sibi expedito: & in breuiatura & prothocollo illa clausula fuerat omissa. & dixi, quod notarius non peccauerat, nec etiam pars: quia notarius poterat cogi à iudice ad illam apponendam etiam si fuisset om- missa tempore stipulationis contractus, quia erat solita. Et notarius non debet omittere clausulas solitas in præiudicium partium. glo. est fi. in l. fi. C. de fideius. quæ dicit, quod notarius propter suam simplicitatem nõ debet præiudicare contrahentibus. Et in specie de constituto dicit plenè do. Ias. in l. vt liberes. col. 4. versic. similiter videmus. C. de colla. Felyn. cap. cum M. Ferrariensis. col. 4. de consti. Alex. consil. 27. in 2. vol. Idem consil. 28. in 2. per totum. do. Ias. in l. certi conditio. §. si nũmos. col. penul. ff. si cert. pet. Et ista est communis opinio, quicquid Deci. dixerit consil. 43. col. pe. in 2. vol. vbi consuluit q̄ notarius non potest clausulam con- stituti à principio omissam, expost facto sua autoritate apponere. Et bene aduertant notarii huius patriæ, qui credentes clausulam precarii tantæ esse potetie sicut constituti, in eorũ instrumentis, ea tantum vtuntur. Et tamen fortior est virtus constituti, quia per ipsum transfertur possessio civilis & naturalis: per precarium ve- rò, civilis tantum. Ita declarat do. Ias. secutus Ang. in l. ab emptione. col. 5. ver. quæstio ergo gl. est, &c. & ver. nec obstat. ff. de pact.

In tex. in verbo, *habile*.

Istud dictum fuit ad maiore declaratione, quia dispositio etiã generalis dispones de personis restringitur ad habiles. Patet ex l. 1. C. de fac. san. eccl. vbi text. dicit, habeat vnusquisque, dicunt glo. & doct. habilis. de quo dicto,

dicto, vide ibi do. Ias. Et nota quod ista consuetudo non continuatur possessionem in eos qui succedunt 16 tanquam proximiores habiles prima facie: sed ex post facto inhabiles. Exemplum in authen. liberi. C. de episc. audi. vbi liberi qui negligunt curam patris furiosi, licet sint proximiores, tamen quia lex indicat eos inhabi- les ad succedendum non dicuntur fasiti. Aliud exemplum de quo per glof. & ibi doct. in l. fi. ab hostibus. 17 §. si vir. ff. sol. ma. de eo qui est proximior; tamen negligit exhibere infirmo medicum, & de eo curam non ha- bet: & propterea ab eo auferitur hæreditas, tanquam ab indigno. Nam isti nõ dicuntur habiles cum effectu: ideo consuetudo de eis non loquitur. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gestis. vbi habetur q̄ verba sunt intelligē- da cum effectu. facit lex in l. 4. §. condēnatum. ff. de re iudic. vbi condēnatus non dicitur qui contra se ha- bet sententiam nullam. Idem dici potest de his omnibus, à quibus auferitur hæreditas, tanquam ab indignis: de quibus ff. & C. de his qui. vt indi.

In tex. in verbo, *ab intestat*.

Quid si succedat ex testamento? dicas quod consuetudo seipsam declarat. Sed dubium esset si consue- 18 tudo non diceret ab intestato, prout eant illa Burgundia, vtrum verbum, succederet, cõprehenderet tã vi- uentes ab intestato, quàm ex testamento? verum quia Chassa. in rub. des successions. §. 1. versic. tertio limita. fo. 225. tangit difficultatem: ideo non insisto. Et ibi limitat dispositionem consuetudinis sex modis, in quibus fasina seu possessionis continuatio locum non habet in hærede.

In tex. in verbo, *sans apprehension de fait*.

Habes q̄ in adipiscenda possessione nõ sufficit animus solus, sed cum animo concurrere debet actus cor- 19 poreus. l. possideri. ff. de acqui. pos.

ARTICLE II.

Le pere, mere, & autre ascendants ne succedent aux descendants.

SVMARIA IN GLOS. ARTIC. II.

- 1 Ascendentes descendentes secundum consuetudinem non succedunt: de iure communi secus.
- 2 Fratres quomodo succedant cum ascendentes.
- 3 Ascendentes, utrum de iure communi possint à descendentes exheredari.
- 4 Filius dicitur eadem persona cum patre.
Ascendentes quæ ratione non admittantur ad successionem descendentes secundum consuetudinem.
Patris potestas in filios.
- 5 Pater an habeat vsumfructum in portionibus filiorum si transeat ad secunda uota, & nu. 6.
- 6 Ratio legis quando perfecte assignari non potest, sufficit dicere, ita scriptum est: & an possit reddi ratio secretorũ dei.
- 7 Ascendentes luxuriose uiuentes, utrum excludantur à successione descendentes, de iure communi.
- 8 Vidua luxuriose uiuens an perdat dotem & bona parafernalia.
- 9 Pena negantis uel mendacium dicentis in quibus locum habeat.
- 10 Mater quando priuatur successione filij impuberis.

Ascendentes descendentes non succedunt. Ista consuetudo est de directo contra l. 1. ff. de inoffi. testa. vbi dicitur quod 1 querela inofficiosi testamenti competit tam parentibus, quàm liberis.

Bonum est videre qualiter parentes filiis succedant de iure communi. Et in primis est aduertendum q̄ si 2 filii habeant filios, prima causa successions est liberorum. authen. in successione. C. de suis & legi. lib. Si filii descendentes non habeant, succedunt ascendentes. authen. cessante. C. de legi. here. si sint fratres, & vnus mo- riatur, succedunt fratres simul cum parentibus in viriles, qñ sunt fratres vtrinque cõiuncti. auth. & cū solis. & 3 auth. defuncto. C. ad senatusconf. Tertul. Et hoc de iure, de consuetudine verò Aluerniæ fratres cõsanguinei succedunt cum vtrinque coniunctis. vt patet infra arti. 5. Et non licet liberis de iure cõmuni exheredare 4 parentes. auth. in testamento. C. eodẽ tit. Et si non sint fratres vtrinque coniuncti, nec ascendentes, succedunt fratres cõsanguinei. auth. post fratres ex vtroque parente. C. de legi. here. Quare fuerit introducta hæc 5 consuetudo, cum lex dederit patri in filij tantã potestatem, vt possit ex causa necessitatis eũ vendere: vt habe- tur C. de patri. qui fil. dif. Et fingatur filius eadẽ persona cum patre. l. fi. C. de impu. & aliis sub. Et patet vt ha- beat ius suitatis in filio tantum. §. sui. insti. de here. qua. & disse. l. in suis. ff. de lib. & posthu. profecto oportet 6 summare causam huius consuetudinis, nisi dixeremus distinguendo sic: Aut filii habent descēdentes, & nihil detrahatur ascendentes: aut nullos habent, sed fratres aut nepotes ex fratre prædefuncto: & tunc pater de iure cõmuni cõcurrit cū filiis æquali portione. Et licet eo casu videatur dicẽdũ quod pater habeat vsum- fructũ in portionibus filiorum. l. cū oportet. C. de bo. quæ lib. tamen illa lex limitatur per auth. itẽ hæreditas. 7 quæ ibidem sequitur: & sic filii habent vsumfructũ cū proprietate. Et circa istũ casum cadit notabilis quæ- stio. Pone q̄ pater trãseat ad secũda uota, quo casu perdit proprietatem: vtrũ incipiat habere vsumfructũ in 8 portionibus filiorum? videtur quod sic: quia idẽ pater amplius nõ cõcurrit cū filiis in proprietatibus filij præ- defuncti: & sic cessante causa, debet cessare effectus priuationis. cap. cum cessante. de appel. Contrariũ deci- dit Areti. consil. 72. in responsione tertii quæsti: vbi plenè tractat materiam dictæ auth. item hæreditas. Aut non habent descendentes, fratres, nec nepotes, & sic de similibus, & tunc non possum mihi suadere quod ex 9 consuetudine intelligatur introductum, quod ascendentes non succedant aliis collateralibus admisis: quia consuetudo ita debet interpretari & intelligi vt minus lēdat ius commune, quàm fieri possit. c. cum dilectus. de consuet. l. 2. C. de noxa. Tamen audiui à maximo consuetudinario domino Christophoro regis moder- no locumtenete Montifferrandi, quod hæc cõsuetudo indistinctè obseruatur: & quod fuit introducta odio 10 maximarũ dominarũ quæ succedebant eorũ filiis in vniuersis bonis: & postea transibant ad secũda uota: & nomen magnarum familiarũ omnino destituebant, siue solẽ succederunt, siue cum aliis earum filiis. Et quod consuetudo indistinctè sit intelligenda, satis indicat sequens cõsuetudo quæ aliqua reseruat. Etiam q̄ ista sit

mens consuetudinis, patet ex arti. 8. ibi, & à ceste cause. Et nota quòd licet non constet de perfecta probatio-
ne legis, statuti vel consuetudinis, sufficit dicere, ita scriptum est, vel obseruatum: vt dicit Fely. in cap. si quan-
do. col. 7. versic. circa rationem legis. de rescrip. Et ea. col. ver. circa reddendam. tradit si possit reddi ratio se-
cretorum dei. Et ibi remissiuè habes de aliquibus speculatiuis quæstionibus: cur Saracenorum secta tantum
7 duret. Item quare via impiorum prosperos habeat successus. Item cur boni sæpe damnentur. Quia hîc vi-
des quòd consuetudo priuat ascendentes à successione descendendum. Quæro vtrum de iure communi fiat
talis priuatio: in aliquo casu dic quòd secundum aliquos fit probatio, quando parentes luxuriosè viuunt, &
illi vtuntur hoc argumento: Sicut pater qui transit ad secunda vota priuatur proprietate, multo magis luxu-
riosè viuens, ne plus attribuat luxuriæ quàm castitati. Et istud argumentum de minore ad maius, iure pro-
cedit, authen. multo magis. C. de sa. san. eccle. Ista opinio non videtur bona ex fundamento strictissimo in iu-
re, quòd poena priuationis iuris nunquam habet locum, nisi lex expressè dicat, §. cum igitur. Ibi, nec est lex
8 quæ hoc dicat. in authen. de non eli. secundò nubent. Et vbi agitur de poena priuationis, argumentum à si-
mili & à maiori ratione, non procedit: vt plenè declarat do. Alex. in l. 2. ff. sol. mat. vbi decidit quòd vidua lu-
xuriosè viuens non perdit dotem, nec bona parafernalia: licet marito fiat iniuria, ac si adulterium commis-
set eo viuo. Item per illam rationem concludit do. Ias. quòd poena negantis vel mendacium dicentis, qui
eorum iure priuantur, habet tantum locum in casibus à iure expressis in l. quòd te. col. 12. versic. tamen debes
scire. ff. si cert. pet. Et ex his credo quòd talis priuatio non habet locum in ascendentibus luxuriosè viuenti-
bus: quia nò est lex quæ hoc expressè dicat. Est alius casus in quo mater priuatur successione filii impu-
beris, si ei tutorem non petierit. l. sciat. C. de legi. hære. Ista lex fallit in notabili casu, in quo consului in mulie-
re minore viginti quinque annis, quæ à lege excusatur. l. si. C. si aduer. delict. quod nota.

ARTICLE III.

Toutefois a esté aduise par les estatz que pour l'aduenir ladicte coustume n'ait
lieu quant aux meubles & conquestz, autrement faitz & aduenuz esdictz de-
scendans, que par hoirie & successio ab intestat: & qu'en iceulx ledictz ascen-
dans succedent.

SYMMARIA IN GLOS. ARTIC. III.

- 1 Ascendentes quibus casibus succedant descendentibus, & nu. 2.
- 2 Pater admittitur ex consuetudine Aluernie ad successionem filiorum in mobilibus & acquisitis.
- 3 Mobilium appellatione quæ ueniant.
Claufula generalis posita in fine orationis, quando referatur ad omnia præcedentia.

1 In mobilibus & acquisitionibus à filius factis, succedant ascendentes, & sic succedunt in castrensibus, uel quasi, in ad-
uentitiis quando proueniunt ex laboribus, aut liberalitate alicuius, secus quando ex successione ab intestato.
2 Profecto hæc consuetudo est laudabilis: & utinam haberet locum in patria Pedemontana, in qua vidi
quãdam dominam quæ habuit daos viros in comitatu Plozaschi, vnde originem traxi, morte filiorum duas
magnas domos spoliasse. Et deterius cõtigisset, si potuisset in feudalibus succedere, vt fit in hoc regno, quod
non est in ipsa patria permissum: in qua consuetudines feudorum ad vnguem obseruantur.

In tex. in verbo, aux meubles.

3 Quæ veniant appellatione mobilium: quia Chassaneus in commento consuetudinum Burgundiæ, in ca.
incipiente, femme mariée, in verbo, tous meubles. fo. 135. plenè scribit, ideo pertranseo. Nolo tamen omittere
vnam difficultatem, in qua audiui sæpius aduocatos huius oppidi disputantes & contrarios: vtrum claufula
de qua in consuetudine, ibi, autrement faitz & aduenuz, referatur ad mobilia, an verò tantum ad conquestus:
tenentes opinionem quòd ad vtrunque, mouebantur, quia natura copulæ est coniungere. l. si hæredi plures.
ff. de cõdi. insti. plenè per Fely. in c. ex parte. col. 9. ver. copula cõiungit, de rescri. Et fortiori fundamẽto quia
claufula finalis relata ad plura, ea determinat pariformiter. l. hoc iure. §. 1. ff. de vulg. & pupi. Et est alia regula
formalis pro eis, quòd quando plura in eadem oratione prolata habent vnam qualitatem, censentur omnia
restringi ab illa qualitate. Bar. in l. 4. §. erit. ff. vi bo. rap. quem refert & sequitur Fely. in cap. causam quæ. col.
5. ver. limita septimò, de rescrip. Ita est in hac consuetudine, vbi qualitas successiois aliter quàm ab intesta-
to sub vno verbo principali, referatur ad mobilia & conquestus: ergo, & c. tenentes partè contrariam adduce-
bant aliquas rationes, sed non fundabant eas autoritate doctorum, vt detur de cætero materia plenius cog-
itandi, nolui obicere quid ego sentiam. Et dico quod claufula prædicta ad conquestus tantum referenda est:
& moueor tribus fundamentis. Primum est vigenis, si bene consideretur, per dictum Tho. Fasi. dominum
Rotæ, relatum per Fely. in d. cap. ex parte. col. 17. ver. dixit tamen per pulchras rationes, & c. vbi decidit quòd
claufula adiecta post plura copulata referatur ad vltimò nominata. Et dat exemplum si dicatur prouideatur
Titio de præbenda & portionibus ac præstimonis cedentium vel decedentium, illud cedentium vel decedentium non referatur ad præbendam. Secundum est fundamentum, quia secundum Bal. relatum per Fely.
in d. c. ex parte. col. 17. versic. & natura copulæ. Natura copulæ regulariter est extendere, & non restringere:
si claufula de qua in consuetudine referetur ad mobilia, restringeret cõtra suam naturam. Tertium funda-
mentum est, quia consuetudo reducit nos in exceptione mobilium ad terminos iuris communis, de quo ascen-
dentes descendentibus succedunt. Ideo fienda est interpretatio, quæ iuri communi concordet, iuxta cap. cù
dilectus. de consue. Et tenendo istam partem ad argumenta pro prima parte facta, facilis patet responsio. Et
primò

primò dum dictum fuit quòd copula coniungit, istud non negatur, quin consuetudo loquens de successione
ascendentium coniungat tam mobilia quàm conquestus, licet sub diuersis qualitatibus: quia mobilia indi-
stinctè, & conquestus sub proxima & immediata qualitate. Et istud non est absurdum per regulam, quæ ha-
bet, quod quando copula ponitur circa qualitatem, nò autem in omnibus partibus, vt contingit in casu nostro,
vbi qualitas ponitur immediatè post verbum conquestus: tunc nò copulet vniformiter: vt declarat Fel. post
Bar. in d. ca. ex parte. col. 16. versic. fallit quintò, vbi copula ponitur circa qualitatem, & c. Ad secundum fun-
damentum potest respõderi, quod non negatur regula, quin procedat quando vna determinatio respicit plura,
quin ea pariformiter determinet: sed quia qualitas adiecta post verbum conquestus, illos tamen respicit per
fundamenta superius facta, ideo non potest determinare verbum, meubles. Hæc conclusio firmari potest ex
limitationibus datis per Fely. in cap. causam quæ. col. 3. versic. claufula referatur ad omnia præcedentia regula-
riter, de rescrip. Et primò per quinque limitationes, col. 5. vt euitetur absurditas: quis inficiabitur, quod non
sapiat absurditatem priuare parentes successione filiorum, cum morte eorum lugere possint percitionem
personæ & bonorum, & maxime patrem, in quo cessat ratio, de qua supra dixi de matre. Facit etiam sexta li-
mitatio d. col. 5. vbi dicitur quod ea quæ sequuntur non debent referri ad omnia præcedentia, quando per talè
relationem restringeretur dispositio, quæ de sui natura est amplianda vt esset in casu isto. Facit & melius li-
mitatio septima d. col. 5. vbi dicitur quòd quando mens verificari potest in omni casu, etiam qualitate non
repetita, tunc illa non censetur in omnibus repetita. Ita dicendum est in casu isto. Aliam subicito quæstionè,
vtrum appellatione mobilium veniat pecunia? decisio est Fely. post Bal. in c. cù adeo. col. 3. ver. vnde dicunt
ibi Bal. de rescrip. vbi dicit quod si consuetudo est quod mortua vxore, mobilia spectent ad virum, & immobilia ad
hæredes vxoris, licet pecunia sit destinata ad emptionem prædiorum, erit viri, quia destinatio non attenditur
nec habetur pro facto. In partibus Pedemontanis, maritus legauerat vxori mobilia, & reperti fuerunt eo defun-
cto scuta duo mille, & vltra consului pro hæredibus quòd pecunia non erat comprehensa in legato mobiliu.
primò arguebam ex mente defuncti, quæ si fuisset quòd veniret pecunia, cum esset quãtitas magna, id expref-
sisset, quia quæ nota digna sunt, si specialiter non fiant, censentur neglecta. l. item apud Labeonem. §. 1. ff. de
iureiur. Secundo ex communi vsu loquendi apud ignaros literarum, vt erat dictus maritus, nam si examina-
rentur centum testes ignari, nunquam dicerent quòd intelligant in legato mobilium venire pecunia, maxi-
mè quando excedit valorem mobilium: & ita volebam articulare, tamen causa fuit amicabiliter cõcordata.
In tex. in verbo, conquestz.

Quia idem Chassaneus in loco præallegato, in verbo, & conquestz. fo. 136. plenè tractat materiam con-
questuum, me remitto.

ARTICLE III.

Ouidit pays coustumier d'Auergne y a deux manieres d'heritiers: l'un du
costé paternel, & l'autre du costé maternel: & retournent les biens à l'estoc d'ou
ilz sont prouenuz, tellement que les prochains lignagers du costé paternel succe-
dent ab intestat es biens prouenuz dudict estoc, & non les parens du costé ma-
ternel, & econtra.

SYMMARIA IN GLOS. ART. III.

- 1 Successio qualiter deferatur agnatis uel cognatis. Item sicut de iure communi est sublata differentia agnationis & cognationis in successione ab intestato. & num. 2.
- 3 Bona quando dicantur esse de stocho & linea paterna, & quando de materna.
Hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, sed patrimonium.
- 4 Bona in dubio præsumuntur patris, nisi probentur esse materna.
- 6 Agnati qui dicantur, & qui cognati. & num. sequen.

Collaterales patris succedunt in bonis ex linea masculina prouenientibus: & collaterales ex parte matris, in bonis ex
linea feminina.

Sed de iure communi est sublata in successione ab intestato differentia agnationis & cognationis. authen.
in successione. C. de suis & legi. §. item vetustas. insti. de hære. quæ ab intest. de Alexand. in apost. ad Bart. in
authen. cessante. C. de legi. hære. Quoniam sæpe incidit difficultas, quæ bona dicantur prouenire de sto-
cho seu linea masculina, & quæ ex feminina: requisitus de declaratione cõsuetudinis, quia quæstio sæpissimè
in facto contingit: prima facie videtur quòd apparere possit bona habuisse ortum & descendẽtiam à fama,
etiam quòd transferunt per plures manus masculorum, semper retineant primam naturam. Et licet videatur
in contrarium tex. inst. qui ma. non licet. §. 1. vbi si seruo hærede instituto hereditaria bona alienentur: nò di-
citur fieri iniuria defuncto, sed seruo: quoniam per hæreditatis aditionè definit esse hæreditas, & dicitur pa-
trimonium eius qui successit. Ita in casu isto, adita hæreditate per masculum, non videtur posse dici hæredi-
tas descendens à femina, sed à masculo, cuius est dicta hæreditas in patrimoniũ translata. Isto tamè forti mo-
tuo nò obstante videtur quòd supra dictum est procedere, quoniam cõsuetudo nò loquitur de successione
hæreditatis, sed de successione bonorum prouenientiu ex stocho. Et sic licet hæreditas adita desinat esse hæ-
reditas, illa tamè quæ obuenerunt hæredi dicuntur bona. Bart. in l. si Titius. in prin. ff. ad Trebel. Et ideo cõ-
suetudo loquendo de bonis quæ prouenerunt de stocho paterno vel materno, videtur verificari in omni-
bus bonis quæ habuerunt ortum principium à masculo vel feminis respectiuè: cui non obstat additio per
H iiii

plures medio tempore facta: quia semper retinent nomen bonorum. Et re vera hæc interpretatio videtur congruere verbis consuetudinibus, quæ non considerant causam proximam, sed remotam. Nam idem est dicere, *de l'estoc*, quàm dicere de linea & descendencia. Verum est quod omnia bona in dubio præsumuntur patris: & ideo alleganti quod bona processerunt ex linea matris, incumbit onus probandi: quoniam in dubio bona præsumuntur paterna, & non uxoris. l. etiam. C. de dona. inter virum & uxorem. glo. in l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. Et ideo alleganti materna, aut ex eius stocho & linea, incumbit onus probandi. l. ei qui dicit. ff. de proba. Nec etiam talia bona possunt dici conquestus, quia quæ veniunt ex successione, retinet primam naturam, & non transeunt in conquestum secundum consuetudinem. Patet infra consuetudine octava, quæ dicit quod donata successuro ab intestato non appellantur conquestus. Ex præmissis fundamentis in causa commissa domino Rôdichardo & mihi ex vna parte, & domino Ioanni Chonono viro non minus docto quàm subtili, ex altera, nixi fuimus intentionem principalis nostri sustinere: sed pro parte dicti domini Chononis nobis exhibita fuit deci. Pau. de Ca. in l. quod scitis. §. 1. in verb. ibi, idem nepos. & ca. fin. ibi, sed istud videtur non posse stare, vsque in fi. C. de bo. quæ lib. Qua lecta duxi cogitandum: & datis induciis brevis temporis studui: & credo quod consuetudo quæ dicit quod tantum sunt duo stochi, vnus paternus, alter maternus, intellexerit quod omnia bona quæ filio à patre proueniunt, etiã si ea pater à matre, vel matri coniunctis habuerit, iudicantur paterna: quia inspicitur persona proxima cui succeditur, nec est habenda cõsideratio vnde bona prouenerunt, & ortum habuerunt. & ita in terminis pulchrè declarant Pau. de Ca. loco præallegato. & Ludo. Ro. consil. 40. col. 1. & vltra Paul. facio duo fundamenta ineuitabilia. Nam vbi consuetudo dicit quod stochus paternus est vnus: si haberetur consideratio quando bona patri prouenerunt ex matre sua, vel matri coniunctis, certè stochus paternus diuideretur secundum diuersitatem bonorum & successione sua, vel matri coniunctis, certè stochus paternus diuideretur secundum diuersitatem bonorum & successione sua, quia in patre considerarem vnum stochum respectu bonorum paternorum, & alterum respectu maternorum, quod consuetudo non admittit in principio. Et sic consuetudo faciendo tantum duos stochos, voluit quod quicquid filius habet à patre vndeunque prouenerit, dicatur paternum: & similiter à matre, maternum. Adduco aliud fundamentum. nam de iure communi tantum sunt duo stochi: quia alii appellantur agnati, & alii cognati. & dicuntur filio agnati omnes coniuncti ex parte patris, siue ex linea masculina, siue feminina, insti. de legi. agna. succes. in prin. declaro sic: Licet omnes coniuncti patri meo ex latere eius matris sint ipsi patri cognati, tamen mihi filio mutato cognationis nomine, efficiuntur agnati: quia coniuncti ex parte patris. & sic consideratur causa proxima qualis stochus dicatur paternus, & non remota. Ideo cõcludendum est, quod filio est solus stochus agnatorum, ex parte patris procedens: & bona quæ obueniunt patri ex eius matre, respectu patris, materna, & respectu filii patris, paterna sunt iudicanda, non habita consideratione vnde prouenerint, & ortum habuerint: & istam arbitror meram veritatem tenendam, consulendo & iudicando. Addo quod rectè consideranti hæc difficultas resoluitur per text. consuetudinis in tit. *de retrah. c. 23. artic. 2. 4.* vbi dicitur quod ius retractationis defertur secundum ius successione ab intestato, vt videlicet agnati possint retrahere bona paterna, & cognati materna: & sic ibi tantum considerantur pater & mater: quoniam patri etiam per cognationem sunt coniuncti descendentes à patre, per agnationem, vt superius probauit: & re vera, illa consuetudo tollit omnem difficultatem.

ARTICLE V.

Les freres procreez ex vno latere succedent par egales portions es biens prouenuz du costé dont ilz s'attiennent, avec ceulx qui sont conioinctz ex vtroque latere.

SVMMARIA IN GLOS. ART. V.

- 1 Fratres utrinque coniuncti ex successione fratrum excludunt de iure communi coniunctos ex vno latere tantum: secundum consuetudinem, & nu. 2.
- 3 Fratres utrinque coniuncti, an excludant consanguineos in bonis feudalibus, aut pariter admittantur.
- 1 Fratres consanguinei succedant cum coniunctis ab vtroque latere in bonis paternis. Non est intelligendum quod consuetudo loquatur quando agitur de succedendo patri, quia esset superflua: sed quando agitur de succedendo uni fratri, qui habet fratres utrinque coniunctos & consanguineos tantum.
- 2 Et sic ista consuetudo discordat cum iure communi, de quo vtrunque coninncti excludunt consanguineos, vel vterinos tantum. auth. post fratres ex vtroque parente. C. de legi. heredi. Quæro, quid iuris in bonis feudalibus, vtrū vtrunque cõiuncti excludant consanguineos, an pariter admittantur? Concludo quod etiam in partibus vbi consuetudines feudorum sunt in obseruantia, puta in Italia, succedunt æqualiter: quia sola de descendencia patris habetur in consideratione, propter inhabilitatem feminarum in feudorum successione. Ita declarat do. Iaf. in l. cum proponas. in 1. col. C. de pact. summus feudista Pedemontanus do. Iaco. de sancto Geor. in sua inuestitura feudali, in verbo, presentis & recipientes, ver. sed nūquid. In Gallia autem, in ea parte quæ regitur iure scripto, quia feuda sunt redacta ad instar allodialium, nisi esset cõsuetudo (vt est in hac prouincia Aluerniæ) in contrarium, aut alia constitutio regia. videtur dicendum quod vtrunque coniuncti excluderent coniunctos ex vno latere tantum: quia ita est de iure scripto in allodialibus, vt supra probauit: sed consuetudo omnes æqualiter admittit.

ARTICLE VI.

Tous biens acquis par le defunct, de la succession duquel seroit question, sont

tenuz

tenuz & reputez biens paternelz & prouenuz du costé paternel: tellement que les parens paternelz y succedent & en sont les parens maternelz forclos.

Bona à patre acquisita censentur paterna: & in eis tantum succedunt collaterales ex linea paterna.
Ista consuetudo emanauit ad tollendum difficultates quæ possunt contingere, quia aliquando dos matris excedit facultates viri: si tamen vir acquirat, habet locum consuetudo.

ARTICLE VII.

Mais à iceulx seront preferez les ascendans, tant paternelz que maternelz, en default des descendans, ainsi que dessus est dict par l'aduis desdictz estatz.

SVMMARIVM IN GLO. ARTI. VII.

2 Auis paternus & maternus, qualiter succedant decedenti sine liberis.

In acquisitis, deficientibus descendens, succedunt ascendentes utriusque sexus: ut dictum fuit supra, arti. 3.
De materia successione ascendentium de iure communi, vide pulchrè Pau. de Ca. in l. quod scitis. §. 1. C. de bo. quæ lib. Et ibi singulariter dicit Bar. quem Ro. sequitur, suo consil. 40. quod si nepos decedat sine liberis, superstitibus auo paterno & materno, quod auus maternus habebit successione bonorum dicti nepotis, quæ prouenerunt ab eius matre.

ARTICLE VIII.

Et à ceste cause, pour ne frustrer les collateraux, qui par cy deuant succedoyent aux biens de l'estoc dont estoient prouenuz les biens donnez à celuy ou ceulx qui les deurent auoir ab intestat, & ne se peuent dire acquestz, & ne changeront la nature du costé d'ou ilz sont prouenuz: combien que par cy deuat entre les coustumiers y eust sur ce grande altercation.

Donata successuro ab intestato, retinent propriam naturam, ut dicantur paterna, & non acquisita.
Ista fuit edita ad declarationem præcedentis consuetudinis tantum, & vult quod ascendentes in bonis donatis non excludant collaterales: quia non habentur donata loco acquiritorum. Ratio istius consuetudinis fuit fauor collateralium, vt in ea dicitur: aliis donata diceretur acquisita ex successione, in qua solâ spè habebat donatarius. & quæ spes erat fallibilis, quia inter os & opham magnum est chaos. Et omnia sunt hominum tenui pendencia filo: & subito casu quæ valuere ruunt: maximè in dependentibus ab aliena voluntate, quæ est deambulatoria vsque ad mortem. l. 4. ff. de adi. lega. hinc Ouidius: Fallitur augurio spes bona sæpe suo. Est tamen spes quandoque considerabilis: quia post vendi & donari, l. spes. C. de dona.

ARTICLE IX.

Representation a lieu, tant en droicte ligne que collaterale vsque in infinitum, audiçt pays coustumier.

SVMMARIVM IN GLOS. ART. IX.

Representatio quando locum habeat, tam iure communi quàm consuetudinario.

Ius representationis, hoc est quod filius representet personam patris, habet locum tam in descendens quàm collateralibus in infinitum.

De iure communi tantum locum vindicat representatio, quado agitur de successione ascendentium, aut patri seu auunculi in collateralibus. authen. cessante. C. de legi. hære. Bar. in auth. post fratres. la. l. C. de legi. hære. in reliquis consideratur prioritas gradus. Conclusio supra scripta clarè procedit quando filii fratres succedunt cum patruo: quoniam eo casu, attèto quod patruus est prior in gradu, nisi esset locus representationi, nepotes tanquam posteriores in gradu, excluderentur. Sed magna resultat difficultas: quid iuris quando filii fratrum præmortuorum veniunt ad successione, an tunc sit locus representationi, an verò, quia repèriuntur in equali gradu, veniant ad successione ex eorum propriis personis? Et quæstio nuper de facto cõtingit. aliqui dixerunt quod erat locus representationi, & sic deferebatur successio in stirpes, & non in capita. Et ista dicit magis communem Ang. in §. cū filius. insti. de hære. quæ ab intest. defe. licet dicat aliam veriore. Et vidi plures legistas tam Ryonò quàm de Monteferrãdo, qui tenuerunt talem successione, deferri sine beneficio representationis: quia data gradus paritate, non est representatio necessaria. Et quia dixerunt mihi quod ista parte fuerat per parlamentum Parisiense arestatum, ideo me cum eis subscripsi. & tenentes istam opinionem, allegat tex. in §. si igitur defunctus. in authen. de hære. ab inte. venien. Post scripta reperi Guliel. Bene.

in rep. cap. Raynutius. in verbo, & uxorem nomine Adela. nu. 101. de testa. tenentem primam opinionem: si-
cet apud Parisenses in locis per eum allegatis seruetur opinio secunda, videlicet quod non sit locus represen-
tationi. Et sic contingere posset, quod arestum Parisiense, de quo supra fuisse latum in illis locis particulari-
bus, in quibus talis consuetudo vigeat.

ARTICLE X.

Bastardz ne succedent à leurs parens & lignagers, de quelque estoc qu'ilz
foyent.

SYMMARIA IN GLOS. ARTIC. X.

- 1 Naturales qui dicantur, & qui concubinarij, qui nothi, & qui manseri, & utrum succedat matri, & nu. 2. 3. & 4.
- 5 Naturales tantum utrum succedant patri ab intestato.
- 6 Pater si habeat liberos, utrum possit naturalem instituere in una uncia, & quid si non habeat liberos.
- 7 Pater utrum possit substituere filio legitimo, filium naturalem.
- 8 Spurijs sunt omni beneficio exclusi.
Spurijs de iure cano. potest pro alimentis aliquid donari uel legari.
Pater tenetur alere spurium.
- 9 Spuria mortua, utrum dos restitui debeat, uel transeat ad heredes.
- 10 Spurius utrum possit substitui pupillo uel altero legitimo.
- 11 Frater legitimus naturalis, utrum succedat naturali tantum.
- 12 Bastardus, & naturalis, quod sint idem.
- 13 Naturales seu spurij, utrum possint à legitimis patrum suorum institui.
- 14 Naturalium filij legitimi succedunt patri & matri: agnatis uel cognatis, non.

Bastardi sunt omni successione, tam ascendentium quam collateralium exclusi.
Ista consuetudo indistincte loquitur de bastardis. iura autem communia faciunt differentiam inter na-
turales tantum, & natos ex damnato coitu, qui nuncupantur spurii. Et quia ista materia est frequens, ideo est
diligenter declaranda. Et primo quero, qui dicantur naturales tantum? dico quod hi qui nascuntur ex so-
lutis, & possunt simul matrimonium contrahere, & sunt concubinarij: & de his habemus tit. C. de nat. li. Itē
qui dicantur naturales, qui spurii, qui nothi, & qui manseri: vide bonam glo. in c. nisi cum pridem. in §. per-
sonæ. de renun. & in §. pe. in verbo, participium. in auth. qui. mo. na. effi. sui. Itē quero, vtrū isti succedant
matri de iure communi? dic q non: sic etiā cognatis, hoc est ex linea materna cōiunctis. tex. in §. vulgo que-
sitos. insti. de succel. cogna. Succedunt etiam matri cum filiis legitimis. Ita dicit glo. in c. nisi cum pridem.
in §. personæ. de renun. Nūc quero, vtrum naturales tantum succedant patri ab intestato? si pater habeat
filios, in nihilo possunt succedere: si verò nō habeat filios, succedūt in duabus vnciis, authen. licet. C. de nat.
lib. & gl. in præallegato §. personæ. Ex testamento si pater habet liberos, potest naturalem instituere in vna
uncia. l. 2. C. de nat. lib. si nō habet liberos, neque ascēdetes: vide in d. auth. licet. Vtrū pater possit substi-
tuere filio legitimo, filium naturalem? vide tex. Bar. & D. Ia. in l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pup. quod sic.
Quero, quid de spurio, vtrum aliquid ei relinqui possit? de iure civili, spurii sunt omni beneficio exclu-
si, etiam respectu alimentorum: patet, quia in auth. licet. dicitur quod naturales sunt alendi: & in fi. dicitur q
spurii sunt omni beneficio exclusi: & sic ab alimentis, de iure canonico eis pro alimentis donari vel legari po-
test, cap. cum haberet. de eo qui dux. in ma. quā polluit per adul. Et potest dotari spuria Alex. in l. r. col. 6. ff.
sol. mat. & plenē Abbas consil. 115. in 2. vol. col. 2. Intellige prædicta de spurii natis ex coitu punibili: in qui-
bus aduerte q licet in d. c. cum haberet. dicatur q spurio possunt dari alimenta, tamen Deci. in c. clerici. col.
1. de iudi. dicit q pater tenetur alere spurium. & q illa equitas iuris canonici, secundū communem opinionē,
est seruanda in terris imperii. Nota etiā perpetuo vnum singulare, q mortua spuria, fit dotis restitutio, &
non transit ad heredes, etiam filios. Ita consuluit Panor. in consil. 50. & consil. 115. in 2. vol. Qualiter proce-
derat ista decisio, aduerte diligenter, quoniam Abbas d. consil. 50. loquitur in casu in quo spuria deceffit sine
liberis, & ille non habet dubitationem, quia spuria habebat dotem loco alimentorum, quæ fuerunt extincta
morte. Sed dicto consil. 115. loquitur quando spuria habebat liberos, & eo casu Panor. bene distinguit, aut is
qui donauit dotem, dixit, q donabat spuria & liberis suis, seu hæredibus: & isto casu si liberi petant ex pro-
uisione donantis, sunt audiendi: quia potuit filiis spuria donari & legari. Si autem petant tanquam hæredes
matris, malè petunt: quia mater talia non transmittit ad filios, cum morte extinguantur tam dos quam ali-
menta. In facti contingentiā astiti vni consultationi cum domino vicecastellano huius oppidi. Et licet ibi
filij spuria petiuisent tanquam heredes quoddam legatum, quod erat factum contemplatione certarū pro-
uisionum factorum per patrem spuria in dotis constitutione, quæ facta fuerat spuria & liberis: sui opinio-
nis cum alijs dominis consultoribus, q dicti liberi malè intētauerant earum petitionē ex persona matris. sed
quia ex actis constabat de bono iure pupillorum, & acta faciebant notorium, dixi, quod iudex poterat sup-
plere ex actis, & condemnare conuentum & compēfare expensas: & ita factum fuit, licet rigor iuris multum
refragaretur ipsis pupillis. Inter cætera tamen domini consulentes moueri potuerunt, quod hæres patris di-
ctæ spuria non poterat venire contra factum defuncti disponentis, l. cum à matre. C. de rei vendi. Ad illud
tamen poterat responderi, quod illa lex non loquitur de facto improbato à iure: iuxta notata in l. post mor-
tem. ff. de adop. & in l. non dubium. C. de legi. profecto casus erat dubius: sed quia petitores erant pupilli &
pauperes, defensor verò hæres, qui perceperat commodum opulentæ hereditatis, & diues, pro pupillis piè
fuit iudicatum. Sunt tamen aliquæ cautela, per quas consulitur spurii: vnam tradit Bar. in l. si is. in. fi. ff. de
lib. lega.

lib. lega. aliam do. Iaf. in l. hæreditas. col. 3. C. de his qui. vt indi. plures remissiuè tradit do. Iaf. in l. 2. col. fin. C.
de hære. insti. & ibi dicit quod Cepol. omnes refert, & reprobat, vna excepta. potest etiam spurius substitui
pupillo, vel alteri legitimo, vt supra probaui. Accedit alia quæstio, vtrū frater legitimus & naturalis succe-
dat naturali tantum? dic quod non, secundum Ang. & Areti. in §. vulgo quæstos. col. 1. vers. primo. casu. in-
fi. de succel. cog. Ista consuetudo loquens de bastardis verificatur in naturalibus: quia bastardus & na-
turalis idem sunt. Ita probat glo. in rubr. ff. de concu. quæ appellat naturales bastardos. Idem tenet Alexand.
consil. 128. col. penultima, in 1. vol. Nota tamē quod omnes, siue naturales siue spurii à filiis legitimis suo-
rum patrū possunt institui. tex. & ibi do. Iaf. amplē in d. l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pup. Et ibi per doc.
maximè do. Ia. multa tractantur quādo fit locus suspicioni in contractibus. Et ne fiat fraus de persona ad per-
sonam. Circa istam consuetudinem quæ excludit bastardos à successione parētum & collateralium, oportet
tunc quæro: Quid si bastardus à principe fuerit legitimatus, vtrum auferat hæreditatem venientibus ab in-
testato? Ista quæstionē mouet do. Iaf. in l. gallus. §. & quid si tantum. col. 13. ver. circa secundā quæstionem. ff.
de libe. & posthu. Et facit duas cōclusiones: prima est q pater potest legitimari facere filium, siue extent alii
filij, siue alij successuri ab intestato. Ibidem tamen col. 14. ver. tertio limita. declarat q pater debet exprimere
principi, q habet filios legitimos, aut alios cōiunctos successuros ab intestato, aliās talis legitimatio nō pre-
iudicaret. Itē ibidem ver. primo limita. tradit vnam notabilem fallentiā ad regulam, vt tantum procedat talis le-
gitimatio in bonis, in quibus ipse pater disponere posset: quia sicut eo casu disponendo posset auferre hære-
ditatē venientibus ad intestato, ita legitimando. Et dat exemplū do. Iaf. q rex nō potest legitimari facere ba-
stardū in præiudiciū successuri in regno: qm de ipsa successione disponere nō potest. c. licet. de voto. Ego vl-
tra eum do aliud exemplū, q per talem legitimatiōem nō excluderentur substituti dicto patri, ex prouisione
& testamento aui: quia non posset idem pater derogare dictæ substitutioni, cum per eum succedatur substi-
tuenti, & non ei cui quis substituitur. l. cohæredi. ff. de vulg. & pup. Ista regula tantum loquitur quando agi-
tur de succedēdo legitimanti. Sed quid si agatur de succedendo agnatis & cognatis, quo casu cessat ratio, de
qua supra, videlicet q sit in potestate legitimatis excludēdi venientibus ab intestato? iudicio meo videtur distin-
guendū: aut legitimatio est simpliciter facta, & tunc legitimatus nō succederet collateralibus in præiudiciū
filiorū legitimorū: quia in dubio princeps nō videtur velle præiudicare iuri tertii. l. hoc iure. §. diutius aquæ.
ff. de aqua quoti. & aesti. Et licet illud ius non sit adhuc formatū incōmutabiliter, tamē est in spe, quæ est con-
siderabilis. l. spem. C. de dona. Aut in rescripto dicitur q legitimatus succedat agnatis: & eo casu poterit suc-
cedere. Ratio est, quia illa spes successione non est adhuc ad effectū deducta: & legitimatio retrahitur quan-
do ius non est successuro incōmutabiliter acquisitum. Ista differentia colligi potest ex dictis do. Iaf. in d. §. &
quid si tantum. col. 12. ver. circa primū, & c. Do. Iaf. ibidē, col. 15. ver. circa tertiā. declarat an in legitimatiōe
sit requisita citatio venientium ab intestato. Et quæ sint necessariò exprimēda principi, quando concedit le-
gitimatiōem, tradit plenē Fely. in c. postulati. col. 4. ver. seruit etiā. de rescri. Et materiam legitimatiōis ple-
nē attingit Chassan. in tit. des successions des bastards. in verbo, ab intestato. fol. 266. & sequētibus. & in fo. 288. ver.
cum casus. tradit remissiuè impugnationes eōtra legitimatiōem: & addit vnum verbū, q in Gallia bastardi
legitimati non succedunt. Et talis legitimatio prodest ad excludendum principem à successione legitimati
tantum: cum rex ex consuetudine bastards succedat. Et vt clariori veritatis lumini succurratur in quibus ca-
sibus legitimati habeantur loco legitimorū: & quando possint succedere tam ex testamento quam ab intesta-
to, plenissimè tractat Chassa. in suo consil. incipiente, Christi nomine inuocato. Et primò quantum, & c. po-
situm sub rub. 8. des successions des bastards. fo. 260. & in specie vtrum succedant agnatis, tractat Chassa. in lo-
co præallegato, fo. 291. ver. decimo facit. Aduerte nūc diligenter, quia in Gallia in legitimatiōibus post le-
gitimatiōem ad honores, acquisita & acquirenda, solet poni clausula infra scripta. Ad successione patris, cōiū-
ctorum & amicorū, possit legitimatus deuenire, dumodo sit de eorū consensu eorūdemque hæredū. Et isto
casu dico, q licet pater cōsenserit legitimatiōi vel ipsius interinationi, per hoc non dicitur cōsensisse futuræ
successioni, nisi id expressē declarauerit. Nā talis dispositio principis nō dicitur propriè legitimatiō: cuius na-
tura est, quod sit simplex & pura: sed potius quātū ad succedendum, dicitur dispēsatio cōditionalis, propter
dictionē, dumodo, vt bene declarat Chass. in d. rub. 8. des successions des bastards. §. 5. fo. 293. ver. itē & quod.
post do. Iaf. in l. cum acutissimi. col. 2. ver. breuiter & clariū. col. fi. C. de fideicō. Et Deci. consil. 52. col. fi. vo.
primo. Et ita plenē probaui in consilio, quod spero cum presentibus glosellis imprefioni demādare. stat er-
go conclusio q cōsensus præstitus per patrē legitimatiōi filij bastardi, nō arguit q idē pater voluerit exclu-
dere à successione venientes ab intestato, & eis præferre legitimatum vocatum sub cōditione dumodo, quæ
est implenda in forma specifica, & verbis expressis. l. Meuius. ff. de condi. & demonstra. Si autē talibus legiti-
matis succedant agnati & cognati: licet in specie tactū nō reperiā, puto dicēdū: aut legitimatiō cōtinet q
legitimati succedat agnatis & cognatis, & tūc ab eis legitimatiō succeditur, vt cōtrariorū eadē sit disciplina.
iuxta gl. inst. de his qui sunt sui vel alie. iur. in prin. Aut nō amplectitur tales successiones collateralium, & tunc
plurimū dubitārē. Ratio est quia legitimatus nō habet ius sanguinis cum agnatis & cognatis, & militat ratio
contrariorū, de qua supra. Nec obstat q legitimatus successerit patri: quia per aditionē hæreditatis talis suc-
cessio effecta est patrimoniū filij: vt probat tex. inst. quibus ex cau. manu. nō li. §. licet. in fi. Et ideo agitur de
successione legitimati, cui agnati & cognati nihil attingunt. Vtrum bastardi legitimati possint deferre arma
domus: & quæ sit differentia quā barra, quæ significat differentia cū armis domus, incipit à dextra vel à sini-
stra, vide plenē Chassan. in tit. des successions des bastards. §. 3. fo. 285. nu. 21. 22. 23.

ARTICLE XI.

Les descendants en droicte ligne en loyal mariage des bastardz leur succedent,
& non leurs autres parens & lignagers.

Filii bastardorum ex legitimo suscepti matrimonio, parentibus succedunt, & non aliis agnatis vel cognatis.

ARTICLE XII.

Les biens de celuy qui entre en religion ne sont dediez à l'eglise, sinon qu'il y eust expresse dedication.

SYMMARIA IN GLOS. ARTIC. XII.

- 1 Professio ingressi religionem tacita vel expressa quoad dedicationem bonorum, quantum operetur secundum consuetudinem, & quantum de iure communi.
- 2 Fratres mendicantes, predicatores, minores, & alij religiosi quando possint succedere, & quando possint tenere bona immobilia.
- 3 Monasterium quando possit petere dotem & helemosinam per patrem filie monache constitutam tam de iure communi, quam secundum consuetudinem.
- 4 Dos si constituatur à patre filie monachandae de ducentis scutis, & filie nubendae de quatuor centum, an consequatur monacha dotem ad instar nuptae.
- 5 Pater utrum pro causa possit dare maiorem dotem uni ex filiabus quam alteri?
- 8 Consuetudo uel statutum quod bona ingressi monasterium non sint tacite dedicata monasterio, an ualeat.

Bona ingredientis monasterium non transeunt in ecclesiam nisi interueniat expressa dedicatio.

Hæc consuetudo discordat cum iure cõmuni. auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. ubi habetur qd idem operatur tacita dedicatio qd expressa. Et videtur hæc cõsuetudo rationalis: quia plures ignorantes iuris dispositione potuissent eorum bona in ecclesia transferre, citra eorum deliberatũ consensum, ideo bene fuit cõsultũ, qd ingrediẽs voluntatẽ suã declararet. Et quod talis cõsuetudo ualeat, & nõ dicatur cõtra libertatẽ ecclesie: qm ecclesie nihil aufertur, licet ei nõ deferatur, cũ bona tẽpore ingressus adhuc ecclesie nõ sint quesita, firmat Chaff. in ti. des successions. in tex. ibi, *consuete du royaume*. in fi. fo. 283. Contrariũ tenui infrã nu. 8. Itẽ tales professi si sint fratres minores, mendicantes, predicatores, fratres seruorum, item fratres carmelitani, vtrũ possint succedere. Itẽ vtrũ tenere bona immobilia, vide plenẽ Fel. in c. in presentia. col. 21. ver. septimò quero vidimus. de proba. Et quid de Cisteriensibus, idem Chaff. in d. ti. des successions. in verbo, in bayliuiatu. fo. 281.

Circa hanc consuetudinẽ moueo quẽstionẽ: Pater in testamento ordinauit quod Berta eius filia esset monacha, & ei legauit centũ scuta pro dote, & helemosina: Berta ingreditur monasteriũ sancte Claræ, & ibi facit professionẽ. Queritur vtrũ monasterium possit petere dotem & helemosinã d. filie constitutam: de iure re cõmuni clarũ est quod sic, per auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. quia per ingressum iuncta professione, dedicauit sua deo. secundum consuetudinẽ videtur contrariũ, quia requiritur expressa dedicatio. Et post professionem filia habetur pro mortua, nec cõputatur inter liberos, vt dicunt consuetudines 13. & 14. Non puto quod casus iste possit euenire: quia monasteria omnia agunt cũ deliberato cõsilio, & ante ingressum cõcordant de quantitate dotis & helemosinæ. Aliam moueo quẽstionem adeo dubitabilem, quod vix veritas potest inueniri, & ista frequenter contingere potest. Pone, pater in testamento ordinauit quod si aliqua ex filiabus suis esset monacha, haberet scuta centum in dotem: si verò nuberet, haberet ducentum: vna filia intrauit monasterium, & eidem pro dote & helemosina constituit, quicquid petere posset ex bonis paternis ex testamento, vel ab intestato, nunc monasterium petit ducenta scuta, asserendo quod tantum debet habere sponsa Christi sicut sponsa tẽporalis, nec debet esse deterioris conditionis. Et pro monasterio allegatur tex. in l. Titie si nupserit. ff. de condi. & demon. ubi conditio, si non nupserit, reiicitur: quoniam est impeditiua matrimonii: & quod talis conditio reiiciatur, est tex. in l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demon. Item allegãtes pro monasterio dicunt, quod si plus relinquatur nuptae quam religiose, qd filia vt habeat pinguiorẽ dotẽ, induceretur ad matrimonium temporale, & retrahet animum à spirituali, quod est fauorabilius. Et ex his cõcludunt pro monasterio Iaf. & omnes per eum allegati, in authen. si qua mulier. col. 2. C. de sac. san. eccl. Cõtrariam opinionem tenet Deci. post alios per eum relatos, in c. in presentia. col. 30. versi. ex prædictis. & col. 31. de probatio. Iudicio meo hæc secunda opinio videtur verior. ratio est, quia voluntas testatoris est lex. §. disponat. in authen. de nup. & potest testator inæqualiter disponere inter liberos: vt habetur in authenti. ex imperfecto. C. de testa. Difficultas stat in respondẽdo motiuis ex aduerso factis. Et primò dum dicitur quod filia retraheretur à spirituali matrimonio propter diminutionem dotis, non videtur verum quoniam filia talis, quæ dei contemplatione monasterium ingreditur, proficitur paupertatem, tanquam vnum de substantialibus religionis: iuxta tex. in cap. cum apud monasterium. §. fin. de stat. mona. non creditur quod habeat talem considerationem cum nihil retineat proprii: & tantum sit diues, cum centum, ac si habeat ducenta: quoniam in alimentis in talibus monasteriis, quibus viuunt in communi, non habetur acceptatio personarum: nec plus habet quæ dotem pinguem dedit, quam quæ exiguam. Non obstat tex. in l. Titie si nupserit. in quo Iaf. & ceteri faciunt fundamentum. Nam ideo ibi conditio si non nupserit, tollitur, quia interest rei publicæ quod mulieres nubant: & ea ratione causa dotis est maximè priuilegiata: vt habetur in l. prima. ff. sol. matrimo. Sed ista conditio, si filia mea ingreditur monasterium, tanquam honesta non reiicitur: & ideo voluntas testatoris potest impleri in vtraque conditione, intrando monasterium, aut nubendo. Et dum dicitur monacha non debet esse deterioris cõditionis in dote, quam nupta: potest responderi, qd dos constituitur pro onerib⁹ matrimonii. l. ubi adhuc. C. de iure do. Et alia ratio haberi debet in ea quæ traditur nuptui à qua soboles speratur, qd à monacha: cuius tantum persona cõsideratur. Itẽ dos est patrimoniũ filie nupte. l. 3. §. sed vtrũ. in fi. ff. de mino. Item & substantia eius, insti. qui. alie. li. in fi. prin. Sed dos quæ datur monasterio dicitur

dicitur helemosina, & dominium transfertur in monasterium, nec vnquam redit ad patrem: & sic cum onera matrimoniorum, videlicet spiritualis, & temporalis sint diuersa, item trãlatio diuersa, item necessitas maior sit in nupta, quam in religiosa, propter maiores expensas, quas ipsa facit, & propter sobolem, non video quod procedat argumentum de matrimonio spirituali ad temporale, quantum ad casum dotis, quod tanta debeat esse in vna, sicut in alia. Aliunde ista quẽstio videtur inutilis & superflua. Nam pater constituẽdo filie centum, si ingreditur monasterium, aut illa quantitas constituta est tanta quantum est legitima, & tunc filia conqueri non potest: quia pater de reliquo potest disponere in fauorem extranei, multo magis aliorum filiorum. Et non est inconueniens quod pater det maiorem dotem vni filie quam alteri: quia fortẽ erit turpior, aut habebit erga eam maiorem affectionem, aut cura simili dote, quam dedit filie primæ, non reperiet maritum æquẽ idoneum: ideo augebit dotem, etiam si tempore testamenti id fecerit, filia quæ habet legitimam non potest conqueri, quod alia habeat pinguiorẽ dotem: cum in re propria quilibet sit moderator & arbiter, etiam in abutendo. l. in re mandata. C. manda. Et tale argumentum potest sumi ex dicto euangelii, vbi pater familiã tantum dedit pro mercede venienti in sero, sicut ei qui tota die laborauerat. Nam plus dando non tantum merenti, alteri cui dedit quod iustum erat, non fecit iniuriam. Ita constituendo dotem filie monachandae vsque ad legitimam, plus alteri dando, non fecit alteri iniuriam. Si verò pater non constituerit tantam dotem quanta est legitima, de iure communi filia seu monasterium loco filie poterit agere ad supplementum legitimæ, iuxta. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testa. Ex his iudicio meo secunda opinio, quod filia monacha non tantum debeat habere, quantum filia nupta, videtur defensata: & vt Bal. testatur, consuetudo patriarum est in viridi obseruantia, quod pater minus donet moniali, quam nuptae. Cautela tamen est quod filia solenniter renuntiet ante ingressum, sicut communiter faciunt filie quæ nuptui traduntur. Cautent tamen fratres, ne seducant & decipiant tales filias: & pariter notarii, qui dicunt eas informatas de quantitate & valore bonorum: cum fortẽ etiam ipsi ignorent quæ attestantur: quia vltra periculum animæ dolus adhibitus in contractu, etiam cum iuramento, impedit contractum firmari: vt bene cantant tex. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. & in c. quanuis. de pactis. in 6. qui excipiunt dolum vel metum. Et cautela supradicta vbi possunt fratres, quando soror dote congrua contenta, & adiuncto sibi idoneo marito secundum qualitatem & statum domus, sponte & scienter ad talem quitationem vel donationem procedit, pro conseruatione domus. Et si ipsorum fratrum iudex conscientia, quando tales quitationes extorquent, ne magis consulant thesauro corruptibili & momentaneo, quam stabili & perpetuo. Et etiam si interuenissent mille renuntiationes & iuramenta quando dolus probatur re ipsa propter enormissimam læsionem, semper minor restituatur, obtenta absolutione à iuramentis: vt plenẽ declarat Do. Iaf. in d. authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Fely. & Deci. in c. in presentia. de proba. Quero an valeat tale statutum & consuetudo, de qua suprà, quod bona ingredientis tacite in monasterium non transeant: dic quod non: quia contra libertatem & fauorem ecclesie. authen. cassa. C. de sac. san. eccl. Fely. plenẽ in c. ecclesia sancte Mariae. col. 20. de consti. & faciunt quæ dicam in sequenti consuetudine, & dicta Do. Iaf. in l. fi. col. 7. in fine. C. de pact. Tamen iudex de facto tenetur talem consuetudinem obseruare: quia à rege fuit confirmata, vt alibi declarabo. Chassaneus tenet dictam consuetudinem valere, quem allegaui suprà, numero 2.

ARTICLE XIII.

Le monastere auquel aucun à fait profession expresse ou taifible ne succede es pere, mere, ne autre lignager d'iceluy profes.

SYMMARIA IN GLO. ART. XIII.

- 2 statutum quod monasterium succedat loco filij professi, an ualeat.
- 3 Monasterium intrans utrum teneatur monasterium instituire.
- 4 Professionum species, expressa, & tacita. & nu. 5.
- 6 Mui & surdi simul à natura, utrum possint religionem ingredi, & professionem emittere.
- 8 Mui & surdi simul à natura æquiparantur furiosis & pupillis, & an possint contrahere uel per uiam ultimæ uoluntatis disponere. & nu. 9.

Monasterium, in quo quis expressam uel tacitam fecit professionem, ratione dicti professi nulli succedit.

Quero utrum ualeat tale statutum? dic quod non: quia monasterium non succedit nisi media persona ingressi: & tamen statutum, quod ingrediens nõ succedat, est nullum, ample Do. Iaf. in l. fi. col. 7. versi. succedat. Quærit Bar. C. de pac. Et quod dicitur in statuto, habet locum in consuetudine: quia par est virtus. & ista procedunt in partibus Italiae, vbi statuta & consuetudines possunt in dubium refricari: sed in Gallia sine vlla disputatione, obseruantur omnes consuetudines à rege confirmatæ. Quero, utrum monasterium habeat loco filii, & consequenter, utrum intrans teneatur monasterium instituire, saltem in legitima? Iaf. in authen. si qua mulier. col. 3. ver. nota ex ista glo. & col. 4. versi. nota diligenter. C. de sac. san. eccl. dicit qd monasterium habetur loco filii, in casibus à iure expressis, & non in aliis: & ibi vide solutionem quæstionis.

In tex. in verbo, taifible.

Habes ex consuetudine quod professionum alia est expressa, quæ fit seruatim statutis vel consuetudine religionis, & verbis expressis, si proficiens possit loqui: aliàs nutu & signis, si loqui non possit: vt dicitur in sequenti quæstione: & ista non habet difficultatem. Alia est professio tacita, & illa indu-

6 citur quando masculus vel femina in pubertate constituta, defert habitum professorum per annum & diem: si autem pubes seu impubes acceperit habitum nouitiarum, distinctum à professoris, per delationem talis habitus nunquam inducitur tacita professio, per tex. in c. 1. de regula. lib. 6. & in clem. eos. vbi plenè glo. & Cardi. de regul. Et dixi plenissimè in consilio nunc composito in fauorem potentis damoisellæ de la Fayette, quod, deo duce, post glo. inferetur. Quæro vterius de notabili quæstione, in qua pridie consului: Vtrum muta & surda simul à natura possit religionem ingredi, & ibi professionem emittere? vt breuibus agam, opinio fuit domini Ias. in l. discretis. C. qui testam. fa. pos. Bal. ibi quod nō: & allegat rationem, quia tales personæ carent intellectu & sensu, & consequenter æquiparantur furiosis & pupillis, qui propter imbecilitatem sensus contrahere non possunt, nec disponere per viam vltimæ voluntatis. d. l. discretis. vbi plenè doc. maxime Do. Ias. Contrariam opinionem quod imò possit profiteri religionem, tenuit idem Ias. post doc. per eum allegatos, in l. ex facto. in princi. ff. de vulg. & pup. Bar. autè in diuersis locis per doc. allegatis habuit diuersas opiniones, & re vera contrarias: quia aliquando æquiparauit mutos & surdos simul à natura furiosis & infantibus, aliquando pupillis, aliquando maioribus. Pro resolutione quæstionis iudicio meo tenenda est conclusio Alex. in l. 1. in princi. ff. de verbo. oblig. vbi dicit, quod aliquando muti & surdi simul à natura nullum habent intellectum, neque sensum, & isti æquiparantur furiosis, qui non possunt contrahere, nec disponere per viam vltimæ voluntatis. Aliquando habent dicti muti & surdi aliquem sensum & intellectum, sed imbecilem: & isti æquiparantur pupillis, qui non possunt contrahere nec disponere. Aliquando habent magnum sensum & intellectum, & nutis ac signis sciunt declarare eorum voluntatem, aliorum iudicium & intentionem ex signis rectè accipiunt: teste experientia, etiam in loco iste Montisferrandi, in fratre domini aduocati Chamboni. & isti sunt illi quos Bar. æquiparat maioribus & discretis, qui possunt matrimonium temporale contrahere: & de quibus loquitur tex. ad litteram, in c. cum apud. de spon. Et sic etiam possunt contrahere matrimonium spirituale à paritate rationis: quia validum est argumentum in iure de matrimonio temporali ad spirituale: vt testatur. Car. Zaba. in ele. eos. de regu. vbi allegat c. tuæ. de spon. possunt enim tales omnia facere, quæ solo consensu perficiuntur: vt dicit tex. in ratione sui, in d. c. cum apud. Et licet pro solennitate actus requirantur verba, puta in matrimonio contrahendo, illud tamen limitatur procedere tantum in his qui loqui possunt: in aliis secus est, quibus sufficit declarare voluntatem nutis & signis. Ita declarat Panor. in d. c. cum apud. Et verum tales muti & surdi simul à natura habeant intellectum perceptibilem eorum quæ agunt, id totum relinquatur iudicis arbitrio: teste Panor. in d. c. cum apud. Ex his cōcludo, quod si faciendo debitas solennitates in professione requisitas, muta & surda simul faciant signa denotantia intelligentiam actus qui fit, & consensum, certè erit professio valida.

ARTICLE XIII.

Et ne fait le religieux profes aucune part & portion en nombre d'enfans, pour la computation de legitime: mais est reputé personne morte.

SYMMARIA IN GLOS. ART. XIII.

- 1 Monachus habetur pro mortuo, & non facit numerum in computatione legitime secundum consuetudinem. Et quid de iure communi. & nu. 2.
- 3 Monachus utrum possit institui, & sic succedere ex testamento. Item & ab intestato, de iure communi.
- 4 Filia per statutum à successione patris, vel per renuntiationem factam patri vel fratribus, an possit institui & succedere ex testamento.
Monachus quæ bona possit habere in particulari, & qualiter.
- 5 Monachus si habeat usufructum rei, utrum sit extinctus, sicut morte naturali.
- 6 Monachi testamentum utrum statim possit executioni demandari.
- 7 Legitima filii debita, utrum post ingressum statim peti possit.
- 8 Bona quando intelligantur acquisita monasterio morte professi.

1 Monachus reputatur pro mortuo, quo ad effectum succedendi: & non facit numerum in computatione legitime.
2 Quid de iure communi? vide quæ infra addidi, articulo 32. incipiente, & combien. Ista consuetudo intelligitur planè ab intestato, dubium est: nunquid possit institui, & sic succedere ex testamento? Si consideremus causam finalem, quod habetur pro mortuo, certè videtur dicendum, quod non. Sed quia ista ratio finalis potest restringi ad causam intestati, de qua loquitur consuetudo, ideo nihil videtur obstare iuri communi: quo mediante monachus potest institui & habet testamenti factionem passiuam: item & succedit ab intestato. Ita declarat Do. Ias. secutus ceteros quos allegat in authen. ingressi. col. 3. vers. quinto limita. C. de fac. san. eccle. amplè. doc. maxime Fely. & Deci. in c. in presentia. de proba. Et quia consuetudo ita debet intelligi & interpretari, vt minus lædat ius cōmune q̄ fieri possit. c. cū dilectus. de cōsue. videtur cōcludendum, q̄ talis cōsuetudo aufert monachis facultatē succedendi ab intestato, quæ eis de iure cōmuni cōpetebat, non autè ex testamēto. & ita respondi in facto cuidam me cōsultenti de tali casu: fuerunt tamen plures, qui tenuerūt contrariā opinionem, sibi suadētes q̄ hæc cōsuetudo excludat monachos, tam ex testamēto quam ab intestato. Et pro opinione mea adduco optimū simile, Filia quæ cum iuramēto simpliciter renuntiauit hereditati paternæ ab intestato, nō succedit. c. quanuis. de pa& lib. 6. si tamē instituat a patre, succedit ex testamento. Ita dicunt domini Alex. & Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. Et si dicatur inhabilitas bene cadit in monacho, quæ non cadit in filia, potest responderi: quod monachus non est omnino inhabilis, ex quo in communi potest habere bona. Item succedit ex testamento, & ab intestato. Ita Ias. in d. authen. ingressi. præallegato. Et ea quæ sunt inducta in fauorem, quia mutauit cōditionem in melius, non debent

non debent in eorum odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legi. Et dum dictum fuit quod monachi possunt habere bona in communi: Quæro, vtrum possint habere in particulari? communis est conclusio quod possunt habere res ad vsum, de voluntate prælati, imo & pecuniam, dum tamen ipsam non expendant, nec alteri dent sine licentia abbatis, parati ad omne mandatum eius, res & pecuniam dimittere, sicut serui habentes peculium, vel eius administrationem. Et hoc habet locum in mobilibus tantum. Ita pulchrè Fely. in c. cum M. Ferrariensis. col. 12. vers. vlt. vlt. vlt. vlt. vlt. vlt. Quoniam dicitur quod ingressus monasterium habetur pro mortuo: Quæro, quid si habeat vsumfructum alicuius rei, vtrum ille sit extinctus, sicut extinguitur morte naturali? vide Bar. in authen. idem est. C. de bo. quæ lib. plenè Deci. in c. in presentia. col. 34. vers. glo. in authen. idem. de proba. vbi concludit quod talis vsumfructus in totum acquiritur monasterio, & hoc de iure communi: sed secundum consuetudinem Aluerniæ ita demum si bona sua expressè dedicasset: vt habetur supra arti. 12. Item quia dicitur quod ingressus habetur pro mortuo: Quæro, vtrum eius testamentum possit executioni demandari? Deci. in c. in presentia. col. 35. vers. quinto quæritur. & versiculo, prædicta conclusio. de proba. facit differentiam an quis ingressus sit monasterium quod potest habere bona in communi, & tunc executio testamenti deferretur vsque in diem mortis naturalis. Aut monasterium est omnino incapax ad tenendum bona, etiam in communi: vt sunt monasteria fratrum minorum, & tunc tales ingressi habentur pro mortuis, & statim fit executio legatorum & testamenti. Et ibidem Deci. col. 35. vers. secundo fallit in legitima. vbi concludit de legitima debita filiis, vtrum post ingressum statim peti possit: quod supra conclusum fuit de executione testamenti, & dicit illam esse communem opinionem. Circa istum articulum consuetudinis potest formari alia notabilis quæstio. Si ingressus qui expressè bona sua dedicauit ecclesiæ secundum consuetudinem, aut etiam tacitè, secundum ius, infra annum probationis moriatur, vtrum bona intelligantur acquisita monasterio, vel venientibus ab intestato? Abbas in c. in presentia. de proba. distinguit inter dedicationem tacitam, & expressam. Ias. in authen. si qua mulier. circa fi. C. de fac. san. eccle. concludit pro venientibus ab intestato. Deci. in d. c. in presentia. col. 37. versiculo, nonò quæritur. refert opiniones, amplè disputat, & finaliter concludit pro monasterio, ea præcipua ratione: quia à principio ingressus fuit purus, licet per mutationem voluntatis posset resolui, & quia moriens aliter non declarauit eius voluntatem, præsumitur in prima, quam tempore ingressus habebat, perseverasse. Dum casus iste in persona vnus sororis mihi contigisset, & tunc tantum vidissem scripta Do. Ias. amplexus fui regulam rusticorum, de qua per glo. in l. Nefennius. ff. de nego. gest. Et sic cōcordaui cum monasterio ad dimidiam dotis: & ita laudarem fieri ab aliis, attenda articuli difficultate.

ARTICLE XV.

Le seigneur iusticier pourra faire mettre sa main sur les biens & succession de ceulx qui decedent en sa iustice, pour la conseruation de ceulx qu'il appartiendra: fors & excepté là ou il y auroit descendans, frere, ou oncle commun en biens avec ledict neveu dedans le pays. Aufquelz cas ne se fera aucune mainmise: pourueu que dedans le mois, à compter du iour que la succession est escheue, ilz se viennent porter heritiers.

SYMMARIUM IN GLO. ART. XV.

- 2 Hereditas non potest capi à fisco tanquam uacans, nisi prius facta diligentia de reperiendo si aliquis sit dominus uel possessor de iure communi. secus de iure consuetudinario. & nu. 3. & 4.

Dominus iustitarius potest reducere bona decedentium in sua iustitia ad eius manus, ad saluandū ius futuri successoris: nisi sint descendentes, frater, & patruus, habens bona in dicta iustitia, communia cum nepote, si prædicti infra mensem declarent se hæredes defuncti.

In tex. in verbo, decedent en sa iustice.

Possit hic probabiliter dubitari, quid iuris quando aliquis habitans in alia iustitia, ibi moritur: habet tamen bona in iustitia alterius domini quam habitationis, vtrum talis vtj possit in bonis sitis in sua iustitia, missione manus? videtur quod non. Nam de iure communi dominus tale ius non exercet, nisi prius facta diligenti inquisitione, si aliquis sit dominus, vel possessor, an verò si res vel hereditas sit vacans: iuxta l. si vacantia. C. de bonis vacant. lib. 10. de consuetudine non sine ministerio dicitur, en sa iustice. & sic consuetudo quæ est stricti iuris (iuxta notata in l. de quibus. ff. de legi. & l. vnica. C. quæ sit lon. consu.) debet tantum habere locum in casu suo. Circa istam difficultatem puto considerandam obseruantiam consuetudinis: quia illa est optima interpres. Et minimè sunt mutanda quæ semper certam formam habuerunt. l. minimè. ff. de legi. Item dicit consuetudo quod veniant infra dictum mensem, & declarent se hæredes: aliàs est locus dictæ manus missæ: & talis declaratio debet fieri coram iudice aut domino: quia hoc importat illud verbum, venient, vbi aliàs declaratio extraiudicialis sufficeret. l. pro hærede. cum ibi notatus. ff. de acqui. hære.

ARTICLE XVI.

La femme durant le mariage peult disposer par testament de la quarte partie, tant de ses biés dotaux qu'autres, chargez de tous les legatz, & quarte partie des debtes au proufit de ses enfans & autres: excepté à son mary, ou à ceulx à qui le mary peult succeder. Sur laquelle quarte partie ausi se prendra la quarte partie

des funerailles, là & quand le mary ne voudra accepter la gaigne coustumiere, moyennant laquelle est chargé faire à ses despens les funerailles.

SVMMARIA IN GLOS. ART. XVI.

- 1 *Consuetudo disponens quod uxor non possit testari nisi de quarta parte hereditatis, an habeat locum in testamentofacto ultra quartam ad pias causas. & nu. 2. 3. 4. & 6.*
- 5 *Pia causa quando debeatur maior fauor, quam filiis.*
- 6 *Lex noua quantumcunque generalis, recipit interpretationem à iuribus præcedentibus.*
- 7 *Donationis prohibita inter coniuges, ratio.*

1 *Constante matrimonio uxor per testamentum de quarta bonorum etiam dotialium, in utilitatem filiorum uel extraneorum potest disponere: sed non mariti, uel eius cui fuerit maritus successurus. Erit dicta quarta onerata omnibus legatis quarta parte obligationum, & ultra quarta parte funeralium, eo casu quo maritus lucrum nuptiale nollit agnoscere, & in casu agnitionis expensa funeralium integra pertinet marito.*

2 *Hic se offert notabilis quaestio, utrum testamentum factum ad pias causas de maiori summa quam de quarta bonorum, valeat: videtur quod non: quia ista prohibitio habet locum etiam inter filios, ut non possit mater disponere de maiori parte, quam de quarta: ergo multo fortius in pia causa: quia uidetur magis fauendum filiis, quam pia causa. Iuxta dictum Augustini: Qui uult ecclesiam instituere, & filium exheredare, alium quaerat pro consilio, quam Augustinum. In contrarium est veritas, quia statuta loquentia de testamentis non comprehendunt testamenta condita ad pias causas, quae debent iudicari, non secundum leges humanas, sed secundum iura diuina, & sacros canones. Et facit alia decisio, similis primae, quod uerba generalia statutorum non includunt casus seu dispositiones contra libertatem ecclesiae facientes. Et à fortiori, si loqueretur ipsa statuta de pia causa, non valerent: quia relicta ad pias causas, uel pro anima, censentur spiritualia, cum tendant ad remissionem peccatorum, & ideo de eis non potest statutum laicorum disponere. iuxta late notata in c. ecclesia sanctae Mariae. de consti. Per supradicta fundamenta ita concludit Do. Ias. post ceteros per eum relatos in l. 1. col. 6. uers. ultimo pro complemento, & c. C. de sac. san. eccle. Et quod dicitur de statuto, habet locum in consuetudine: quia in alio non differunt, nisi quantum expressum à tacito: ut notatur in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Ad fundamentum supra factum de filiis, potest responderi, quod excepta legitima, maior fauor debetur pia causa, quam filiis. Et dictum diui Augustini ad legitimam temperandum est. Ita Do. Ias. in d. l. 1. col. 4. uers. secundo & fortius, & c. C. de sacro san. eccle. Non obstat quod haec consuetudo loquatur generaliter quod lex noua quantumcunque generalis recipit interpretationem à iuribus præcedentibus: Bar. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcidiam. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Et sic stat conclusio quod etiam in patria Aluerniae testamentum factum ad pias causas de maiori parte quam quarta hereditatis, subsisteret. Credo tamen quod iudices sequerentur uerba literae prout iacent: quia istae consuetudines quantumcunque nullae uel iniustae, sunt obseruandae: quia sic regi placet. ut alibi probaui.*

3 *In contrarium est veritas, quia statuta loquentia de testamentis non comprehendunt testamenta condita ad pias causas, quae debent iudicari, non secundum leges humanas, sed secundum iura diuina, & sacros canones. Et facit alia decisio, similis primae, quod uerba generalia statutorum non includunt casus seu dispositiones contra libertatem ecclesiae facientes. Et à fortiori, si loqueretur ipsa statuta de pia causa, non valerent: quia relicta ad pias causas, uel pro anima, censentur spiritualia, cum tendant ad remissionem peccatorum, & ideo de eis non potest statutum laicorum disponere. iuxta late notata in c. ecclesia sanctae Mariae. de consti. Per supradicta fundamenta ita concludit Do. Ias. post ceteros per eum relatos in l. 1. col. 6. uers. ultimo pro complemento, & c. C. de sac. san. eccle. Et quod dicitur de statuto, habet locum in consuetudine: quia in alio non differunt, nisi quantum expressum à tacito: ut notatur in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Ad fundamentum supra factum de filiis, potest responderi, quod excepta legitima, maior fauor debetur pia causa, quam filiis. Et dictum diui Augustini ad legitimam temperandum est. Ita Do. Ias. in d. l. 1. col. 4. uers. secundo & fortius, & c. C. de sacro san. eccle. Non obstat quod haec consuetudo loquatur generaliter quod lex noua quantumcunque generalis recipit interpretationem à iuribus præcedentibus: Bar. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcidiam. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Et sic stat conclusio quod etiam in patria Aluerniae testamentum factum ad pias causas de maiori parte quam quarta hereditatis, subsisteret. Credo tamen quod iudices sequerentur uerba literae prout iacent: quia istae consuetudines quantumcunque nullae uel iniustae, sunt obseruandae: quia sic regi placet. ut alibi probaui.*

4 *In contrarium est veritas, quia statuta loquentia de testamentis non comprehendunt testamenta condita ad pias causas, quae debent iudicari, non secundum leges humanas, sed secundum iura diuina, & sacros canones. Et facit alia decisio, similis primae, quod uerba generalia statutorum non includunt casus seu dispositiones contra libertatem ecclesiae facientes. Et à fortiori, si loqueretur ipsa statuta de pia causa, non valerent: quia relicta ad pias causas, uel pro anima, censentur spiritualia, cum tendant ad remissionem peccatorum, & ideo de eis non potest statutum laicorum disponere. iuxta late notata in c. ecclesia sanctae Mariae. de consti. Per supradicta fundamenta ita concludit Do. Ias. post ceteros per eum relatos in l. 1. col. 6. uers. ultimo pro complemento, & c. C. de sac. san. eccle. Et quod dicitur de statuto, habet locum in consuetudine: quia in alio non differunt, nisi quantum expressum à tacito: ut notatur in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Ad fundamentum supra factum de filiis, potest responderi, quod excepta legitima, maior fauor debetur pia causa, quam filiis. Et dictum diui Augustini ad legitimam temperandum est. Ita Do. Ias. in d. l. 1. col. 4. uers. secundo & fortius, & c. C. de sacro san. eccle. Non obstat quod haec consuetudo loquatur generaliter quod lex noua quantumcunque generalis recipit interpretationem à iuribus præcedentibus: Bar. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcidiam. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Et sic stat conclusio quod etiam in patria Aluerniae testamentum factum ad pias causas de maiori parte quam quarta hereditatis, subsisteret. Credo tamen quod iudices sequerentur uerba literae prout iacent: quia istae consuetudines quantumcunque nullae uel iniustae, sunt obseruandae: quia sic regi placet. ut alibi probaui.*

5 *Ad fundamentum supra factum de filiis, potest responderi, quod excepta legitima, maior fauor debetur pia causa, quam filiis. Et dictum diui Augustini ad legitimam temperandum est. Ita Do. Ias. in d. l. 1. col. 4. uers. secundo & fortius, & c. C. de sacro san. eccle. Non obstat quod haec consuetudo loquatur generaliter quod lex noua quantumcunque generalis recipit interpretationem à iuribus præcedentibus: Bar. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcidiam. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Et sic stat conclusio quod etiam in patria Aluerniae testamentum factum ad pias causas de maiori parte quam quarta hereditatis, subsisteret. Credo tamen quod iudices sequerentur uerba literae prout iacent: quia istae consuetudines quantumcunque nullae uel iniustae, sunt obseruandae: quia sic regi placet. ut alibi probaui.*

6 *Non obstat quod haec consuetudo loquatur generaliter quod lex noua quantumcunque generalis recipit interpretationem à iuribus præcedentibus: Bar. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcidiam. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Et sic stat conclusio quod etiam in patria Aluerniae testamentum factum ad pias causas de maiori parte quam quarta hereditatis, subsisteret. Credo tamen quod iudices sequerentur uerba literae prout iacent: quia istae consuetudines quantumcunque nullae uel iniustae, sunt obseruandae: quia sic regi placet. ut alibi probaui.*

ARTICLE XVII.

Ceulx qui succedent du costé paternel, payeront les debtes prouenues dudict costé paternel.

SVMMARIVM IN IIII. ART. SEQ.

Commodum qui sentit, debet & incommodum sentire. Succedentes ex capite paterna, exolunt paterna debita.

ARTICLE XVIII.

Ceulx qui succedent du costé maternel, payeront les debtes prouenans du costé maternel.

1 *Quia supra dictum fuit quod cognati succedunt in bonis maternis, hic dicitur quod ipsi exolunt debita materna: quia regula iuris est, ut qui sentit commodum, sentiat & incommodum. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Ideo dicit Mantuanus: Omnis commoditas sua affert incommoda secum.*

ARTICLE XIX.

Et si le defunct a fait des debtes de son estoc, & qu'il delaisse aucuns meubles & acquestz, les parens du costé paternel, qui succedent esdictz meubles & acquestz seront tenuz payer les debtes faitz par ledict defunct.

- 1 *Si defunctus reliquerit mobilia & acquisita, agnati in eis succedentes tenentur debita persolvere.*
- 2 *Si ergo defunctus habeat ascēdentes, quibus concessum est in dictis mobilibus & acquisitis succedere: ut habetur supra articulo 3. ad eos spectabit onus aeris alieni, ratione de qua supra, qui sentit commodum, & c.*

ARTICLE

ARTICLE XX.

Si lesdictz parens du costé paternel ne veulent prendre & accepter lesdictz meubles & acquestz, ilz seront partiz & diuisez entre les heritiers tant paternelz que maternelz: & chascun desdictz heritiers payera les debtes par moytie.

Recusantibus quibus pertinet habere mobilia & acquisita, de eis fiet diuisio, medietas agnatis, & altera cognatis dabitur, cum onere soluendi debita, pro rata successione.

ARTICLE XXI.

Et si il n'y auoit meubles ne acquestz dudict defunct, icelles debtes se payeront par cōmun par lesdictz heritiers, tāt paternelz que maternelz pro rata bonorū.

SVMMARIVM IN GLO. ART. XXI.

Actiones hereditariae tam actiuae, quam passivae transeunt ad heredes.

Non existentibus mobilibus uel acquisitis, tam agnati quam cognati soluunt aes alienum defuncti, pro rata bonorum.

Quod dicitur de solutione habet locum etiam in acquisitione iurium & obligationum: quia hereditariae actiones tam actiuae quam passivae transeunt ad heredes pro hereditariis portionibus. l. pro hereditariis. C. de hære. actio.

ARTICLE XXII.

Les creanciers des debtes prouenues de l'estoc paternel se pourront adresser seulement cōtre les heritiers paternelz, quant à l'action personnelle. Et des debtes prouenues de l'estoc maternel, qui sont à la charge des heritiers maternelz, s'adresseront contre les heritiers maternelz.

Creditorum in personalibus actionibus habebunt suas dirigere actiones contra agnatos uel cognatos, habita consideratione si sint debita paterna uel materna. Sapienter hæc consuetudo tantum precedentium declarationem. Ideo non indiget commento.

ARTICLE XXIII.

Mais les creanciers des debtes faittes par ledict defunct derigeront leur action personnelle, tant contre les heritiers du costé paternel que maternel: sauf es heritiers leurs recours l'un contre l'autre pour estre remboursiez de ce qu'auront payé esdictz creanciers oultre ce qu'ilz estoient tenuz payer par ladicte coustume. Et sans preiudice en tous lesdictz cas du droit d'hipoteque que pourroyent auoir lesdictz creanciers, sur les biens du defunct.

Ista uidetur contrariari consuetudini, de qua supra articulo 22. tamen pro concordia uidetur dici posse, quod ille articulus 22. loquitur de debitis prouentis à defunctis, tanquam hæredibus. Ista quando debitum prouenit principaliter ab ipso defuncto, quia creditor agit indistincte sine præiudicio hæredum, qui si plus soluerunt, quam consuetudo eos obliget, habent recursum contra cohæredes, & saluis hypothecis, quas creditores habent super bonis defuncti.

ARTICLE XXIII.

Les legatz delaissez par ledict defunct seront payez par lesdictz heritiers, tant paternelz que maternelz, pro rata bonorum.

Legata à defuncto relicta soluuntur ab hæredibus paternis & maternis, pro rata bonorum.

ARTICLE XXV.

Fille mariée par le pere, ou par l'ayeul paternel, ou par vn tiers, ou d'ellemesme, lesdictz pere, ou ayeul paternel & mere viuās, douée ou non douée, ait quitté ou non: elle ne les descēdans ne peuuent venir à succession de pere, mere, frere, seur n'autre quelconque directe ou collaterale, tant qu'il y a masse, ou descendant de masse heritant esdictes successions, soit ledict descendant masse ou femelle: sinon qu'elle fust mariée en premieres nopces en la maison de lesdictz pere & ayeul, ou l'un d'eulx sans cōstitution de dot: ou quel cas n'est forclosé desdictes successions.

SVMMARIA IN GLO. ART. XXV.

- 1 *Filia quando dicatur nupta.*
- 2 *Mulier nupta quando perdat successionem patris.*
- 3 *Mulier nupta exclusa à successione patris, utrum perdat privilegia concessa patri pro se & descendens.*
- 4 *Patrum officium est dotare filias, & ad id cogi potest.*
- 5 *Filia habens patrem & auum paternum uiuentem, cui incombatur onus dotandi.*

- 6 Filia si habeat bona aduentitia, & pater eam dotauerit, an intelligatur dotata de bonis aduentitiis, an uero paternis: maxime quando pater in dotali instrumento constituit dotem filia de mille ducatis pro omni eo quod filia petere possit tam in bonis paternis, maternis, quam aliter.
- 7 Pater utrum teneatur dotare filiam habentem multa bona. Dos quando dicatur congrua.
- 8 Filia si dotetur ab extraneo, an dos donata intelligatur: & cui soluto matri sit restituenda. & nu. 10.
- 10 Filia nubens patre infcio, utrum cogi possit pater ad eam dotandam. quod sic si non sit dotata.
- 11 Statutum excludens feminas stantibus masculis uel descendentes ab eis, utrum habeat locum in feminis à masculis descendentes, & utrum excludat filiam monacham. & nu. 31.
- 12 Statuta decurionum quando sint ualida: & in quibus decuriones possint disponere.
- 14 Filia exclusa per statutum stantibus masculis, si sit dotata à patre, matre, uel auo, utrum excludatur à successione omnium, an uero dotantis. & nu. 13.
- 14 Filia renuntians sine iuramento bonis paternis, mediante dote, utrum ab ipsis bonis sit exclusa. Item quid quando cum iuramento renuntiauit.
- 15 Filia utrum possit uenire contra renuntiationem per eam factam cum iuramento, allegando metum reuerentialem, minas uel uerbera.
- 16 Metus reuerentialis quibus casibus possit allegari.
- 17 Filia uolenti contrauenire renuntiationi ob dolum, utrum teneatur probare dolum, uel sufficiat quod interuenit dolum re ipsa ob enormem lesionem.
- 18 Filia que fecit quittance patri cum iuramento, an patre mortuo possit petere absolutionem à iuramento, & rescindere quittance ob lesionem enormem uel enormissimam. & nu. 19.
- 20 Filia renuntians fratribus uiuio patre, an sibi praeiudicet. & nu. 21.
- 22 Filia si renuntiauerit uni fratri presentem successione aliorum fratrum absentium, utrum ualeat renuntiatione.
- 23 Filia siue sit minor siue maior, renuntiauerit fratribus, mortuo patre utrum renuntiatione ualeat.
- 24 Absolutionis effectus quid operetur. & nu. seq.
- 25 Absolutio à iuramento utrum possit concedi causa non cognita, & parte non uocata: & si concedatur, utrum ualeat.
- 26 Absolutio à iuramento quando concedi possit à papa, & quando ab episcopo.
- 26 Filia quomodo possit ligari ut renuntiatione per eam facta cum iuramento sit omnimodo ualida.
- 27 Filia maior 25. an si quitando fuerit laesa ultra dimidiam, utrum competat ei beneficium l. 2. c. de rescin. uen.
- 28 Mulier minor, & rusticus, si faciant contractum damnosum, utrum in eis praesumatur iuris ignorantia.
- 29 Consuetudo disponens quod extantibus masculis aut descendentes ab eis, filia sint exclusae à successione parentum, qualiter sit intelligenda.
- 30 Qualitas tribuens ius quotiens ponitur à lege uel statuto, est probanda.
- 31 Consuetudo uel statutum si disponat quod extantibus masculis, aut descendentes ab eis, filia sint exclusae, & c. quid erit si esset filia uel neptis ex filio praedefuncto. & nu. 33.
- 32 Qualitates duae requiruntur in heredibus masculis, ut excludentur filiae: uidelicet quod sint descendentes & heredes.
- 34 Nuptiae secundae non sunt adeo fauorabiles sicut prima.
- 35 Filia dotata à patre, utrum marito mortuo possit cogere patrem ad eam redotandum, quando culpa sua perdidit dotem. & nu. 36.
- 37 Pater redotando filiam, utrum possit dotem minuere uel sibi restituere in praediuicium filiae.

1 Filia uiuio patre, aut auo paterno, & matre, quoquomodo nupta, nullo modo succedit patri, matri, fratribus, nec collateralibus, quoadiu supersunt masculi heredes, aut ab eis descendentes utriusque sexus, nec habetur in consideratione si sit dotata, uel indotata, quitauerit uel non: nisi sit in domo patris uel aui, nulla facta dotis constitutione in primis nuptiis matrimonio collocata: quia tunc à praedictis successione non censetur exclusa.

In tex. in verbo, maritae.

2 Dicitur nupta, statim cum praestitit consensum: quia nuptias, non concubitus, sed consensus facit. l. nuptias.

3 ff. de reg. iur. Dicitur in consuetudine quod filia nupta perdit successione. Quero nunquid perdat priuilegium patri concessum pro se & descendentes masculis & feminis? Deci. in c. nouit. col. 3. vers. secundo notandum est. de iudi. & refert Bar. tenentem quod sic: tamen communis est in contrarium, quam ipse Deci. sequitur per decisionem Bar. in l. fi. §. idem rescripserunt. ad municip. ubi concludit quod mulier nupta retinet omnia priuilegia & omnes praerogatiuas, ex quibus non distrahitur à seruitio mariti.

In tex. ibi, par le pere.

4 Nota quod est officium paternum dare filiam nuptui, & eam dotare, & ad id cogitur iudicis officio. l. qui liberos. ff. de ritu. nup.

In tex. in verbo, ou par l'aycul.

5 Quero cui incombatur tale onus, quando filia habet patrem & auum paternum uiuentes? dic quod pertinet ad auum. Do. Iaf. in l. 1. col. 6. vers. iuxta praedicta querit Bar. ff. sol. mat. Et ibi generaliter tractat onus dotandi cui spectet, auo, matri, uel fratri. Adde Deci. con. 66. in primo vol. Quero, si filia habeat bona aduentitia, utrum pater eam dotando uideatur dotasse de proprio patrimonio? quod sic, est tex. in l. fi. c. de dot. pro. & de eius materia uide Iaf. in l. 1. col. 5. & 6. ff. sol. mat. Vbi tradit notabilem decisionem, quando pater in supradicto casu promittit filiae mille ducatos pro omni eo quod petere possit, tam in bonis paternis & maternis, quam aliter: & ibi refert doc. tenentes quod filia habebit ultra dotem, bona materna. Ipse dicit quod dubitabat de illa decisione, quae tamen iudicio meo procedit: quia si pater diues cogitur dotare filiam, etiam dubitabat de illa decisione, quae tamen iudicio meo procedit: quia si pater diues cogitur dotare filiam, etiam diuitem, secundum quod uoluit Do. Iaf. in authent. res. quae. col. 4. c. communia deleg. ergo cum faciat id ex necessitate legis, non potest satisficere necessitati de bonis filiae: in isto articulo placet opinio Bal. in l. fi. c. de dot. pro. ubi uult quod pater intelligitur dare de suo, etiam si dicat, quod donat de bonis filiae: nisi daret dotem ultra mensuram suarum facultatum, & diceret quod donat de bonis filiae: quia eo casu illud plus esset coputandum super bonis filiae: uel si daret ultra legitimam, quia ultra dare non cogitur, puto quod illud plus caperetur super bonis filiae: & ad propositum faciunt quae dicam infra, articulo 35. in verbo, selon que les autres.

Iterum

Iterum quero, si filia habeat multa bona, utrum coget patrem ad eam dotandam? quod sic, uide dom. Iaf. 7 in authent. res. quae. col. 5. in fi. c. communia delega.

In tex. in verbo, ou par un tiers.

Quero si tertius dotauerit unam filiam, an praesumatur ei donasse dotem, & mortuo marito, cui sit fienda restitutio, ipsi filiae, an uero extraneo dotanti? dic quod si stipulatus fuit dotem sibi restitui, tunc est ei fienda restitutio: si secus, uideatur donasse filiae. tex. in l. unica. §. accedit. c. de rei. vxo. ac. Et ista praesumptio est fauore dotis: quia in dubio potius capitur praesumptio fatuitatis, quam donationis. Bal. in l. cum de indebito. ff. de proba. & in l. generaliter. c. de non nu. pecu.

In tex. in verbo, ou d'elle mesme.

Quando filia nubit patre infcio, utrum possit officio iudicis cogere patrem ad eam dotandam? habes infra, art. 36. ubi facit differentiam, utrum nupserit cum digno de iure communi D. Iaf. in l. diuortio. in princ. col. 6. vers. confirmo, & c. ff. sol. mat. tenet quod non, contrarium, & melius, quod filia quae ante 25. annum nupserit sine consensu patris, possit cogere patrem, & ceteros quos tangit ad eam dotandam: tenuit idem D. Iaf. in l. 2. §. quod si in patris. col. 6. ff. sol. mat. & in authent. res. quae. col. 5. c. communia delega. pulchre Deci. consil. 26. per totum. in 2. vol. ubi dicit hoc procedere, etiam si indigno se copulet matrimonio, non potest exheredari nec priuari alimentis. Et hoc procedit de iure canonico, quod praefertur iuri civili, etiam in terris laicorum: & dicit non ualere statutum in contrarium. Idem dicas de consuetudine. tamen hic Aluernia est consuetudo, ut praedixi: quod si nubat sine consensu parentum, & indigno, nihil petere potest: reperio Fely. in c. 1. col. 10. vers. sic. septimo fallit. de spons. qui tenuit quod ualeat statutum quod mulier, quae sine patris consensu nubit indigno, perdat dotem. Idem ergo in consuetudine. Sed idem Fely. in c. ecclesia sanctae Mariae. col. 19. vers. quarta declaratio. dicit statutum apponeus poenam uel priuationem dotis, non ualere. Et sic concordat cum Decio. Et arbitror hanc partem tutiorem fauore matrimonii, & quia uidetur magis communis.

In tex. in verbo, ou non douée.

Si non sit dotata, potest petere dotem, secundum distinctionem praedictam. uide art. 35. Videtur quod tale statutum, quod filia dotata non succedat, tanquam ambitiosum sit nullum, cum respiciat odium certarum personarum: aut saltem rescindibile iuxta legem, ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien. pro solutione dicas quod tale statutum ualeat, quia respicit filias in uniuerso, & non in particulari certam personam. Ita declarat Fely. in c. cum omnes. col. 2. vers. hanc conclusionem intellige. de consti. & in d. c. col. 1. vers. prima conclusio. plene tractat quando decreta decurionum sint ualida, & quando nulla uel rescindibilia: & sic materiam d. l. ambitiosa. plene per Bar. ibi exemplificatam: & inter caetera tractat facultatem decurionum. Et si statutum diceret, quod stantibus masculis filia non succederet, est quaestio, utrum filia monacha sit exclusa à successione: de qua uide Fely. in cap. ecclesia sanctae Mariae. col. 28. vers. sexto quero. de constitu.

In tex. in verbo, douée ou non.

Nota quod si statutum diceret filia dotata extantibus masculis, non succedat, intelligeretur exclusa filia à successione dotantis tantum: Bal. in l. 1. per glof. ibi. c. de legi. haere. Et si statutum diceret alternatiue, quod filia dotata ab auo, patre uel matre, non succederet, caperet statutum talem interpretationem, quod si esset dotata ab auo, non succederet ei: & sic si à patre uel matre: & hoc casu tantum excluderetur à successione dotantis. Sed talis interpretatio non cadit in hac consuetudine, ubi uerba sunt praegnantia, quod à quocunque sit dotata, semper excluditur à successione omnium: & supradictam declarationem facit Dec. consil. 20. per totum. in 3. vol.

In tex. in verbo, ait quitté ou non.

Quoniam haec materia quitationum & renuntiationum apud filias nobiles est frequens, ideo diligenter attendenda. Et procedam in ea per quaestiones & dubia. Primo igitur quero: Si filia contenta dote à patre constituta renuntiauerit patri, eius successioni, uel fecerit pactum de non petendo, an ualeat talis renuntiatione siue pactum? tex. est, quod non, in l. pactum dotali. c. de colla. quia dicitur contra bonos mores ciuiles: ample Bart. & doct. in l. fi. c. de pact. Ista conclusio non procedit quando interuenit iuramentum, quoniam illud seruari potest sine periculo interitus salutis aeternae. tex. est in c. quanuis. de pact. lib. 6. Qui tex. recipit aliquas limitationes, quas Alex. tradit in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Inter caeteras examabo duas, quas ponit tex. in d. c. quanuis. in fi. vnica de metu, alteram de dolo. Circa primam quero, utrum sufficiat filiae uolenti uenire contra suam quitationem & renuntiationem, allegare quod erat in potestate patris, & ei debebat talem reuerentiam, quod non fuit causa contradicere patri petenti quitationem. & sic an dictum c. quanuis habeat locum, quando allegatur metus reuerentialis? Aduerte quod ratione metus aliquando fit rescissio actus, actione, quod met. caus. aliquando officio iudicis, ut magistraliter declarat Bart. in l. interpositas. c. de transac. secundum subiectam materiam in casu dubii nostri sit conclusio, quod consensus praestitus patri per filiam quitantem, per uxorem consentientem marito uendenti, uel hypothecanti bona sua, per clericum renuntiantem praebendae coram suo episcopo, solus non sufficit, nisi interuenierint minae, uel uerbera: quia ista sola reuerentia quam debent inferiores superioribus non habentibus ius publicum, non sufficit, nisi interueniant qualitates praedictae. Ita colligitur ex dictis Bar. in l. interpositas. c. de transac. ubi clarius Alex. allegat Bal. in terminis, de filia quae renuntiauit hereditati patris cum iuramento, ob nimiam reuerentiam: & addit aliud notabile uerbum, quod non exigitur quod minae sint tales, ex quibus uir constans fuisset ad iustum metum perductus: sed minae solae cum reuerentia sufficiunt ut fiat rescissio contractus iudicis officio. Circa secundam limitationem de dolo, quero utrum sit probandum ex parte filiae uolentis rescindere quitationem, quod interuenit dolum ex proposito, an quod interuenit re ipsa ob enormem lesionem? breuiter dic quod si filia uellet probare uerum dolum, constitueretur in difficili pro-

batione. l. dolum. C. de dolo. Sed satis ei erit probare quod interuenerit dolus reipsa, quia fuit laesa enormissimè, secundum communem opinionem. Licet las. in authent. sacramenta puberum. col. 10. dicat quaestionem dubiam. Illa tamen tanquam communis est tenenda, quam firmat Alex. consil. 125. col. 2. in principi. in 1. vol. Fely. in c. in praesentia. in 4. col. de proba. dicit quod enormis laesio facit praesumi dolum, secundum communem: & etiam magis communem attestatur Dec. consil. 403. col. 5. in fi. in 3. vol. habes ex praedictis quod

18 quitatio iurata est obseruanda cum suis fallentis. Quæro nunc, utrum filia minor, quæ dote accepta fecit quitationem patri de futura successione, iuxta dictum c. quanuis. mortuo patre, possit obtinere absolutio-

19 nem à iuramento, & ea obtenta, quitationem rescindere? Conclusio est quod non, quia lex confidit de patre, qui magis dicitur diligere filios, quam seipsum. iuxta gl. in l. isti quidem. ff. quod met. causa. Item uiuo patre, & sic tempore dotis constitutæ, filia non competeat ius saltem solidum, & causatum in bonis paternis: quia posset pater omnia bona sua vendere, & sic priuare filiam spe, quam habet futura successione. Et ideo dos non potest considerari parua respectu patrimonii patris, quem lex astringit ad dotandum. iuxta l. qui liberos. ff. de ritu nup. sed non ad dandam determinatam dotem. Praedictam conclusionem in materia d. c. quanuis. quando renuntiatio facta est patri, tenent Fely. & Dec. in c. in praesentia. de proba. Idem Dec. consil. 26. in 1. vol.

20 Ista tamen conclusio secundum praedictos doct. recipit in loco praallegato limitationem, ut non procedat quando in exiguitate dotis esset magnus excessus, & sic laesio esset enormissima: quia tunc argueretur dolus patris reipsa, quod induxerit dolose filiam pro re exigua spe futuræ successione egregie renuntiare: & sic habet locum c. quanuis. disponens quod dolosa quitatio non possit nocere filia renuntianti, ut superius demonstraui. Et ista opinio procedit secundum opinionem Ultramontanorum, qui tenent quod iuramentum firmet contractum: sed secundum opinionem Gallorum, qui tenent oppositum, ut plenius infra declarabo: videtur dicendum quod statim quod filia est absoluta à iuramento, remaneat renuntiatio nulla, etiam modica interueniente laesione, cum pactum de non succedendo sit à lege civili improbatum. d. l. pactum dotali. C. de colla. & d. c. quanuis. re vera de iuris rigore secundum opinionem Citramontanorum obtenta absolutio à iuramento, filia minor mediocriter laesa, restitueretur in integrum: & maior laesa ultra dimidiam, haberet remedium l. 2. C. de rescin. ven. Sed regium parlamentum Parisiense (ut fide digno testimonio accepi) iudicando obseruat c. quanuis. etiam obtenta absolutio à iuramento: & sic quod filia non possit contrauenire quitationi factæ patri: & continet talis obseruantia iustitiam & æquitatem rationibus praedictis, nisi interuenerit enormissima laesio, ex qua dolus in patre possit coniecturari. Quæro nunc, quid iuris quando renuntiatio fit fratribus patre uiuo, an sit efficax? Conclude quod non, nisi pater consentiat, & perseueret in illo consensu, usque ad ultimum vitæ spiritum: & durante vita est in facultate patris talem consensum reuocandi. Ita post longam disputationem concludit D. Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. col. 5. versi. & exemplificat Bar. & col. 5. versi. quid tenendum. ff. de verb. oblig. Ratio decisionis est, quia non valet pactum de hæreditate uiuentis, factum sine eius consensu, per tex. in l. fi. C. de pact. Imo secundum communem opinionem, non firmatur iuramento: ut dicunt doct. in d. l. fi. Et aduerte quod talis renuntiatio, quæ fit fratribus de patris consensu, sapit donationem, & debet fieri ipsis praesentibus, l. absentis. ff. de dona.

21 Aut quod notarius pro absentibus stipuletur & ipsi fratres absentes, eo casu videtur quod acceptare debet renuntiationem ante mortem patris, & sic ante vacationem hæreditatis, dum extrema sunt habilia. iuxta l. bonorum. ff. rem. ra. ha. tamen quia consensus à patre praestitus praesumitur durare, videtur quod semper extrema sunt habilia, & sic semper ratificatio fieri possit, si casus occurrerit, plenius cogitarem. Nunc quaero, quid iuris si filia renuntiauerit, in fauorem vnus fratris praesentis, futuram successione fratrum absentium, an valeat? conclude quod non: quia ibi principaliter agitur ut frater succedat in hæreditatibus fratrum absentium, quorum consensus non interuenit: & sic obstat d. l. fi. C. de pact. Ita in specie declarat D. Ias. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. ubi limitat decisionem praedictam non procedere, si fratrum absentium interuenerit consensus, etiam ex post facto: quia tunc valeret quitatio sororis. Idem voluit Dec. post ceteros per eum allegatos in consil. 31. in 1. vol. Quæro quod si mortuo patre soror quitauerit hæreditatem fratribus, certa dote recepta vel constituta, utrum valeat? Si soror renuntians sit maior annis viginti quinque, certè valet, & habet locum c. quanuis. Quod licet loquatur in quitatione facta patri, habet locum si fiat fratri: quia semper militat ratio tex. de iuramento, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ. & ita voluit D. Ias. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. col. 5. Sed maius versatur dubium. Quid si soror erat minor annis viginti quinque, & eo casu secundum opinionem Italorum, qui volunt quod iuramentum etiam relaxatum ad effectum agendi & excipiendi, ut regulariter faciunt episcopi, firmet contractum & representet minorem, maiorem? est fienda distinctio, aut soror est laesa citra dimidiam, & non restituuit: aut ultra dimidiam, & ei minori representatæ maiori propter iuramentum, competit remedium l. 2. C. de rescin. ven. quod fauore maiorum introductum est. Si vero teneamus opinionem Citramontanorum, qui volunt quod sublato metu periurii remaneat contractus in terminis iuris communis: certè soror minor si reperitur aliquo modo laesa, habet remedium restitutionis in integrum: ut declarat Bar. in l. minor viginti quinque annis, ob omisiam. ff. de mino. & plenè Bar. las. & doct. in authent. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & licet supra dixerim quod senatus Parisiensis non solet rescindere, nec annullare quitationes factas patribus: credo quod aliter faceret in quitationibus factis fratribus, cum dispar longè sit ratio. Nam lex confidit de patre. Item filia non habet tempore quitationis ius causatum, sed lex non ita confidit de fratre: quia (ut inquit poeta) fratrum quoque gratia rara est. Item tempore quitationis soror iam habebat dominium bonorum quitatorum, & sic laesio est magis considerabilis. Quoniam effectus absolutio à iuramento est magnus, quia tollit impedimentum periurii, quod repellit agentem: ut declarat Fely. in c. exceptionem. de excep. col. 1. Operæpretium est videre si talis absolutio passim ab episcopis possit concedi causa non cognita, & parte non vocata: prima facie videtur dicendum, quod non, per communem regulam, quod ad omnem

actum,

actum, in quo pars lædi potest, est citanda. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Repetio quod D. Ias. sibi ipsi contrarius fuit, in l. ne quicquam. §. ubi decretum. ff. de off. procons. col. 8. versicu. ultra superscripta nota diligenter. voluit secutus Imo. quod talis absolutio siue fiat simpliciter, siue ad effectum agendi & excipiendi tantum, non valeat parte non vocata. Et idem Ias. in l. patre furioso. col. 5. versicu. 14. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. voluit quod talis absolutio parte non vocata, fieri non debeat: si tamen fiat, quod valet. Ego putarem distinguendum, aut quis petit absolutio à iuramento simpliciter, & tunc dicerem quod illa concedi non possit parte non vocata, per rationes adductas per D. Ias. in d. §. ubi decretum. Sed si quis petat ad effectum agendi & excipiendi tantum, tunc cum minoris sit praedicti, licet concedi non debeat: si tamen concedatur, tenet, & habet locum dicta Ias. in d. l. patre furioso. quaestionem ipsam plenè disputat Fely. in c. 1. col. 8. de iureiur. Et quicquid dicant doct. quælibet curia episcopalis suum obseruat styllum. nam curia episcopalis Hyporedienis patriæ Pedemontanæ passim concedit parte non vocata ad effectum agendi & excipiendi. Idem faciunt episcopi huius patriæ Cisalpinae: curia verò Thaurinensis (quæ est metropolis in Pedemontio) non concedit, nisi parte vocata, & causa cognita. Curia Romana indifferenter parte non vocata. Superest videre de effectu talis absolutio, ultra eum de quo praedixi: quod dispensatur quis, ut agere vel excipere possit, sine periculo periurii. Et breuiter secundum Citramontanos, alium non operatur effectum, nisi quod si fuerit praestitum à minore, maior representatur, & validatur contractus. Ita quod sublato iuramento solum ei competunt remedia concessa maioribus, de iure communi: ut ample declarat D. Ias. in authent. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Soci. in l. hæc scriptura. in 1. q. ff. de condi. & demon. ubi plenè declarat effectum absolutio à iuramento. Item concludit notabiliter Paul. de Cast. consil. 290. quod papa non potest tollere effectum iuramenti, in quantum respicit validitatem & confirmationem contractus: quia est quaesitum ius parti, licet possit concedere quod agendo vel excipiendo non incurrat quis periurium. Quæro utrum reperiri possit modus quod renuntiatio filia cum iuramento eam excludat à bonis quitatis? breuiter aut loquimur in filia maiore viginti quinque annis, & illa si sit bene informata de valore bonorum, excluditur: quia scienti & volenti non fit iniuria. Ita declarat Fel. in c. in praesentia. de proba. Idem voluit Dec. consil. 180. in primo vol. Et tunc cautela est, quod filia dicat, quod sciens valorem bonorum, & de eo plenè informata renuntiat dictis bonis, etiam si incurrat laesionem enormem, vel enormissimam: iuxta notata per Bar. in l. 2. C. de rescin. ven. Nam quilibet maior annis viginti quinque, si reperitur laesus ultra dimidiam, praesumitur ignorasse valorem rei alienatæ: secus si sit citra dimidiam. decis. est Paul. de Cast. in l. 2. & in l. quisquis. ubi est bonus tex. C. de rescin. ven. Ideo est necesse quod illo casu appareat maior de valore bonorum informatum, & certioratum. Aut loquimur in filia minore annis 25. & tunc obtenta absolutio à iuramento, remanet in beneficio maioris ætatis, & in integrum restitutionis, secundum Citramontanos, secundum quos reputatur maior: & si reperitur laesa ultra dimidiam, & renuntiauerit modo dicto in precedenti casu, erit exclusa: aliis non. Aduerte ad vnū notabile dictum Dec. consil. 180. in 1. vol. dū dicit quod in muliere, rustico, & minore, semper praesumitur ignorantia in contractu damnofo. credo quod in minore clarè procedat dictum Decii, propter imbecillitatem ætatis, quæ non dicitur perfecta. usque ad completum vigesimum quintum annum. l. fi. C. de his qui ve. æta. impe. In muliere & rustico videtur sequenda distinctio, utrum sint læsi ultra dimidiam, aut citra, sicut diximus in aliis maioribus, iuxta l. quisquis. C. de rescin. ven. cum regula iuris sit, quod mulieri non succurritur, nisi in casibus à iure expressis. l. fi. C. de iur. & fac. igno. & eadem ratio est in rustico, ut ibi declarat.

In text. in verb. heritier.

Nota quod secundum consuetudinem non sufficit quod sint descendentes masculi ad excludendum filias nuptas, nisi dicti descendentes sint hæredes. Et ille qui vult filiam excludere, debet duo probare, videlicet se descendente ab eo de cuius successione agitur, & hæredem. Quia regula est, quod quotiens aliqua qualitas tribuens ius ponitur à lege vel statuto, illa est probanda. D. Ias. in l. non solum. §. sciendum. col. 2. ff. de ope. no. nū. Fely. in c. quoniam contra. col. 2. de prob. Dec. consil. 18. in primo volu. Idem consil. 219. in secundo volu.

In text. in verb. masle heritier.

Quæro quia consuetudo dicit quod extantibus fœminis descendentes à masculis, filia excluduntur. Quid iuris si consuetudo simpliciter diceret, quod extantibus masculis, aut descendentes filia ab eis excluderentur, si reperitur neptis, quæ à masculo descendit, utrum excludat filiam? dic quod non: quia illa qualitas masculis appositæ in primo gradu, videtur repetita in descendentes etiam: quia cessat ratio agnationis. Licet ista secunda ratio Bar. non placeat in l. liberorum. col. 7. versicu. l. quæro pone retento eodem themate. ff. de verb. signif. Et sic habes quod consuetudo vel statutum excludens filias extantibus masculis hæredibus, verificatur tantum in descendentes masculis: & ideo collaterales, puta agnati vel cognati, non excluderent filias. Ita Dec. in c. in praesentia. col. 19. vers. tertio fallit. de prob. Ista tamen decis. non habet locum secundum hanc consuetudinem, quæ expressè admittit fœminas descendentes à masculis. Et quod ad exclusionem filiarum de iure communi requirantur duæ qualitates, quod masculi sint descendentes, & hæredes: notat Bar. in l. 1. §. penul. ff. de bo. poss. contra tab. eum refert & sequitur Dec. in d. c. in praesentia. col. 12. versicu. pariter in simili. & col. 15. vers. ad praedicta etiam confert. dicit quod in casu statuti vel consuetudinis, de quo supra, filii adoptiui non excluderent filias. Item nec legitimi, secundum communem opinionem, de qua per Dec. consil. 52. vol. primo. & Chassa. in rub. des successions des bastards. §. 5. fol. 291. vers. octauo facit. Et dum consuetudo admittit filias descendentes à masculis, non extantibus masculis, potuit esse ratio, quia omnes procedentes à masculo, etiam si sint fœmine. Item & plus etiam si descendant à filia, dicuntur de descendentes primi stipitis, item & de genere eius. Ita Dec. in c. nouit. col. 2. vers. sexto no to. de iudi. Potest hinc moueri quaestio, de qua nuper cum domino Tyolerio respondi, quæ tamen non ha-

bet difficultatem: Pater habuit duos filios & duas filias, alteram nuptui tradidit, & sic morienti patri, illa non successit, tum virtute huius consuetudinis, tum quia hereditati patrie renuntiauerat: moritur vnus ex filiis cui alter frater superstes vnà cum sorore innupta successit, videlicet quilibet pro dimidia: secundo loco decessit vltimus frater, de cuius successione exorta fuit quæstio inter sororem innuptam, saltem tempore mortis eius patris, & filium masculum natum ex sorore nupta. Nam dictus masculus dicebat quod si vltimus frater masculus decessisset viua eius matre, quod illa successisset cum altera filia innupta eius sorore: quia masculi decesserant nullis superstibus descendens. & quod in successione ascendens & patruorum filii representant personam matris. dicta filia innupta allegabat, quod filia descendens à masculino per hanc consuetudinem excludit filiam dotatam & eius descendentes: ergo multo magis ipsa quæ erat filia quominus patris ipsorum filiorum debebat excludere nepotem. Ex filia dotata tandem conclusum fuit, quod ad successione fratris masculi vltimo defuncti veniebant æqualiter dictus nepos ex sorore dotata, & dicta filia indotata: quia iste est casus omissus à consuetudine qui remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. Et de iure communi filius subintravit locum matris per ius representationis: iuxta ea quæ plenè dixi in hoc titulo, des successions. artic. 9. Et non obstat renuntiatio, quæ tantum cantabat de bonis patris dotantis, & non extendebatur ad successione fratrum.

In text. in verb. *mariée en premieres nopces.*

- 34 Secundum has consuetudines magnus fit fauor primis nuptiis, & secundæ nuptiæ sunt huic patrie odiosæ: quod patet ex multis. Nam in primis nuptiis filia dotata potest seruari ius successione: patet infra, art. 27. secus in secundis nuptiis: patet infra, art. 29. quando non fuit facta dicta reseruatio in primis nuptiis: & est acquisitum ius masculis & descendens ab eis. Cadit hic quæstio: Pone quod filia nupsit, & fuit dotata, mortuo marito rediit ad patrem: vtrum teneatur eam iterum dotare? Regula est, quod mortuo marito dos redit ad patrem, cum onere redotandi: de qua vide per D. Iaf. in l. 2. col. 3. circa med. ff. sol. ma. Fallit ista regula, quando filia perdidisset dotem culpa sua, aut negligentia. Ita notat D. Iaf. post Bar. in authen. quod locum. in 2. notabili. C. de colla. secus si eam perdidisset sine culpa sua. Item hoc locum habet in secundis nuptiis. In primis autem nuptiis & constante matrimonio non fit distinctio, vtrum dotem perdidit cum culpa vel sine: quia non tenetur redotare, cum possit esse matrimonium sine dote. Ita Iaf. in præallegato authen. quod locum. col. 4. vers. secundò nota ex hoc eodem tex. & c. Vltimò quæro, vtrum redotando in secundis nuptiis possit dotem minuere, aut stipulari sibi i restitui in præiudicium filia: vide Bar. in l. post dotem. col. 8. ff. sol. matr.

ARTICLE XXVI.

Et en default de masle, ou descendans de masle, ladiete fille ou ses descendans pourront seulement venir à la succession du dernier mourant, & autres successions apres escheans.

- 1 Deficientibus masculis, aut ab eis descendens filia, eorumque descendens vltimò morienti, futurisque successione tantum succedunt.
2 Et sic ius acquisitionis incipit post defectum lineæ masculorum, & eorum descendens: quia vsque tunc durauit exclusio.

ARTICLE XXVII.

Le pere & autres ascendans, en mariant en premieres nopces leur fille, & autres descendans en droite ligne, peuuent reseruer à leurdite fille & autres descendans en droite ligne, droit successif de pere, mere, & autres seditz parens.

- 1 In primis nuptiis ascendens ius succedendi filiabus & suis descendens possunt conseruare. Quid in secundis nuptiis, vide infra, art. 29.
2 Ista consuetudo fuit inducta ex quadam præsumpta voluntate parentum, quæ erat vt conseruaretur nomen & dignitas agnationis. Et ideo si parentes aliter declarauerint, veritas facit succumbere præsumptionem, cum in claris non sit locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.

ARTICLE XXVIII.

Et si les collateraux la marient viuant le pere ou ayeul paternel, luy peuuent aussi reseruer leur succession seulement, en tout ou en partie.

SVMMARYM IN GLO. ART. XXVIII.

- 2 Extraneus dotando mulierem, potest apponere pacta quæ vult.
1 Vno ex collateralibus tradente dotem, patre viuo, aut auo, potest dotans ius succedendi in suis bonis in parte aut in toto reseruare.
2 Ratio huius consuetudinis est, quia talis collateralis dotans dicitur extraneus, qui potest dotando apponere pacta & conditiones, quas vult in dicta dote, vel bonis suis. l. vnica. §. accedit. C. de rei vx. act. & toto tit. de dona. quæ sub mo. vel condi. fi.

In text.

In text. in verb. *seulement.*

Vult dicere quod talis reseruatio poterit tantum fieri modo prædicto, & non in bonis parentum, & aliorum in quibus habebit locum consuetudo exclusiua: quia alteri per alterum non potest iniqua conditio afferri. l. alteri. ff. de reg. iur.

ARTICLE XXIX.

Combien que par cy deuant les coustumes dudict pays ayent esté en altercation, si la fille mariée en premieres nopces, à laquelle n'auoit esté faicte reseruation de succeder, peult estre rappellée à la succession de ses parens & secondes nopces ou autre traitté de mariage: A ceste cause a esté aduise par les estatz dudict pays, que doresenauant la fille mariée en premieres nopces ne peult par sondict pere n autres parés, de la succession desquelz elle est forclosé par ladiete coutume en faueur des masles, estre rappellée à aucun espoir de droit successif, au preiudice d'iceulx masles & leurs descendans, sans leur consentement: soit par second traitté de mariage, ou autrement.

SVMMARYM IN GLO. ART. XXIX.

Consensus præstitus in actu, in quo est alicui prouisum & suis descendens, quando ipsis descendens præiudicet. Per totum.

Filia semel exclusa ex consuetudine in primis nuptiis, semper remanet exclusa, nisi admittatur de consensu eorum quorum interesse potest.

De ista consuetudine satis dictum fuit supra, artic. 25. ibi, *fille mariée.*

In text. in verb. *sans leur consentement.*

Se offert quæstio notabilis, pone quod masculus frater filia cuius fauore facta fuit consuetudo, consentiat: vtrum ille consensus præiudicabit descendens ab eodem? Puto distinguendum, aut erunt hæres consentientis, & tunc talis consensus eis præiudicabit, ea ratione, quia hæres tenetur approbare factum defuncti, etiam sibi damnosum. l. cum à matre. C. de rei ven. aut non erunt hæres, & tunc puto quod talis consensus non præiudicabit nisi durante vita consentientis. Quia consuetudo prouidet ipsis descendens, & ideo prouisio consuetudinis & sit legis suæ eorum facto eis tolli non potest. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Et vbi consuetudo loquitur de præiudicio, potest intelligi de præsentis aut futuro: quia etiam ius quod est in spe est considerabile. l. spem. C. de dona. l. 1. C. de pact. Posset dari exemplum de eo qui feudum accepit pro se & descendens: quia si fiat alienatio, ipsis descendens non consentientibus, eis non fit præiudicium. tex. est in c. 1. de alie. feu. Potest etiam argui, quod sufficiat consensus eius, de cuius præiudicio agitur de præsentis, argumento l. fi. C. de pact. vbi valet pactum de hereditate viuentis eo consentiente: & non dicit quod requiratur consensus filiorum suorum qui habent ius successione in spe. tamen potest responderi, quod hic sumus in casu claro: quia consuetudo dicit, quod hæc pacta conseruatiua successione, non possunt fieri in præiudicium masculorum & descendens ab eis, postea dicit, nisi de eorum consensu. & sic iste consensus respicit omnes, & tam primos masculos, quàm ab eis descendens, de quorum præiudicio de præsentis aut in futurum agi potest: quoniam vna determinatio respiciens plura, determinabit ea pariformiter determinat. l. hoc iure. in princip. ff. de vulg. & pup. Bene fateor quod si essent hæres masculi consentientes, haberet locum quod prædixi.

ARTICLE XXX.

Toutefois n'est prohibé ausdictz pere & mere, & parens collateraux luy donner, leguer, ou disposer à son prouffit de leurs biens, autremét que par reseruation de l'espoir dudict droit successif.

SVMMAR. IN GLOS. ARTIC. XXX.

2 Filia licet per iuramentum renuntiauerit successione patris uel fratris, potest tamen hæres institui.

Licet reseruatio iuris succedendi sit prohibita, intelligitur tamen concessa omnis alia dispositio in fauorem dictarum filiarum modo præmisso exclusarum.

Concordat cum iure communi. nam si filia renuntiauit cum iuramento successione paternæ, tamen à patre potest hæres institui. Ita D. Iaf. in l. fi. col. 7. vers. vltimò in quantum. C. de pact. & habet locum ista decisio, etiam si renuntiauerit fratri cum iuramento viuo patre. Ita Iaf. ibi, de qua quæstione vide plenius D. Iaf. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.

ARTICLE XXXI.

Iaçoit ce que par cy deuant la portion des filles mariées par leurs pere ou ayeu lou de leur viuant accreust es filles non mariées, comme es masles, & que ladi-

Et fille non mariée fut réputée masle quant à ce. Toutefois en ayant regard à la coustume generale deuât dicté, & à la raison d'icelle, & pour la conseruation des masles dudict pays, a esté aduisé par lesdictz estatz pour l'aduenir, que la portion de la fille mariée ainsi forclosé de succeder par les moyens dessusdictz, accroistra es masles seulement, s'ilz veulent payer la dot à elle constituée, ou les restes d'icelle, en conferant ladicte dot, ou moins prenant de la part & portion, comme ladicte fille feroit s'elle succedoit, sans ce que oudict cas les filles restans à marier puissent aucune chose pretendre en la portion de ladicte fille mariée.

SVMMARIVM IN GLO. ART. XXXII.

- 2 *Familia conseruandæ quæ sit ratio.*
- 1 *Filia exclusa portio eius accrescit masculis tantum uolentibus dotem soluere aut restan dotis, & hoc fauore agnationis, & conseruationis domus.*
- 2 *Magna est ratio familiae conseruandæ, l. 1. §. si is cui. ff. de ven. inspi. Sed maxima seruandæ æqualitatis inter masculos & fœminas, l. maximum vitium. C. de lib. præte. vel exhæ. tamen primò magis student homines: vt patet in hac prouincia, & communiter in Italia, ubi sunt statuta excludentia fœminas, stantibus masculis.*

ARTICLE XXXII.

Et combien que ladicte ainsi mariée ne prenne part ne portion esdictes successions comme dict est, si fait elle nombre & part avec les autres enfans pour la quote & computation de legitime.

SVMMARIA IN GLO. ART. XXXII.

- 2 *Filia exclusa utrum faciat numerum in computatione legitime. & quid iuris in exhæredato deportato fratribus minoribus, & similibus.*
- 3 *Legitima qualiter sit computanda.*
- 1 *Filia exclusa facit numerum in computatione legitime.*
- 2 *Ratio est, quia habet partem in hæreditate, cum dos succedat loco legitime. l. Titio centu. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. Contrarium tamen uoluit Ang. §. si. insti. ad l. Falcid. & uidentur facere dicta D. Iaf. in l. planè. §. si duobus. ff. de leg. 1. ubi dicit quod incapax successione non facit partem. Illud debet intelligi de simpliciter incapacibus, vt in restè exhæredato deportato in fratribus minoribus & similibus: sed filia non est omnino incapax: quia consequitur dotem. Et idem quod de filia, de iure communi dici potest de monacho circumscripita consuetudine Aluerniæ, vt dixi supra, art. 14. de materia uide plenè D. Iaf. in authen. nouissima. col. 12. vers. extra glo. quærit Bar. C. de inoff. testamen. Queritur quomodo fiat ista computatio legitime: dic quod si sint quatuor aut infra, legitima cuiusque erit tertia pars, eius partis quæ fuisset quilibet eorum habiturus ab intestato: si quinque aut plures, dimidia: vt probatur his uerbis: Quatuor aut infra dant natis iura trientem, Semissem uero dant natis quinque vel ultra. Glos. in authentic. nouissima. C. de inoff. testamen. Ita declarat & computat Dec. consil. 27. col. pen. in fi. in 2. vol.*

ARTICLE XXXIII.

Et si ladicte fille est mariée par lesdictz pere ou ayeul paternel, ou autre, ou de soymesme apres le trespas de sa femme, elle peut venir à la succession de ladicte mere & autres les parens dudict costé & estoc maternel.

SVMMARIVM IN GLO. ART. XXXIII.

- 1 *Filia dotata si excludatur à statuto, à successione patris, matris, & aliorum, intelligitur exclusa à successione obuenientibus post dotationem, & non ante. Per totum.*
- 1 *si tempore, quo filia nubit, mater prædecessit non excluditur ab eius successione & omnium cognatorum: id est, coniunctorum ex parte matris.*
- 2 *Ratio est, quia per mortem matris iam erat ius quaesitum filie in proprietatibus bonorum maternorum, & appellabantur illa bona, aduentitia, l. cum oportet. C. de bonis quæ lib. Et ideo consuetudo intendit excludere à futuris successione, & non ab acquisitis. Et in proposito optimè facit notabilis decisio, quod si statutum dicat stantibus masculis filia dotata non succedat, tale statutum verificatur in successione obuenientibus post dotationem, non ante, etiam quod post fuerit dotata: quia illa qualitas, dotata, non potest applicari successione præteritis, in quibus iam est ius quaesitum. Ita consuluit D. Abbas, quem refert D. Iaf. in l. fi. col. 6. vers. tamen d. Abbas. C. de pact.*

ARTICLE XXXIII.

Mais quant à la succession de lesdictz pere & ayeul, & autres parens lignagers du costé paternel, elle en est forclosé comme dict est,

Licet in casu præcedentis consuetudinis filia succedat matri & cognatis, tamen remanet exclusa successione ascendentium masculorum & agnatorum.

ARTICLE XXXV.

Laquelle fille mariée par les dessusdictz ainsi forclosé desdictes successions, elle ne peut demander legitime ne supplémét d'icelle. Toutefois s'elle n'a point esté douée, elle peut seulement requérir estre douée, selò q les autres filles de la maison (s'aucunes en y a) ont esté douées. Et s'il n'y a autres filles douées de ladicte maison, elle fera douée selon l'aduis des parens & amys de ladicte fille, eu regard es constitutions des mariages du lieu, & voisins de semblable qualité.

SVMMARIA IN GLO. ART. XXXV.

- 1 *Statutum excludens filias à successione stantibus masculis, utrum eas excludat à legitima.*
- 2 *Dispositio generalis non comprehendit casus habentes specialem fauorem. & nu. 3.*
- 3 *Renuntiatio generalis utrum comprehendat legitimam.*
- 4 *Statutum generaliter loquens, utrum comprehendat causam dotis.*
- 5 *Dispositio generalis quando deroget speciali, & quando comprehendat legitimam.*
- 6 *Filia non dotata an possit petere dotem, si nupserit.*
- 7 *Filia si mandetur dotari simpliciter, quando dicatur dos congrua. & nu. 8. 9. & 10.*
- 11 *Dotes debent esse æquales inter plures filias.*
- 12 *Dotes aliquando constituuntur inæquales ratione locorum ubi mariti habitant.*

Filia exclusa censetur, non tantum à successione, sed etiam à legitima, & legitime supplemento. Et si sit indotata, potest petere dotem, quæ ei constituenda erit secundum constitutiones factas aliis filiabus. Et si nullæ sint, dotabitur secundum iudicium coniunctorum & amicorum ipsius filie, habita consideratione constitutionum factorum aliis de loco, & uicinia eiusdem qualitatis.

In text. in uerb. legitime, ne supplément d'icelle.

Nota quod non sine ministerio posita sunt illa uerba: quia in generali exclusione non includeretur legitima. Nam regula est, quod dispositio quantumcunque generalis, non comprehendit casus habentes specialem fauorem. gl. est ordinaria, & approbata in l. sciendum. in princ. ff. qui fa. da. cog. Idem dicit D. Iaf. per illum tex. in l. 1. col. 2. in fi. vers. 3. nota, & nouiter. ff. sol. mat. Et ibidem D. Iaf. col. 3. vers. & confirmatur. dicit quod in generali renuntiatione facta de omnibus bonis paternis, non includitur legitima, nisi de ea expressè dicatur. hoc uult tex. in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. Et in quantum ibidem D. Iaf. dicit quod lex vel statutum generaliter loquens non comprehendit causam dotis, quia habet specialem fauorem, istud dictum dicit Philip. Dec. debere limitari, vt procedat in casibus, in quibus lex dedit specialem fauorem doti: in cæteris autem non. consil. suo 50. per totum. in 1. vol. Et quando generalis dispositio non deroget speciali dispositioni præcedenti, uide Aret. consil. 1. col. 1. Quando promissio uel locutio generalis restringatur ad casus expressos uel similes expressis: item ad casus solitos tantum & ordinarios. Item ad casus de quibus partes uerisimiliter tantum cogitarunt: uide plenè Fel. in c. sedes. col. 2. vers. clausula generalis. cum aliis seq. de rescrip. Et ibi per tex. in l. scio. §. medico. ff. de annu. legatis. ubi dicitur quod si lego medico quæ unius præstbam, ea ueniunt quæ habuerunt certam arrogationem annuam, non autem ea quæ incertam liberalitatis uoluntate, & tradit plures decisiones. col. seq. vers. & primò uide. dicit quod licet procurator generalis possit ea quæ erat dominus solitus facere. l. vel uniuersorū. ff. de pig. actio. Intelligitur tamen de his tantum quæ dominus erat solitus ordinariè facere: & col. 4. vers. & dicit pulchrè D. Abbas. decidit quod si socius faciat socio plenam liberationem de omni debito occasione societatis, dato quod postea dicat, quod ex quacunque causa ratione uel titulo quitat, intelligitur ratione societatis. Et subdit aliud ualde notandum, quod si pater legando aliquid filie nuptæ, dicit quod aliud petere non possit pro iure naturæ, uel qualicumque alio modo: debet intelligi de his quæ sunt eiusdem generis cum præcedentibus: secus si petat alia, non ut hæres patris: & ideo potest petere dotem maternam, etiam si ueniat soluenda de bonis paternis pro ea obligatis. Et redeundo ad superiora dicta, in specie quod statutum excludens filias stantibus masculis, non excludat eas à legitima: tenet Alex. consil. 7. col. 3. in 2. vol. tamen in contrarium dicit Dec. esse communem opinionem in consil. 26. col. 3. vers. quia considerandum est. in primo vol. uide quæ infra dicam pro resolutione dictæ quaestionis. ibi fallit secundum Decium.

In text. in uerb. peut seulement requérir estre douée.

Quod indotata possit petere dotem, si nupserit, habes hic cum limitatione, de qua art. 3. Reuoco in dubium quando lex, statutum, consuetudo, uel testator mandat aliquam dotari, & non exprimit quantitatem dotis, quanta dos constitui debeat. Ista consuetudo declarat certo modo. Alibi dicitur quod dos debet esse congrua, habito respectu ad dignitatem & facultates tam patris quam mariti. l. filia. ff. de leg. 3. l. quæro. ff. de iure dot. & utrobique Bar. alii dicunt quod debet esse tanta, quanta est legitima. Saly. in authen. res quæ. C. com. munia deleg. notat ex illo tex. bonū argumētū, quod quando statutū repellit filias à successione, & mandat eas dotari arbitrio propinquorū, quod propinqui non poterūt arbitrari minus legitima, sed bene plus secundū statū & qualitatem personæ. Et Fulgo dicit per illū tex. quod pater cogitur dare magnam dotem filie, dummodo non excedat legitimam. Et dicit D. Iaf. in d. authen. res quæ. col. 9. vers. 7. nota diligenter quod per supra dicta declaratur

dicta Bar. in d. l. filia, & quæro. Idem voluit D. Iaf. in rub. col. 5. vers. 2. quia dos. ff. fol. mat. Idem tenet Dec. consil. 53. in pen. col. in fi. in 3. vol. Idem consil. 98. col. pen. amplè idem consil. 180. & 181. in 1. vol. est tamen aduertendum, quia Dec. consil. 26. in princ. mirabiliter procedit distinguendo in hac materia, vt ex toto consilio colligi potest. Et dicit: aut pater viuens filiam dotauit, & tunc filia conqueri non potest, nec habetur colligatio legitimæ. Et vltra rationes quas allegat Dec. do bonam rationem: quia ratio legitimæ habetur tempore mortis, & non in vita, cum illa possit augeri aut minui vsque ad mortem. Et ideo sicut si diminuerentur bona hæreditaria, & reperiretur filia plus habere tempore mortis patris, quam posset ascendere sua legitima, ex eo nihil restitueret de dote. Ita si hæreditas sit aucta, nihil plus consequi potest, vt contrarium eadem sit disciplina. Et si steterit in statu quo erat tempore matrimonii, non potest haberi consideratio super eo quod adhuc non erat debitum, & poterat tempore augeri vel minui. Fallit tamen iste casus secundum Dec. ibi col. 3. vers. nisi esset maximus excessus, quando pater dedit multum exiguam dotem, habita patrimonii & qualitatis domus, ac mariti consideratione: quia in eo tunc arguitur dolus. Et maxime, quia licet non habeat ius in legitima viuo patre, habet tamen spem successione, quæ est considerabilis. l. i. C. de pact. Ideo potest spes donari. l. spem. C. de dona. si ergo filia pro re parua renuntiet futuræ successioni opulente, certè ex tali renuntiatione dicitur pati magnam læsionem, & ideo obtenta absolutione à iuramento, mortuo patre, si erat minor tempore renuntiationis, habebit restitutionem in integrum, non obstante c. quanuis. de pact. lib. 6. secundum limitationem Dec. in præallegato consil. 26. & ea quæ dixi supra, art. 25. in verb. *ait quitte*. Aut filia est dotanda à fratribus seu à propinquis, & tunc dos dicitur congrua, quando est conformis legitimæ. nam eo casu post mortem patris debita est legitima, & habetur certitudo quotæ. Et ideo sicut pater non potest priuare filiam legitimam, ita nec dotantes. Fallit secundum Dec. in d. consil. 26. col. 3. vers. considerandum est. vbi filia esset exclusa à successione per statutum stantibus masculis: quia intelligitur etiã exclusa à legitima, secundum eum, & ceteros quos allegat: & sic eo casu non est habenda consideratio legitimæ, quæ non debetur, sed possunt propinqui dare minorem dotem, aut maiorem, vsque ad legitimam, secundum conditionem dignitatis & fortunarum tam patris filiæ, quam mariti qui offertur. & ita dicit temperandum dictum Saly. in authen. res quæ. C. cõmunia deleg. Iudicio meo dictum Saly. debet inconcussè obseruari, quicquid dicat Dec. Et probò sic: statutum excludens filiam à successione, in dubio non videtur excludere à legitima, quæ habet specialem fauorem, per ea quæ supra latè posui. vltimus statutum dicit quod doretur filia: & quia dos succedit loco legitimæ, Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. statutum tale non est intelligendum quod in aliquo voluerit derogare legitimæ: subrogatum enim debet sapere naturam eius, cuius loco subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. vbi D. Iaf. col. 1. ff. si quis caut. Item statutum quantumcunque generale debet interpretari, vt minus lædat ius commune quam fieri possit. c. cum dilectus. de consue. Et sicut renuntiatio generaliter facta non præiudicat iuri petendi legitimam. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. ita generalis exclusio à successione in qua fit reseruatio dotis loco legitimæ, & sic nihil voluit statutum de legitima detrahare: & istam credo veritatem: fortè tamen dictum Decii procedere posset, quando statutum vel consuetudo excludit à successione & à legitima. Verum quia secundum communem opinionem statutum non potest in totum tollere legitimam, sed tantum minuere. Ita dicit D. Iaf. in authen. nouissima. col. fi. vers. intellige tamen. C. de inoff. testa. pro resolutione quæstionis, an statutum excludens filiam, excludat eam à legitima: quicquid disputent doct. videtur tenendum quod non, ratione de qua supra, & quia secundum communem non potest statutum efficere quod tollatur tota legitima, principaliter disponendo, quanto minus tacitè: & istam opinionem dicit æquiorum D. Iaf. in authen. nouissima. col. fi. C. de inoff. testa.

In text. in verb. *selon que les autres filles de la maison.*

11 Consuetudo mandat quod primò sit in consideratione quantitas dotis aliis filiabus constituta: & hoc ideo, quia æqualitas inter eas est seruanda. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de leg. 2. l. vt liberis. C. de colla. & ita in specie tradit Dec. consil. 26. col. 2. in princ. in 1. vol. Dicit tamen Dec. ibidem col. 4. vers. non obstat quod aliis filiabus. Quod aliquando diuersitas locorum tollit illam considerationem: quia in vno loco solent dari dotes exiguæ, & in alio magnæ: & tamen vna filia in loco dotis exiguæ habebit maritum, qui poterit dignitate & facultatibus marito alterius filiæ, vbi solent constitui amplæ dotes, comparari: vt exemplificat ipse Decius in ciuitatibus Florentiæ & Acquilæ, in regno Neapolitano. Sed hæc consuetudo non loquitur in terminis Decii, quia de eodem loco vbi dos constituitur, & Decius de diuersis locis vbi habet mariti domicilium.

In text. in verb. *et uoifins de semblable qualité.*

12 Facit bene ad propositum lex semper in stipulationibus. ff. de reg. iu. quæ dicit, quod quando non constat quid actum sit, consequens est vt id sequamur quod in regione in qua id actum est frequenter: & sic ista lex circa istam frequentiam respicit tam locum, quam personas, & seruit ad præsentem consuetudinem, quantum ad considerationem personarum: ad præcedentem, quantum ad considerationem locorum dotis constitutæ.

ARTICLE XXXVI.

Et a esté aduifé par lesdictz estatz, que si ladicte fille se marie au desceu & oultre le gré de ses pere & mere, à homme qui ne seroit d'estat & qualité condignes à son lignage, ne pourra aucune chose pretendre ne quereler es biens de seldictz pere & mere, par dot n'autrement.

SVMMARIA IN GLO. ART. XXXVI.

2 Hanc consuetudinem iuri civili conuenire ostendit.

3 Generalem

3 Generalem exclusionem non extendi ad dotem.

Filia parentibus infans, aut inuitis nubens indigno suæ familia, est omnibus iuribus exclusa, etiam in petitione dotis, seu in alio quocunque modo.

Ista consuetudo concordat cum iure ciuili, sed discordat cum iure canonico, vt amplè dixi supra, art. 25. in verb. *ou d'elle mesme*. vbi etiam dixi quod ista consuetudo valet, ita & statutum idem disponens: vt declarat Fel. in c. 1. col. 10. vers. septimò fallit. de spon. Licet contraria opinio videatur tutior & magis communis, vt dixi d. ar. 25. Et in terminis huius consuetudinis declarat Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 21. vers. tertius effectus est. de consti. Item in d. c. 1. per doct. notatur quod generalis exclusio non extenditur ad causam dotis, nisi illa fuerit expressa, vt probaui in præcedentibus: quia causa dotis habet specialem fauorem, cui non derogatur per generalem dispositionem.

ARTICLE XXXVII.

Fille fiancée viuans ses pere & ayeul paternel, ou l'un d'eulx, n'est forclosé des successions de seldictz pere, ayeul, mere, ne autres collateraux, si le mariage n'est accompli leur vie durant.

SVMMARIA IN GLO. ART. XXXVII.

- 1 An statutum loquens in sponsa extendatur ad maritatum, eleganti distinctione declarat, et infert.
- 2 Quæ distinctio in sponsa per verba de presenti locum habet.
- 3 Nisi eadem domum viri traducta sit, et ibidem decesserit.
- 4 Filia non priuatur successione obueniente, dum sponsa est, etiam secuto matrimonio.
- 5 In statutis argumentum a contrario sensu infirmum est.
- 6 Vera et commoda huius capituli consuetudinis interpretatio.

Sponsalia non impediunt successione, nisi sequatur matrimonium, vita patris, uel aui dotantis durante.

In text. in verb. *fiancée.*

Quæro vtrum statutum vel consuetudo loquens de sponsa habeat locum in maritata, & econtra? distinctio, aut loquitur in fauorabilibus, & tunc sic: aut in odiosis, & tunc non. Ita Fely. in rub. col. 1. de spon. Et ibi infert Abbas singulariter, quod statutum excludens filiam maritatum à successione patris, non extenditur ad filiam desponsatam per verba de futuro. Quid si sit desponsata per verba de presenti, sed adhuc non interuenit copula carnalis? dic idem distinguendo vt supra, secundum communem opinionem: vt testatur Fel. in d. rub. col. 3. vers. ex quibus apparere potest, &c. Singulariter tamen limitat col. 4. vers. limita eam singulariter. nisi esset desponsata per verba de presenti, & ad domum mariti transducta, prius decesseret, quam esset matrimonium consummatum: quia pro copulata habetur, quæ de proximo erat copulanda.

In text. in verb. *si le mariage n'est accompli leur vie durant.*

Potest hic dubitari de probabili quæstione: Quid si obuenit successio, puta matris, quã diu filia erat sponsa, postea consummatur matrimonium: vtrum filia sponsa intelligatur exclusa à successione matris? Si velimus arguere à contrario sensu consuetudinis, videtur quod sic: quia à contrario arguendo sensus erit quod intelligatur exclusa, si sequatur matrimonium: tamen in statuto vel consuetudine non potest argui à contrario sensu ad correctionem iuris communis. amplissimè D. Iaf. in l. 1. col. 11. vers. sexta conclusio est. ff. de off. eius cui est man. iur. Hæc consuetudo est sic intelligenda, si sequatur matrimonium viuo patre vel auo, & viua matre, tunc filia erit exclusa omni successione, iuxta c. 25. quod incipit, *filie mariée*. sed si inter sponsalia & consumptionem matrimonii mater decessat, statim quæritur ius filiæ, quod per sequens matrimonium non tollitur: quia consuetudo dicit, quod si sequatur matrimonium, filia non succedit matri: & sic loquitur de successione futura, non de iam facta perdenda. Item hic casus videtur omissus à consuetudine, ideo remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob causam. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. Item consuetudo est intelligenda, vt minus lædat ius commune quam fieri possit. c. cum dilectus. de consue. ex his videtur tenendum, quod filia per sequens matrimonium viuo patre vel auo nõ perdat successione matris iam effectualiter quæsitam.

ARTICLE XXXVIII.

Le lignager qui se veult porter heritier simple est preferé, en baillant caution, à celuy qui se veult porter heritier par benefice d'inuetaire: cõbien qu'il ne soit si prochain du defuné, cõme celuy qui requiert estre admis p benefice d'inuetaire.

SVMMARIA IN GLO. ART. XXXVIII.

- 2 AEqua huius consuetudinis ratio traditur.
- 3 Quibus sit præstanda cautio, de qua in consuetudine.
- 4 Etiam priuatus nomine absentium cautionem illam reitè præstabit, quam oportet tamen subsequi ratis habitationem.
- 5 Vbi interuenit stipulatio, an reuocari possit cautio ante acceptationem, remissuè.
- 6 Huic cautioni præstandæ, omnes quorum interest adesse debent.
- 7 Quæ autem forma citandi sint, late explicat.
- 8 Quæ solennitate iussu uocandi sint ad inuestituram obtinendam.

Proximiori de cognatione uolenti adire cum beneficio inuentarij, præfertur ulterior gradu, simpliciter acceptans hæreditatem, si præstet cautionem, idem qui uult uti beneficio inuentarij.

K ii

2 Posset notabiliter quæri quæ sit ratio huius consuetudinis: & responderi potest, quod est fauor defuncti, vt habeat hæredem, qui exoluat eius debita. patet insti. qui ma. nō licet. §. idēque eadem. vbi dicitur quod licet domino instituere seruū necessarium hæredem, vt bona hæreditaria suo nomine distraherentur, ne defunctus iniuria afficiatur. Nam licet hæres faciendo inuentarium non teneatur vltra vires hæreditarias, tamen nō exonerat conscientiam defuncti, nec tollit obligationē, licet sit inefficax: quia inanis est actio quam debitoris excludit inopia. Et sic melius satisfit defuncto per vltiorem in gradu, qui simpliciter omnibus se obligat & cauet.

In text. in verb. *baillant caution.*

3 Quibus sit præstanda ista cautio? dic quod omnibus quorum interest: & poterit notarius stipulari pro absentibus. Bar. & doct. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & queritur eis actio sine cessione. Bar. & Alex. in l. si pupillus. ff. re. pu. sal. fo. Et quæ sint persone quæ possunt alteri stipulari, vltra tres, quas gl. in procmio decre. in princ. in verb. seruus enumerat. addit ibidem Fely. in verb. Gregorius. col. 5. sex de procuratore, nuntio, officiali, arbitro, notario, & sacerdote. Et ibidem tradit vtrum promissio facta absenti ante acceptationem possit mutari vel reuocari. Et quid si promissio per stipulationē fiat absenti, vel præsentis pro absente. Et quid si fiat cum iuramento. Item ex stipulatione inualida, an acquiratur obligatio naturalis. Et quæ remedia cōpetant ad obseruantiam stipulationis inualidæ. Quæro quid iuris si aliquis tertius priuatus acceptet talem cautionem nomine aliquorum absentium, vtrum valebit talis acceptatio? dic quod sic, secuta ratihabitione: quia potest quis ratificare gestum nomine suo, licet non possit alteri stipulari, nisi sit persona publica. tex. in l. si. C. ad Macedo. declarat Dec. in c. at si clerici. in princ. col. 11. vers. sed responderi potest. de iud. Aduerte tamen quia talis acceptatio debet fieri re integra, hoc est, ante reuocationem cautionis præstitæ, & per priuatum acceptatæ: quia si reuocatio fieret, extrema non essent amplius habilia, & sic acceptatio esset inefficax. per tex. in l. bonorum. ff. rem rat. hab. Quando interuenit stipulatio, an reuocari possit an esset inefficax. per tex. in l. bonorum. ff. rem rat. hab. Quæro vtrū te acceptationem, plenè tradit Dec. in regula contractus. ff. de reg. iur. & concludit quod sic. Quæro vtrū omnes hi quorum interest sint citandi ad videndum præstari dictam cautionem? dic quod sic: quia ad omnem actum in quo pars lædi potest, est citanda. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. as. in l. filiulfa. §. diui. col. 8. ff. de leg. 3. Idem in l. si quis nec causam. col. 2. ff. si cert. pet. Fel. in c. cum olim. col. 5. de re iud. Vtrum ista citatio sit fienda particulariter, vel voce eridæ? dic quod si sunt certi hi quorum interest, illi sunt nominatim citandi: incerti verò, citantur voce proclamantis publici. tex. vbi Bar. in l. si eo tempore. C. de remiss. pig. Et qualiter istud procedat, quando sufficiat citatio per edictum, vel per proclama. vide Bar. in tract. ad repri. in verb. per edictum. D. l. as. in l. si. §. 1. in 3. col. C. de iure deli. Et ibi reprobatur Bartol. in d. l. si eo tempore. qui vult in inuentario posse citari creditores per proclama: potest tamen saluari Bartol. quando creditores sunt incerti, & talis incertitudo presumitur. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. vide in materia latè Fel. in c. humilis. de maio. & obe. per Fel. in c. cognoscentes. col. 5. de consti. per Alex. consil. 5. in 2. vol. Fel. in c. exhibitis. in 2. col. de iud. Et quando rex interpellat vassallos quod veniant ad obtinendam inuestituram, vtrum sufficiat id fieri voce proclamatis? vide Card. Zaba. consil. 74. vbi concludit quod non.

ARTICLE XXXIX.

L'estranger ne peut estre receu à soy porter heritier simple, ne par benefice d'inventaire, & par ce ne deboute le lignager requerant estre receu par benefice d'inventaire. Toute fois l'heritier conventionnel par mariage ou association, s'il ne veult accepter simplement ladicte successio, se pourra porter heritier par benefice d'inventaire, si aucuns des lignagers du defunct ne le veult estre: car ilz seroyent preferez audit heritier conventionnel.

SUMMARIUM IN GLO. ART. XXXIX.

2 Quæ sit primæ partis consuetudinis ratio.
3 Secundam consuetudinis partem iuri communi contrariam.
4 Pacto fieri posse ut bonorum nostrorum pars ad alium perueniat.
5 Quod tamen pactum strictam interpretationem recipit.
1 Extraneus simpliciter, nec cum beneficio inuentarij hæres esse potest. ideo illum de familia, seu agnatione non excludit acceptantem hereditatem cum beneficio inuentarij. hæres autem conventionalis virtute contractus matrimonij, aut societatis, si simpliciter hereditatem nolit acceptare, poterit id efficere cum beneficio inuentarij, sinullus de agnatione uelit hæres esse, quia uolens preferretur.
2 Ratio huius consuetudinis in prima parte est, quia hereditas in extraneo per testamentum dari non potest: vt patet sequenti articulo.

In text. in verb. *conventionnel.*

3 Istud est de directo contra ius commune, secundum quod hereditas pacto dari non potest. l. hereditas. C. de pact. conuen. fallit in milite. l. licet. C. de pact. Nota tamen quod per pactum fieri potest, vt pars bonorum meorum post mortem ad aliquem deueniat: vt declarat Bar. in l. si. C. de pact. & ibi doct. & amplè D. l. as. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Et illa pacta erunt strictè interpretanda, quia si dicant de filiis, non venient nepotes filiorum appellatione. Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sig. & ita amplissimè dixi in consilio edicto in fauorem magnificorum dominorum Murolii & de Obierez contra dominum du Broc, quod spero, deo duce, cum his glosellis, ad euitandam otiositatem emissis, impressioni demandare: & secundum opinionem meam fuit iudicatum.

ARTI-

ARTICLE XL.

Institution d'heritier testametaire n'a point de lieu, & est reputé iceluy institué legataire.

SUMMARIUM IN GLOS. ARTIC. XL.

2 Quenam sit huius consuetudinis ratio.
3 Hic filij exheredationem non prohiberi ostendit.

Institutio testamentaria habet tantum vim legati.

Non abs re quæri potest, quia fuerit hæc consuetudo inducta, cum leges ad eò faueant testamentis. l. 1. C. de sac. san. eccle. & sint vltimæ voluntates adeo fauorabiles, in quibus fit latissima interpretatio. l. in testamentis. ff. de reg. iur. dicerem libenter quod ideo factum fuit, quia homines infirmi sape infestatur de testamento certo modo, ad id quæ facillimè inducuntur: sed ista ratio non est vniuersalis, quia non porrigitur ad testamenta quæ fiunt tempore sanitatis: ideo dicemus hæc consuetudinem introductam fauore venietium ab intestato, vt familiarum dignitas conseruetur: iuxta tex. in l. 1. §. quid ergo. ff. de ven. inspi. Et si non potest dari hereditas, ergo nec auferri, vt contrariorum eadem sit disciplina. Et si auferretur quod sapit gratiam, videlicet institutio, quanto magis debet intelligi oblata facultas exheredandi, quæ sapit odium: Et sic videtur quod pater non possit etiam ex causa filium exheredare. Tamen arbitror contrarium, quia isto modo induceretur correctio. authent. ex causa. C. de lib. præ. vel ex hæ. & sic iuris communis, quæ non potest procedere: quia resularet absonus intellectus. gl. in l. 2. C. de condi. infer. latè l. as. in materia statutorum. in l. 1. ff. de off. eius cui man. est iur. Et sic dico quod consuetudo tantum valet, quantum cantat, & non potest extendi per subauditos intellectus. Item est casus omissus à consuetudine, ideo remanet in dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau.

In text. in verb. *legataire.*

ARTICLE XLI.

Et ne peut aucū par testamēt, codicille, n'autre disposition de derniere volūté disposer de ses biens à pies causes n'autrement, au preiudice de l'heritier ab intestat, que d'un quart chargé de to⁹ legatz, & de la quarte partie des debtes, & quarte partie des funerailles.

SUMMARIUM IN GLOS. ART. XLI.

2 Etiam hunc articulum locum habere in donatione causa mortis.
3 Non prohiberi contractum donationis in testamentis, ostendit.
4 Quæ tamen omnium bonorum esse non potest.
5 An tamen contra pactum fieri possit, dubitatur.
6 Vtrum consuetudo prohibens testari ad pias causas, valeat remissiuè.
7 Hac consuetudine testatorem pro parte testatum, & intestatum non decedere.

Vsq̄ue ad quartam hereditatis grauatam quarta parte legatorum, debitorum & funeralium tantum, quis admittitur ad disponendum per vltimam voluntatem, in præiudicium hæredis ab intestato, & non vltra, etiam fauore pia cause.

In text. in verb. *autre disposition.*

Potest exemplificari in donatione causa mortis, quæ magis vltimæ voluntati, quàm contractui accedit, quia confirmatur morte, & inerim est reuocabilis. Et ideo dicit textus in §. hæc autem donationes. insti. de dona. causa mor. quod tales donationes sunt redactæ per omnia ad instar legatorum, dicit D. l. as. in l. eū antiquitas. col. 2. vers. per hoc. C. de testa. quod donatio causa mortis quando in esse deducitur, equiparatur contractui: sed postquam est in esse producta, æquiparatur vltimæ voluntati. In text. in verb. *derniere uolunté.*

Postquam consuetudo tollit potentiam disponendi per vltimam voluntatem vltra quartam, videtur quod possit accommodari vna cautela, per quam poterit quis disponere de aliis tribus partibus, salua legitima filiorum: videlicet quod in testamento dicat, quod donat donatario præsentis acceptanti: quia in testamento potest fieri omnis contractus, etiam donationis, secundum gl. in l. hæres palam. §. si. ff. de testa. & illam approbat Bar. ibi. Et plus dicit D. l. as. in l. eum antiquitas. col. 2. in 2. notab. C. de testa. quod & irritato testamento, tenebit contractus. Item Dec. conf. 196. col. 3. in 1. vol. dicit quod ille contractus non sapit naturam vltimæ voluntatis, & quod poterit probari per duos testes, item quod erit irrevocabilis. Et nota quia illa cautela posset seruire in contractu donationis secundum consuetudines Aluerniæ, si fieret testamentum per sanum, de cuius morte non dubitaretur: aliàs secus, propter consuetudinem, de qua infra, in tit. *des donations. c. 14. ar. 36.* quæ vult quod si infirmus aut is de cuius morte dubitatur donet inter viuos, talis donatio habeat vim donationis causa mortis, & valebit vsque ad quartam tantum. Nota etiã quod si in testamento donaret omnia bona præsentia & futura, non valeret: quia auferret liberam testandi facultatem, sicut dicitur in donatione sola, in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. & in l. si. C. de pact. Quæro nunc de notabili questione, pone quod in instrumētō dotali sit adiectū pactū, quod superstes lucretur tertiam partem bonorum præcedentis, & maritus fecerit donationem de qua supra, in testamento de maiori parte bonorum suorum, vtrū mulier superstes possit reuocare tales donationes tāquā in fraudē factas: iuxta §. itē si quis in fraudē. inst. de act. cū mulier sit creditrix viri sub conditione quæ euenire potest, videlicet si maritus præcedat: & certè videtur fieri fraus, dum prohibetur alienatio per vltimam voluntatem, & in ea fit contractus, & sic remanet frustrata mens contrahentium, si casus occurreret, esset strictius cogitandum.

K iii

1 *Dispositio facta de quarta seu ad quartam reducta, non uitiatur ex defectu institutionis hæredis, caducitatis, præteritionis, aut defectus numeri testium, dum modo fiat coram duobus testibus, & notario, aut quatuor sine notario.*

In tex. in verbo, *par faulte d' institution.*

2 Vult dicere consuetudo quod valebit dispositio, etiam si incipiat à legatis, & non fiat institutio. Et tamen de iure communi illa est fundamentum testamenti. Quia hæreditas testamento tantum dari potest non venientibus ab intestato. tex. in l. hæreditas. C. de pact. con. Liberis autem venientibus ab intestato olim poterat dari quocumque relicti titulo, sed hodie titulo honorabili institutionis tantum. glo. in §. 1. insti. de inoffi. testa. in verbo, iure legati. Circa tamen distinctionem illius glo. quæ vult illud esse verum, quando testator voluit facere testamentum: sed si voluerit facere codicillum, seu aliam ultimam voluntatem, tunc sufficit quod relinquitur filio quocumque relicti titulo. Pro confirmatione huius secundæ partis glo. adde quod notabiliter decidit Do. Iaf. post doc. per eum relatos in l. plane. §. si duobus. ff. de leg. 1. Quod si in testamento sit apposita clausula, quod testamentum valeat omni modo, quo valere potest: si sit aliquid simpliciter relicti ei cui erat relinquendum titulo institutionis, propter dictam clausulam sustinetur testamentum. fu. it signanda decisio Bal. in l. quotiens in vltima col. C. de hære. insti.

In tex. in verbo, *caducité.*

5 Est aduertendum quia non obstante consuetudine caducitas infringeret legatum, puta si institutus viuo testatore decederet. l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tol. Nisi haberet substitutum, quo casu succederet substitutus cum onere omnium grauaminum, quæ indicta fuerant instituto. tex. ibi. & plenius Bar. in l. 1. col. 7. in 1. q. 2. effectus vulgaris substitutionis. ff. de vulg. & pup. Alex. consi. 161. in 2. vol. amplè Corne. consi. 297. col. 1. & 2. in 1. vol. & deficiente substituto, vocantur venientes ab intestato.

In tex. in verbo, *ou præterition.*

6 De ista præteritione habemus titulum. C. de lib. præteri. vel exhæ. & plenè ibi in authen. ex causa.

In tex. ibi, *par faulte de tesmoings.*

7 Ista consuetudo magis adhæret iuri canonico (vbi sufficiunt tres testes cum parochiano. c. cum essem. & c. relatum. de testa. & iuri diuino dicenti: in ore duorum vel trium stat omne verbum) quam iuri civili: de quo requiruntur septem testes, defectus vnicus vitaret testamentum. l. si vnus. C. de testa. Nisi testamentum sit factum inter liberos, quo casu sufficit quod appareat de voluntate defuncti. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Et nota quia dictus §. tantum procedit quando testator distribuit inter liberos æqualiter: secus si inæqualiter, secundum Deci. consi. 25. col. 2. in 3. vol. Et vtrum ille numerus septem testium dicatur de substantia, an de solennitate probationis: & consequenter vtrum relicta in testamento minus solenni sint naturaliter debita, & in foro conscientie: de ista vltima questione vide Do. Iaf. in l. si post diuisionem. col. 2. Et de vtraque questione plenè Iaf. in l. cum quis. col. 4. & 5. C. de iur. & fac. igno. Pro resolutione principalis questionis, quando testes dicantur de substantia: dic quod quando certus numerus est requisitus, illi dicuntur testes numerarii, & necessarii. Si alii verò adiciantur, illi dicuntur de solennitate & supernumerarii: vt plenè declarat Fely. in c. cum Ioannes. col. 11. de fi. instru. Et distinctio quæ fit in testibus numerariis & supernumerariis potest cadere in officiis & in canoniis. Exemplum: si sit certus numerus senatorum designatus, & rex faciat vnum senatorem, est questio vtrum videatur rex voluisse augere numerum. Et quod nouiter prouisus gaudeat priuilegiis numerariorum, an intelligat eum reputare pro supernumerario. Ista questionem decidit Fely. in c. cum M. Ferrariensis. col. 11. versu. nota. glo. ad quam. de consi. Et ista questio sæpe incidit temporibus meis apud ducem Sabaudia, qui habet in senatibus suis numeram designatam: & tamen pluribus gratificabatur, quos creabat collaterales honorarios, & supernumerarios, qui non habebant vocem in senatu, nisi accedente consensu ipsius senatus: nec habebant stipendia, ideo infidebant aduocationibus. Quæro nunc in actibus inter viuos, quot testes requirantur? dic quod sunt aliqui casus in quibus sufficit vnus testis, puta in causa possessoria, secundum aliquos qui voluerunt quod sufficeret vnus testis. Ego dixi quod communis opinio erat in contrarium, supra in titulo *des dilations.* articulo 3.

12 De casibus in quibus creditur vni testi. D. Iaf. amplè tradit in repe. leg. admonendi. col. 8. versu. decimo, & c. ff. de iureiuran. Et ibi quid in causis breuioribus, vbi dicit quod sufficit vnus. Quid in possessoriis, quod vnus. addo Alex. consi. 91. col. 2. in 5. vol. Deci. consi. 48. col. 2. in 2. vol. & ibi dicit etiam, per famam: tamen istud dictum nunquam tenui verum, vt demonstraui in loco præallegato. Item tradit quid in dicto cardinalis. Item quid in dicto papæ. col. 81. Item quid in dicto interpretis, ea. col. Quid in medicis vel chirurgicis ordinatis ad referendum si vulnus, aut infirmitas sit mortalis. Item quando principaliter non agitur de præiudicio tertii, puta quod quis sit baptizatus, vel clericus. col. 82. Item ea. col. quando partes conuenerunt de stando dicto solius testis, vel partis de suo damno vel interesse. Item quod stetur scripturæ priuatae. Item quando partes dederunt potestatem arbitratori procedendi cum scriptis aut sine. Et prædicta sunt notabilia quia quotidiana.

In tex. ibi, *sans notaire.*

23 Consuetudo vult quod notarius habeat vim duorum testium: & tamen de iure communi sufficiunt duo testes ad reprobandum instrumentum, quando nullo adminiculo, nisi sola autoritate notarii adiuuatur. Fely. in c. cum Ioannes. col. 11. versu. quarto declara, de fide instru. Et si notarius haberet vim duorum testium, per duos testes non posset instrumentum reprobari. Et si bene consideremus, autoritas instrumenti non supplet in aliquo numerum testium requisitum à lege: patet quia vbi sufficiunt duo testes ad aliquid probandum, etiam duo requiruntur in instrumento, vbi septem vt in testamento non sufficerent sex testes, & notarius, si vellit probare testamentum per scripturam. l. si vnus. C. de testam. Et sic reperio quod virtus instrumenti tantum seruit quia probatio fit in promptu. Nam instrumentum est probatio probata, & non probata: quia facit rem certam & manifestam, secundum Bar. in l. 1. ff. de ope. no. nun. Et hoc procedit in duobus

duobus casibus quando nihil validum contra instrumentum opponitur. Item & secundo quando super viribus instrumenti est facta discussio. Ita limitat Bar. sequendo Inno. Do. Iaf. in d. l. 1. col. 6. in fi. Et si dicatur vltra instrumentum, notarius habet vim vnus testis, si deponat de contentis in ipso instrumento, respondet Fely. in d. c. cum Ioannes. quod depositio notarii non geminat probatione, & nihil addit probationi instrumentariae. Et dum consuetudo vult quod in vltimis voluntatibus sufficiant notarius & testes duo, aut quatuor sine notario: & sic secundum consuetudinem duo testes æquivalent vni notario: vtrum istud sit verum? Regula est quod quando notarius reperiri non potest, tunc duo testes adiciuntur loco eius. Ita declarat Deci. in c. quoniam contra falsam. col. 4. versu. octauo noto, & sequenti. de proba. Et nisi consuetudo diceret quod sufficiunt quatuor testes, esset fienda interpretatio, quando notarius non reperiretur: quoniam duo testes tantum admittuntur de iure communi, quando notarius reperiri non potest, & sic in subsidium. d. c. quoniam contra. Et si quis attentaret dicere quod consuetudo loquens de quatuor testibus esset interpretanda, quando notarius non inuenitur, non peccaret in spiritum sanctum: quoniam consuetudo recipit interpretationem passiuam à iure communi. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falci. & sic dicta in iure communi habent locum in consuetudine, quæ ita debet interpretari, vt minus lædat ius commune quam fieri possit. c. cum dilectus. de consue. tamen quia consuetudines obseruantur ad literam in hac patria, non cadit hæc disputatio, vtrum sit necesse primò perquirere notarium, quàm adhibere quatuor testes. In proposito questione quæ in vltimis voluntatibus minuit numerum testium à iure communi requisitum: Quæro vtrum valeat talis consuetudo? Do. Iaf. in l. 1. col. 6. versu. tertia questio principalis est. C. de sum. tri. & fi. ca. mouet questionem: & col. 7. versu. contrariam opinionem tenent communiter doc. dicit communem conclusionem esse quod sic. Quæro secundo, vtrum talis consuetudo seu statutum comprehendat forenses? exempli gratia: Si Pedemontanus testaretur in hoc loco Montisferrandi, vtrum tale testamentum valeat & extendatur ad bona sita in Pedemontio? Do. Iaf. in d. l. 1. col. 8. versu. secundum dubium est. C. de sum. tri. & fid. ca. distinguit aut consuetudo seu statutum disponit circa solennitatem testamenti, puta numerum testium, vt facit hæc consuetudo: & tunc tale testamentum factum per forenses in loco consuetudinis vel statuti, valet: imo fortius secundum Do. Iaf. ibi. col. 9. versu. tertia questio principalis est. talis consuetudo seu statutum fortitur effectum in bonis alibi sitis, vbi non viget talis consuetudo vel statutum: & istam dicit esse communem conclusionem: & rationem conclusionis allegat esse post Bal. in l. data. C. de dona. quia quotiens actus fortitur effectum in vno loco ex statuto illius loci, habet effectum vbique: intellige quædo fortitur effectum ratione solennitatis, per ea quæ supra dixi, & infra dicam. Si verò consuetudo vel statutum disponat habilitando personam, puta quod filiulfa. possit testari: aut inhabilitando, puta quod maritus vxori legare non possit: tunc communis est conclusio secundum Do. Iaf. in locis præallegatis, quod talis consuetudo seu statutum non comprehendit forenses. Moueo aliam questionem: si fiat testamentum in quo instituatur causa pia, vtrum illud valeat coram duobus testibus, vt valet de iure communi: quoniam in eo non habent locum solennitates iuris civilis, sed tantum ius diuinum, seu ius gentium (de quo in ore duorum vel trium stat omne verbum) vt habetur in c. cum essem, & c. relatum. de testa. Tradit Iaf. in l. hac consultissima §. ex imperfecto. col. 3. versu. pro clara intelligentia. C. de testa. breuiter concludo quod sic, non obstante hac consuetudine, quæ tantum voluit detrahere numero septem testium à iure civili requisito. Et non considerauit testamentum ad pias causas, quod non agebat augmento testium, nec diminutione. Item consuetudo generaliter loquens recipit interpretationem restrictiuam, & passiuam à iure communi. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falci. Et sic loquens de minori numero septem testium, non intellexit de testamento ad pias causas, quod de iure communi valet coram duobus. Item consuetudo debet interpretari, vt minus lædat ius commune quam fieri possit. c. cum dilectus. de consue. Accedat quod dispositio generaliter loquens non comprehendit casus habentes specialem fauorem, glo. est communiter approbata in l. sciendum. in princ. vbi Bar. & doc. ff. qui satisdare cog. eam refert & sequitur Do. Iaf. in l. 1. col. 2. in fi. versu. tertio noto. ff. sol. ma. & in l. postquam liti. in fi. C. de pac. Et sic stat conclusio, quod consuetudo loquens generaliter de numero testium adhibendo in testamento, non habet locum in testamento ad pias causas, habente specialem fauorem: & ideo valet coram duobus testibus. Et pro declaratione præcedentis questionis, formo alias duas multum notabiles. Prima est: si in testamento ad pias causas coram duobus testibus fiant legata quæ non sapiunt piam causam, vtrum sustineatur? Do. Iaf. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto. col. 3. versu. pro clara intelligentia. C. de testa. refert plures tenentes quod sic: tamen ipse tenet oppositum, per tex. in d. §. ex imperfecto. vbi licet valeat testamentum sine iuris solennitate fauore liberorum, non tamen eorum qui sunt extranei & instituti cum liberis: & multum vrget ratio Do. Iaf. sumpta ex illo tex. col. 4. versu. & sic nota ex isto tex. vbi facit regulam, quod in diuiduis non priuilegiatus adiunctus priuilegiato non gaudet beneficio priuilegiati. Et pro opinione Do. Iaf. facit regula, quod in omni vltima voluntate ad minus requiruntur quinque testes. l. si. C. de codicil. Et licet sit dispensatum fauore piae cause, talis dispensatio non videtur habere locum in aliis qui non gaudent tali fauore: quoniam limitata causa, limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. facit l. quod fauore. C. de legi. Si tamen casus eueniret, plenius cogitarem propter autoritatem tenentium partem contrariam. Alia questio est opposita præcedenti quando institutio coram duobus testibus fit de personis laicis, & in eodem testamento, fiunt legata ad pias causas, Do. Iaf. in d. §. ex imperfecto. col. 4. versu. in casu autem contrario. dicit quod est expeditum quod legata non valent: quoniam corrumpente institutione, corrumpunt legata tanquam accessoria: licet Do. Iaf. ita firmet, tamen ego dubito de ista decisione. Quoniam videmus quod quo ad numerum testium institutio & legata non ambulant paribus passibus, de iure communi. Nam in testamento requiruntur septem testes, & in legatis quinque sufficiunt. Cum igitur ista sint separata, & distincta, non valet argumentum. Item videmus quod sublata institutione, non semper corrumpunt legata. authen. ex causa. C. de lib. præte. vel exhæ. Accedat quod si institutio facta ad

pias causas, quæ est caput & fundamentum testamenti, valet, quanto magis valere debeant legata? argumen-
to authen. multo magis. C. de sac. fan. eccle. Item argumentum de non priuilegiato ad priuilegiatum non
procedit. d. l. quod fauore. C. de legi. & d. l. hac consultiissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Et sicut fauore mi-
litia potest valere testamentum pro parte, & pro parte non, idem videtur fauore pia cause. Et profecto si
casus contingeret, esset bene super veritate articuli cogitandum. Nec potest cadere in caput meum quod
nullitas institutionis faciat corruiere legata ad pias causas, quæ habent specialitates infinitas. Quicquid sit
de iure communi, secundum consuetudinem Aluernia, in qua defectus institutionis non vitiat testamen-
tum, & institutio habet vim legati: vt patet in hoc titulo, des successions. ar. 40. certè non est dubitandum
quod testamenta & legata ad pias causas coram duobus testibus valent: quoniam per dictam consuetudi-
nem tollitur fundamentum Do. Iaf. quod corruiere institutione, corruiant legata. Et quod sufficiat probare
legata ad pias causas per duos testes, consonat iuri diuino: ibi, in ore duorum vel trium stat omne verbum.

31 Et probatio per duos testes sufficit in grauissimis criminibus, etiam si ageretur de crimine probando con-
tra papam. glo. in c. præsul. 2. quæst. 4. quam refert & sequitur Fely. in c. quotiens. in principio, de testi. Et
32 ibi addit vnum notabilius, quod vbi ad probationem probatio necessaria concludens ex natura rei haberi
non potest, sufficiunt duo testes non concludentes.

ARTICLE XLIX.

Ne pourra ledict testateur ou disposant donner ne leguer directement ne in-
directement aucune chose au notaire qui receura ledict testament ou disposition
ne aux tesmoins à ce presens: ains seront telles donations & legatz nulz & de
nul effect & valeur.

SYMMARIA IN GLO. ART. XLIX.

- 2 In quo discrepet & conueniat hæc consuetudo iuri communi.
- 3 Legatum factum notario quando ualeat.
- 4 Etiam notario in testamento sibi ascribente, non collabentur cæterorum legatio.
- 5 Delegationem examinandorum testium à iudice sibi factam, notarius scribere potest, contra Bartolum.
- 6 Etiam subscribenti notario tutum nihil legari potest.
- 7 Constitutio regis prohibens aliquid relinquere tutoribus, non potrigitur ad eorum uxores, pluribus disputat.
- 8 Comprehendit tamen uxores tutrices, aut administrantes.
- 9 Iure communi testi legari potest contra consuetudinem.
- 10 Excogitata ratio differentie inter testem & notarium.
- 11 Præter consuetudinem legibus in sibi ascribentem introductam esse poenam.
- 12 Sola prohibitione in statutis inducitur actus nullitas.
- 13 Aduersus factum proprium legibus contrarium quis uenire potest.
- 14 Si tamen iuratum sit, absolutionem esse necessariam.
- 15 Quando & quibus casibus actus legi & statuto contrarius sit nullus, tribus regulis dicitur. & nu. 16. & 17.
- 16 An actus nullitas poena sit, latè.
- 16 Cuius effectus sint postrema consuetudinis uerba.

1 Testans & disponens notario testamentum recipienti, nec testibus in eo adhibitis, donare uel legare potest. Et si fiant
donatio uel legata, nullius erunt effectus uel momenti.

In tex. in verbo, donner ou leguer au notaire.

- 2 Concordat hæc consuetudo cum l. senatus consulto. C. de his qui sibi ascrib. aliq. in testa. Et ibidem glo.
in verbo, scribere ampliat. vt procedat ista prohibitio, etiam ne scribat in fauorem eius, per quem ipsi nota-
rio quæri potest. Et sic non posset scribere pro filio, quia acquirit patri. l. placet. ff. de acqui. hære. & minus
seruo, qui acquirit domino. Dum supra dixi consuetudinem concordare cum iure scripto, melius conside-
rando dico quod consuetudo & lex loquuntur in diuersis terminis. Nam consuetudo dicit, quod testator
non potest donare nec legare: sed lex non loquitur de disponente, sed tantum de notario scribente in eius
fauorem. Et ideo arbitror quod de iure communi si testator aliquid legaret notario vel donaret, ualere le-
gatum: sed illud esset probandum alio modo, quam per propriam scripturam notarii: secus est secundum
consuetudinem. Dum dixi quod ualere legatum in contrarium, videtur facere decisio Fely. in c. edoce-
ri. col. 7. versu. similiter dicit tex. in §. œconomus. de rescrip. vbi dicit quod res ecclesiæ debent dari in em-
phiteosim, præsentibus œconomis: tamen ipsi œconomi non poterunt per se vel interpositam personam
dictas res capere in emphiteosim. Et ibidem versu. vnde infert. dicit quod si à statuto vxor prohibeatur te-
stari sine præsentia viri, non poterit ipsum præsentem instituere. Ex his patet quod sola præsentia reddit
præsentem suspectum: ergo notario sine testibus nihil relinqui poterit, secundum ius commune, sicut nec
per consuetudinem. Tamen solutio huius contrarii quantum attinet ad ius commune, dari potest, quod a-
liud est quod præsentia sit à lege vel statuto requisita, prout in casibus Fely. quia tunc lex vel statutum vo-
luerunt quod tales dati ad interessendum considerarent commodum disponentis, & eorum ad quos suc-
cessio spectabat, non eorum proprium. Sed in casu de notario & testibus adhibitis de sola voluntate dispo-
nentis, non cadit talis suspitio procurationis proprii commodi. Et pro ampliatione prædictorum, vide Fe-
ly. in d. c. edoceri. col. 7. versiculo, omittitur suspectum vbi omittitur consensus vel autoritas superioris.

Item

Item eorum qui debent interuenire in actu quando sunt suspecti. Et inter cætera exempla, vide quod tradit
col. 8. versiculo, similiter Bal. in c. olim. vbi dicit quod in congregatione consilii contra papam non est opus
eius autoritate. Ad propositum subiicio quæstionem. Pone quod notarius ascriberet sibi & aliis, vtrum
4 scriptura probabit pro aliis non prohibitis? concludendum videtur quod sic: quia ita voluit Bar. in l. filiuf-
fam. §. sequens quæstio. ff. de fal. per illum tex. quem dicit notabilem. Bar. refert & sequitur Fely. in c. sedes.
col. 1. de rescrip. Et col. 2. in principio remisiuè tradit, An vicium in parte instrumenti vel dictorum testium
viciet in totum. Circa materiam huius consuetudinis, Quæro vtrum notarius possit scribere commissio-
nem sibi factam à iudice de testibus examinandis? Bar. in l. ex sententia. ff. de testa. tut. dicit quod sic: quia
ista est particularis commissio causæ. Et licet Deci. consil. 42. col. 2. versiculo, descendendo ad secundum. in 1.
volu. videatur tenere cum Bar. tamen in c. quoniam contra falsam. col. 23. versu. tertio per Abba. colligitur.
de proba. dicit quod communis opinio est contra Bar. ea ratione: quia si crederetur ei, esset testis in causa
propria. Idem tenet Fely. in d. c. quoniam contra falsam. col. 20. versiculo, secundò quæro. Et reuera funda-
mentum Bar. in d. l. ex sententia iudicio meo, licet ab alio non reperiam tactum, est debile, dum dicit quod
licet iudex non possit cognoscere an sit iudex constitutus, quando agitur de vniuersali iurisdictione: tamen
bene potest cognoscere an sit iudex competens, quando agitur de particulari causa: iuxta l. si quis ex aliena.
ff. de iudi. nam argumentum de notario ad iudicem non stringit: quoniam maior est autoritas iudicis ra-
tione pinguioris officii, quam notarii. Item Bar. dicit quod iudex potest cognoscere si iurisdictione causæ par-
ticularis sit sua: sed non dicit quod eius ordinationi sit standum: quia ab ea potest appellari. l. vnica. C. si à
non compe. iudi. fuer. appel. Item iudex non tractat de suo commodo, quia fortè habet stipendia à superio-
re, & non capit sportulas, & etiam si caperet, esset parua vtilitas, quæ aliquando labori non correspondet:
& velut quid accessorium non est in consideratione, nec ex eo dicitur iudex in causa propria: vt dicunt
doc. in d. l. si quis ex aliena. secus est in notario attestante commissionem sibi factam de testibus examinan-
dis: quoniam lucrum commissarii examinantis testante excedit lucra totius causæ: vt experientia docet rerum
magistra. c. quàm sit. de elect. lib. 6. Et ex his teneo opinionem contra Bar. De materia scripti in titulo des
executions. c. 24. articulo 22. & articulo 25. Item nota quod si notarius subscriberet aliquam schedulam, &
diceret se id fecisse de commissione & mandato tertii, qui scribere nesciebat, crederetur ei: quia non est te-
stis in causa propria. Idem si subscribat inuentarium nomine tertii scribere nescientis. Ita Fely. in d. c. quon-
iam contra falsam. col. 21. versiculo, vide eundem Bal. de proba. Item quæro: pone quod sint duo nota-
6 rii simul rogati, & vnus recipit testamentum, & subscribit, alter verò tantum subscribit, vt de iure fieri po-
test, vtrum ei qui tantum subscribit aliquid possit legari vel donari? videtur quod sic: quia iste est casus mix-
tus, qui non est comprehensus in materia statuti vel consuetudinis, maxime odiosa in casu simplici. In con-
trarium est veritas: quia licet strictè loquendo aliud sit scribere, aliud subscribere: tamen quantum ad effe-
ctum probationis, idem operatur subscriptio, quam ipsa scriptura. plenè Iaf. in l. cum antiquitas. col. fi. C. de
testa. Et ex duobus notariis simul rogatis vnus debet scribere & subscribere, & alterius subscriptio sufficit:
secus si quilibet ex notariis esset rogatus insolidum, quia tunc sufficeret scriptura, & subscriptio vnus nota-
rii. Ita declarat Deci. in c. quoniam contra falsam. col. 24. versiculo, an autem ambo debeant scribere. & se-
quentibus. de proba. Nota etiam quoniam habes in constitutionibus publicatis anno 1539. articulo 7
141. quod minores non possunt donare eorum tutoribus & administratoribus, nec aliquid eis in testamen-
to relinquere. Fui interrogatus, vtrum possint tales minores donare vel relinquere vxoribus tutorum vel
administratorum? videbatur quod non: quia fieret fraus de persona ad personam: iuxta l. si sponsus. ff. de
dona. inter virum & vxor. In contrarium facit, quia fraus posset præsumi, quando quis relinqueret ei per
quem aliquid acquiritur administratori, vel ei cui administrator posset succedere, iuxta plenè notata per
Do. Iaf. in l. si is qui. ff. de vulg. & pup. Sed in casu nostro per vxorem nihil acquiritur marito, cum illa dona-
ta vel relicta teneant vim parafernaliū, in quibus vxor est domina: vt patet in titulo des donations. c. 14. ar-
ticulo 1. Nec potest vxor secundū consuetudinem marito aliquid relinquere: vt patet in titulo des successions.
c. 12. articulo 16. Et sic nulla vtilitas est considerabilis apud maritum respectu bonorum parafernaliū: &
consequenter cessat dispositio constitutionis regie, quæ tanquam stricti iuris & contraria dispositioni iuris
communis non recipit extensionem, cum statuta & consuetudines sint taliter interpretandæ, vt minus lædant
ius commune quam fieri possit. c. cum dilectus. de consue. Et facit decisio Bal. in lilla. in principio. C. de
colla. vbi dicit quod statutum excludens patrum, non excludit amitam: quia in personis non fit extensio.
Idem vult Bal. ibidem col. fi. Et vltèrius qualitas administrationis posita in constitutione non potest ada-
ptari vxori administratoris: & sic cui non conueniunt verba, nec conuenit dispositio. Nec obstat si dicatur
administrator poterit facere quod minor instituet vxorem, quæ postea transferre poterit bona in ipsum ad-
ministratorem, quia mulier nec disponendo inter viuos, nec in vltima voluntate potest tale lucrum in mari-
tum transferre. Et si maritus administrator vellet vti fraude, faceret quod institueretur alius, qui fide acom-
modata sibi postea donaret vel fraudulose venderet, restituendo pretium acceptum. Et sic non video quare
vxor administratoris institui non possit. Bene fateor quod constitutio regia loquens de administratori-
8 bus comprehenderet mulieres administratrices, per dicta Bar. in Liura. in fi. ff. de iusti. & iur. Ratio est, quia
consuetudines & statuta generaliter loquentia ligant mulieres sicut masculos. Bar. in l. ne falsim. vbi etiam
Do. Iaf. col. fi. C. de iur. & fac. igno. Alex. plenè consil. 65. col. 8. in 6. vol.

In tex. in verbo, ne es tesmoins.

Contrarium est de iure in testibus: primū quia testi legari potest. §. legatariis. insti. de testa. Et hoc adeo
procedit quod si in causa hæredis legatarius producat in testem: & interrogatus vtrum ex illa causa præ-
tendat commodum, & dicat quod non, non potest puniri de falso: quia verum dicit, quod principaliter

commodum illius causæ eum non tangit. decif. fuit Bal. & Ang. in l. i. ff. de iusti. & iur. quam refert & sequitur Do. Iaf. in l. si quis nec causam. col. 2. versiculo, quinto facit. ff. si cert. pet. Considerabam quæ possit esse ratio differentia, de iure communi, inter notarium & testes: & iudicio meo ista potest assignari, quia virtus instrumenti est tantæ potentia, quod etiam defunctis testibus sola scriptura instrumenti probat, & virtus probationis consistit in solo facto notarii. Probatur, quia instrumentum dicitur probatio probata & non probanda, & facit rem evidentissimam, quando nihil contra ipsum opponitur, vel est pronuntiatum pro instrumento oppositione non obstante: tex. est in c. licet causam. vbi Deci. col. 8. versiculo, tertio noto, de proba. Plenè declarat Do. Iaf. in l. i. col. 6. versiculo, circa primum, de iumento. ff. de ope. no. nù. Sed in legatario quia sufficiunt quinque testes ad probandum legatum, & in testamento ponuntur septem: certè probatio legati habet solennem numerum testium sine ipso legatario, siue fiat probatio per instrumentum testamenti, siue per testes alios semoto ipso legatario.

In tex. ibi, de nul. effect. & ualeur.

11 Quæro vtrum de iure sibi ascribens in testamento possit aliter puniri? dic quod sic, quia incidit in pœnam legis Cor. de fal. licet de facili à principe indulgentiam possit obtinere, concurrentibus his, de quibus in d. l. senatus consult. C. de his qui sibi ascrib. ali. in testa. Quæro, si consuetudo non procederet vltra annullando actum, vtrum esset inducta annullatio per solam prohibitionem? de iure communi sufficit prohibitio. plenè Do. Iaf. in l. non dubium. col. 4. versiculo, octauo limita. C. de sac. fan. eccle. Ibi tamen col. 5. versiculo, quinto & vltimo limita. tradit vnam limitationem notatu dignam: & dicit quod statuta episcoporum, comitum, ducum, & marchionum censentur ius prætorium. Et ideo prohibitio actus non inducit annullationem ipso iure, nisi statutum dicat. In proposito consuetudinis, de qua hic, dic quod sola prohibitio sufficit: quia licet statuta ducum & eorum de quibus supra, censentur ius prætorium, tamen id non habet locum in statutis regis & aliorum principum, qui etiam de facto superiores non recognoscunt, qui tantam habent potestatem in suis dominiis, quantam cæsar. iuxta ea quæ tradit Bar. in l. hostes. ff. de cap. & post. l. re. & statuta dictorum sunt leges generales, & censentur ius ciuile, & sic in talibus habent locum quæ dicuntur in l. non dubium.

In materia principali nota quod qui fecit actum etiam iuratum cui lex repugnat, potest venire contra factum proprium. Alex. in apostil. ad Bar. in l. post mortem. ff. de adop. Do. Iaf. in l. si donatione. col. penul. C. de colla. Alex. in l. i. ff. de lib. & posthu. Arbitror tamen quod esset necessaria absolutio à iuramento, per ea quæ tradit Paul. de Cast. in l. si ex falsis. C. de transac. Et facit regula, quod qui facit contra præceptum legis vel iudicis, peccat mortaliter: vt notat Deci. in c. concupiscentiam. in vtraque lectura. de consti. & quia iuramentum est iniquitatis vinculum, ideo est relaxandum, & actus nullus declarandus: iuxta c. per nostras. de vsur. Pro pleniori declaratione d. l. non dubium. quando actus factus contra legem, statutum vel consuetudinem sit nullus, facio conclusiones infra scriptas. Prima est, quod si lex vel statutum imponat pœnam contrafacienti, tunc per contrauentionem incurritur pœna, sed non sequitur annullatio. Fallit ista conclusio quando constitutio pœnæ est separata à lege prohibente: quia tunc inducitur nullitas, non obstante pœna.

14 Secunda est conclusio, quando lex vel statutum requirit aliquid fieri post actum perfectum, contrauentio non inducit nullitatem ipso iure, sed potest peti à iudice annullatio. Tertia fit conclusio, quando solennitas requiritur à lege, statuto, vel consuetudine in ipso actu & ipsius confessione, contrauentio inducit nullitatem ipso iure. Ista declarat Fely. quæ breuibus perstrinxit in c. 2. col. 1. & 2. de testi. & ibi tradit exemplum in ista tertia conclusione, quando statutum dicit, quod contractus mulieris non valeat sine propinquorum consensu: vel si dicat quod in contractu mulieris, propinqui adhibeantur, etiam quod non loquatur per verba negatiua, vel quæ inducant nullitatem: tamen contrauentio reddit actum nullum. Et ista conferunt ad ea quæ dicuntur infra, in titulo des mineurs. c. 13. articulo 20.

Vltimè quæro, vtrum annullatio actus dicatur pœna? hanc quæstionem decidit Do. Iaf. in d. l. non dubium. col. 2. versiculo, tertio nota. Et ibidem ea. col. versiculo, quarto nota. decidit vtrum ex contractu reprobo oriatur obligatio naturalis. Vltra Do. Iaf. facio conclusionem, quod tunc annullatio actus dicitur pœna, quando aliquid abest, puta quando constitutio priuat aliquem iure quæsitio, vel inchoato. decisio est Bal. in l. nemo martyres. C. de fa. fan. eccle. quem Fely. refert & sequitur, in c. 2. col. 1. versiculo, sed aduerte. de testi. Et idem Fely. in c. cognofcentes. col. 1. versiculo in glo. in verbo, dispensiis. de consti. qui dicit quod irritatio actus non dicitur naturalis pœna contrahentium: nam tunc tamen dicitur naturalis, quando est corporalis vel pecuniaria. Et nota in materia quod quando actus est nullus, non est fienda mentio de eo ab impetrante rescriptum vel gratiam. Ita Fely. in c. ex tenore. col. 3. versiculo, de rescripto nullo. de rescrip. Item nota quod illa verba geminata, videlicet, nul. effect. & ualeur. operantur idem quod ipso iure. Sicut quando dicitur irritum & inane, Iaf. in prædicta l. non dubium col. 5. versiculo, decimo nota. Et nota diligenter quod est magnum dubium, vtrum constitutio habens decretum annullatiuum actus: si secus factum fuerit, statim liget ignorantem. Conclusio est quod sic, respectu nullitatis actus, sed non respectu pœnæ, si aliqua adiecta fuerit. Ita declarat Fely. in c. cognofcentes. col. 4. versiculo, quarto limita. de consti.

ARTICLE L.

L'heritier ab intestat institué par testament ou non, qui sciement accepte au cuns legz à luy faitz par le defunct, ou satisfait à aucuns des legatz faitz par ledict defunct, ou autrement agréé en aucune partie ledict testament, il approuue toute la disposition & ordonnance d'iceluy defunct: & est absolument tenu la garder & accomplir, sans qu'il se puisse ayder de la reduction au quart, introduicte par ladicte coustume.

SVMARIA IN GLOS. ARTIC. L.

- 2 Hæc consuetudo superiorum restrictiua est.
- 3 Cui protestatione, de qua infra, occurritur.
- 4 An legitimus hæres testamenti vires intelligere presumatur.
- 5 Quid in extraneo.
- 6 An pro parte instrumentum producat, & pro parte non. & nu. 7.
- 8 Quod in confessione secus esse pluribus declaratur. & num. sequen.

Successurus ab intestato institutus aut non, qui partem testamenti agnoscit acceptando, soluendo, aut aliter, illud totum dicitur approbasse, & tenetur indistinctè uoluntatem defuncti implere.

Ista consuetudo modificat & limitat præcedentes loquentes de reductione ad quartam, vt non procedant quando institutus qui erat successurus ab intestato, agnouit in aliqua parte testamentum. Ideo consulem tali hæredi quod protestaretur statim habita scientia institutionis, quod per aliqua quæ diceret vel face ret de præsentem vel in futurum, nullo modo intendit agnoscere uoluntatem defuncti & eius testamentum, nisi ad mentem & formam consuetudinis patriæ Aluerniæ, & non aliter, nec alio modo. Et licet talis protestatio non tollat actus subsequentes aperte, contrarios tamen tollit dubios, & multum in obscuris posset operari: iuxta gl. in l. 2. C. de iure delib. & in l. 1. C. de hære. insti. & dicta Bart. in l. pro hære. ff. de acqui. hære.

In text. in verbo, qui sciement.

Vtrum hæres qui succedit ab intestato presumatur scire contenta in testamento? tex. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. distinguit inter conuentum, qui presumitur ignorare, & agentem qui presumitur scire: Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. distinguit inter suum & extraneum: quia suus presumitur ignorare. Et idem uoluit Alex. qui exemplificat in nepote succedente auo mediante persona patris, in consil. 3. col. 1. in 3. vol. Extraneus presumitur scire, quia non adisset hereditatem, nisi esset certus de uiribus testamenti. Quæro in casu consuetudinis: pone quod institutus non sit suus sed extraneus, aliàs ab intestato successurus, vtrum presumatur scire? dico quod non. Nam dicta in suo habet locum in successuro ab intestato: quia videtur adire ex causa intestati, quod non conceditur penitus extraneo, eo tamen ipso quod soluit legata, aut cum legatariis pactus est, presumitur scire contenta in testamento: vt declarat Bar. in d. §. duo fratres. col. 6. versi. secundo casu, & c. Vbi tradit alios notabiles modos, quibus scientia presumitur.

In tex. ibi, ou satisfait à aucuns des dictz legatz.

Nota quod ille qui soluit legata vel debita defuncti dicitur se gerere pro hærede. text. ad litteram in d. l. 2. C. de iure deli.

In text. il approuue toute la disposition.

Ecce quod qui agnoscit testamentum in parte, approbat totam dispositionem. Circa istud dictum cadit quæstio: vtrum quis possit producere vnum instrumentum in iudicio in parte & pascibus tantum pro se facientibus? Conclusio est quod producens instrumentum videtur confiteri omnia in eo contenta esse vera, nec releuat clausula prædicta. Idem in acceptante habet locum secundum Do. Iaf. in l. certi conditio. §. si nimos. col. 8. ff. si cert. pet. addo do. Iaf. in l. 1. §. editiones. col. 2. versi. prima est. ff. de eden. vbi facit conclusionem quod productio tam instrumentorum quæ testium est communis vtrique parti: ideo si instrumentum à te productum in parte faciat pro me, idem & si testes à te producti, possum acceptare in quantum pro me faciunt: & etiam in quantum faciunt contra me, teneor acceptare ex necessitate iuris, non ex propria uoluntate. Secus tamen est in confessione partis qualificata, quando confitens habet iuris presumptionem contra se: sed si ius nihil presumit, non possum eam diuidere, nisi velim contrarium probare, quando confessio est qualificata, vel capitula sunt connexa: secus si separata & vnum non veniat ad determinationem alterius: vt per exempla declarat Bart. in l. Aurelius. §. idem quæ sit. ff. de libe. legat. Et dicta Bar. ibi habent locum etiam in acceptante instrumentum in vno capitulo. Itè facit do. Iaf. secundam conclusionem, quod producens instrumentum intelligitur illud approbare tam pro se quæ cõtra. Idè est in producete libellum. l. cum precu. C. de libe. causa. & ibidè col. fi. versi. quarto ista glo. & c. dicit quod productio in parte & pascibus nihil releuat. De materia vide Alex. consil. 87. col. 1. in primo vol. eundè in l. 1. §. si quis simpliciter. col. 2. ff. de verbo. oblig. in cõtrariu, quod imo talis protestatio fit releuatoria. Facit regulam Fel. in c. cù venerabilis. col. 5. versi. limita secundò. de excep. quæ limitat quinque modis rectè considerati. Inter do. Iaf. & Fely. non est cõtrarietas: quia do. Iaf. loquitur in iudiciis, & Fely. etiã in quarta limitatione dicit, quod in actis iudicii nihil releuat protestatio. Regula igitur Fely. intelligitur in extraiudiciali productione, aliàs esset sibi cõtrarius. Et in materia adde duo notabilia dicta D. Iaf. in d. §. additiones. col. fi. in prin. de producete testem qui videtur suã personã approbare, etiã in alia causa: intellige nisi subesset alia causa iusta causa suspicionis, quia fortè esset coniunctus sanguine, vel seruator producentis, vel sit de familia eius. tex. in l. si quis testibus. C. de testi. Idem de producente instrumentum qui videtur approbare notarium, etiam quo ad alia instrumenta per eum recepta.

ARTICLE LI.

En succession de nobles, le filz ainsné emporte le nom & armes du defunct, & la principale place ou manoir, avec le vol d'un chapon, qui comprend motte, fossez ou douue, s'aucuns en ya: sinon vne sexterce de terre alentour de la maison. En recompensant les puisnez & coheritiers de la valeur de leur part & portio de ladicte place ou manoir, & vol de chapon, & non autrement, pose ores qu'il n'y eust qu'une place en ladicte succession.

- 2 *Qui sint nobiles, quae in nobilitate requirantur, & an essentia nobilitatis diuitiae necessariae sint, pluribus ostendit etiam remissiuè. & nu. 3. 4. 5. 6. & 7.*
- 8 *Vnde pax & bellum nascuntur.*
- 9 *Iure diuino primogenituram approbari, respectu honoris, non successione.*
- 10 *Ius primogeniturae quoad successionem etiam rectè inducitur, & ad bona extra locum consuetudinis non extendatur, nec testator contra illam consuetudinem disponere posset, & in quibus habeat locum, & nu. 11. & 12.*
- 13 *Materiam primogeniturae ex Felyno aliquot regulis explicat. & nu. 14. 15. 16. & 17.*
- 18 *De rebus feudalibus in praedictum primogenitorum, uassalus testari non potest. & nu. 19.*
- 20 *Quod in feudo franco intelligendum est. & nu. 21.*
- 22 *In Gallia immenses donationes etiam in feudis reuocantur.*
- 23 *Ad omnes familiae arma transire remissiuè.*
- 24 *Potest haeres grauari, ut deferat arma testatoris.*
- 25 *An uerò antequam adeat hereditatem arma assumere debeat, eleganti distinctione resoluit contra Bartolum.*
- 26 *Quod si detrectet deferre, quando successione priuetur.*
- 27 *Hae uerba, place, ou manoir, in consuetudine, explicantur.*
- 28 *Qualis recompensatio à primogenito suis fratribus fieri debeat. & nu. 29.*

1 *In successione nobilium primogenitus obtinet principalem domum, ubi moram trahebat defunctus, cui uoluit caponis circumcirca inclusis fossatis & aliis domui coherentibus. Et si non sint adhaerentia, obtinet sextarium terrae: tenetur tamen sequentibus fratribus, satisficere pro eorum ratis ualorem praedictorum, quando unica est domus.*

In tex. in uerbo, de noble.

- 2 *Qui dicantur nobiles, text. in l. nobiliores. C. de commer. & mercatori. uidetur propter copulatiuam & repetitam, uelle quod tribus concurrentibus quis dicatur nobilis: Antiqua stirpes, id est, praecleara nobilitas ex antiquo & nobili genere procedens, splendor honoris & diuitiarum amplitudo, licet text. cumulet has tres qualitates ad demonstrandum aliquem nobiliorem: tamen ad edocendum aliquem nobilem, sufficit alterum de duobus, primum est nobilitas, & stirps generosa. Et quod secundum consuetudinem loci quis nobilis reputetur, ut declarat Bar. in l. i. C. de digni. lib. 12. Secundum uirtus. Et ita accipit philosophus. Ita etiam intellexerit Iuuenalis, à tria nobilitas sola est, atque unica uirtus. Et aliud dictum: Nobilitas sola est quae animum moribus ornatur. Circa tertium de diuitiis dicit Lucas de pen. in l. mulieres. C. de digni. lib. 12. quod diuitiae nobilitant hominem: & per diuitias uilitas personae tegitur. Etiam ibi ponit 36. priuilegia nobilitatis, & septem qualitates in quibus conditio nobilium est deterior conditione plebeia. Aduerte quando qualitas diuitiarum concurrat cum aliis duabus, uidelicet descendencia ex nobili genere, & cum uirtute, tunc reddit hominem nobiliorem. Ita loquitur tex. in d. l. nobiliores. Sed solae diuitiae si constant in rebus rusticis, non possunt facere diuitem nobilem: quia quod rusticum est non potest nobilitare. Sed si consistant in feudis sapientibus dignitatem, certe beneficio principis inuestientis rusticum dicitur homo nobilis. nam cum talia feuda sint nobilia, non possunt regi per rusticum. Istud probatur per distinctionem quam fecit do. Iaco. de sancto Georg. in suo tractatu feu. in uerbo, feudum. in 10. diuisione feudorum: ubi dicit quod aliqua feuda sunt nobilia, & illa nobilitant hominem: burgentia uero non. Et possidentes talia feuda in Gallia nuncupantur, rustici. Et licet Sozi. consil. 146. dixerit quod factus pauper non sit amplius nobilis: quia nobiles dicuntur quibus assistunt progenitorum uirtutes & diuitiae, tamen in hoc articulo ego ita putare distinguendum, Aut talis nobilis pauper exercet mercantiam, seu alia opera rustica, & hic perdit nobilitatem ex exercitio nobilitati contrarium: ut uult text. & ibi Bald. in d. l. nobiliores. C. de commer. & merca. aut nihil facit nobilitati contrarium, aut diuitias perdidit facto & culpa sua, & tunc si ex aliquo facto criminoso & ignominioso perdit nobilitatem, si nobilitas à uirtute ortum habeat, non si à genere progenitorum: quia iura sanguinis tolli non possunt. Iura sanguinis. ff. de reg. iur. Si autem propter bella perdidit sine culpa sua, eo casu sicut diuitiae augent nobilitatem, dicta l. nobiliores. ita earum defectus diminuit eam, & offuscat, ut contrariorum eadem sit disciplina. Et sic his casibus pauper non definit omnino esse nobilis. Et quia de materia nobilitatis ample tractat Bar. in l. prima. C. de digni. libro duodecimo. & Fely. in capitulo, super eo. el. 2. de testi. Item Bonus de curtina de Tharentesia in tractatu suo nobilitatis, etiam Chassaneus in uerbo, des droitz & appartenances. §. 91. in text. entre gens nobles. fol. 186. quem tantum post scripta mea uidi, ubi tractat an doctoratus & militia nobilitent, me ad eos remitto. Nolo tamen obliuioni tradas, quod si in statuto sit mentio de nobilibus, intelligitur de illis quos communis usus loquendi ob generositatem sanguinis & potentiam diuitiarum nobiles appellat. Ita Fely. in d. c. super eo. col. 3. uersic. tamè dicas. Idem Fely. in c. cum adeo. uersic. nobilitatis. in fi. de rescri. ubi tradit in collationibus beneficiorum quantum deferatur nobilitati. Nam per eam redditur superior facilius ad concedendum. c. de multa. in uerbo, sublimis. de praeben. Verum est quod ex ea oritur superbia, secundum Bal. in l. per adoptionem. ff. de adop. d. inquit. Quod nobiles pro maiori parte sunt superbi, inimici popularium, gulosi, & luxuriosi. gl. in c. qm. uetus. in uerbo, inuidia. 33. distin. dicit: nobilitas factum, factus litem parit, armat lis odium: capiunt haec tria mortis iter. Arbitror ego quod nobilitas antiqua non reddat nobilem superbum: sed bene noua. Sicut in simili de scientia scribit Bald. in l. mercalem. C. de condi. ob tur. cau. dum dicit, quod scientia non facit nobilem superbum, sed bene rusticum inflat. Ideo testatur diuus Hieronymus, à tribus esse praecauendum, tanquam à scopulo maris: uidelicet à clerico negotiatore, à rustico facto nobile, & à paupere facto diuite. Et nota diligenter ortum pacis & belli per ordinem qui sequitur: Nam à pace procedunt diuitiae, à diuitiis superbia, ab eadem bellum, à bello humilitas & paupertas, ab his duobus pax: unde uersus: Fert pax dulcis opes, opibus superbia crescit. Hinc bellum, hoc humiles pauperemque*

riemque facit. Tunc pax, tunc rursus redit audacia belli. Arma igitur pacem, pax quoque bella facit. Et quia probatum fuit quod ex pace bellum oritur, quari potest: quae sint causae & rationes impediens pacem inter homines, & bellum nutriendas? dic quod sunt sex, de quibus per glo. in cap. ad apostolicam. in uerbo, pacem. de re iudi. li. 6. Prima, quia non puniuntur maleficia, secunda abundantia temporalium, tertia quia non occidimus nos in pugna contra daemones, quarta quia non consideramus damna guerre, in qua diuitias, corpus, & animas perdimus: quinta quia non consideramus dubium euentum belli, sexta quia non seruimus praeccepta dei, nec decimam soluimus: unde succedit quod non capit Christus, tollit fiscus. 16. q. 7. c. maiores. Quia dictum est de nobilitate & diuitiis, aduertendum est quod istae duae qualitates sunt magnae efficaciae: tamen impetrans beneficium non tenetur de eis mentionem facere, per rationes quas Fely. allegat in c. ad aures. col. 1. de rescrip. sed tantum tenetur facere mentionem de qualitate beneficii obtenti: ut ibi per eum.

In tex. ibi, ainsne.

De iure primogeniturae, dic quod tale ius inuentum fuit de iure diuino, quantum ad honorem & praerogatiuam, non tamen quo ad successionem, antequam essent condita iura: patet de duobus fratribus Iacob & Esau in sacra scriptura, ubi benedictio erat debita primogenito. Contrarium tamen reperio Deuteronomi, cap. 21. ubi primogenito competebant bona duplicia. Solutio potest accommodari, quod dominus in testamento ueteri, secundum uarietatem temporum, iura uariat humana, & aliqua quae permilla fuerunt tempore Abrahae, fuerunt tempore Moysis prohibita. Imo & de dicto tempore diuersa diuersis statuit deus, ut ex lectura dicti testamenti ueteris colligi potest. Et post Christi aduentum plura praeccepta ueteris testamenti recesserunt ab aula, secundum ritum Christianorum. De iure scripto est seruanda aequalitas inter liberos, l. maximum uitiu. C. de libe. praer. uel exhaer. patet ex dictis Deci. consil. 35. col. 2. in 3. vol. ubi decidit quod lex haec consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. habet tantum locum quando pater distribuit aequaliter inter liberos: secus si inaequaliter. Ecce quod lex diligit & obseruat aequalitatem. Quaro utrum consuetudo ualeat, quod primogenitus solus succedat? Bar. uidetur ponere hoc pro constanti, in l. 1. col. 10. uersic. sed posset dubitari. C. de sum. tri. & fi. ca. ubi dicit talem consuetudinem esse in Anglia. Nota tamen quod consuetudo tantum locum sibi uendicat in bonis sitis in Anglia, ut ibidem Bar. declarat, item Bal. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. dicit talem consuetudinem esse in Francia: non tamen istud est uniuersaliter uerum, ut docet haec consuetudo. Et quod testator non posset contra talem consuetudinem disponere, ut declarat do. Ias. in l. nemo potest. col. 2. ff. de leg. 1. Dicitur Bal. habet locum in successione regni & habitibus dignitatum, in quibus tantum primogenitus succedit: ut declarat Fely. post Abba. in cap. prudentiam. col. 2. uersic. ubi uerò est dignitas. de offi. delegat. allegat tex. cum glo. in cap. licet. de uoto. Et ibidem subdit quod rex uel alius habens dignitatem non posset in testamento aliter disponere, & sic excludere uenientes ad successionem iure primogeniturae: nisi essent fatui uel furiosi, qui de iure excluduntur à talibus successioneibus tanquam inhabiles: ut habetur in ti. an mutus, aut aliter imperfec. in uersic. feu. Fely. in loco praerogato tractat plures quaestiones pertinentes ad ius primogeniturae, in quibus satis est mihi quod conclusiuè procedam. Prima conclusio quod super talibus bonis, in quibus habet locum ius primogeniturae, non habet locum detractio legitima: quia esset diminuere regnum, uel ducatum. Itè concludit quod primogenitus regis dicitur ille qui natus est post adeptum regnum, non ante. Tertio concludit quod nepos ex filio excludit patrum. Circa istam conclusionem posset insurgere alia maior quaestio: Quid iuris si filius regis habeat filium, & post adeptam regiam dignitatem sibi non nascatur filius, utrum primus natus ante adeptam dignitatem excludat patrum, cum ille primò natus non dicatur primogenitus regis? Iste casus de facili potest solui. nam ex quo pater fuit rex, regnum in filium transmisit, cum prima causa successionis sit liberorum. Sed adhuc maior resurgat quaestio: Si uiuente rege filius eius filium habuerit, & deinde filius regis moriatur, superstiti rege, & nepote ex filio proprio qui tunc primogenitus regis reperitur, quia nullus eum antecedit: Quid iuris? nolo pronunc soluere quaestionem: soluat Apollo: quia posset occurrere casus in Gallia. Quarto tradit Fely. de primogenito legitimo per rescriptum. Nam talis non comprehenditur statuto seu consuetudine deferente successionem regni primogenito, aut aliud beneficium afferente. Ita do. Ias. in l. quotiens. col. 10. C. de rei uendi. sequitur Chassan. in rub. des successions. §. 5. fo. 292. uersic. decimoquarto facit si sit legitimatus per subsequens matrimonium. Succedit alia quaestio notabilis in proposito: utrum pater possit in testamento dispo- dere de bonis feudalibus in praedictum primogenitum? de iure communi Fely. in ca. prudentiam. col. 2. uersic. & uide etiam consilium Paul. de Cast. de offi. deleg. refert Paulum tenentem quod sic, & quia non improbat sequi uidetur D. Iaco. de sancto Geor. in li. feu. in uerbo, & cum pacto. quod de ipso feudo possint ipsi uassalli inuestiti testari. col. 5. uersic. ulterius quaero. de quaestione quotidiana, mouet quaestionem: & allegat Paul. de Ca. in suo consilio ubi relato, tenentem quod sic: tamen ipse concludit contrarium per multas rationes, & per text. qui inuitabiliter confundunt opinionem Paul. de Cast. Nam testator in feudo antiquo non potest test immutare edictum successorum alienando, cap. 1. in tit. de alie. feu. neque disponendo per ultimam uoluntatem, per tex. in cap. 1. de succes. feud. quia liberi in feudalibus succedunt aequaliter. text. in capitulo primo, §. & quia uidemus. in tit. qui feu. da. pos. ubi tex. formaliter dicit, ut ad omnem fundum aequaliter pertineat. Et idem author in praedicto uerbo, col. 2. uersic. sed cum praedicta concludit, quod pater non potest unum filiorum maiorem partem fundi assignare, quam alteri. & dicta columna secunda, uersiculo, nunc quaero. concludit quod non potest facere legatum de re feudali ad pias causas: item nec legare pro anima. text. est in capitulo primo, §. donare. in tit. quali. olim feu. alie. pos. Aduerte tamen ad duo notabilia dicta, quae tradit in dicto uerbo, col. 6. in fi. uersic. posset tamè opinio Paul. de Ca. procedere in feudo franco. Et ibi, itè puto quod quando fundum esset de nouo concessum, posset uassalus cum domino pacisci, quod primogenitus semper in feudo succederet. Circa illud de feudo franco, licet do. Iaco. non firmet dictum Bal. illud tamen puto uerum, per ea quae tradit Fely. in c. quae in ecclesiarum. fo. 24. uersic. secundò limita dictam conclusionem. de costi. ubi

concludit qd vassalus potest dare feudum francū ecclesiæ, ergo multo magis disponere inter filios, cum in tali feudo dicatur vassalus habere proprietatē. Et ibi declarat Fely. quādo dicatur francum. Et prædicta procedunt de iure communi, de quo vassalus non potest de feudo disponere, sine cōsensu domini. ca. imperialē. de probi. feud. alie. per Fede. Item in præiudicium agnatorum, vt prædixi. Sed secus est in Gallia Cisalpina, vbi fienda sunt redacta ad instar allodialium & patrimoniorum, quantum ad effectum disponendi de eis. Et ideo videmus quod vassali huius regni diem concedunt eorum filiis, maxime primogenito, amplas prerogatiuas in bonis feudalibus: & hoc tam pro conseruatione domus, q̄ vt pinguiore inueniant dotes. Quoniam de prerogatiuis, priuilegiis & aliis iuribus primogenituræ amplissimi sunt tractatus Martini Laudensis, & Ioānis le Cirier, Parisiensis, ne aucupari videar alienos labores, ad eos me remitto. Sed nunc quæro vtrum si patres in Gallia faciant immensas donationes de bonis feudalibus vni filiorū, an alii possint eas reuocare tanquam inofficiofas vsque ad legitimam? dicite qd sic: quia postquam talia feuda sapiunt naturā allodialium, idem de eis iudicandum est, sicut de allodialibus: per regulam quod in casibus parificatis eadem cadit dispositio. text. iuncta glos. in l. si quis seruo. C. de fur. & seruo corrup. Et ista constitutio, quod valeat dispositio feudalium, capit extensiuam interpretationem a iure communi: hoc est quod dicta in allodialibus habeant locum in feudalibus ad instar allodialium redactis. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. declarant Bart. & Alex. in dicta l. si quis seruo. Bar. in l. omnes populi. vbi tractat an statuta recipiant extensionem passiuam. ff. de iusti. & iur.

In tex. in verbo, *le nom & armes.*

23 Nomen & arma de iure indistincte transeunt in omnes descendentes masculos. Bart. in tracta. de insign. & armis. vbi amplè tractat qualiter arma debeant pingi & deferri, & si sit licitum capere arma, aut signum alterius mercatoris. Circa istam consuetudinē potest quæri, vtrum de iure communi hæres possit grauari, qd deferat nomen & arma testatoris? dico quod sic. text. est in l. facta. §. si quis sub conditione. ff. ad Trebel. decisio est Guido. papæ. num. 250. quem sequitur Guliel. Benedi. in cap. Raynutius. fo. 8. de testa. Sed potest quæri vtrum teneatur prius assumere nomen & arma, q̄ adire hereditatem? & in hoc puto distinguendum, licet præfati doc. indistincte dicat qd sic: Aut testator instituit hæredem sub cōditione, si nomē & arma detulerit: & eo casu tenetur implere primò cōditionem, quā adeat. Ita dicit tex. in d. §. si quis sub cōditione. & tūc bene loquūtur Benedi. & Guido papæ: aut testator instituit hæredem, & grauatur eū qd deferat nomē & arma: & tūc cōfert grauamē post tempus aditionis. Et primò debet adire, deinde nomē & arma assumere. Et isto casu inaduertēter locutus est Guido papæ vbi supra: nec obstat tex. super quo se fundat in l. mulier. §. si quis hereditarium seruum. ff. de cōdi. insti. quia ille tex. bene intellectus nō probat dictum suum. Nam testator dixit: iubeo seruum manumittas, & iubeo sis hæres. Nā ibi nulla est cōditio, licet ibi Bar. præsupponat cōtrarium, & malè iudicio meo, sed est ordo datus à testatore, qui est seruādus: patet quia quod prius est in voce, præsumitur prius fuisse in intellectu. Et quādo cūque reperitur prius & posterius, est ordo. Ita dicit Fely. in c. cum dilecta. in verbo, ordo scripturæ. de rescript. Et quia testator præsumit manumissionem, videtur illud esse de forma, & istud probatur per tex. in §. pari ratione. insti. de lega. qui dicit, qd de iure antiquo ordo scripturæ in testamētis attēdebatur: & per istum tex. remanet optimè probata solutio, data ad dictū §. si quis hereditariū seruum. secus tamen fuisset si in terminis illius §. si testator dixisset, volo sis hæres, & iubeo manumittas: tunc prius adisset, deinde manumississet: quia ita erat in forma & ordine. Et ita cōsulit in isto casu in causa ardua vnus baronia, cōtra opinionem eorum qui ante me scripserāt, in fauorē me cōsulētis. Sed pone qd taliter grauatus, adita hereditate, nolit deferre nomen suum & arma: tunc substitutus aut venientes ab intestato, si nō sit substitutus, facient eum moueri per iudicem, quod impleat voluntatem defuncti, arma & nomen deferendo. Et si per annum à die monitionis inchoādum neglexerit id facere, priuatur & excluditur ipso iure ab hereditate, per auth. hoc amplius. C. de fideicom.

In tex. in verbo, *la principale place, ou manoir.*

27 Pone casum, quod testator habeat duo, aut plura castra, tamen habitabat illud quod erat vilioris pretii, quia ita eum trahebat sua voluptas: nam velle suum cuique est, nec voto viuatur vno: & istud sæpe cōtingere potest, vt quis inhabitet minorem domum, ratione alicuius particularis affectionis, fortè quia eam emerat. Et nobis chariora & pretiosiora sunt quæ acquirimus, quā quæ à prædecessoribus nobis relinquuntur. glo. in l. in libello. ff. de cap. & postli. re. aut fortè eum mouebit exercitium venationis. In casu isto, quæ domus assignabitur primogenito? Si dicimus principalior, illa non videtur deberi: quia testator eam non inhabitabat. si eam quam habitabat, non erit illa principalior. iudicio meo primogenitus capiet principaliorē secundum eius desiderium: quia illa dispositio cōsuetudinis est inducta eius fauore, l. quod fauore. C. de legi. Et non obstat illa qualitas habitationis, quia illa verba fuerunt adiecta gratia frequentioris vsus, & sic non immutant substantiam dispositionis. glo. in verbo, præfidentes. clement. 1. de rescrip. Fely. in c. nulli. col. 1. de accusa. Et quia ita communiter fieri solet, vt dominus inhabitet domum principaliorē, & valet argumentum à solitis, tex. in l. vniuersorum. ff. de pig. piene do. Ias. in l. vt liberis. C. de colla. glo. in l. si. C. de fideiussio.

In tex. in verbo, *recompensant les puisnez.*

28 Consuetudo vult qd primogenitus recompenset fratres suos, idem est de iure communi: Nā primogenitus succedens in regno vel ducatu est obligatus prouidere fratribus secundum conditionem sanguinis. Ita dicit do. Io. An. quem refert & sequitur Fely. in c. prudentiam. col. 2. versi. & aduerte. de offi. deleg. non habetur tamen ratio legitimæ, vt prædixi.

In tex. in verbo, *qu'une place en ladite succession.*

29 Consuetudo vult dicere quod tunc satisfit aliis, quando vna tantum est domus: si autem sint aliæ, tunc illæ assignari debent cohæredibus, facta tamen debita æstimatione valoris, & satisfactio de pluri valentia principalioris domus.

ARTICLE LII.

Et n'a lieu ledict droit d'aïneesse entre filles, n'aussi en succession collaterale.

Ius primogenituræ tantum in masculis descendentes vendicat sibi locum.

ARTICLE LIII.

Substitution d'heritier faicte en testament ou autre disposition de derniere volunté, n'a lieu, & ne vault aucunement audict pays par legat ne autrement en quelque maniere que ce soit.

SVMMARIA IN GLOS. ARTIC. LIII.

- 2 Cuius fauore hæc consuetudo inducta sit.
- 3 Vberimum substitutionum fructum esse sublatum.
- 4 Quæ tamen in duobus casibus locum sibi vendicat.

Omnes substitutiones in ultimis voluntatibus redduntur nullæ, inanes, & inutiles.

Id totū inductū fuit fauore venientū ab intestato: & licet cōsuetudo nō dicat quoties, vna tantum ratio reddi potest, illa habetur pro expressa gl. in l. eam quam. C. de fideicomis. Per istam consuetudinem fuit preclusa via magnis lucris aduocatorum: quia (vt inquit magnus practicus Alber. de Rosa. quem refert D. Ias. in rub. col. 1. ff. de vulg. & pup. substi.) ista materia substitutionum est valde utilis ad burfas aduocatorum. & dicit qd habet se in corpore iuris, sicut mare Anglicum. Licet aliter dictum suum non declaret, arbitror qd voluit dicere, quod mare Anglicū est difficilis navigationis, ita hæc materia sit difficilima inter cæteras omnes materias, clausas in corpore iuris. Nota quia potest fieri substitutio in duobus cōtractibus, associationis vniuersalis, & in pactis matrimonialibus, de quibus dicitur tempore suo.

ARTICLE LIIII.

Aucun n'est receuable de foy dire n'estre heritier d'aucun, s'il ne repudie & renonce expressement à la succession.

SVMMAR. IN GLO. ARTI. LIIII.

- 2 Exprimuntur consuetudinis effectus, & nu. 3.

Veniens ab intestato non potest se negare hæredem, nisi expresse hereditati renuntiauerit.

Ex hac consuetudine est fundata intentio creditorum contra venientes ab intestato, nec requiruntur interrogatoria, de quibus in tit. ff. de interrog. actio. videlicet an quis velit esse hæres, & pro quota & quanta parte: quia defensori incombis onus probandi repudiationem. Aduertat tamen talis hæres, ne antequam repudiet faciat actum qui non possit fieri citra ius & nomen hæredis: quia repudiatio sequens non prodesset per tex. & ibi notata per Bar. in l. pro hærede. ff. de acqui. hære.

ARTICLE LV.

Les prochains lignagers des gens d'eglise seculiers leur succedent en leurs biens par eulx delaissez.

SVMMARIA IN GLO. ART. LV.

- 2 Hac consuetudine testandi facultas clericis non adimitur.
 - 3 De clericis habentibus patrimonium intelligendum esse, pucherè ostendit.
 - 4 Acquisita filiorum quando dicantur de propriis laboribus, & quando de paterna substantia, & nu. 5.
 - 6 Bona tutoris quando dicantur acquisita de bonis pupilli.
- Item & officialis, de pecunia publica, & c. & nu. sequen.

Laici clericis proximioribus succedunt.

Intellige ab intestato: quia per consuetudinem clerici non videntur exclusi à testando. Et vt iam prædixi, nec consuetudo, nec statutum loquens de ecclesiasticis, valet in eorum odium. Ista consuetudo non distinguit inter clericos habentes patrimonium & habentes acquisita de fructibus beneficiorum, quia illa si sint immobilia acquiruntur aliquando successori, aliquando capitulo, si acquirens sit canonicus: secundum distinctionem Panor. in c. relatum. el. 2. de testa. vbi etiam tradit vtrum sacerdos de bonis & fructibus ecclesiæ possit erogare pauperibus, & locis piis, & etiam consanguineis, qui sibi seruiuerunt in agritudine. Et vtrum liceat prelati testari: vide supra in verbo, ecclesia possidet. Item acquisita de bonis ecclesiæ acquiruntur episcopo tanquam spoliū: vt dicit Roma. consil. 159. Et ita obseruat curia archiepiscopalis Thaurinensis. Et in ista materia cui incombis onus probandi acquisita per ecclesiasticum esse de patrimo-

5 nio, an de fructibus beneficiorum, vide Rom. d. consil. 159. Item de acquisitis filii an praesumatur de pro-
 6 priis laboribus an de paterna substantia, vide Alex. consil. 32. in 4. vol. ubi dicit quod agenti incumbit onus
 7 probandi. Idem vult glo. in verbo, ex eius substantia. in fi. in l. cum oportet. C. de bo. qua. libe. Item quan-
 8 do bona tutoris vel curatoris praesumantur acquisita de bonis pupilli. Et officialis de pecunia reipublicae,
 9 vide Ro. d. consil. 159. Item de officiali vide Deci. consil. 6. in primo vol. Item de bonis vxoris, viduae, con-
 cubinae, tutoris, vel curatoris: vide Franc. Cremo. singu. 6. Item de bonis cardinalis & familiarum: vide Soc.
 consil. 91. in primo vol.

DES MINEURS.
 TIT. XIII.
 ARTICLE I.

Combien que par cy deuant par la coustume du pays coustumier d' Auvergne le masle aagé de quatorze ans, & la fille de douze accompliz, fussent reputez d' aage parfaite pour estre en iugement, faire passer tous contractz comme maieurs de vingtcinq ans: neantmoins les estatz du pays ont consenty & consentent ladicte coustume estre abbregee, & le droit commun en ce auoir lieu, pour raison des inconueniens qui par cy deuant s'en sont ensuyuis, & obuier à ceulx qui s'en pourroyent ensuyure.

SVMARIA IN GLOS. ART. I.

- 2 Quae fuerit ratio huius consuetudinis introducenda.
- 3 Interdum uariatio permittitur, & quando. & nu. 4.
- 5 An patronus uariando plures praesentare possit, pluribus differit.
- 6 Rebus emergentibus leges esse accommodandas.
- 7 An sine superioris licentia statuentes a statutis recedere possint.
- 8 Quando quis plures personas representans uariariere possit.
- 9 Iure pontificio huic consuetudini locum non esse, minore agente in spiritualibus.

1 Minores uiginti quinque annis gaudent beneficio restitutionis in integrum a iure indulto, quicquid in praeteritum fuerit obseruatum.

2 Ratio consuetudinis fuit praeteritorum malorum consideratio, & futurorum obuatio. Ecce quod uariatio admittitur & licitum est mutare consilium in melius, tex. in l. edita. quem ibi not. do. Iaso. col. 3. versic. quinto nota. C. de eden. Et ibi dicit, quod licet doctore qui consuluit pro vna parte, uariando consulere pro alia parte, si videt veritatem in oppositum. Refert tamen Ang. dicentem esse cauendum tanquam ab igne, propter malignitatem linguarum, se de facili trahentium in peiorem partem. Et de doctore variante, vide D. Ias. in l. in prin. col. 3. ff. quod quisque iur. Nota tamen quod ubi licita est uariatio non admittitur plusquam semel: quia alias caderet in inconstantiam. Ita Ias. in dicta l. edita. Adde Bald. in authen. habita. in 3. quaest. in fi. C. ne filius pro pat. Ex hac regula deciditur per Calde. notabilis quaestio: quod patronus cui praesentando licet uariare, iuxta cap. cum autem. de iur. patro. non potest praesentare ultra duos. Ita refert Calde. tenentem & non habentem contradicentem, Deci. in cap. quanto. col. 3. versic. solum ponderandum est. de iudi. Ibi tamen dicit in versic. Sed tamen opinio Abba. dicit, quod potest plures, videlicet tres vel quatuor, praesentare. mouetur ex duobus fundamentis. Primum est, quia praesentato nullum ius acquiritur. Secundum, quia est fauor ecclesiae ut plures praesententur. Et in fauorabilibus uerba generalia non patiuntur restrictionem. Et ad dictum Bald. quod non licet ultra semel uariare, respondet, quod patronus plures praesentando non dicitur uariare: quia neminem excludit, sed dicitur accumulare. Ego arbitror opinionem Calde. ueriores contra Decium. Nam patronus laicus praesentando secundum, uidetur recedere a primo, cum vni tantum valeat prouideri: patet quia vltima derogant prioribus in his quae a voluntate nostra dependent. l. pacta nouissima. C. de pact. Et patet optimo exemplo. Nam si constituo secundum procuratorem, uideor primum reuocare, l. si quis cum procuratorio. §. vltimo. ff. de procur. cap. non iniuste. co. ti. Et hoc animaduertens papa, ne praesentatio fieret iniuria, dispensauit cum patrono laico, ut alium posset praesentare: & nisi Papa fecisset talem dispensationem, non potuisset cumulare, quia praesentando vnum exclusisset alium. l. cum praetor. ff. de iudic. Et ideo cum dispensationes factae contra regulas iuris communis sunt odiosae, ideo non extendendae ultra quam uerba patiantur. Et tex. in d. c. cum tuam. loquitur de duobus tantum: ideo non est extendendus. Item non obstat fundamentum Decii, quod sit fauor ecclesiae plures posse praesentari: & tamen id eis negatur in d. cap. cum autem. ecclesiasticis sicut laicis concessisset praesentationem plurium: & tamen id eis negatur in d. cap. cum autem. in fi. Item ille fauor non potest habere locum, quoniam id admittitur per uiam dispensationis, contra regulas iuris communis. Non obstat quod dicatur cumulatio, secundum Deci. quia respectu praesentantis, dicitur uariatio. Nam cum sciat non posse prouideri duobus, praesentando secundum dicitur recedere a primo. d. l. cum praetor. & dicta l. pacta nouissima. & sic uariare. Sed quia est dispensatum cum eo ut id facere possit, uariatio transit in accumulationem: & sic habet defensam opinionem Calde. & communem. Videmus etiam quod

quod d. imperator saepe statuta per suos antecessores corrigat & emendat. Ita patet in pluribus titulis insti. maxime de inoffi. testa. item de here. qua. & differ. & in infinitis legibus. Et ideo non est mirandum si domini consuetudinarii, dimissa rigore, amplexi sunt aequitatem in fauorem minorum, qui de facili decipiuntur, & non dicuntur habere aetatem perfectam, quae est 25. annorum. l. fin. C. de his qui ve. aeta. impe. Et in proposito notari potest quod certo tempore aliquid erit aequum & iustum, & ex post facto incipiet esse iniustum & iniquum: & ideo retractari debet: quia quae de nouo emergunt, nouo indigent consilio. Et istud habet locum in statutis & privilegiis, quae si incipiant sapere iniquitatem, sunt retractanda, & reuocanda per statuentes, aut per superiorem. Ita plene consuluit Deci. consil. 9. in 3. vol. Et ibi etiam col. fin. tractat quando clausula, rebus sic stantibus, habeat locum in dispositione etiam iurata. Sed dubitari potest, utrum statuentes possint recedere a statutis & consuetudinibus a superiore confirmatis sine dicti superioris licentia, & noua facere? hac materiam perstringit Fely. in cap. cum accessissent. col. 2. versic. nota tertio. de consti. Et ibidem col. 3. versic. hanc declarationem intellige. declarat quod possunt redire ad ius commune, prout faciunt in casu praesentis consuetudinis. Visum est de uariatione que fit ab eodem proprio nomine, quid si vnus representet personas duorum, & forte causa erat commissa duobus, & alter collegae suo commisit uices suas, quod facere potest, iuxta cap. quauis. de offi. deleg. utrum ille posset ferre diuersas sententias: quod non. Item qui habet mandatum ad praesentandum a pluribus, utrum possit uariare: quod non. Ista tamen regula non procedit quando collega commisit uices suas. Ita tamen quod sententiam ferret certo modo: Aut plures patroni dedissent vni mandatum de praesentando, & nominando diuersas personas, quia tunc posset uariare. Ratio praedictorum est quia quando vnus facit actum nomine alieno, debet id facere quod esset facturum in facto proprio. Sed quando in mandatis exprimitur quid agendum, tale commissum non consistit in eius voluntate: quia astringitur ex dictis Fely. & Decii in d. c. quauis. de offi. deleg.

In tex. in verbo, en iugement.

9 Nota quod de iure canonico tales minores, maiores tamen 12. aut 14. respectiue possunt esse in iudicio in causis beneficialibus, spiritualibus, & ab eis dependentibus. cap. fin. de iudi. lib. 6. in principio. De iure ciuili possunt esse constituendo procuratorem cum iuramento. Sed quia eo modo comparando perderent beneficium restitutionis in integrum, cum per iuramentum repraesententur maiores. l. si quis maior. ubi Bar. C. de transac. Sequendum est consilium Bar. in l. minor ob ommissam. ff. de mino. ubi te minorem docet quod facias tibi prouideri de curatore, & sic conseruabis beneficium restitutionis.

In tex. in verbo, faire passer tous contractz.

10 Nota quod illud quod supra dixi in iudiciis, habet locum in contractibus, ut eodem consilio utaris: quia si iurabis super obseruantia contractus, repraesentaberis maior, & perdes beneficium restitutionis. c. quauis. de pactis. lib. 6. auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Ideo cautela est, ut contrahas cum autoritate curatoris: ut declarat Bar. in l. minor. ob ommissam. ff. de mino.

In tex. in verbo, qui s'en pourroyent ensuyure.

11 Nota quod est obuandum futuris scandalis quantum fieri potest, l. aequissimum. ff. de usufruct. Fely. in rub. de treu. & pa. in verbo, qui timet offendi.

ARTICLE II.

Et par ce doreseuuant mineur de vingtcinq ans ne pourra par cõtract de mariage n' autrement disposer de ses biens immeubles, sans autorité & decret du iuge, loit par conuenance de succeder ne autre.

SVMARIA IN GLO. ARTI. II.

- 2 Hanc consuetudinem iuri communi affinem esse, & an trahat ad praeterita, & an statutum ad iam inchoata extendi possit.
- 3 Quare hic nominatim de contractu matrimonij mentio fiat.
- 4 Decretum in alienatione rerum minorum cause cognitionem desiderare.
- 5 Nec creditur iudici asserenti cognitionem causa interuenisse, multaque notatu digna inde colligit. & nu. 6. & 7.
- 8 Septem potissimum requiri in minoris alienatione. & nu. 9.
- 10 Decretum non interuallo interponendum esse. & nu. 11.
- 12 Iudici asserenti decretum simpliciter interuenisse in alienatione minoris creditur, ex sententia quorundam, duobus tamen concurrentibus. & nu. 13.
- 14 Ex sententia tamen authoris post longam disputationem aliud concluditur. & nu. 15. 16. 17. & 18.
- 19 Quod in his quae sunt minoris praedicti non procedit.
- 20 Quis sit effectus decreti solennis.
- 21 Minori quatuordecim annis renuntiationem aetatis non obesse. & nu. 22.
- 23 Iudicem per imperitiam interponendo decretum, facere litem suam.
- 24 Quid consensus ab autoritate differat.

Minor uiginti quinque annis, nullo modo disponit de immobilibus sine autoritate & decreto iudicis.

Concordat cum iure communi: patet toto tit. C. de praedi. mi. sine dec. iud. non alic. quod qualiter procedat, vide infra hoc tit. arti. fin. in fin.

In tex. in verbo, *dore senauant.*

Nota quod natura legis est providere futuris negotiis: & ideo lex non extenditur ad præterita, nisi in ea expresse caueatur. Dubium est utrum extendatur ad ea lex vel statutum, quæ iam sunt inchoata, sed eorum exitus fortitus est post editionem legis vel statuti. Ista materiam tractat Felyn. ubi facit regulam cum quatuor ampliationibus & decem fallentiis, in cap. quoniam. col. 1. versi. regula est. de consti.

In tex. in verbo, *par contract de mariage.*

3 Quæritur quia de eo expressit, cum sufficeret loqui in genere de omni contractu. Ratio est, quia contractus matrimonii habet plura specialia secundum ius, & plura secundum consuetudines Aluerniæ, ut videmus in sequenti titulo. Sed regula est quod iura quantumcunque generaliter loquentia, non intelliguntur loqui in casibus specialibus, seu habentibus specialem fauorem: allegatur ad hoc glos. not. in l. sciendum. in prin. ubi Bart. & alii. ff. qui satisda. cog. Et ideo consuetudo generaliter loquens non comprehendisset causam dotis vel matrimonii, nisi specialiter dixisset de contractu matrimonii: & qualiter procedat regula prædicta, potes videre do. Iaf. in l. 1. col. 2. versi. tertio nota. ff. sol. mat.

In tex. in verbo, *sans autorité & decret.*

4 Ista interpositio decreti requirit causæ cognitionem: & in ea multi iudices errant, & redditur eorum interpositio nulla. Exemplum: vis emere à minore qui non habet curatorem, & quia minor non potest alienare immobilia sine autoritate curatoris, & iudicis decreto, ipse petit sibi provideri de curatore, iudex decernit, & in eodem instrumento interponit decretum super alienatione, certe nihil valet: quia ex breuitate temporis apparet quod non interuenit causæ cognitio. Et in alienatione immobilium minoris non sufficit allegare & exprimere causas iudici, sed sunt probandæ. text. est nota. in l. minorum. C. de præd. mino. Nec habet locum in alienatione rerum minoris. glos. in l. 1. in verbo, ordine. C. de fide instr. libr. 10. quæ vult quod decretum iudicis præsumitur interpositum ex iustis causis: ut pulchrè declarat do. Iaf. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. penultima, versic. item adde. ff. de offi. procon. & lega. An tamen hoc sit verum plenius dicitur in sequenti articulo: & dato citra veri præiudicium quod decretum præsumatur ex iusta causa interpositum: tamen si probaretur ex falsa causa, esset ipso iure nullum. Secus tamen est in sententia lata prætextu falsi instrumenti quæ est valida, licet sit retractabilis, etiam post transitum in rem iudicatam, via restitutionis in integrum: prout de sententia declarat Deci. in capitulo, licet causam. columna duodecima, versic. glos. in verbo, post sententiam. & de decreto col. 15. versic. secundo limitatur. de proba. Nec etiam creditur iudici asserenti quod interuenit causæ cognitio: quia obstat regula, quod quotiens quis non potest liberè actum facere, non statur eius assertioni, quod fecerit actum legitimo modo. l. & si forte. ff. de castren. pecu. exemplificat in patre. Ibi Bar. qui non potest donare filio in potestate, nisi propter benemerita: si dixerit benemerita præcessisse, non creditur ei. De ista regula vide plenè do. Iaf. in l. 1. in prin. col. 14. in §. notabi. ff. de offi. eius cui est manda. iur. Dicit etiam ibidem Bartol. quod his quæ dependent à voluntate hominis, statur eius confessioni: in aliis secus. de quo dicto vide Decium consil. 133. columna secunda, in primo volumine.

5 Et si notarius attestetur præcessisse debitam causæ cognitionem, ei non creditur: quia obstat regula, quæ vult quod quando notarius attestatur aliquid in instrumento quod tempore instrumenti non potuit interuenire, non probat. doc. est Bart. in l. si quis in aliquo. C. de edendo. circa fin. Quid ergo erit fiendum? sequere consilium Paul. de Cast. quod allegat & sequitur do. Iaf. in dicto §. vbi decretum. col. 12. quod fiant duo instrumenta separata: & in vno notarius describit causæ cognitionem, puta denotando instrumentum debiti, in quo tenetur minor, & sic oportet eum alienare: quia facta inquisitione in domo, non sunt reperta mobilia. Item facta debita inquisitione, fuit compertum quod pro minori dispendio pupilli conueniebat alienare tale prædium: quia habebat sorores nobiles per eum dotandas, & quia id fieri non poterat sine alienatione immobilium. Et de ista causæ cognitione rogabitur instrumentum. Item fiat secundum instrumentum alio tempore in quo notarius attestabitur iudicem vidisse discussionem antea factam & omnibus plenè intellectis & consideratis decretum interposuit & autoritatem. Et inter cætera in dicta alienatione requiritur subhastatio ut dicatur quod emptor plus aliis obtulit secundum Alexand. in l. si tempora, in apostil. ad Bar. C. de fi. instr. & iure hacti. filii. 10. & Deci. in consil. infra allegando. Et concludendo, Nota quod septem requiruntur in alienatione immobilium minoris, de quibus per Deci. consil. 403. col. 2. in fi. in 3. vol.

6 Circa istam materiam decreti frequentissimam, ne longior sit disputatio, perstringendo materiam, facio conclusionem, si interponatur eum petitur, licet iudex dicat solennitates in alienatione rerum immobilium minoris interuenisse: tamen quia non potuerunt interuenire tempore decreti, fatendum est, quod decretum sit nullum, quoniam ex breuitate temporis inter petitionem & decretum liquidò apparet quod causæ cognitio non interuenit. Imo & si iudex de aliquibus quaesierit, & non de omnibus, videlicet de causa, modo, & personis: clarum est quod decretum nullum est. text. est ad literam, in l. cum hi. §. si prætor aditus. in prin. & versi. sequenti. ff. de transac. declarat Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 6. versi. secundo adicitur. de consti. & col. 8. versi. vndecimo pro hac parte. Idem dicit do. Iaf. in l. 2. col. 4. ver. adde etiam. C. de edendo. Et per ista in specie tradit post Pet. de Ancha. do. Iaf. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. col. 12. versi. & nota circa alium casum. ff. de offi. proconsul. quod si eo instanti, quo decernitur curator minori, interponatur decretum super alienatione rerum immobilium, quia apparet quod non interuenit causæ cognitio, decretum est nullum. Et aduertat circa præmissa domini aduocati & iudices, quoniam vidi plura decreta interposita eo statim, quo fuerat curator decretus. Aut si iam erat constitutus statim cum fuerint petita, fuerunt concessa: & de tali præcipitatione circa iuris ordinem exclamat Specul. quem refert Fely. in dicto cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 13. versic. ultimo nota. de consti. Et in partibus Aluerniæ, quando minor vult alienare, faciunt agentes pro minore euocari comunctos & vicinos ipsius minoris, qui deponunt coram iudice, quod alienatio illa continet utilitatem minoris: sed certè ista non est sufficiens inquisitio, quia iudex debet inquirere de causa, hoc est an imminet necessitas

necessitas. item de modo, utrum possit haberi alius modus satisfaciendi necessitati, quam per viam alienationis. Et si subsit necessitas, quod seruetur modus, hoc est, ea quæ sunt in alienatione minorum necessaria, quæ sunt septem: de quibus per Decium dicto cap. 403. col. 2. in fi. in 3. vol. Inter cætera requiritur subhastatio, ut supra dixi tenere Alexand. in l. si tempora. Aliquando minor habet curatorem qui vult ad alienationem procedere: & petit à iudice sibi impartiri licentiam alienandi, & decretum interponi. Iudex ex aliquo temporis interuallo dicit quod interuenit causæ cognitio circa proposita per curatorem minoris. Et quod de eis est plenè informatus, & propterea dat licentiam alienandi, & super contractu decretum interponit. Quæritur utrum valeat tale decretum? Aliqui dicunt quod non, ea ratione, de qua prædixi, quod quando iudex actum liberè facere non potest, sed ex causa tantum: tunc de causa iudici non creditur. Bart. in l. & si forte. ff. de castren. pecul. Item si notarius attestaretur solennitates & causæ cognitionem interuenisse, quando talia non potuerunt interuenire tempore rogatus instrumenti, non est ei credendum. Ista opinionem plenè tenuit do. Iaf. in d. l. ne quicquam. §. vbi decretum. col. 12. & 13. de offi. proconsul. Fely. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 8. versic. vndecimo. de consti. eandem opinionem tenuit tam in iudice, quam in notario, Iaf. in l. sciendum. col. 4. versic. tertio adde. ff. de verbo. oblig. Citat tamen ibi Alex. in iudice oppositum tenentem. Contrariam opinionem tenet Deci. in iudice, quod ei credatur in cap. quoniam contra falsam. col. 22. versic. ultimo notandum est. de proba. Et ibi dicit quod virtus decreti est tanta, quod facit præsumi contractum minoris vtilem, item abesse omnem fraudis suspicionem. Et finaliter respondet motiuis ex aduerso factis, quod non procedunt in iudice, pro quo præsumitur. Idem Deci. consil. 5. col. 1. in 2. vol. Fely. etiam eam firmat in dicto cap. quoniam contra falsam. col. 17. versic. fallit quarto. & col. 18. versic. septima conclusio. de proba. Ista opinio videtur mihi periculosa, ex his quæ infra dicam. Si tamè quis velit eam tenere, quia videatur communior illa recipit duas restrictiones verissimas. Prima est quod iudex debet attestari quod solennitates requisitæ interuenierunt, & consequenter quod cognitionem necessariam adhibuit. Ita limitat idem Deci. col. 22. versic. & istud quod dictum est non aperit. tamen si necessariae solennitates sint specificandæ, an sufficiat dicere in genere solennitates interuenisse? Prima facie videtur quod requiratur specialis expressio: quia de singulis causis iudex inquirere debet. text. in d. cum hi. §. si prætor aditus. ff. de transac. sed non potest haberi certa notitia, si inquisitio sit sufficiens, nisi sigilatim inquisitionem exprimat. Et pro ista opinione videtur facere quæ decidit Deci. in cap. consuluit. el primo, de appel. declarando de appellatum. de appel. quando dicantur causæ grauaminis nominatim expresse: vbi tenet quod non sufficit dicere se grauatum, & facere relationem ad acta. Istud tamen dictum non tenet Fely. in cap. super quaestionum. in prin. col. fin. de offi. deleg. Arbitror istud posse sustineri tantum eo casu, quo apparet de notoria iniustitia ex actis, per ea quæ dicit idem Fely. in ca. cum ordinem. col. 7. versi. ad glo. in cle. de rescrip. Quæ speciali nota digna sunt, nisi specialiter notentur, censentur neglecta. l. apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. Cum igitur requiratur diligens inquisitio in facto, illa est in specie notanda. Et ista obseruat communis vsus in sententiis diffinitiuis, in quibus dicitur, viso libello, visa litis contestatione: &c. De quibus clausulis ponit Deci. in cap. quoniam contra falsam. col. 20. versic. subsequenter. de proba. Et quod nominatim solennitates sint exprimendæ, Fely. decidit expresse, licet non adducat fundamenta, quæ ego feci, in d. cap. quoniam contra. col. 18. versi. limita seu declara. Secunda restrictio est quod non procedit decisio de qua supra, quod credatur iudici, quando inter petitionem decreti, aut curatoris creationem, & ipsum decretum nullum fuit interuallum, quia illæ solennitates non potuerunt interuenire tempore decreti: item nec de præterito, ob temporis breuitatem, per ea quæ superius plenè dixi, & in specie tenet Fely. in dicto cap. quoniam contra. col. 17. versi. fallit quarto. Nunc cõdescendo ad enucleationem articuli, an sit iudici credendum in casu in quo de præterito solennitates interuenisse potuerunt. Prima facie videtur quod non, ex fundamentis, iudicio meo inenutabilibus. Et primo, quia de inquisitione quam iudex facit in causæ cognitione circa licentiam alienandi immobilia minoris, debent confici acta: patet quia appellatione actorum continetur quicquid factum est in præsentia iudicis, etiã in non figura iudicii. Ita inquit Bal. in l. interrogatam. C. de libe. causa. sequitur Deci. in cap. quoniam contra falsam. col. 5. versic. decimo noto. de proba. Et dicta acta scribi debent de mandato iudicis, ut probat text. in c. quoniam contra. cap. primo, & ibi dicit Deci. dicta col. 5. versic. & ista acta. Item notarius tenetur dare copiam petenti. Deci. ibi. col. 6. versi. secundo officium scribentis. Et debent scribi per notarium deputatum. Deci. ibi. col. 5. versic. & ista acta debent scribi. Item notarius debet retinere originalem scripturam penes se. Deci. ibi. col. 6. versic. tertio officium eius est. Et in specie quod de dicta causæ cognitione debeant acta confici, est text. ad. ad literam in l. minorum. C. de præd. mino. qui dicit quod decretum interponi non potest nisi apud acta, causis probatis, quæ necessitatem alienationis inferant. Idem dicit Iaf. in d. l. ne quicquam. §. vbi decretum. col. 13. ver. item adde. in fine. ff. de offi. proconsul. Posita nunc ista regula pro verissima, habemus regulam quod de his quæ sunt de substantia iudicii, ut libellus & litis contestatio, non creditur iudici asserenti ea interuenisse, nisi constet ex actis. Bar. in authen. si quis in aliquo. in fi. C. de edendo. plenè Deci. in dicto cap. quoniam contra falsam. col. 20. versi. subsequenter. de proba. Ratio est, quia nec iudex nec partes possunt efficere quod sine eis valeat iudicium. Eadem ratio militat in causæ cognitione, quæ versatur in alienatione immobilium minoris, quæ à iudice omitti non potest: & ideo ei asserenti eam interuenisse, non creditur. Ita per has rationes in specie in decreto immobilium minoris concludit Fely. in cap. sicut. col. 12. versic. si autem est solennitas extrinseca. de re iudi. Et ibi dicit idem esse quando in instrumento alienationis rei ecclesiasticæ, fit mentio quod præcessit tractatus, & præcesserunt solennitates in talibus requisitæ: quia non probantur ex enucleatis in ipso instrumento, licet in hoc articulo contrarium dicat idem Fely. in dicto cap. quoniam contra falsam. col. 8. versi. limita seu declara. Ex præmissis resultat articulus adeo dubius, quod quo me vertam, nescio, tamen ex quo causæ cognitio est redigenda in scriptis: item quia per scripturam probari debet: item ex eo quod solennitates requisitæ non potuerunt interuenire tempore decreti: arbitror quod optimum est cõ-

Panor. in d. c. causam matrimonii. col. 4. vers. in gl. de offi. dele. Et per ista decidi posset quæstio de muliere contrahente sine consensu propinquorum, requisito à statuto: de qua per Fely. in c. edoceri. col. 7. vers. sequi potest. de rescrip. distinguendo, aut statutum dicit non possit sine consensu, aut dicit interueniat consensus. Et quòd diligenter custodiendi sint fines præcepti constitutionis vel mandati, vide plenè Fely. in d. c. edoceri. col. 9. vers. gesta contra formam. de rescrip. vbi tradit duodecim ampliationes, & octo limitationes. Tertia tamen consuetudo loquitur in alio cõtractu, quàm alienationis immobilium: & ille valet si fiat vtiliter sine curatore & decreto. iuxta l. neque. C. de contrahen. & cõmi. stip. Circa secundam cõsuetudinem, iura quæ allegauit videntur loqui in maiore: tamen quia consuetudo simplicitet resistit contractui, non habita distinctione, vt facit in tertia, arbitror quòd mens consuetudinis fuit impedire omnem alienationem immobilium, sine decreto. Et circa decisionem de qua prædixi, quando actus expeditur sine præsentia requisita, optimè confert alia decisio Decii, in cap. ex parte. col. 2. de constitutio. vbi dicit, qd si mandetur habenti potentiam iudicandi, quòd procedat cum consilio aliquorum, si iudex procedat ad sententiam, tali consilio nõ vocato, erit tamen sententia valida, licet iudex sit puniendus ob contemptum superioris præceptum. Idè si vocato cõsilio iudicet contra eorum vota (quia iudex non tenetur sequi consilium iniustum, vt declarat Fely. in cap. ex literis. col. 12. vers. ex tota glo. de consti.) intellige tamen id procedere quando consiliiarii sunt dati ad inquisitionem veritatis, vt communiter faciunt domini iudices huius patrie, qui cum eis assumunt consiliiarios voluntarios: nam non tenetur sequi eorum vota: sed si consiliiarii essent dati à rege ad diffinitionem causarum, vt factum fuit anno præterito, in hoc loco Montisferrandi, eo casu iudices debent sequi magis communes opinionones, nec habent facultatem quam de cancellario studii loquitur Fely. in d. vers. extra glo. Quoniam hic tractatur materia quando actus fit non adhibita requisita solennitate, non erit alienum discutere si papa possit tractare ardua, puta facere constitutionem generalem, creare cardinalem, canonizare sanctos, & similia, sine consensu cardinalium & consistorii. Communis conclusio quòd sic, licet de honestate talia tractare deberet cum eorum consilio: vt tradit plenè Fely. in rub. extra de consti. col. 1. & 2. vbi idem dicit de imperatore: & re vera decisio ipsa in papa & Cæsare habet disputationem, quia eliguntur: & videtur iustum quòd omnia ardua tractent cū consilio electorum, à quibus dignitatem recipiunt, tamen quia electores statim facta electione functi sunt eorum officio, ideo electi liberam habent potestatem. De regibus verò & principibus qui via successione dignitatem & auctoritatem nanciscuntur, non est dubium quòd omnia sine consilio procerum expedire possunt: quia cessat ratio dubitandi, de qua supra: & vltra Fely. potes videre do. Ias. in l. placet. col. 2. C. de sacrosan. eccle. Et consilii lex quando obliget, vide plenè Fely. in cap. 1. col. 5. vers. fallit tertia regula. de cõstit. Si autem mandetur non habenti potentiam iudicandi, quòd procedat cum consilio, eo casu sententia lata consilio non vocato, erit nulla. Item si interdicitur actus fieri sine tali solennitate, quia tunc tollitur potentia actus, nisi solennitas adhibeatur, erit actus factus sine requisita solennitate, nullus: iuxta dicta per Deci. in præallegato cap. causam matrimonii. Et plenè Fely. in d. cap. ex parte. col. 4. vers. primus est. de consti. Quoniam dictum fuit quòd minor non potest alienare immobilia sine auctoritate curatoris, & decreto iudicis: Quæro de notabili quæstione, vtrum prædicta locum habeant quando minor xv. an. ingreditur monasteriũ, & dedicat se & sua monasterio sine auctoritate curatoris & iudicis decreto? Pro resolutione dico, quòd talis dedicatio valet de iure communi: quia illa dicitur alienatio iuris, quæ non exigit tales solennitates: secus tamen esset, si minor tantum donaret bona ecclesie. Ita declarat Deci. in c. in præsentia. col. 11. vers. decimoquarto noto. de prob. & ea ratione arbitror idem dicendum in hac patria consuetudinaria: quoniam consuetudines & statuta recipiunt interpretationem passuam à iure communi. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. Et maxime istud procederet si minor iurasset: quoniam vt testatur Deci. in d. c. in præsentia. vers. vlti. secundũ Areti. hic, donatio facta à minore firmatur iuramento, & in eo locum habet authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. Et Fely. in d. c. in præsentia. item Deci. ibidem col. 3. attestantur communem opinionem esse, quòd si filia minor donando vel renuntiendo patri vel fratribus successione, reperiatur enormissimè læsa, quòd poterit obtinere absolutionem à iuramento, & in integrum restitutionem: & istud procedit secundum ea quæ plenius dixi supra in titu. 12. des successions. artic. 25. Item aduerte quia dicta in alienatione immobilium per hanc consuetudinem, & præcedentem, non habent locum quando minor alienat per viam vltimæ voluntatis: quoniam illa alienatio est reuocabilis, & capit effectum à die mortis tantum. Ita declarat Decius in d. c. in præsentia. col. 11. vers. quartodecimo, & sequenti. de probat. Dictum fuit de æquiparatione ecclesie & minoris in contractibus: Quæro, quid in iudiciis? Et facio conclusionem secundum communem opinionem, quam refert & sequitur Deci. in c. causam quæ. col. 4. vers. postremo Abbas. de iudi. quòd dispositio legis non eo minus. C. de procurator. quæ vult quòd sententia lata contra minorem non legitime comparentem, non valeat: habet locum in ecclesia aut monasterio, interueniente in iudicio sine consensu sui prælati. Ideo sit cautus contendens in iudicio contra minorem vel ecclesiam.

DES DO

DES DONATIONS DOTZ ET MARIAGES.
TIT. XIII.

ARTICLE I.

Remme mariée ou fiancée est en la puissance de son mary ou fiancé, excepté quant aux biens aduentiz ou parafernaulx, desquelz elle est réputée mere de famille, & dame de ses droitz.

SUMMARIA IN GLO. ART. I.

- 2 De consuetudinis interpretatione, & potestate mariti in uxorem. & nu. 3.
- 4 Quæ sint bona aduentitia, & an hic pater horum usufructu priuetur, & quid de iure statutum sit. & nu. 5.
- 6 Quid si bona aduentitia in dotem data sint à patre mortuo marito, an usufructum pater amiserit.
- 7 Quæ dicantur bona parafernalia, & multa de iisdem remissiuè.
- 8 In quibus casibus iuris dispositione filia bona parafernalia habere possit.
- 9 An & quando clericus de omnibus bonis recte testetur, in quo excutitur Bartoli opinio. & nu. 10.

Femina nupta, vel sponsa, est in potestate mariti seu sponsi, saluo in aduentitiis & parafernaliibus bonis, in quibus reputatur mater familiæ & domina.

In tex. in verbo, la puissance de son mary.

De iure communi filia nupta remanet in patris potestate, tex. & ibi glo. ff. in l. 2. §. quòd si in patris. ff. sol. 2. mat. Et dicit Io. An. in add. ad Spec. in titulo qui filii sint legi. in verbo, competit. quòd vxor non est sub potestate mariti, sed potius sub eius obsequio. Et credo quòd consuetudo voluit dicere, quòd erit in potestate mariti, respectu bonorum dotalium, non respectu persone: quia eo respectu dicitur socia diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de cri. expi. hare. Quòd sit verum quòd consuetudo ita intellexerit, patet in suis limitationibus de bonis parafernaliibus & aduentitiis, vt exceptio sit de regula. Et quòd vxor sit in potestate mariti, est verbum dei in Genesi c. 3. vbi dominus dixit mulieri. Multiplicabo erunas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi. Non tamen est credendum quòd maritus tantam habeat potestatem in vxore quantum habet pater in filiũ, quem ex necessitate famis vendere potest. l. 1. C. de patri. qui fil. distra. Sed qualè habeat, statim dicã. Præmissis tamen singularibus dictis domini Francisci Patritii Senensis episcopi Gayetã, in lib. de instit. reipubl. titulo 5. lib. 4. in republica, de officio vxoris, de virginitate, ac pudicitia. vbi plenè tractat qualè se debeat exhibere vxor marito, etiam in cura ac solitudine rei familiaris. Sed quæro quam potestatem habeat maritus in vxore, intellige post adeptã quasi possessionem seu copulã secutam: vtrum possit eam inuitã capere fortè fugiente: vtrum verberare, vtrum in vinculis tenere? quòd sic: sine tamen magna sauitia & causa subsistente: vide Ias. post Alex. & ceteros in l. milites. §. qui iudicati. ff. de re iudi. Et quanta sit auctoritas mariti super vxorem, vide plenè in filia nuptiali. col. 4. vers. quartum inconueniens.

In tex. in verbo, excepte quant aux biens aduentiz.

Quæro, quæ dicantur bona aduentitia? dic quòd quæsitã ex successione alterius quàm patris, videlicet fortuna vel laboribus. l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. Consuetudo tacitè vult quòd pater perdat vsum fructum bonorum aduentitiorum filie nupte, quia ipsa in dictis bonis reputatur domina & mater familiæ. Istud vult explicite infra eo. titulo, articulo 48. nisi pater reseruet expressè dictũ vsum fructum. Vtrum idem sit de iure communi, si pater tradat nupti filiam, & ei constituat dotem, si dicta filia habeat bona materna, vtrum pater perdat vsum fructum? certe non: quia adhuc durat patria potestas, & sic usufructus. Magna est disputatio: Quid iuris quando pater dedit in dotem bona aduentitia, mortuo marito, vtrum usufructus dictæ dotis aduentitiæ pertineat filie, an patri? Do. Ias. in l. 2. §. quòd si in patris. col. 3. in ff. sol. mat. mouet quæstionem: & dicit, quòd communis opinio est quòd pater nõ habeat vsum fructum: & ipse eam sequitur: tamen dicit Ludo. Ro. tenere contrarium, & profectò tex. in l. fi. C. communia vtrius. iudi. allegatus per doc. vt refert Do. Ias. nihil facit, quia loquitur tamen in dote profectitia. Posset argui pro filia, quòd ex constitutione dotis pater consensit quòd filia haberet pleno iure bona aduentitia, & sic per consensum intelligitur priuatus usufructu. tamen pro patre dici potest, quòd consensus paternus fuit limitatus, quãdiu duraret matrimonium, & dos deseruiret oneribus matrimonii: ideo limitata causa, limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. & cessante causa onerum matrimonii, debet cessare effectus priuationis usufructus. c. cum cessante. de appel. & istam credo veritatem, quicquid dixerit Do. Ias.

In tex. in verbo, parafernaulx.

Quæro, quæ dicantur bona parafernalia? Bar. in l. maritus. C. de procur. quem alii sequuntur, dicit quòd 7 mulier habet patrimoniũ triplici generis. Habet primò dotè, & de ea maritus dicitur dominus: habet vtra dotem bona, quorũ administratione concessit marito, expressè, aut tacitè cõsentie do eum administrare, aut tradèdo ei iura & instrumenta, & illa dicuntur parafernalia: habet & tertio bona quæ nunquã tradidit marito, & illa dicuntur propria bona vxoris. Et si vis videre qualiter vxor potest auferre administratione marito parafernaliũ: & si cõstante matrimonio cõsumantur, qualiter restitutio fiat per hæredes, tam rerũ, quàm fructuum: vide Do. Ias. in d. l. maritus. C. de procur. Et vtrum hæredes mariti teneantur restituere fructus, vltimo anno perceptos de bonis parafernaliibus cõsumptos, vel non: vide ple. Fran. de Areti. consi. 160. col. 1. Et ibi habes qui fructus dicantur naturales, & qui industriales. Et hi dicuntur quando industria excedit naturam.

In tex. ibi, mere de famille, & dame de ses droitz.

De iure communi non video quomodo mulier filia, possit habere bona parafernalia: quia omnia quæ obueniunt filia, dicuntur aduentitia, in quibus pater habet vsum fructum. l. quæcũque. & l. cum oportet. C. de

bo. quæ lib. nisi dixerimus qd filia familiâs habuit à patre bona aduentitia vtenda & fruenda: quia licet pater prohibeatur donare filia vltra dotē. l. donationes quas parētes. C. de dona. inter vi. & vxo. Ias. in l. pacta quæ cōtra. C. de pact. potest tamen cōsentire qd habeat aduentitia pleno iure: & sic tam ratione proprietatis, quàm vsusfructus. l. si. §. filius autē. C. de bo. quæ lib. ibi, neque citra volūtatem eorum. ergo cum volūtate possunt. Item filia. potest habere aduentitia pleno iure in tribus casib⁹, de quibus in tribus authen. in d. l. cū oportet. C. de bo. quæ lib. prima incipit, excipitur. secūda, itē hæreditas. tertia, idē est & alius est casus, in quo filiosa. conceditur administratio aduentitorum, quando pater dissipat bona. Ita Paul de Cast. in l. 2. col. 2. circa fi. C. si quid in frau. pa. pulchrē Bal. in l. filia cuius. in pe. col. C. famil. hercis. Et generaliter quando sit concedenda administratio filio aduentitorum: item quādo pater perdat vsusfructū: item quādo teneatur filio rationem reddere, & de pluribus aliis quæst. vide Areti. consi. 72. Moueo in materia perditionis vsusfructus elegantē quæstionem: pone qd filius familiâs efficitur clericus, habet bona aduentitia: vtrū pater perdat vsusfructū? videtur qd sic: quia clericus de omnibus bonis sibi obuētis qualitercūq; potest testari & disponere inter viuos. l. sacrosanctē. & authen. presbiteros. C. de sa. san. eccle. tamē ex clericatura filii nō perdit pater vsusfructū iam quæsitū: & iura superiūs allegata loquūt de acquisitis post clericaturā, in quib⁹ pater nō habet vsusfructū. Ita declarat Deci. in c. in præsentia. col. 34. vers. similiter in clerico seculari. & sequētib⁹, maximē in vers. ex supradictis in fi. de proba. vbi dicit dicta suprà in clerico habere locū in clerico in minoribus cōstituto. Magna nūc circa hanc quæstionē incidit difficultas: vtrum priuilegiū clerici, qd pos sit testari & donare, & qd in acquisitis post clericaturā pater non habeat vsusfructū, habeat locū tantum in bonis, quæ filius acquisiuit ratione clericaturæ, an vero in aliis aduentitiis, fortē obuētis ex successione? Bar. in d. l. sacrosanctæ. dicit qd tantum in acquisitis ratione clericaturæ. Et istud dictū videtur fundari ex dicto authen. presbiteros. in verbo, ad instar castrensiū. Nam vt similitudo sit bona, videtur ita intelligēdū dictū authen. presbiteros. sicut enim miles filius. habet priuilegiū in castrensibus tantum, & sic in his quæ acquirunt ratione militiæ: & doctor seu notarius, ratione eorū quæ acquirunt ex laboribus sui officii, seu exercitii: ita filius. clericus quæ acquirunt ratione clericaturæ habebit quasi castrensia, ad instar castrensiū. Et nisi ille tex. vteretur illis verbis, quoquomodo adeo prægnatibus, non possem mihi suadere qd opinio Bar. non esset tenenda. tamē cōtra eam tenet Paul. de Cast. in d. l. sacrosanctæ. Ias. in l. filia licet. C. de colla. col. 2. & 3. Deci. idem videtur tenere in discursu suo, in d. c. in præsentia. col. 34. vers. similiter in clerico seculari. de proba. Nam illud authē. presbiteros propter sui generalitatē, videtur disposuisse qd omnia bona clerico obuēntia essent quasi castrensia, & ad instar castrensiū. Et qd ita sit intelligēdū illud authē. adduco vnū fundamētū ab aliis intactū & iudicio meo fortissimū. nam in authen. licentiā habeat episcopus. C. de epif. & cle. fit distinctio circa dispositionē episcopi, inter bona quæ episcopo obuēnt ratione successione, & ea quæ obuenerunt ratione episcopatus. Et statim post illud auth. distinguens, sequitur authen. presbiteros. quod dicit omnia bona quoquomodo acquisita vel obuēntia. Nam si dictum auth. nō intellexisset de omnib⁹ bonis, fecisset distinctionē, prout factū fuerat in authen. præcedēti. Et quia cōmunis videtur cōtra Bar. ideo facias cōclusionē, qd priuilegiū clerici est efficax in omnibus bonis, vt possit de eis disponere & testari: nisi agatur de præiudicio tertii: vt prædictū fuit de patre: quia tūc distinguas inter acquisita ante clericaturā, & de illis non poterit disponere in præiudiciū patris: aut post, & tūc patris præiudiciū nō cōsideratur: quia nihil sibi acquirunt.

ARTICLE II.

Et depuis qu'elle a esté vne fois fiancée ou mariée, cōbien que par viduité ou dissolution de fiançailles soit hors de la puissance de son mary, ou fiancé, neantmoins ne retourne en la puissance de son pere n'ayeul paternel: mais demeure dame de son droit.

SVMMARIA IN GLO. ART. II.

- 2 Quando pater iuris dispositione cogetur filiam viduam redotare. & nu. 3.
- 4 Hic de sponsa per verba de presenti intelligendum esse.
- 1 Filia nupta, vel sponsa, mortuo marito, aut solutis sponſalibus, nō redit in potestate patris: sed remanet domina iurū suorū.
- 2 De iure communi non redit in potestate, quia semper remansit. Item dos redit ad patrē qui tenetur eam redotare. Et siue pater pactus sit dotē sibi restitui, siue nō, quia id euenit iure patriæ potestatis. authē. quāuis. C. de re. vxo. actio. Ias. in l. 2. col. 3. circa me. ff. sol. mat. Et quibus casibus teneatur eam redotare, & vtrum redotando possit dotem minuere, vide Do. Ias. in authen. quod locū. col. 4. in fi. C. de colla. Et quia suprà dixi pactus sibi restitui. Quæro, vtrū pater possit stipulari dotē sibi restitui, in præiudiciū filia: vide Bar. in l. post dotem. col. 8. ff. solut. mat. quicquid sit de iure, ex vi huius consuetudinis non vendicat sibi locum d. authen. quāuis.
- 3 Intellige quod loquitur de sponsa per verba de presenti, quæ æquiparatur maritali: vt tangit Fely. in rubrica de spon. & suprà amplē dixi, in titulo des successions. articulo 37. incipiēte, fille fiancée. Secus esset in sponſa per verba de futuro: quia illa nunquam ingressa est potestate mariti. Et dos intelligitur cōstituta si nuptiæ sequantur: & sic deficiente cōditione, nihil dicitur actum: quia ea quæ sunt in cōditione non sunt in dispositione. l. si quis sub cōditione. ff. d. condi. insti. glo. in l. Lucius. ff. de hære. insti. Ias. in l. 1. C. de pact. Et consuetudo generaliter loquēs debet interpretari vt minus lædat ius cōmune quàm fieri possit. c. cum dilectus. de cōsue. Item verba sunt intelligēda in potētiore parte. l. i. ff. si ager vectig. vel emph. pet. sed maior est potētia & efficacia sponſalium de presenti, quàm futurorum, cum prima sint indissolubilia ad instar matrimonii.

ARTICLE III.

Le mary & femme conioinctement ou séparémēt constant le mariage ou fiançailles, ne peuent vendre, alier, permuter, ne autrement disposer des biens dotaux de ladicte femme, ou preiudice d'icelle. Et sont telles dispositions & alienations nulles & de nul effect & valeur: & ne sont validées par serment.

SVMMARIA IN GLO. ART. III.

- 2 Vtrum hæc consuetudinis prohibitio extenditur ad lucra matrimonii, pluribus differit. & nu. 3. & 4.
 - 5 Quomodo de iure communi in rebus mobilibus procedat.
 - 6 De alienatione utili non esse intelligendum. Ad testamentariam dispositionem respectu uxoris non esse porrigendum.
 - 7 Quare alienatio hic nulla reddatur.
 - 8 An statutum iuramentum possit esse inefficax. & nu. 9.
 - 10 An iure communi alienatio fundi dotalis recte confirmetur iuramento.
- Constante matrimonio aut sponsalibus omnis alienatio rei dotalis inter viuos, in præiudiciū uxoris, est interdicta, nec firmatur iuramento, etiam si utriusque consensus accedat.

In tex. in verbo, conioinctement.

Habes quod maritus de consensu vxoris non potest eius dotem alienare: concordat cum insti. in titulo 2 qui. alie. licet. in principio, ratione de qua ibi in tex. Quæstio incidit notabilis: pone quod ex cōsuetudine vxor lucretur medietatem mobilium & conquestus qui fiunt à marito constante matrimonio, vt cantat cōsuetudo Burgundia, & dicatur in consuetudine, vt ibi dicitur, quod maritus nō possit alienare mobilia, nec conquestus, ne grauet mulierem, vtrum poterit maritus alienare de consensu vxoris? Primo videtur quod non: quia sicut mulier non potest consentire marito alienanti res dotales immobiles, vt habetur insti. qui. alie. licet. in principio: & in hac consuetudine, idem videtur in istis lucris, respicientibus causam matrimonii. Secundo facit regula quod iuri fauenti alicui propter eius imbecillitatem, non potest renuntari: de qua per Fely. in c. si diligenti. col. 3. vers. quartō fallit. de foro compe. sed mulieri est interdicta alienatio propter sexus fragilitatem: vt patet in dicto tex. quib. alie. lic. in fi. princ. ergo etiam veritas videtur in contrarium: quia legi disponenti aliquid fauore priuata: vtilitatis principaliter, potest renuntiare. l. pacisci. ff. de pact. & l. ius publicum. vbi pulchrē dominus Ias. post Bar. ff. eo titulo. & non cōsideratur quod dispositio cōcernat ius publicum secundariō etiam inseparabiliter: vt declarat Do. Ias. in loco præallegato: & Fely. in d. c. si diligenti. col. 5. vers. modo aduerte. de foro compe. Sed ista dispositio consuetudinis principaliter respicit fauorem mulieris, ergo potest ei renuntiare, per regulam l. si quis in conscribendo. C. de pac. Difficultas residet in respondendo fundamentis in contrarium adductis. Et primō quod vxor non potest consentire alienationi dotis, quia est diuersa ratio inter dotem, quæ dicitur substantia & patrimonium mulieris: vt habetur insti. quib. alie. lic. in fine princ. & ista lucra, quæ sunt odiosa, cum per ea detrahatur filiis, quibus debetur successio paterna. Item priuilegia data doti non habent locum in istis lucris: vt habetur in l. i. ff. sol. mat. & cum mi liter diuersa ratio, ergo debet statui ius diuersum. Non obstat secundo, quod non possit renuntari fauori dato mulieri ob eius imbecillitatem: quia mulieri non succurrit, nisi in casibus à iure expressis. l. ne passim. C. de iur. & fact. igno. Sed iste casus est à lege omisus, ergo, & c. Non obstat tertio quod iuri prohibitio renuntiare non possit: vt declarat Do. Ias. in d. l. ius publicum. vers. quartō fallit quando est ius prohibitium. ff. de pact. quia in casu proposito consuetudo non vtitur verbis prohibitiois nec verbis denegatiois potentiam respectu mulieris, sed respectu mariti, & præiudiciū mulieris ponitur pro causa finali prohibitionis: ideo si velit consentire, non dicitur pati præiudiciū: quia volenti non fit iniuria, nec dolus infertur. c. scienti & consentienti. de regu. iur. lib. 6. & istam opinionem credo veram. Et facit in proposito dictum Bal. in l. non dubium. C. de legi. dum dicit, quod quando lex vel statutum vtuntur verbo, non possunt, quod est præsentis temporis, tunc talia verba non inducunt prohibitionem.

In tex. ibi, ou fiançailles.

Consuetudo vult quod durantibus sponsalibus bona dotalia alienari non possint. Sed ego habeo duo quæ videntur ob stare. Primum est, quod bona non possunt dici dotalia ante contractum matrimonium: quia dos sine matrimonio esse non potest, licet matrimonium esse possit sine dote: secundum est, quod mobilia non possunt dici dotalia, etiam matrimonio contracto, antequam sint tradita. Ita Do. Ias. in l. de diuisione. col. 2. versiculo, adde quod licet. ff. sol. mat. pro solutione dicendum est quod res immobiles, contractis sponsalibus, dicuntur ratione destinationis ad dotem, quasi dotales, quantum ad prohibitionem alienationis. Ita dicit Fely. in c. cum adeo. col. 2. versiculo, ad idem. l. quarta. cum glo. de rescripte. & in dicto c. col. 1. versiculo, de destinato. cum aliis duabus sequentibus col. plura tractat de materia destinationis, & sic ad declarationem l. si nundum. C. de furt.

In tex. in verbo, des biens dotaux.

Hæc consuetudo loquitur de bonis immobilibus, quia de mobilibus cum sit maritus vsusfructuarius, quæ tamen seruando seruari non possunt, potest solus disponere: inter quæ pecunia cōnumeratur. Et dicta in vsusfructuario, in §. constituitur. & §. itaque. insti. de vsufruc. habent locū in tali marito, eo scilicet quod non tenetur satisfacere, quia dicitur dominus rei dotalis. l. doce. C. de rei vendicatione. & plus iuris habet in re dotali, quàm vsusfructuarius in re in qua habet vsusfructum. Satis est cautum vxori circa restitutionem talium rerum mobilium ob tacitam vel expressam hypothecam, quam habet in bonis mariti, iuxta l. vnicam,

C. de rei vxo. actio. Reperio quod Bar. in l. 1. col. 4. vers. expedita sunt exēpla. ff. sol. mat. in effectu vult duo: vnum quod ea quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura: item & quæ seruando seruari non possunt, possunt alienari. Et ita militat fundamenta mea de usufructuario. Secundum, quod ea quæ seruando seruari possunt, non possunt alienari, nisi seruata dispositione authen. siue à me. C. ad senatusconsult. Vel. Ias. in d. l. 1. col. 8. dicit opinionem Bar. communem: videtur tamen eam mordere: sed non est recedendum à communi, quam bene declarat Ang. insti. qui. alie. non li. in princ. col. 2. De iure communi, si dos erat in re immobili, & erat data æstimata, æstimatio faciebat emptionem, & poterat à marito sine consensu vxoris alienari. l. plerunque. ff. de iur. do. nisi in pactis dotalibus fuisset reseruata electio vxori habendi, soluto matrimonio, rem vel pretium. l. 1. C. de fundo. dot. & isto casu potest alienari de consensu vxoris. l. si æstimatis. ff. sol. mat. Ang. insti. qui. alie. li. in princ. Si verò erat data inæstimata, non poterat alienari, etiam de consensu vtriusque coniugum. §. 1. insti. qui. alie. li. ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ eius conuertatur. Quid si interuenit iuramentum? dicitur in fi. in verbo, *par serment.*

6 Quæro, quid si res dotalis fuerit permutata de consensu vtriusque, in rem meliorem, ita quod ex dicta permutatione conditio mulieris sit facta melior? dic quod valet, siue loquamur secundum dispositionem huius consuetudinis, quæ dicit, *au preiudice.* sed hic non cadit præiudicium, ergo, &c. siue de iure cõmuni: quia prohibitio facta fauore mulieris, non debet retorqueri in eius odium. l. quod fauore. C. de legi. Et ita tenet Ang. insti. qui. alie. li. in princ. col. 2. In simili dicimus de minore, qui non potest contrahere sine autoritate tutoris vel curatoris: si tamen contrahat, & vtiliter, valet contractus. Do. Ias. in l. non eo minus. C. de procu. Vbi idem dicit in ecclesia: sed contrariū tenuit Fely. in c. causam quæ. col. 4. de iudi. & plenè D. Ias. in l. cum ii. §. qui eam transactionem. ff. de transac. dicit tamen ibi, quod minor & ecclesia possunt ratificare contractum, adhibendo debitas solennitates, & id parti aduersariæ non liceret. Prima tamen opinio videtur magis æqua. Ratio est, nam solennitates fuerunt adinuentæ, ne minor vel ecclesiam deciperentur: si ergo vtiliter contraxerūt, sunt vti iure maioris, & sic cessat causa deceptionis. Superiùs tamen adduxi diuersitatis causam inter minorem & ecclesiam: & ibi dictis me remitto: & hoc supra, in titulo 13. *des mineurs.* articulo vltimo. in fi. tene opinionem Bar. & Ias. in l. cum ii. §. qui eam transactionem. ff. de transac. quod valet contractus vtiliter factus, si minor voluerit, & non aliter.

7 Intellige per viam contractus: sed per vltimam volūtatem potest mulier constante matrimonio disporre de quarta parte tam dotalium bonorum, quàm cæterorum, modis & formis expressis in titulo *des successions.* articulo 16. vers. *la femme.* ratio est, quia ex tali dispositione nullum paratur marito præiudicium, nam testamentum sumit vires & effectum post mortem mulieris, quo tempore est locus restitutioni dotis. iuxta l. vnicam. C. de rei vxo. actio. Et potest disponere de quarta inter viuos, secundum consuetudinem 6. infra l. vnicam. C. de rei vxo. actio. Quæro, vtrum per pactum possit impediri alienatio, sicut fit per statutum, vel consuetudinem, ita quod impediatur domini translatio? dicam plenè in titulo 15. *des associations.* articulo 5. numero 3. & 4.

8 Ratio est, quia quando lex vel statutum aliquid prohibet, contrauentio inducit nullitatem, etiam si non dicatur. l. non dubium. C. de legi. tanto magis quando lex procedit annullando actum? quod qualiter & quando procedat, vide ibi Do. Ias.

9 Nota quod consuetudo non potest disponere circa iuramentum: patet, quia sicut populus non posset expressè statuere ex defectu potestatis, ita nec tacitè. authen. cassa. C. de sacrosan. eccle. Fely. in c. ecclesia sancte Mariæ. col. 21. vers. & ista verba. de constit. firmat quæstionem, in specie quando valeat statutum irritans contractum iuratum. Et quod dicitur de statuto, habet locum in consuetudine: & vide Fely. vbi supra, vers. hanc declarationem limita. in fi. bene distinguentem. Eandem materiam tractant doc. maxime Ias. in l. 1. C. de sum. tri. & fi. ca. Et quod statutum non possit disponere contra iuramentum, vide Alex. consi. 37. col. penul. in 2. vol. Et in specie vtrum lex vel statutum possit annullare iuramentum, vide Fely. in c. præterea. col. 10. vers. item etiam. de sponsa. de principe vide Alex. allegatum per Do. Ias. in l. quotiens. C. de preci. impe. offe. vbi dicit quod literæ induciarum non extenduntur ad debitum iuratum. Idem si princeps adiciat clausulam, non obstantem, non tollitur actus iuratus. Ias. in l. si. col. 2. C. si contra. ius vel vti. pub. Addo. Rors. singulari 7. Et quod princeps, statutum, vel cõsuetudo non possit directo vel per indirectum dispensare, & disponere contra iuramentum, amplè concludit Do. Ias. in l. si. col. 3. & fi. ff. qui fati. da. cog. quicquid dicant doc. de iure, ista consuetudo in actu practico obseuaretur ad literam: & idem in aliis facientibus mentione de ecclesiis vel personis ecclesiasticis, ratione quam dicam in titulo 21. *des emphyteoses.* articulo 12. numero 3. Nec valeret alia ratio, quæ fortè posset allegari, quod ideo valet hæc consuetudo disponens super iuramento: quia in confirmatione & ordinatione consuetudinum patriæ Ahierniæ interuenerunt episcopi, qui potuerunt super iuramento disponere. Quia solus papa potest confirmare statuta laicorum, quando concernunt ecclesias vel ecclesiasticas personas. Ita Fely. in c. ecclesia sancte Mariæ. col. 1. versiculo, nota secūdò. de consti. Idem videtur dicendum in consuetudinibus: cum consuetudo & statutum tantum inter se differant, sicut tacitum & expressum: vt habetur in l. de quibus. ff. de legi. Sed quæro, quid de iure communi: vtrum alienatio rei dotalis inæstimatæ firmetur iuramento, quando est facta de consensu coniugum? dic quod sic, per regulam, quod quotienscunque iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ, est seruandum. c. cum contingat. de iureiur. Ias. in l. 1. col. 3. vers. quintò nota. ff. sol. mat. Et ad obuandam ne mulier alienando cum iuramento sibi præiudicet, obserua cautelâ traditâ per Ang. insti. qui. alie. li. in fi. princ. Quod mulier promittat patri aut fratri dotati non alienare dotem, nec alienati marito cõsentire cum iuramento: quia si expost consentiat cum iuramento, non sibi præiudicabit. Nam primum iuramentum est obseruandum: & secundum, non: quia iurâs incurreret periculum propter primû sacramentum. Et quâdo iuramentum sit obseruandum, & quâdo nò, quia fit cõtra bonos mores ciuiles, vel canonicos, recurre ad Do. Ias. in l. pacta quæ cõtra. C. de pact.

ARTI-

ARTICLE III.

Mais quand ladicte femme est deuement recompensée de fons ou cheuâce certains, en ce cas est au choix de ladicte femme mariée ou ses descendans de dans an & iour apres le trespas de sondict mary, recouurer & soy tenir à la chose dotale, ou à ladicte recõpense: & ledict an passé, ne pourra reuenir à la chose dotale, posé que la recompense ne soit suffisante, si n'est en cas d'euiction.

SUMMARIUM IN GLO. ART. III.

- 2 An priuilegia dotis extraneo competant, remissiuè.
- 3 In alternatiuis cuius sit electio: & generaliter de alternatiuis multa remissiuè.

Quando maritus dedit rem certam in recompensam dotalis rei, intra annum & diem rãtãm post mariti mortem, uxor i habet electionem recuperandi rem dotalem, aut in recompensam datam: lapsò dicto tempore exclusã est à re dotali, etiamsi res in recompensam data non esset sufficiens, nisi in casu euictionis.

Nota quia beneficium electionis tantum competit vxori, & descendenti ab ea, & non collateralibus successibus. Offert se quæstio notabilis: Vtrum priuilegia concessa doti, aut rei dotali transeant in hæredẽ extraneum? vide amplè doc. post Bar. & maxime Do. Ias. col. 4. vers. tertio adde. in l. 1. ff. solu. mat.

In tex. ibi, *choix.*

Nota quod regulariter in alternatiuis siue sit rerum, siue personarum, siue temporis, siue locorum, & rerum similibus, electio est debitoris. tex. & ibi plena glo. in l. plerunque. ff. de iure dot. Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in 7. quæst. ff. de verbo. oblig. Dicta regula facit quando apparet cuius fauore alternatio posita fuerit. Ita Bal. in l. si. C. de peti. hære. Et ideo in pulchro casu consuluit Deci. consi. 12. in 1. vol. de eo qui in paschate promisit soluere pecuniam, aut dare pignus: certè adiectio pignoris est facta gratia creditoris. Et ideo creditor poterit conuenire præcisè debitorem, vt pecuniam soluat. Idem voluit Do. Ias. in Lex conuentione. ff. de re iudi. Et in proposito facit quod decidit idem Deci. dicto. consi. 12. Nam dum col. 1. recitauit dictum Bar. in l. cum duobus. §. idem respondet. el. 2. ff. pro socio. de eo qui fuit condemnatus ad soluendum certam quantitatem infra mensem, & in defectum solutionis ad amputationem manus: nam elapso mense debitor non poterit euitare mutilationem manus offerendo pecuniam. Idem Deci. col. 4. vers. non obstat quod notat Bar. declarat dictum Bar. procedere hoc modo: videlicet quod non erit amplius elapso tempore in electione condemnati soluere pecuniam, sed bene in electione fisci: quia illa pœna corporalis fuit adiecta fauore fisci & rei publicæ: & sic est concludendum, quod est semper in consideratione cuius gratia electio posita fuerit. Et in casu consuetudinis, licet vxor esset creditrix, tamè quia liquidò apparet quod electio eius fauore posita fuit, ideo habet talem electionem. Et notandum est in materia electionis, quod in casu vbi electio est debitoris, vt est in casu dictæ l. plerunque. in quo maritus potest fundum æstimatum restituere, aut pretium soluere, per litis contestationem super pecunia perditur facultas dandi fundum, & econtra. Ita Deci. consi. 187. col. fi. De materia alternatiuæ cuius sit electio, vide plenè Fely. in c. inter ceteras. col. 2. & sequentibus. vers. circa materiam alternatiuæ. de rescrip. Et primo ponit de dictionibus alternatiuis, seu, & siue, & col. fi. de dictione, vel, & col. 2. vers. fallit primò, in fine. facit differentiam inter legata & contractus, & d. col. vers. fallit secundò. quando alternatiua est posita fauore creditoris. & ea. col. vers. fallit quarto. quando alternatiua est in gratiis seu beneficiis. & col. 3. vers. fallit quinto. quando alternatiua est in pœnis. & demum col. 6. vers. sufficit vnam. tradit quod in alternatiuis sufficit alteram partem esse veram.

In tex. in verbo, *apres le trespas.*

Nota quod mulier non admittitur ad reuocandum alienata per maritum, nisi post mortem: ex quo sequitur quod marito viuente non currit præscriptio, quæ non currit non valenti agere. l. 1. in fi. C. de bo. mat.

ARTICLE V.

Et ou ladicte femme recouurerait les biens dotaux alienez au moyen que dessus, ne sera tenue à aucunes reparations & impenses, sinon es necessaires.

SUMMAR. IN GLOS. ART. V.

- 2 Quæ impense à muliere præstentur, multa remissiuè. & nu. 3. 4. & 5.

Mulier recuperans rem dotalem modo prædicto, ad soluendum necessarias expensas tenetur.

In tex. in verbo, *si non es necessaires.*

Quando reparaciones vel ceteræ impensæ dicantur necessariae, quando vtilis, quando voluntaria, vide 2 notabilem tex. in l. impensæ. ff. de verbo. signi. Et quando maritus repetat impensas in re dotali factas, distinguere vtrum sint magnæ vel paræ, vtrum temporales, an ad perpetuam vtilitatem, secundum Bar. & Do. Ias. in l. diuortio. §. si. ff. sol. mat. Et ibi etiam Do. Ias. quis teneatur ad custodiam turris, vel castri, dominus an homines. Item quando ex pluribus confortibus vnus fecit expensam pro custodia castri, qualiter repetat ab aliis confortibus.

M iii

ARTICLE VI.

Femme constant son mariage peult disposer par contractz entre vifz de la quarte partie de ses biens dotaulx & au dessoubz pour le mariage de ses filles & autres descendans, là ou son mary n'auroit dequoy marier sesdictes filles, ou autres descendans selon son estat.

SVMMA. IN GLO. ART. VI.

Marito inope matrem diuitem cogendam esse dotare filias.

- 1 Permittitur uxori alienatio quartæ partis dotalem & infra, pro dotandis filiabus & descendens, ubi pater non haberet facultatem dotandi tales personas, secundum qualitatem & statum domus.
- 2 Ista consuetudo dicit quod mater potest alienare vsque ad quartam partem dotis & infra, pro dote filiarum: sed non dicit quod cogatur. quæro vtrum possit cogi? tex. in l. mater. C. de iur. dot. dicit quod non. Ias. limitat illum tex. non procedere, quando pater esset inops, & mater diues, in l. i. col. 7. ff. sol. mat. & ibidem col. 6. versiculo, iuxta prædicta. dicit allegando Anto. de But. quod necessitas dotandi magis procedit ex proximitate sanguinis, quam ex potestate paterna: & illud re vera sapit æquitatem: quia in successione siue loquamur de iure, siue de consuetudine, par est conditio patris & matris, ergo par debet esse necessitas, maxime quando alter eorum ampliores habet facultates, vt necessitas dotandi consideretur ex potentia.

ARTICLE VII.

Femme en cas de necessité pour les alimens d'elle, son mary & enfans, ou pour racheter son mary de prison, peult aliener ses biés dotaulx à faulte d'autres biens, avec congnoissance de cause, & decret de iuge, sans aucune recompense.

SVMMARIA IN GLO. ART. VII.

- 2 Multa congerit, quæ necessitate urgente contra ius commune sunt. & nu. 3. & 4.
- 5 Famis necessitati multa indulgentur.
- 6 De alimentorum privilegiis & usu multa spargit, remissiuè. & nu. 7. 8. 9. & 10.
- 11 Quo in loco alimenta præstanda sint multis distinctionibus explicat. & nu. 12. 13. & 14.
- 15 Incarceratum miserabilem esse personam, & quando eidem succurrendum sit. & nu. 16. & 17.
- 18 Bona subiecta fideicommissis pro redemptione carceris inuito fideicommissario alienari non posse. & nu. 19. 20. 21. & 22.
- 23 Quæ in causâ cognitione interueniant.
- 24 De decreti interpositione nonnihil præter iam dicta.

1 Uxori habenti tantum dotes, ex causa necessitatis alimentorum, pro se, viro, & liberis, aut redemptionis viui à carceribus, causa cognita, & cum iudicis decreto, alienare permittitur.

In tex. in verbo, en cas de necessité.

- 2 Vide quæ infra addidi nu. 6. Nota quod ex causa necessitatis plura permittuntur, quæ aliàs sunt prohibita. Ratio est, quia necessitas non subicitur legi. l. i. ff. de offi. consul. Et de exempto à collectis, vtrum teneatur tempore necessitatis: vtrum eo tempore principes possunt imponere subditis tales & collectas? Vtrum prælatus qui iurauit non alienare bona ecclesiæ possit id facere inconsulto papa? Vtrum liceat confiteri laico? Vtrum laico liceat baptizare & audire confessiones? vide Deci. in c. decernimus col. 16. versiculo, nono quæritur. de iudi. Et ibi, quicquid referendo. glo. dicat, tene quod laicus potest audire confessionem, sed non à peccatis absolueret: quia non habet clauis ecclesiæ, licet talis confessio possit esse magnæ efficaciar apud deum. Et ita concludit ipse Deci. in loco præallegato. in vers. & notandum est. securus vltimæ oppinionem glo. in c. pastoralis. §. præterea in verbo, præterquam. de offi. ordi. quam ibi Panor. dicit verissimam col. penul. & Fely. etiam col. penul. sequitur. Alia verò sacramenta, videlicet eucharistiæ & extremæ vnctionis ministrare non potest, secundum aliquos: secundum eum, sic: vt patet d. col. 16. versiculo, alia verò. & toto illo c. habes ample in quibus laici reppellantur ab administratione rerum ecclesiæ, & officiorum. Vtrum liceat in consilio facere harengam prohibitam? de his omnibus vide Do. Ias. in l. principalibus. col. 2. & 3. ff. si cert. pet. Item vtrum sit licitum doctori consulere die feriato ex causa necessitatis, puta pro forense? Vtrum sit licitum furari? & an sit licitum armigeris depreddari, quando sunt in bello, pro victu? de istis vide Bar. & doc. in l. neminem. C. de sac. fan. eccle. Item Do. Ias. in l. i. col. 21. ff. de offi. eius cui est mand. iur. Item quando requiritur alicuius consensus haberi, tamen imminet necessitas faciendi actum: exemplum opportunum dari potest, quando in actu requiritur consensus episcopi absentis: in quibus casibus recurri potest possit ad eius vicarium, vide Fely. in c. ex parte. col. 3. vers. an autem absente. de consti. Et necessitas dicitur inesse quando periculum est in mora, & eo casu multa permittuntur, aliàs à iure non permilla? vt plene declarat Fely. in d. c. ex parte. col. 2. vers. recipit prædicta conclu. Item de tutore qui administrat ex causa necessitatis inuentario non confecto: de prælato qui alienat inconsulto papa, melius loquitur Fely. quam Do. Ias. vbi infra allegatur. Item quando fauore rei publicæ possit res auferri à priuato inuito, & de similibus quæst. vide Fely. in c. cum accessissent. col. 8. versiculo, tertio restringitur de consti. & profitetur se plura dixisse in c. querebam. de iureiur. sed non habeo in meis libris lecturam illius tituli. Et prædictis omnibus adde quæ in prædictis locis non reperies: quando non potest haberi iudex, ad quem sit recurrendum, habes bonum tex. in l. vbi absunt. ff. de tuto. & cur. da. ab his. Iaso in l. bonorum. versiculo, quarto limita. C. qui admit. Et quando est interponenda appellatio, & iudex est absens, potest interponi coram decurionibus & consulibus vil-

læ. Ita

læ. Ita dicit Bar. in d. l. vbi absunt. & ad eos appellari potest, quando deficit superior iudex: vtrum sit hoc verum, vide in l. fi. col. 1. C. de iud. Ro. tamen consil. 501. in fi. dicit appellandum ad proximum superiorem iudicem: tamen non discrepat à Bar. qui loquitur quando non est alius superior, tunc ordo decurionum cognoscit, ergo præsupponit: quod si sit superior, ad eum recurrendum est. his adde quæ dicuntur in sequenti verbo.

In tex. in verb. pour les alimens.

Vxor potest, si vult, ob necessitatem famis vendere ex hac consuetudine. Ang. etiam insti. quibus alie. li. col. 2. vers. in eadem gl. ibi. ff. de fun. dota. vult fortius, quod maritus fundum dotale vendere possit ob necessitatem alimentorum suorum, vxoris & liberorum: & sic iste casus potest addi præcedentibus. Et dicit Alex. de aliis in 3. parte in tractatu, de præceptis, præcepto septimo. q. ob necessitatem cibi, potus, vestimentis, vel alterius rei pertinentis ad vitam hominis impune licet furari. Et necessitas quando excuset furem, distingue, aut est extrema taliter, quod laborando, mendicando, aut aliter non potest succurri tali necessitati, & eo casu licita est subtractio: quia tempore talis necessitatis omnia efficiuntur communia. Aut non est tanta: & tunc de iure diuino non excusatur à furto: sed de iure fori, licet non excusetur, tamen mitius punitur. Et ne transcribam aliorum dicta, quæ completo opere videre incepti, hanc materiam latè explicat Chafflaneus in tit. des iustices. rubrica prima. in tex. s' il n'a grace. vers. primus casus. fol. 47. & sequentibus. Et ibidè admittuntur plures casus, qui furem excusant aut pœnam alleuiant, etià necessitate cessante. de pluribus privilegiis causæ alimentorum esset dicendum. Inter quos dic quod ob necessitatem famis pater potest vendere filium. l. i. 2. & 3. C. de pa. qui fil. dittra. Item pater tenetur alere filios, quando non habent vnde se alant. l. si quis à liberis. ff. de lib. agno. Ante vltiorem progressum quæro, quæ veniant appellatione alimentorum? dic quod omnia necessaria ad victum, sine quibus corpus humanum ali non potest: puta cibaria, habitatio, vestimenta, & calciamenta, medicinæ, lectum & merces magistri. Item debes scire quod sunt quatuor nomina idem importantia: videlicet alimenta, vita, victus, & educatio. Appellatione verò cibariorum veniunt tantum cibi & potus, & de his habes Bar. in suo tract. alimentorum. col. 1. addo pulchrè Ias. in l. c. ii. §. qui transigit. ff. de transac. Et ibi ponit dictum notabile, q. licet appellatione alimentorum, quando fit de eis acquisitio, contineantur habitatio, & vestiaria: tamen quando fit de alimētis remissio & quitatio, non continentur. Ideo aduerte quando vidua facit aliquo accepto, quitationem & remissionem de alimentis sibi à marito legatis, quod in specie dicat, de habitatione & vestiario. Item quibus personis & à quibus debeantur alimenta ex necessitate sanguinis: & sic vtrum pater teneatur alere filium, quando habet vnde se alant: mater, quando teneatur alere. Et de pœna denegantis alimenta. Item & frater quando teneatur alere fratrem, recurre ad Bar. in d. tractatu alimentorum. col. 2. Quæro, in quo loco sint alimenta præstanda: procedam per quæstiones & remissiones, ne sim prolixior quàm fui pollicitus. Et primò querendum est de alimentis quæ debentur ex legis dispositione, & iudicis officio, qualia sunt quæ debentur ratione sanguinis: & illa sunt præstanda in domo, & tales tenentur operari in fauorem præstantis. Bart. in l. diuortio. in princ. ff. sol. ma. vbi Ias. idem Ias. in l. i. C. de lega. fallit in casu notabili, quem scribentes non ponunt in locis ordinariis. Quando filius præstat alimenta patri egenti, quia ea præstare debet, vbi pater eget & degit. Ita pulchrè Bar. in tract. de ali. col. 3. & ita aliàs practicaui Thaurini, in persona vnus nobilis de la Vinalda ciuis Montis fregalis. Et in locis præallegatis traditur regula, quod alimenta talia non debentur his qui habent vnde se alant: & sic sunt subsidiaria. Et nota quod alimenta sunt præstanda secundum ordinem & dignitatem personarum: iuxta tex. in l. sed & si quid. §. i. vers. generaliter. ff. de vsufruct. Fely. exemplificat in alimentis canonicorum, in c. cum omnes. col. 16. vers. in gl. pen. de consti. Et ideo non debent mirari fratres minores, si aliquando in vestibus fiat differentia, quæ tamen in victu fieri non solet. Item dum dixi supra de alimētis quæ debentur ex legis dispositione exemplifica in vidua, quæ durate anno luctus debet alimentari in domo mariti, vtrum teneatur operari ad vtilitatem hæredum? dic quod sic. gl. in l. sicut. ff. de ope. liber. secus est si testator reliquerit eidem alimenta, quia eo casu non debentur operari: per regulam, quod potèrior est prouisio hominis, quàm legis. Ita dicit Salice. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vx. actio. sequitur Fely. in c. pastoralis. §. cum autem. col. 2. vers. ad idem. de off. deleg. vbi tradit plura exempla. Et quando debentur ex dispositione testatoris, alimenta sunt præstanda in domo alimentandi, si nolit stare cum hærede, & nullæ debentur operari. Ita doct. vbi supra. fallit quando testator dixit, quod præstaretur in domo: quia tunc sunt ibi præstanda sine operis præstatione, nisi testator dixisset, operando in domo. Et etiam isto casu si alimentandus non possit commodè vel honestè morari in domo culpa hæredis: tunc erunt præstanda alibi: sed talem culpam tenetur legatarius probare. Et eo casu in præstatione alimentorum fiet detractio eius quod valnissent operari in domo. Ita colligitur ex dictis doct. in locis præallegatis. Ias. in d. l. i. C. de lega. ponit casum qui frequenter accedit: Si maritus verberet vxorem, intellige seueriter, cogetur ei præstare alimēta extra domum, aut saltem dotem restituere.

In tex. in verb. son mari.

Est decis. Bar. in d. tract. de ali. col. fi. quod vxor habens bona tenetur maritum egenum alere: & non est mirum, quia per matrimonium cōtraxerunt in omnibus mutuam & reciprocam obligationem: patet dum dicitur in diffinitione matrimonii: indiuiduam vitæ consuetudinem continens.

In tex. in verb. racheter son mary de prison.

Nota quod inter personas pauperes nulla tristior, & pauperior inuenitur, quàm persona carcerata. verba sunt Bar. in tract. de carce. in princ. Et tales personæ dicuntur miserabiles. vt bene probat tex. in l. omnes. ibi. Sit satis immensorum cruciatuum semel luisse supplicium, ne qui diu priuati sunt aure criminis haustu, & lucis aspectu, inter breue spatium catenarum ponderibus grauati, & c. C. de pœnis. & alius tex. in l. fi. ibi, aut liberandos diuturna custodia non maceret. C. de custo. reo. Et licet carcer dandus sit ad custodiam, non ad

poenam, tex. in l. 1. §. interea. ibi, vt & cruciatio desit, & permaneat sub fida custodia. eo. ti. de custo. reo. vbi etiam gl. tamen crudeles iudices, qui semper felici fortuna nauigarunt, iubent carceratos impiè tractari. Et verè impossibile est eos afflictorum afflictiones scire, qui afflictionis experimenta non sustinuerunt: vt dicit Fel. in c. eam te. col. 9. versi. & ideo gl. de resc. Et contra tales decantari possunt versus Baptiste Mantuani, dum dicit: Qui satur est pleno laudat ieiunia ventre, Et quem nulla præmitis, est sitientibus asper. Ex his sequitur quòd relicta pro carceratis etiam pro debito, dicuntur ad pias causas. Bar. in d. tract. de carcer. col. fi. facit optimus tex. in l. si quis pro redemptione. in verb. piissimum ministerium. C. de dona. Sed contra ista dicta facit regula l. damnum. de reg. iur. vbi damnum quod quisque culpa sua patitur, sibi imputat: ergo cum quis est carceratus pro proprio debito, & multo fortius pro maleficio, non videtur esse ei cõpatendum. Item licet pauperibus multis subueniatur, & habeat paupertas multa priuilegia: tamen non videtur succurrendum ei qui facto & culpa propria incidit in paupertatem. Ita voluit gl. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & ibi Fel. col. 20. in verbo, in gl. 2. & c. addo Dec. ibi col. pen. versi. primus est. Istam materiam ponit Fel. in c. si qui testium. de testi. col. pen. sed plenius in d. c. quæ in ecclesiarum. Et quia non explicitè loquitur, facio regulam, quòd illi qui incidit in paupertatem culpa sua subuenitur. Istam regulam tradit Alex. in l. quantis. col. 2. versi. item nota ex isto tex. ff. sol. ma. & ibidem etiam tangit de duabus sequentibus limitationibus. Fallit primò quando culpa erat ordinata ad illum effectum, puta quia in fraudem creditorum alienauit bona, tunc perdit beneficium cessionis bonorum. Secundò fallit quando agitur de subueniendo & succurrendo sine præiudicio tertii. Exemplum, quis potest vendere bona subiecta fideicommissio, in præiudicium aut maleficio, non potest, quia agitur de præiudicio tertii. Quoad materiam huius consuetudinis, quia mulier vult alienare, & non agitur de præiudicio alterius tertii, quàm mariti, saltem considerabili: ideo non est facienda distinctio, vtrum maritus esset carceratus indebitè, aut præcedente culpa vel delicto. Et ita soluit Alex. in d. l. quantis. col. 2. versi. item non obstat decisio Ang. Succedit quæstio notabilis, pone, aliquis grauatus de restituenda hæreditate detinetur in carceribus, vt redimat se, vult alienare bona fideicommissio subiecta: fideicommissarius cõtradicit. quæritur vtrum eo inuito alienare possit? Primò videtur quòd sic: quia si non habet aliunde se possit redimere, ex causa necessitatis permittitur alienatio subiectorum fideicommissio. authen. res quæ. C. communia deleg. Item fideicommissarius contradicendo videtur se reddere indignum fideicommissio. Sicut dicimus de filio qui si non cauet pro patre incarcerato, potest ex hæredari: iuxta hos versus: Percutit insidians, non cauet inde, & c. Item successurus alicui infirmo: si nõ adhibeat medicos pro eius curatione, & præstet medicamenta necessaria, tanquam indignus per fiscum, à successione excluditur. gl. & doc. in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. sol. ma. Et filius qui negligit curam patris furiosi, est dignus ex hæredatione: & si præuia monitione tertius id expleuerit quod filio incumbabat, erit loco filii in successione hæreditatis: authen. liberi. C. de epis. audi. Ex præmissis videtur concludendum, quòd fideicommissarius contradicens alienationi pro redemptione grauati fideicommissi & incarcerati, sit dignus priuatione. tamen in casu proposito veritas est in contrarium, ex his quæ prædixi: quia non potest fieri alienatio in præiudicium tertii, & sic fideicommissarius, quando quis est incarceratus pro debito vel delicto. Et argumenta superius facta tolluntur vnico responso: quia illa loquuntur in eo qui succedit incarcerato: sed per fideicommissum non succeditur grauato, sed testatori. l. non iustam. C. ad Trebel. vbi etiam si hæres non adeat hæreditatem, fideicommissarius testatori succedit: est tex. in l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pup. quem ad hoc allegat Dec. consi. r. col. 2. in primo vol. Et ideo nulla indignitas potest fideicommissario ascribi, si grauatus non redimatur à carceribus, qui facto vel culpa sua patitur carceres. Si verò fuisset captus ab hostibus in bello iusto, bene credo quòd posset alienare bona subiecta fideicommissio inuito fideicommissario, subsistente necessitate: quia non haberet alia bona, & non aliter: & id facere posset autoritate legis, de qua in d. authen. res quæ. C. communia deleg.

In text. in verb. à faulte d' autres biens.

22 Nota quòd alienatio dotalium admittitur in subsidium aliis bonis propriis, aut parafernalibus deficientibus.

In text. in verb. avec congnoissance de cause.

23 Quotiescunque requiritur causæ cognitio, illa versatur in tribus, de quibus per Bart. & D. Iaf. in l. cum modo infra scripto declarari posse: de modo, circa solennitatem seruandam: de causa, si subsit causa legitima interponendi decretum: de persona, si sit habilis ad impetrandum. Nam inter personas differentia est. l. inter artifices. ff. de solu. aliter enim agitur cum minore, quàm cum maiore: aliter cum paupere, quàm cum diuite: aliter cum indocto & rustico, quàm cum docto & nobili: & sic de similibus secundum subiectam materiam.

In text. in verb. decret de iuge.

24 De materia interpositionis decreti, vide plenè D. Iaf. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. pro. conf. & lega. Et quia materia decreti est frequens, noto primò, quòd decretum iudicis præsumitur interpositum ex iustis causis, per gl. in l. 1. in verbo, ordine. C. de fide instr. & iur. hast. fil. lib. r. o. quam Bal. dicit singularem in c. sicut. circa fi. de re iudi. Illud tamen fallit quando decretum est interpositum super alienatione rerum minoris immobilium, secundum Paul. de Cast. quem refert & sequitur D. Iaf. in d. §. vbi decretum. col. 12. & 13. Et pro eo facit tex. in l. minorum. C. de prædi. mino. Aliter tamen loquitur Dec. in ca. quoniam contra. col. 2. de prob. vbi plenè examinat hanc materiam. Et idem Dec. consil. 5. col. 1. in 2. vol. Ego arbitrator posse saluari dictam contrarietatem hoc modo: Aut apparet ex lectura actus quòd non interuenit causæ cognitio, puta ex breuitate temporis, vel alio modo. & tunc ex decreto nihil præsumitur: quia in claris non est locus

est locus coniecturis. l. continuus. §. si ita. ff. de verb. oblig. Aut sumus in casu dubio, & tunc præsumitur pro decreto. Vide tamen in materia quæ dixi in titul. 13. des mineurs. ar. 2. num. 8. & in titul. 23. de retract. artic. 8. num. 2. & 3.

ARTICLE VIII.

Tous biens que la femme a au temps de ses fiançailles, sont tenuz & reputez biens dotaux, s'il n'y a dot particulier constitué en traictant le mariage.

SVMMAR. IN GLOS. ARTIC. VIII.

2 An iure communi locus sit huic consuetudini, & in quibus casibus.

Omnia bona mulieris tempore sponsalium cõsentur in dotem data, quando non constat de particulari dotis constitutione tempore tractatus matrimonij.

Vtrum dispositio huius consuetudinis habeat locum de iure cõmuni, habes gl. in l. mulier bona. ff. de iure do. Bar. in l. in his. §. vxor. ff. sol. ma. arguit quòd sic, quando mulier patitur maritum habere administrationem omnium bonorum. de quo vide amplè Alex. consi. 144. in 5. vol. Et quid iuris, quando vxor est minor annis duodecim vel viginti quinque? vide Ro. consi. 314. Et ibi habes quòd vxor minor viginti quinque annis non potest dare bona immobilia in dotem, sine iudicis decreto. Et quòd si minor sit duodecim, nulla sit dotis constitutio, licet matrimonium sequatur, quando maritus accepit possessionem bonorum vxoris, in ea ætate, qua non poterat esse matrimonium: licet eam continuauerit post cõsummatum matrimonium. Sumendo argumentum à contrario sensu, bona quæ obueniunt vxori constante matrimonio, non censentur data in dotem, nec augere dotem. Ratio, quia tempore contractus matrimonij de illis partes non cogitarunt.

ARTICLE IX.

La femme constant son mariage peult disposer à son plaisir & volonté, sans le consentement de son mary par quelque contract que ce soit, de ses biens parafernaux & aduentiz, au proufit de ses enfans & autre quelconque personne, fors & excepté au proufit de son mary, & des enfans de sondict mary d'autre mariage, ou autre à qui le mary puisse ou doyue succeder, & sans preiudice en cas de donation, du droit de legitime aux enfans capables de l'auoir.

SVMMARIA IN GLO. ART. VIII.

2 Quare hic vxor in iuri utilitatem de bonis parafernalibus non disponit.

3 Quando metus reuerentiæ actum rescindat. & nu. 4. & 5.

6 An prohibitus institui possit substitui.

7 Cur hic in donatione ius legitima conseruetur, & in donatione inofficiosa eleganter quæstionem tractat.

Constante matrimonio est liberè licitum uxori de bonis aduentitiis & parafernalibus disponere per contractum inter viuos, & in quancunque personam, dummodo non disponat in fauorem mariti aut filiorum ex antecedenti matrimonio, aut alterius cui maritus possit succedere. Item in casu donationis nõ potest filiis capacibus in legitima præiudicium adferre.

Hæc consuetudo venit ad declarationem primi articuli huius tituli, qui dicit, quòd in aduentitiis parafernalibus vxor remanet domina & mater familiæ.

In text. in verb. au proufit de son mary.

Quæritur quæ fuerit ratio consuetudinis, quòd vxor de parafernalibus possit disponere in fauore eius cui voluerit, excepto in fauorem mariti, aut cui fuerit maritus successurus: cum maiorem charitatem teneatur habere vxor erga maritum, qui reputatur inter personas coniunctas. l. maritum. C. de procu. quàm erga extraneum: & ordo charitatis sit attendendus. l. si præses. C. de seruit. & aqua. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Et notatur in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posthu: potest responderi, quòd dubitatio metus reuerentialis dedit causam huic dispositioni. Istud arguit consuetudo 39. huius tituli, quæ permittit marito donare vxori contra dispositionem iuris: & talis ratio non potest cadere inter filios contrahentes cum patribus, inter vxores & maritos, subditos & dominos, clericos & episcopos, & sic in similibus debetibus reuerentiæ: facio regulam, quòd ad irritandum contractus tanquam meticulosus, non sufficit metus reuerentialis, nisi concurrant minæ aut verbera. Nec etiam iussus principis aut imperium habentis induceret iustum metum: & ideo si maritus & vxor obligent se simul, obligatio mulieris non præsumitur coacta. Ita declarat Fel. in c. causam matrimonij. col. 2. & 3. de off. deleg. Et ibi dicit istam esse communem, quæ habet locum etiam si agatur cõ illo cui debetur reuerentia. Licet Saly. tenuerit contrarium. Ista regula fallit quando is qui reuerentiam debet est præsens, & tacet: quia habetur pro discentiente, nec sibi præiudicat regula. prædicta declarat Fely. in d. c. causam matrimonij. procedere quinque modis. Nota quartam declarationem, quando interuenit in actu præsentia coniunctorum, & propinquorum: iuxta l. transactionem. C. de transact. tunc dum præsumitur metus, illa declaratio recipit aliam, vt procedat quando coniuncti & propinqui poterant actum impedire. Ita pulchrè Dec. consi. 55. in 2. vol. Quæro, quid de iure communi, vtrum maritus prohibitus per statu-

tum instituere uxorem, possit eam filio suo instituto substituere? Et quomodo procedat illa regula, quādoque quis consequitur per alium, quod per se consequi non potest. Item si sit prohibitum contrahere cū ban- nito sub certa pœna, an possit contrahi cum filio aut cum seruo suo. Et quando dicatur fieri fraus de perso- na ad personam. Et vtrū hæres patris possit relinquere filio spurio. Et vtrum prohibitus aliquid relinquere in vltima voluntate spurio aut alteri incapaci, possit ei vendere. Et quando in contractibus præsumatur fraus. recurre ad D. Iaf. post Bar. in l. si is qui. ff. de vulg. & pupil.

In text. in verb. *sans prejudice, en cas de donation, du droit de legitime.*

7 Quæro quare reseruauerit consuetudo ius legitimæ magis in contractu donationis, quàm in aliis? Ratio est, quia si mater alienaret titulo oneroso, priuaret filium legitima. Et ista fuit cautela tradita per Barto. post Dy. quem refert D. Iaf. in §. item si quis in fauorem. col. i. insti. de actio. ad priuandum filium legitima. sed quando alienat per viam donationis, quia titulo lucratiuo filiis lex reseruauit querelam inofficiosæ donationis vsque ad legitimam: vt habetur toto titulo C. de inoff. dona. Et nisi lex prouidisset in donatione, idem fuisset quod in aliis contractibus onerosis: quia legitima non consideratur, nisi habita ratione eius quod superest tempore mortis. Circa reuocationem donationum inofficiosarum vidi in facto notabilem questionem, & aduocatos prima facie contrarias tenentes opiniones. Quidam pater habes filium & filiam, ipsam filiam nuptui tradidit, & in contractu matrimonii donauit ipsi filia dimidiam omnium bonorum præsentium, & illinc ad tres annos aliam fecit donationem cuidam extraneo, de alia dimidia bonorum suorum, reseruato usufructu: mortuo patre, incidit quæstio, si filius deberet querelare pro legitima consequenda contra ambas donationes tanquam inofficiosas, an verò contra vltimam tantum? aliqui tenebant quod contra ambas: quia iste filius reperiebatur grauatus prætextu dictarum donationum, & non ex vna sola: item legitima erat contrahenda de omnibus bonis donatis, ergo super omnibus erat capienda. arg. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. vbi eadem res non debet diuerso iure censer. Nam cum sint duæ donationes, illæ coniunctæ tantum, faciunt donationem inofficiosam. Alii autem ex opposito dicebant, quod ipse filius non erat grauatus ex prima donatione, quæ tanquam valida iam sortita fuerat effectum suum: sed tantum reperiebatur grauatus ex secunda donatione, & illa tantum poterat dici inofficiosa, & non prima: & pro eorum opinione est decisio gl. in l. i. vers. nono quæro. C. de inoff. dona. vbi Bar. col. fi. vers. quæro tertio. qui facit distinctionem inter plures donationes, quæ morte confirmantur, & tunc omnes illæ dicuntur inofficiosæ respectu legitimæ: & donationes inter viuos, quæ statim sunt validæ: quia si vltima donatio tantum inferat grauamen in legitima, illa tantum potest dici inofficiosa, & subiicitur querelæ. Simile habemus in duabus donationibus factis de omnibus bonis præsentibus & futuris, in duabus vicibus. nam prima valet, secunda non, quia aufert liberam testandi facultatem, vt notauit in hoc titulo 14. des donations. art. 22. nu. 2.

ARTICLE X.

Biens dotaux retournent à la femme, ou à ses heritiers, le mariage dissolu: & en est ladicte femme, quant aux immeubles, saisie, ou ses heritiers, sans autre apprehension de fait.

SUMMARIUM IN GLO. ART. X.

- 2 Ius commune qualem possessionem rerum dotialium & hypothece subiectarum uxori tribuat.
- 3 Ad res mobiles hic non esse extensionem faciendam. & nu. 4.
- 5 De hæredibus etiam extraneis hic intelligendam esse.
- 1 Solutio matrimonio dos redit ad uxorem, vel ad hæredes, & si sint immobiles sine apprehensione de facto.
- 2 De iure communi mulier qualiter dicatur possidere res dotiales, & vtrum mortuo marito possit propria autoritate apprehendere possessionem rerum dotialium, vide tex. in l. dotis actione. C. solu. ma. Et etiam si possit retinere possessionem bonorum mariti hypothecatorum, donec dos sit sibi restituta. Vide Dec. consil. 28. in 2. vol. plenè eundem consil. 400. in 3. vol. Item quod naturaliter res dotiales dicantur remansisse in dominio vxoris, & competat ei rei vendicatio. habes text. in l. in rebus. C. de iure do. Ista consuetudo in dote consistente in pecunia aut re mobili nihil disponit, ideo casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. commodissime. ff. de liber. & posthum. & de his diximus supra, articulo 3.

In text. in verb. *ou ses heritiers.*

- 5 Vtrum habeat locum hæc consuetudo in hærede extraneo? De iure communi prærogatiua, de qua in l. in rebus. C. de iur. do. transit ad filium hæredem, & non ad extraneum. Ita. Iaf. in l. i. col. 4. post Bar. & Alex. ibi, ff. sol. mar. tamen quia consuetudo indistinctè loquitur etiam quod hoc est commune omnibus hæredibus, vt in eos possessio transferatur sine apprehensione, vt habetur supra, in tit. des successions. art. 1. Ideo non est hic dubitandum, quin ista consuetudo habeat locum in hærede extraneo.

ARTICLE XI.

Aussi est ladicte femme saisie du douaire a elle constitué par son contract de mariage, incontinent le cas de douaire aduenu.

SUMMARIUM IN GLO. ART. XI.

Casum egregium in quo statutum in dote habet locum in donatione propter nuptias.

Dicta

Dicta in dote habent locum in donatione propter nuptias, sine dotis augmento.

Nota quod dos & donatio propter nuptias ambulant paribus passibus. authen. permessa. C. de dona. an. te nupt. Hinc est quod si inter contrahentes matrimonium fuerit factum pactum, quod vxore præcedente maritus lucretur tertiam partem dotis, vxor marito præcedente lucrabitur etiam tertiam partem donationis propter nuptias, licet de tali casu nihil dictum fuerit. decisio est Panorm. in c. fi. col. fin. de dona. inter vi- rum & vxorem.

ARTICLE XII.

Toutes donations ou dispositions faites à cause de mort, ou prenans effect par la mort du disposant, soyent mutuelles ou non, se reduisent & ne valent que pour la quarte partie des biens du dict disposant, chargée de tous les legatz & dispositions testamentaires, s'aucunes en y a: & de la quarte partie des debtes, & quarte partie des funerailles.

SUMMAR. IN GLO. ART. XII.

Sapit de hac consuetudine tractauit.

Per viam vltimæ voluntatis conceditur dispositio de quarta parte hereditatis, grauata omnibus legatis, quarta parte a- 1 ris alieni, & funeralium.

Quod hic dicitur, iam prædixerat supra, in titulo, des successions. articulo 41. ibi, & ne peult aucun, & c. 2 Ideo pertranseo.

ARTICLE XIII.

Et sont telles donations & dispositions reuocables à volonté, tant expressément que taiblement: comme sont testamens, codicilles, & autres dispositions de dernière volonté, posé que telles donations soyent faites par paroles de donation entre viuz, avec clause de garentage, ou qu'il soit dict par icelles, qu'elles ne puissent estre reuouées: & ne sont ledictes donations alterées ne validées par le serment apposé en icelles.

SUMMARIUM IN GLO. ART. XIII.

2 Verba consuetudinis explicantur. & nu. 3. 4. & 5.

6 An donationes iure prohibita iure iurando confirmantur. & nu. 7.

Quotiens donatio capit effectum post mortem, est reuocabilis ad instar testamenti & codicilli, posito quod sit facta 1 per verba sapientia actum inter viuos, cum promissione euictionis. Item quod sit dictum quod donatio sit irrevocabilis, & interuenerit iuramentum.

Ista consuetudo declaratiua præcedentis loquitur quando donatio per quæcunque verba sit composita, 2 non habet sortiri effectum in fauorem donatarii, nisi post mortem donantis: quia donas plus se diligit, quàm donatarium. sed econuerso, si donatio fiat inter viuos, quæ statim effectum sortitur, illa valet, & est reuoca- bilis: vt infra patet, art. 20. etiam si fuerit de omnibus bonis, reseruato usufructu. Ita infra, art. 21.

In text. in verb. *que taiblement.*

Nota quod in eis donationibus quæ capiunt effectum post mortem, habent locum quæ de tacita reuo- 3 catione legatorum dicuntur toto tit. ff. de adi. lega.

In text. in verb. *de donation entre viuz.*

Sed qualiter discernendum erit si sit donatio concepta per verba importantia donationem inter viuos, 4 an sit de comprehensio in præsentis consuetudine, dic quod est habenda sola consideratio, si effectus talis do- nationis differatur post mortem donantis, & tunc habent locum istæ duæ præcedentes consuetudines: aut statim habent effectum, & tunc locum sibi vendicant duæ consuetudines, de quibus infra, art. 20. & 21.

In text. in verb. *ne puissent estre reuouées.*

De iure communi quando posita sunt illa verba, donatio efficitur irrevocabilis, & perdit propriam na- 5 turam. tex. ad literam in l. vbi ita donatur. ff. de do. causa mor.

In text. in verb. *par le serment.*

De iure communi donationes prohibita firmantur iuramento: quia quotiens iuramentum potest ser- 6 uari sine interitu salutis æternæ, est seruandum. c. cum contingat. de iure iur. Et ideo donationes inter mari- tum & vxorem constante matrimonio, patrem & filium, quæ de iure sunt reprobata. l. donationes quas pa- rentes. C. de dona. inter vi. & vxor. l. i. ff. de do. inter vi. & vxor. firmantur iuramento, secundum magis com- munem opinionem: de qua attestatur D. Iaf. in l. pacta quæ contra. C. de pact. late Deci. consil. 35. in 2. volu. Istam communem opinionem nituntur aliqui impugnare per aliqua fundamenta, & principale eorum fun- damentum est quod ista prohibitio de donatio per maritum vxori, & econtra, sapit æquitatem & iustitiam, & permissio iniquitatem, & sic dicitur contra bonos mores canonicos, & consequenter non firmatur iura- mento, sed vnico fundamento potest responderi, quod lex canonica tantum considerauit periculum ani- mæ, & non damnum bonorum temporalium, dum dicit iuramentum seruandum, quādo non vergit in pe-

riculum salutis æternæ. c. cū contingat. de iureiur. Et dum etiam prædicti nituntur respondere ad capitulū, quanuis. de pact. lib. 6. quod tunc iuramentum non est seruandum quando respicit damnum tertii: sed talis donatio respicit damnum filiorum, ergo iuramento responderi potest primo, quod talis ratio non est generalis, quia posset esse quod donatio fieret filiis non extantibus, vel citra diminutionem legitimæ, & tunc lex non appellat talem donationem inofficiosam, quæ sicut posset fieri extraneo. l. i. C. de inoff. dona. multo magis mulieri, quæ est bene merita propter obsequia, quæ dietim exhibet marito, vt docet experientia rerum magistra. c. quam sit. de elect. lib. 6. Sola igitur prohibitionis ratio, ne mutuo amore se confortes expoliaret: de qua in l. i. ff. de dona. inter vi. & vxor. Et talem rationem, quia non tangit animam, & sic non vergit in periculum salutis æternæ, lex canonica non considerauit, & non potest dici talis permissio contra bonos mores canonicos: non est igitur à communi opinione recedendum. Et nota, quia talis donatio inter viuos inter maritum & vxorem habet tacitam conditionem, si donatarius superuixerit. Ita Decius consilio 26. in 1. volumine.

ARTICLE XIII.

Et ne saisissent lesdictes donations, mais les fault auoir par les mains de l'heritier ab intestat.

SVMMAR. IN GLOS. ART. XIII.

- 2 Ratio articuli redditur, & casus aliquot in quibus non procedit, explicantur. & nu. 3. 4.
- 1 Quando successio non capitur ex ultima uoluntate, est capienda de manu hæredis.
- 2 Contrarium dicitur de successione quæ capitur ab intestato, supra, in titulo, des successions. art. 1. Et sic causa intestati est fauorabilior, quàm causa testati, contra legem, quandiu. ff. de acqui. hære. Ratio huius consuetudinis est, quia instituti & vocati ex ultima uoluntate habentur loco legatarii, qui tamen efficiantur domini rei legatæ recta via, l. à Titio. ff. de furt. possessionem tamen capere debent de manu hæredis: quod si capiant propria auctoritate cadunt à iure suo, tex. est in l. non est dubiū. C. de lega. habita tamen distinctione utrum possessio sit vacans vel occupata. Et habet locum illa lex in fideicommissario: secus in instituto in re certa. Item nec in eo cui sunt legati fructus annui certi prædii. Item nec quando testator fecit legatarium executorem sui testamenti, & generaliter quando ita uoluit testator expresse vel tacite, quia his casibus legatarius rectè accipit possessionem propria auctoritate. Ita declarat ampliando & limitando D. Ias. in d. l. nō est dubium. in cæteris casibus distingue, aut legatarius accepit propria auctoritate possessionem vacantem: quia possessio hæreditatis adhuc non erat per hæredem apprehensa, & tunc tenetur possessionem restituere: sed non perdit ius suum. Aut erat apprehensa, & tunc locum habet dicta lex, non est dubium. col. 1. ample Deci. consil. 39. in 2. vol. & consil. 28. ubi tractat quando vxor licet retinere possit bona mariti, donec dos sit sibi restituta. Et dum supra dixi, quod si accipiat possessionem vacantem, tenetur eam restituere.
- 3 Addo quod non auditur si velit excipere dolo petis, etiam offerendo probationes in promptu: quia possessio est apud legatarium cum vitio. Ita declarant Bar. Paul. de Cast. & Alex. in l. filia fratribus. ff. ad Trebel.
- 4 Addo casibus supra dictis, in quibus licita est apprehensio & retentio propria auctoritate, casum vnum notabilem & quotidianum: quando testator legauit vxori domum, & prohibuit hæredi ne eam in dicta domo molestaret. Ita Ang. in l. hæc si res. ff. de rei ven. Ratio est, quia eo casu colligitur talem fuisse defuncti uoluntatem, vt prædixi. Ex præmissis concludas, quod in casu huius consuetudinis, si legatarius acciperet possessionem propria auctoritate, caderet à iure suo, nec hic esset locus considerationi & distinctioni an esset adempta possessio per hæredem necne: quia statim post mortem possessio transit in hæredem ab intestato, iuxta consuetudinem de qua supra, in titulo, des successions. art. 1. bene credo quod si caperet in aliis casibus à iure permissis, quod haberet locum dispositio iuris communis: quia consuetudo recipit interpretationem passiuam à iure communi. Bar. in l. i. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falc. Et ita est interpretanda, vt minus lædat ius commune quàm fieri possit. c. cum dilectus. de consue.

ARTICLE XV.

S'il y a plusieurs dispositions testamentaires, ou autres donations à cause de mort, ou prenant effect par la mort du disposant, toutes icelles dispositions ensemble feront reduictes au quart à la charge que dessus.

SVMMARIAM IN GLO. ART. XV.

- 2 Hanc consuetudinem tantum esse declaratiuam. & nu. 3. & 4.
- 1 Plures dispositiones sapientes uim ultimæ uoluntatis reducuntur ad quartum, grauatum modis prædictis.
- 2 Ista consuetudo est declaratiua & ampliatiua præcedentis consuetudinis, art. 12. incipiente, toutes donations. uidetur quod ibi dicta habent locum quando concurrunt plures dispositiones sapientes ultimam uoluntatem, vt fiat reductio ad quartum.

ARTICLE XVI.

Toutefois telles donations & dispositions valent, & tiennent entièrement en deux contractz, c'est à sauoir en contract de mariage, d'association vniuerselle, deduite la legitime es descendants.

SVM-

SVMMAR. IN GLO. ART. XVI.

- 2 Hic remissuè priuilegia matrimonij recitantur. & nu. 3.
- 4 De societate quoque remissuè. & nu. 5.
- 1 Donationes & dispositiones ultimarum uoluntatum in contractibus matrimonij & societatis uniuersalis tenent sine præiudicio legitimæ debite descendenti.
- 2 Habes hic quod fauore matrimonij ualent omnes dispositiones ultimarum uoluntatum in vim pacti: quia potest dari hæreditas pacto, contra hæreditas C. de pact. conuen. & pacta conuenta super successione coniugum ualent. Et tamen de iure communi est speciale in militibus. l. licet. C. de pact. Et vt plenè scias priuilegia concessa matrimonio propter excellentiam uinculi & fœderis eius, uide Fel. in rub. de sponf. col. 5. uerfi. postremo. ubi ponit uiginti quatuor priuilegia. sui propositi aliqua refellere ualde notabilia, sed ne trahar ultra promissa in prolixitatem, me remitto ad ibi dicta.

In tex. in verb. & d'association uniuerselle.

Quando dicatur contrahi societas uniuersalis, est quæstio frequens, maximè in his partibus, ubi iam sæpe consilui: ideo studebo eam accuratè explicare infra, in titulo, des associations. articulo primo. ubi melius cadrat.

In tex. in verb. deduct la legitime.

Nota quod per talia pacta potest filius præiudicari in tota hæreditate, salua legitima: & in hoc concordat consuetudo cum iure communi: vt patet ff. & C. de inoff. testa.

ARTICLE XVII.

Et saisissent lesdictes donations & dispositions apposees esdictz deux contractz, & chascun d'iceulx, au prouffit des contrahens ledictz mariage & association, & descendants d'eulx tant seulement.

In dictis contractibus matrimonij & uniuersalis societatis possessio transit in contrahentes & eorum descendentes sine apprehensione. Et sic ista limitat dicta supra, art. 14. ibi, & ne saisissent. vt non procedat his duobus casibus priuilegiatis.

ARTICLE XVIII.

Si aucun fait donation entre uifz uniuerselle ou particuliere d'aucus biens, & retient la disposition d'iceulx à son plaisir & uoluté, telle donation est nulle: car c'est donner & retenir, que rien ne vault par ladicte coustume.

SVMMAR. IN GLOS. ART. XVIII.

- 2 Quo casu donatio facta secundum hanc consuetudinem ualeat iure communi. & nu. 3.
- 1 Si donans inter uiuos retinet arbitrariam dispositionem, non ualeat donatio, quia continet repugnantiam.
- 2 De iure communi etiam non ualeat talis donatio in donatione uniuersali inter uiuos, cuius natura est, quod dominium rei donata transferatur in donatarium. l. si quis argentum. C. de dona. & sic quod sit donata res, & retenta eius rei dispositio, est contrarietas in obiecto: forte tamen talis donatio posset sustineri de iure communi, sed ualeret in vim donationis causa mortis: argumeto l. ubi donatur. ff. de dona. causa mor. sicut enim ibi in dona. causa mor. Quia dictum fuit quod donatio esset irreuocablis, trāsfit in donationem inter uiuos, ita pari ratione quando in donatione inter uiuos dicitur quod sit reuocablis, trāsfit in donationem causa mortis. Melius considerando dico posse dici: aut in donatione uniuersali donans non tradidit, & tunc ualeat donatio: quia ea no obstante poterit donator de bonis donatis testari. Ita concludit Alexander post Ang. & Ro. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obliga. Aut tradidit uerè vel fidei per constitutum, & tunc est translatum dominium: & eo casu aut donans dixit simpliciter, quod uolebat posse de bonis donatis disponere, & ualeat donatio tanquam facta sub modo vel conditione, iuxta titulum C. de do. quæ sub modo, vel condi. Aut dixit quod ex causa necessitatis, & tunc non ualeat: quia auferret facultatem testandi, & tantum disponere potest pro necessitate: quia limitata causa limitatum producit effectum. Prædicta declarat Dec. dicto consil. 30. col. 2. uerfic. tertio in ista donatione, &c. & col. 3. uerficu. tertio non ob. in 1. vol. & uerfic. non obstat quod reseruauit.

ARTICLE XIX.

Donation entre uifz de tous biens ou partie d'iceulx à la charge de payer toutes debtes que le donnant doibt & deura à l'heure de son trespas, est nulle: car c'est donner & retenir taiblement.

SVMMARIA IN GLO. ART. XIX.

- 2 Donationem hic iure communi ualere: ratio etiam consuetudinis redditur.
- 3 Vtrum uerò fauore matrimonij sustineatur. & nu. 4.
- 1 Donatio inter uiuos cum onere, quod donatarius soluat integra debita, quæ donans debet, & debeat tempore mortis, est nulla: quia tacite uidetur donare & retinere.

N

2 De iure communi credo quod talis donatio si sit particularis, sustineretur: quia donans qui in traditione est dominus rei suae donatae, potest apponere modum vel conditionem quam voluerit, dummodo non repugnet naturae contractus, & sit compatibilis, iuxta titulum C. de dona. quae sub modo vel condi. Et pacta de quibus in hac consuetudine non sunt incompatibilia, licet possint esse periculosa: quia donans posset contrahere infinita debita in praedictum donatarii. Istud tamen non daret impedimentum a principio validitati donationis, sed esset imputandum donatario, qui acceptauit donationem onerosam & grauata tali modo vel ordinatione. Sit igitur ratio consuetudinis, quia esset in facultate donantis tot & tanta contrahere debita quod absorberet tantam donationem, & eo respectu dicitur dare & retinere: secus igitur esset, si donatarius promitteret tantum soluere debita praesentia, dummodo alias non obstatet donationi: & ita loquitur consuetudo sequens. Nolo omittere vnum casum qui nuper occurrit in facto: Quidam potens nobilis fecit filio suo primogenito amplam donationem fauore matrimonii, adiecto pacto quod filius donatarius teneretur soluere certa debita praesentia in donatione expressa, item omnia debita quae pater donans deberet tempore decessus. Circa hunc casum inciderunt duae quaestiones consulendae: prima vtrum valeret ista donatio. Duo collega mei dicebant quod non: quia contra verba & dispositionem huius consuetudinis. Ego arguebam in contrarium, hoc modo: Consuetudo loquitur in casu mixto, quando est adiectum pactum, quod donatarius soluet omnia debita praesentia & futura: sed in casu nostro tantum dicitur quod soluet omnia debita praesentia expressa, & non dicit omnia: & etiam si dixisset omnia, donatio non vitaretur: vt patet ex sequenti consuetudine. Modo sic in casu nostro tantum dicitur de certis praesentibus expressis & omnibus futuris. Iste casus non est ille de quo consuetudo loquitur, dum dicit, de omnibus debitis praesentibus & futuris. Casus ergo iste est omissus a consuetudine, & sic remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime. de libe. & posth. l. si extraneus. ff. de condi. ob causam. & tale pactum de iure communi non vitiat donationem, vt supra probaui. Item consuetudo tantum valet, quantum cantat. Iaf. in l. de quibus. ff. de legi. quoniam est stricti iuris, & maxime hoc procedit quando agitur de exclusione iuris communis: quoniam ita debemus interpretari consuetudinem, vt minus laedat ius commune, quam fieri possit. c. cum dilectus. de consue. his non obstantibus fuit conclusum vnanimiter talem donationem non valere: quoniam ratio consuetudinis quod talis dispositio inducat dationem & retentionem, non verificatur in promissione de soluendis omnibus debitis praesentibus, quia illa statim fortitur suum effectum: sed tantum verificatur in promissione de soluendis debitis futuris: quia eo casu cum donans possit obligare bona, & debita contrahere, habet adhuc retentionem bonorum: & sic ratio consuetudinis tantum illi casui potest applicari. Secunda quaestio fuit, vtrum illa donatio posset sustineri, quia erat facta contemplatione matrimonii, cuius fauore omnia pacta appositae in donationibus valent: vt patet d. tit. des donations. c. 14. ar. 26. Communis fuit conclusio quod non licet exhibita nobis fuerit consilio duorum aduocatorum de Molins, in qua concludebatur quod illa clausula fauore matrimonii praesert uabat donationem a nullitate: sed non aduerterunt d. domini, quod d. consuetudo 26. vult quod talia pacta fiant in contractu matrimonii, & per personas habiles ad contrahendum, item & fauore matrimonii. Et sic cum copulatiue duo apponantur, requiritur amborum concursus. l. si haeredi plures. ff. de haer. insti. Item quoties in statuto vel consuetudine adiicitur certa qualitas, vt hic tractatus matrimonii, quae facit actum valere, est probandum d. qualitatem tempore actus interuenisse. Iaf. in l. non solum. §. sciendum. col. 2. ff. de ope. no. nu. Fel. in c. quoniam contra. col. 2. de proba. Dec. col. 18. in 1. vol. Et quod qualitas tractatus sit requisita, patet ex consuetudine 27. in d. tit. des donations. quae dicit quod pacta appositae possunt redigi in instrumento, dummodo probet quod illa fuerunt conclusa tempore tractatus. Et quia in casu nobis exhibito apparebat quod tempore donationis nullus fuit factus tractatus matrimonii, imo dicta donatio facta fuerat contemplatione matrimonii incerti, recte consultum fuit talem donationem, fauore matrimonii factam, inuolidam & nullam.

ARTICLE XX.

Mais donation entre vizz a la charge de payer les debtes que le donateur doit au temps de ladicte donation, ou ses legatz & funeraillies, est bonne & valable: & n'est inuolidée par ladicte coustume.

SVMMAR. IN GLO. ART. XX.

- 2 An hic articulus ad futura legata trahatur, recte dubitatur.
- 1 Donatio inter viuos cum onere soluendi debita & legata praesentia, item funeralia, valet.
- In text. in verb. ou ses legatz.
- 2 Intellige quod loquitur de legatis factis tempore donationis: alias si intellexerimus de legatis fiendis post donationem, non video quid differat haec consuetudo a praecedenti, quae loquitur de debitis contrahendis: tamen recte consideranti credo quod posset sustineri haec consuetudo etiam in legatis fiendis: & ratio diuersitatis inter hanc & praecedentem consuetudinem, assignari potest, quia quilibet potest facere tot obligationes quot vult. Nam in re propria quilibet est moderator & arbiter. l. re mandata. C. manda. sed non sic est in legatis: quia plura legata reducuntur ad quartam bonorum seu hereditatis, & ultra quis grauari non potest, vt dictum est in praecedentibus. Et sic si iste donatarius sit vniuersalis, tantum tenebitur ad quartam legatorum: si particularis, ad ratam dictae quartae pro rata bonorum donatorum, secus in debitis in quibus non cadit talis reductio. Et sic est diuersitas quae tollit argumentum.

ARTICLE XXI.

Donation entre vizz avec retention d'usufruit est bonne & valable par ladicte coustume: & n'est inuolidée par ladicte retention d'usufruit.

SVMMARIA IN GLO. ART. XXI.

- 2 Donationem omnium bonorum futurorum & praesentium non subsistere, nisi sit fauor ecclesiae.
- 3 Donatio tamen omnium bonorum tantum valet.
- 4 Futurorum & praesentium quoque donatio valet, cum reservatione tamen usufructus.
- 5 Quod tamen in duobus casibus hic recitatis locum non habet. & nu. 6. & 7.
- 8 Quae contineantur hac donatione vniuersali.
- 9 Donatio omnium bonorum praesentium & futurorum post mortem valet.
- 10 Valebit quoque, si donans plures debitores habeat. & nu. 11. & 12.

Donatio inter viuos cum reservatione usufructus valet.

1 Quid dicemus quando est donatio omnium bonorum praesentium & futurorum sine aliqua reservatione? dic quod ex eo quod aufert liberam testandi facultatem, non valet. Fallit si fiat ecclesiae. Ita Bar. in l. fi. C. de pac. & licet Bar. ibi loquatur per verbum, forte: tamen Dec. in c. in praesentia. col. 3. in fi. vers. septimo noto. de prob. dicit quod licet articulus sit disputabilis, quod tamen communis opinio est cum Bar. & ab ea in iudicando non recedendum. Et si donans aliquid reseruet de quo possit testari, valet: secundum tamen ea quae infra dicam, & est materia quae traditur per Bar. & doct. in l. fi. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obl. & ista opinionem dicit communem Dec. col. 30. col. 2. vers. sed tamen in 1. vol. Iaf. eam defendit in d. l. stipulatio hoc modo concepta. col. 9. vers. nunc aggredior. Et quia materia est quotidiana, operam pretium duxi perstringendo dicta doctorum declarare, quae doctore dicitur sufficiens vt sustineatur donatio. Et primo quaero vtrum valeat de iure communi donatio omnium bonorum, nulla facta reservatione? Bar. in l. fi. col. 4. vers. si vero esset donatio, & c. C. de pact. dicit quod sic: quia tantum praesentia videtur donata, & sic donans poterit testari de fructibus, & de eo quod superlucrabatur. Conclusionem Bar. sequitur Alex. col. 12. col. 1. in 1. vol. Ro. col. 95. in 1. col. Secundo quaero, quid si donauerit omnia bona praesentia & futura, & reseruauerit usufructum? videtur dicendum quod valeat: quia poterit donas de fructibus testari, & ista est vera & communis, licet Paul. de Cast. consulerit contrarium. Et dum ipse dicit in secundo fundamento, quod reseruato usufructu, illud quod superest, deducto usu, venit in donatione praesentium & futurorum, non video quod D. Iaf. clare respondeat. Ego explicite respondeo: si Paul. diceret reseruato usu bonorum donatorum, verum diceret: quia quod superesset cederet donatario, & sic esset sublata testandi facultas. Sed reservatio usufructus est plenior: quia etiam comprehendit omne quod, deducto usu, superest. Et sic satisfacto sibi pro necessitate victus, superest fructus, de quibus potest testari. Ista opinio approbat D. Iaf. secutus Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta. col. 8. vers. secundo per ista doc. & plene col. 9. vers. nunc aggredior. communem dicit Dec. praedictato col. 30. col. 1. in 1. vol. Fallit nunc ista communis, quando fructus essent adeo tenues & exigui, quod deducto victu nihil aut parum restaret, de quo posset testari. Ita limitat D. Iaf. in d. col. 8. vers. secundo per ista doct. & bene per ea quae infra dicentur, quando reservatio est parua. Fallit etiam secundum Bar. col. 76. quod dictum est in reservatione fructuum quod donans possit de eis in vita quoquomodo velle disponere. Nam talis reservatio non extenditur nisi ad contractus, & non ad vltimas voluntates: quia dicit in vita, ergo non in morte. Ista decisio refert & seq. Dec. col. 30. col. 2. vers. & hoc idem in fortioribus, & c. D. Iaf. ea refert, & ibi Lud. Ro. ea prima facie impugnate, deinde ea sequentem in d. l. stipulatio hoc modo concepta. col. 8. ff. de verb. obl. & ea videtur sequi. Ego non inuenio d. deci. aliter reprobata, sed iudicio meo non est tenenda: quia quoniam quis reseruauit quod in vita possit disponere quoquomodo velit, sensus est, quod etiam possit testari: Nam est expressio eius quod tacite inest: quia si non dixisset illa verba, clarum esset quod non potuisset disponere, nisi in vita. status enim hominis tantum capit duos terminos, vitae & mortis. Et inter vitam & mortem non est dare medium: patet quia medium dicitur quod clauditur inter duo extrema. tex. in c. consuluit. & ibi Dec. col. 4. vers. sexto noto. de off. deleg. Ideo talis reservatio facit quod posset disponere vsque in vltimo vitae spiritu: quia tunc dicitur viuere. Item verbum, disponere, est generale aptum comprehendere contractus & vltimas voluntates, imo magis conuenit vltimis voluntatibus. §. disponat. in authen. de haer. & falc. Itaque illa verba quoquomodo geminata generalia & praegnata, declarant satis mentem donantis, quod voluit posse contrahere & testari: expressio igitur eius quod tacite inerat ex natura reservationis nihil operatur, imo illa verba fuerunt appositae ad maiorem declarationem potestatis & facultatis donantis. Ideo si restringerent dispositionem ad contractus tantum, operaretur contrarium effectum, & inducta ad ampliandum operaretur restrictionem, contra l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. Et vltimus non, ne testamenta & donationes causa mortis fiunt in vita, licet effectus fortiantur post mortem, & prohibitio alienationis habet locum in haereditate institutione. Bar. in l. filius. §. diui. col. fi. ff. de leg. 1. eadem est ratio si sit prohibita dispositio: & e contrario, permessa alienatione aut dispositione, habet locum tam in contractu, quam vltima voluntate. Accedat viua ratio, quando verba contractus certo modo intellecta reddunt contractum nullum, & alio modo validum, debet interpretari, vt actus valeat, & non pereat. Ita in notabili casu decidit D. Iaf. in l. quae dotis. col. 10. vers. septimo limita. ff. sol. ma. Illa igitur verba, possit disponere in vita, debet intelligi in sensu, qui facit actum valere. Et ex his fundamentis arbitror Decium in d. conf. 30. col. 2. in fi. vers. & talis est casus, quando donator reseruauit usufructum toto tempore vitae suae, non bene sensisse: quia illa verba vitae suae, sunt superflua, quia de iure reservatio usufructus ultra vitam non extenditur. §. finitur. inst. de usufr. & hic est minus dubium, quia hic nulla fit mentio de disponendo: & sic sumus in regula communi, quod donans potest disponere de fructibus. Et licet non reperiam reprobantes, tamen si essem consulturus aut iudicaturus intrepide, in casu Bart. in d. suo consil. 76. & Deci. purificantis casum suum casui Barto. & satis inepte contra eos consulerem & iudicarem: quia eorum dicta non probantur lege nec ratione. Et autoritas magni doctoris, licet sit probabilis, non est tamen necessaria. gl. in l. 1. C. de legi. Et miror quod D. Iaf. ita transierit sicco pede. Quaero quid iuris quando donans dixit quod posset disponere de bonis donatis ad suam voluntatem, vtrum valeat donatio? distingo 8

ARTICLE XXIII.

Donations entre vifz faictes avec clause resolutoire, que ou le donnant surui-
ura le donataire, lesdictes donations soyent resolues & pour non aduenues, sont
bonnes & valables.

SUMMAR. IN GLO. ART. XXIII.

2 Hæc mox explicatur.

Donatio resolutoira casu quo donans superviuat, est ualida.

Idem est de iure communi sine pacto resolutoiuo, quando maritus donat vxori, etiam cum iuramento, aut
aliàs donat causa mortis: quia donatio intelligitur facta si superuixerit donataria, & poterit reuocari non ob-
stante iuramento. Dec. consil. 30. in 2. vol.

ARTICLE XXV.

Et combien que par ladicte coustume, donner & retenir ne vaille rien, ne-
antmoins en deux contractz, c'est a sçauoir de mariage & d'association vniuersel-
le, telles donations & dispositions sont bonnes & valables au proufit des contra-
hens lesdictz mariage ou association & leurs descendans tant seulement: & faifif-
sent comme dessus.

*Licet donationes, de quibus supra, articulis 18. & 19. in quibus dicitur res dari & retineri non ualeant, ualent ta-
men, si fiant in contractu matrimonij aut associationis uniuersalis, in fauorem contrahentium & ab eis descenduntum tan-
tum: & his casibus habent sasmam in bonis, ut prædictum fuit.*

Rectè consideranti in his duobus contractibus pacta quæcūque etiam aliàs reprobata admittuntur, etiã
si sapiant vltimam voluntatem. Et de matrimonio id amplissimè explicatur in sequenti consuetudine.

ARTICLE XXVI.

Tous pactz, aduantages, donations entre vifz, ou à cause de mort, conuenan-
ces de succeder, soyent mutuelles, egales, ou non, & autres conuenances quelz cõ-
ques faictes & passées en traicté de mariage & en faueur d'iceluy par personnes
capables à contracter, sains ou malades, valent & tiennent au proufit des mariez
& leurs descendans, & faifissent lesdictz mariez & leurfdictz descendans, les cas
aduenuz.

SUMMAR. IN GLO. ART. XXVI.

2 Pactum in contractu matrimonij, ut superstes succedat, extantibus liberis, an ualeat. & nu. 3.

4 An & quando pactum de succedendo ualeat, remissiuè.

5 Quare inaequale pactum hic subsistat.

6 Rectè in instrumenti fauore matrimonij fieri mentionem. & nu. 7.

8 Quæ sanitas in contractibus & vltimis uoluntatibus desideretur. & nu. 9. & 10.

1 De quibus hæredibus hæc consuetudo intelligenda sit. & nu. 12. & 13.

Omnis dispositio inter uiuos & vltimæ uoluntatis, facta ab habilibus, admittitur in contractu matrimonij fauore con-
trahentium, & ab eis descenduntum, & cum beneficio sasmæ bonorum, casu adueniente, nec est in consideratione si pacta
sint reciproca & aequalia, aut non, & si disponentes sint sani uel infirmi.

Formo in hac consuetudine quæstionem notabilem, & plusquam necessariam: Si inter coniuges fauore
matrimonij apponantur pacta quod viro præcedente vxor succedat, & ecõtra, & de filiis nascituris nulla
fiat mentio, vtrum talia pacta ita absoluta habeant tacitam conditionem, si alter coniugum sine liberis mo-
riatur? videtur quod sic: quia bonum est argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, vt plenè notat
Iaf. & doct. in l. pactum. ff. de pact. Sed si in testamento instituo filium, & ipso decedente substituo Titium,
talis substitutio continet tacitam conditionem si filius decesserit sine liberis. l. cum acutissimi. C. de fideicõ-
miss. ergo idem videtur in casu isto, vbi agitur de successione vniuersali. in contrarium est veritas, quia filii
excluduntur à successione, licet is qui eam lucratur ex legis dispositione, teneatur filius primi matrimonij co-
seruare proprietatem: casus est in l. i. iuncta gl. C. si dos constan. matri. fue. sol. quam ita declarat D. Iaf. in l. 2.
in princ. col. 3. ff. sol. ma. Ratio differentie potest esse, quia in vltimis voluntatibus fit larga interpretatio. l.
in testamētis. ff. de reg. iur. & in cõtractibus strictissima. l. quicquid astringēde. ff. de verb. obl. & l. veteribus.
ff. de pact. Imo arbitror quod ista pacta præiudicarent iuri legitime: quia sicut permittitur omnis alienatio in-
ter viuos ex causa onerosa in præiudicium legitime, vt supra declaratum fuit. ar. 9. incip. la femme. ita hinc. Nam
ista pacta iudicantur ex causa onerosa, & non simpliciter lucratiua: quia matrimonium est onus tam respectu
mariti erga vxorem, quam tenetur alere, quàm vxoris erga maritum, cui debet opera obsequialia: vt supra
fuit declaratum. Et in mari to, quod plura onera sustineat, vide gl. primã, in l. pro oneribus. C. de iure dot. Et ideo
dos dicitur titulus onerosus. Et idem in lucro quod facit maritus virtute statuti vel consuetudinis: quia di-
citur onus tale lucrum proueniens ex causa onerosa. D. Iaf. in l. si emancipata. in princ. C. de iuris & fact. agn.

norum vniuersali veniant suppellectilia, & ea quæ quis verisimiliter non esset donaturus? Mathesy. in suis no-
tabilibus concludit quod non, & ideo isto casu valet donatio omnium bonorum: quia non intelliguntur in-
clusa ea de quibus donans non præsumitur sensisse, & sic de illis poterit donans testari. Ita Dec. cõf. 30. col.
2. vers. secundò prædicta donatio. in 1. vol. sed idem Dec. ibi col. 3. vers. secundò non obstat quod ab ista do-
natione, & c. concludit quod in tali donatione veniunt omnia bona: quia qui totū dicit, nihil excludit, & con-
9 sequenter quod talis donatio tanquam auferens testandi facultatem, nihil valet. Iterum quæro, quando
quis donat omnia bona præsentia & futura post mortem, dicas quod valet talis donatio, quia de illis bonis
donatis poterit disponere & testari. Bar. in d. l. si C. de pact. col. 4. vers. si promitto tibi. Idem voluit Deci.
10 d. consil. 30. col. 3. vers. secundò respondetur quod ista donatio. Quæri adhuc potest, quando est facta do-
natio omnium bonorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorū, & donans haberet plures de-
bitores, vtrum valeat? dic quod sic: quia appellatione mobilium & immobiliū non veniunt iura nec actio-
nes. Ita transit Dec. d. consil. 30. col. 2. vers. quartò Iacobus donauit. Ita etiam dicit se consuluisse Iaf. in l. sti-
pulatio hoc modo concepta. col. 10. & ff. de verb. oblig. sed ponderanda bene sunt dicta D. Iaf. ibi, qui di-
cit, habebat plures debitores: quia si habuisset nullos aut paucos, secus esset: quia reseruatō rei parvæ non
11 dicitur conferuare testandi facultatem, vt infra dicitur. Aduerte etiam quod si actiones competere ad
rem mobilem dicerentur mobiles: si ad immobilem, immobiles, tamen decisio ista procedit quando actio
competit non ad speciem, sed ad genus, puta ad quantitatem pecuniæ in genere: quia tunc talis actio facit ter-
tiam speciem. Ita declarat apostila super D. Iaf. in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. vbi allegat Lappum.

12 Reperio quod recollendæ memoriæ D. Claudius de aquis Sabaudus, primò episcopus Marsiliensis, deinde
titulo permutationis archiepiscopus Thaurinens. vir maximi ingenii, magnæ doctrinæ, maximæque experi-
entiæ curialis gratissimus non delendæ memoriæ Ludouici Francorum regis duodecimi, & demum Caroli
secundi Sabaudiæ ducis, in lectura sua, in l. stipulatio hoc modo cõcepta. in fi. facit omnes conclusiones sub-
sequentes. Prima, quod reseruatō facta de parua re non valet: ratio potest esse, quia & si non tollat in totum
liberam testandi facultatem: tamen eam multum restringit. Secunda, quando causa est limitata, puta quod pos-
sit disponere in vita vel in vltimo vitæ spiritu, vel pro anima, vel pro causa necessitatis. Ratio, quia reserua-
tio debet esse libera respectu temporis & causæ. Idem voluit Dec. dicto consil. 30. in 1. vol. quod reseruatō
facta de 300. aureis, de quibus possit disponere in vita & in morte, dicit quod non valet: quantum ad verita-
tem credo quod doct. bene dicant, saluo dum dicunt quod possit disponere in vita, item in vita & in morte:
quia illa verba magis sunt posita ad declarationem, quàm ad restrictionem: & non dicta tacitè intelligun-
tur, & intellecta modo doctorum operaretur contrarium effectum eius, propter quod fuerunt dicta & pro-
lata, & non possunt tales dispositiones verificari, nisi in vita, quoad effectum dispositionis, licet quoad effe-
ctum executionis possunt habere suspensionem vsque post mortem. & istud est cõmune, quod semper dis-
3 positiones fiant in vita quocunque tempore effectum sortiatur. Et ideo in illis conclusionibus non transeo
4 cum eis, imo eorum dicta videntur mihi non habere rationem, & vt dixi consulendo & iudicando non ve-
rerer recedere ab eorum dictis.

ARTICLE XXII.

Donation entre vifz de tous biens presens & aduenir, ou de partie, retenue
certaine somme de deniers, ou partie desdictz biens pour en disposer à son plai-
fir & volonté, est bonne & valable quant es biens, de quelz le donnant n'en retiët
la disposition.

SUMMAR. IN GLOS. ART. XXII.

2 An duæ donationes omnium bonorum coniuncte omnino ualentur.

1 Donatio inter uiuos de bonis præsentibus & futuris aliquo retento de quo donans possit disponere, est ualida respectu
bonorum non retentorum.

2 Quanta debeat esse quantitas retenta, & de materia, amplè dixi in præcedenti consuetudine, & ideo hæc
remanet sine dote. Vnum tantum dicendum superest, quod si donans donet dimidiam bonorum præsen-
tium & futurorum in vna donatione, valet: & si postea donet aliam dimidiam etiam sine reseruatione, tunc
quia non habet de quo possit testari, vitatur secunda donatio, & prima remanet firma. Dec. consil. 30. in fi.
in 1. vol. secus quæ donatio est facta vnicò cõtextu: quia tota vitatur, ea ratione, quia tollit testandi facultatem.

ARTICLE XXIII.

Et quant es biens retenuz, ladicte donation est nulle: & appartiennent les-
dictz biens retenuz aux heritiers ab intestat, si d'iceulx le donateur n'a autrement
valablement disposé.

SUMMARIVM IN GLO. ART. XXIII.

2 Hanc consuetudinem iure communi non procedere.

1 Bona in donatione retenta, de quibus donans ualidè non disposuit, cedunt lucro hæredi uenienti ab intestato: quia in
retentis donatio est nulla.

2 De iure communi si donarem omnia bona cum reseruatione quod possem de ipsis vendere & dispone-
re pro nutu & voluntate, valet talis donatio: & si non disponam, omnia erunt donataria. Ita Dec. consil. 30.
col. 2. in 1. vol. Nisi reseruatō esset limitata ad causam necessitatis: quia tunc donatio non subsisteret secun-
dum Decium ibi.

Dec. tamen consil. 56. in 2. vol. nixus fuit sustinere quod lucrum dotis non facta differentia an sit ab vna parte vel reciprocum, semper dicatur lucrum, & non onus: quia pacta dotalia super lucro non respiciunt onera matrimonii: tamen communis opinio est in contrarium per gl. communiter approbatam in l. si donaturus. §. 1. in verbo, duntaxat. ff. de cond. cau. da. cau. non secu. Et licet D. Ias. ibi post relatos eos qui gl. sequuntur, dicat cogitandum, tamen ex eo non videtur eam improbare. Et siue teneamus opinionem Decii, quod tale lucrum simplex vel reciprocum semper dicatur habere causam lucretiam, semper habebit locum l. femina. C. de secun. nup. Quod talia lucra erunt conseruanda filiis primi matrimonii, siue teneamus comunem, quæ est quod tale lucrum, siue simplex, siue reciprocum, semper dicatur onus, & de eo iudicandum tanquam de causa onerosa, idem erit dicendum quod supra allegata l. femina. nunquam haberet locum. Et ex his cõ funditur decisio Ioannis Michaelis Arletani in resolutione vltimi dubii, in primo suo thomo: qui voluit quod quando lucrum respicit tantum maritum vel vxorem, quod eo casu recte dici possit lucrum: & in eo casu tantum habeat locum l. femina. quando est reciprocum, tunc quod dicatur onus, & potius quædam permutatio, quam donatio: & allegat pro se consilium do. Bertrandi 157. in 2. vol. quod non reperi. Et re vera ista opinio est periculosa: quia minus restringeret d. l. femina. quæ est facta fauore filiorum. Et fauores amplian di sunt. c. odia. de reg. iur. Et militat eadem ratio in donatione reciproca, quæ fit ob causam matrimonii onerosi, sicut in simplici. Item licet à principio contineat tale lucrum reciprocitatem in verbis, tamen in effectu est simplex: quia semper debetur superstiti, & sic vni parti tantum. Et res capiunt denominationem & naturam ab effectu. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. l. si baratoram. C. de fideiussor. Nec est in consideratione, quod vnus fecerit pactum super lucro, quia alius idem fecit: sed finis & effectus quod alteri tantum, videlicet marito vel coniugi superstiti, potest tale lucrum acquiri. Ex his indubitanter teneo, quod tale lucrum quantumcumque reciprocum, semper fit conseruandum filiis primi matrimonii. Et ita consilui cum domino locumtenente particulari huius oppidi, contra tamen opinionem nonnullorum, qui prædictæ opinioni Ioannis Nicolai inhærebant. Et istud satis sensit Fran. Cremona suo singula. vltimo: vbi dicit, quod omnia lucra quæ sita ex statuto, pacto, vel consuetudine, alteri ex coniugibus, sunt conseruanda filiis primi matrimonii: & non distinguit inter donationem simplicem & reciprocam. Item non potest donatio simplex appellari donatio proprie: quia ista procedit ex sola liberalitate: sed illa fit ob causam matrimonii, & ideo dicta in reciproca per dictum Ioannem, habent locum in simplici, quæ non dicitur proprie donatio. Item pro opinione quam supra firmaui, facit gl. reputata singularis, in l. si duo. ff. de acqui. hære. quam refert D. Ias. in præallegata l. si donaturus. §. 1. col. 3. versic. pro conclusione glosæ. quæ vult quod lucrum trahit originem à damno, quantumvis de præsentis sit lucrum, tamen iudicatur de eo, prout de damno. Accedat quod coniuges stipulantur talia lucra pro se & suis: & in dubio videntur cogitare de nascituris ex illo matrimonio: quia secundæ nuptiæ non sunt in consideratione sicut & alii casus inopinati. l. stipulationes. §. faciam. ff. de verb. obl. Et quia lex femina. C. de secun. nup. generaliter loquitur fauore filiorum illius matrimonii, non video quod restrictio capere possit in odium filiorum contra l. quod fauore. C. de legi. Et lex simpliciter loquens, simpliciter est intelligenda. l. de pretio. ff. de publi. Re vera resuleret iniquitas quod filii secundi matrimonii concurrerent cum filiis primi in lucris prouenientibus ex bonis eorum matris. Et ex his in iudicando cum domino locumtenente particulari in aliquibus causis hanc opinionem secuti fuimus. In materia contractuum inter viuos non præiudicant legitima: vide infra, ar. 33. incipiente, donations. Et hoc secundum consuetudinem Aluerniæ.

In tex. in verb. conuenances de succeder.

4 Quando valeant pacta de succedendo, vide Bar. & doc. in l. si. C. de pac. Sed quando valeat vt vno præcedente alter habeat bona via donationis & contractus, recurre ad doct. maxime D. Ias. qui dicit se aliquando consuluisse in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & alibi supra declarauit.

In tex. in verb. mutuelles egales, ou non.

5 Nota quia in dubio disposita in dote habet locum in donatione propter nuptias, & e contra: quia in eis debet æqualitas seruari. tex. in c. si. vbi Panor. de don. ante nup. Tamen si fiat pacta inæqualia, valent de consuetudine. Idem de iure communi, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter, etiam in abutendo. l. in re mandata. C. manda. & in traditione rei suæ quilibet potest opponere pacta sibi placibilia: vt colligitur ex titulo C. de dona. quæ sub modo vel condi. Hinc videmus quod inter dominum & pastorem bestiarum valent pacta inæqualia. tex. in l. si pascenda. C. de pact. Et idem in materia societatis. l. si non fuerint. ff. pro socio. Item valet pactum, quod periculum interitus pecuniæ positæ in societate non tangat eum qui tantum posuit operas, sed non econtra. Panor. in consil. 77. in 1. vol.

In tex. in verb. en faueur d'icoluy.

6 Inoleuit consuetudo in patria Aluerniæ quod in instrumentis dotalibus dicitur fauore matrimonii, infra scripta aut supra scripta pacta fuerunt concordata, & bene: quia licet quando fiunt in tractatu matrimonii, præsumantur facta fauore ipsius: tamen sanum est consilium id exprimere: quia ea quæ specialem habent fauorem, speciali expressione digna sunt. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur.

In tex. in verb. par personnes capables.

7 Nota quod dispositio generaliter loquens de personis, semper intelligitur de habilibus. tex. in l. 1. C. de fac. san. eccl. vbi tex. dicit, habeat vnusquisque glo. & doct. exponunt, habilis.

In tex. in verb. sains ou malades.

8 Nota quod in contractibus & vltimis voluntatibus non fit differentia vtrum disponens sit sanus corpore, vel infirmus: sed bene requiritur sanitas mentis, & discretio. l. senium. C. qui testa. fa. poss. Nec etiam requiritur quod certo tempore contrahens vel testans superuiuat. Fallit in casu notabili, quando quis renuntiat beneficio in fauorem alicuius: quia nisi superuiuat per viginti dies, dicitur beneficium vacare per mortem,

mortem, & non per renuntiationem. Ita disponit regula cancellariæ, quæ remansit cum multitudine librorum in nostris pœnalibus, à quibus factus fui alienus ex emulorum falsissimis testimoniis: & non recorder de numero. cautela tamen est, quod impetrans beneficium & dubitans de morte renuntiantis, obtineat derogationem regulæ de viginti diebus, quæ sæpe conceditur. Consideratur etiam status personarum circa sanitatem & superuiuentiam siue spem eius in contractu societatis: vt dicitur infra in titulo des associations, articulo 1. & infra hoc titulo, des donations, articulo 36. vbi loquitur de donatione inter viuos facta per infirmum. Vnum casum nolo omittere, in quo consilui pro fratribus minoribus Clarismontis, de quodam testamento facto per grauatum infirmitate, qui tantum notario interroganti respõdebat, sic: & illinc ad duas horas mortuus est: quod tale testamentum non poterat sustineri, secundum notabilem decisionem Do. Ias. in l. iubemus. in fi. C. de testa. rationibus de quibus ibi per eum.

In tex. in verbo, au profit des mariex, & leurs descendants.

Nota quod priuilegia horum pactorum non transeunt ad hæredes non descendentes à contrahentibus. Sed quæro, quid iuris in hæredibus non descendentibus, tamen venientibus ab intestato? puto distinguendum sit sint pacta à iure communi approbata, tunc ad eos transeunt, nisi sint personalissima: si verò sint pacta tantum à consuetudine approbata: quia consuetudo est stricti iuris, vt habetur in l. de quibus. ff. de legib. non habet locum, nisi quantum cantat, & sic non habebit locum in talibus venientibus ab intestato.

In tex. in verbo, & saiffent.

Ecce quod dicta supra articulo in successione ab intestato, habent locum quo ad fasinam in successione ne ex pacto vel consuetudine.

ARTICLE XXVII.

Et ont lieu telz pactz & conuenances & autres dispositions apposees en contract de mariage & faueur d'iceluy, pose qu'elles soyent faictes auant ou apres les fiançailles: & se peuent rediger par escript ausi apres le mariage; mais qu'il apparoisse suffisamment le traicté auoir esté faict au parauant.

SVMMARIA IN GLO. ART. XXVII.

2 Hic contractum factum etiam post matrimonium valere, dummodo sit incontinenti; & quando dicatur actus correspondens. & nu. 3. 4. 5. & 6.

Dispositiones de quibus in præcedenti consuetudine, valent, factæ ante & post sponsalia, & redigi possunt in scriptis post matrimonium, dum modo uerè constet eas fuisse ante matrimonium tractatas.

In tex. in verbo, auant ou apres les fiançailles.

Nota quod non refert an pacta fiant ante vel post sponsalia, dum tamen fiant ante contractum matrimonium: quia semper videntur fieri fauore futuri matrimonii. Dicerentur etiam valere si fierent post matrimonium, dummodo incontinenti, antequam partes diuerterent ad extraneos actus, quia ea quæ incontinenti fiunt, videntur inesse, & sunt pares contractus. l. lecta. vbi doc. ff. si cert. pet. l. legem. C. de pact. l. iurifigentium. §. quinimo. ff. eo. titulo. Et quando talia pacta dicantur correspondens, & quando separata, vide Alex. & doc. in l. cum proponas. la 2. C. de pact. Et quando actus dicantur connexi verbis & intentione, vide Ancha. consil. 208. col. 4. & 5. & clarius quam alibi à Bru. asten. consil. 48. Fely. in c. cum inter. col. 4. de re iudi. pulchrè Panor. in c. 3. de iure iur. Socy. con. 273. incipiente, in præsentis consultatione, in 1. vol. col. 3. vbi decidit quod etiam si pacta fiant ex interuallo, dummodo eodem die, possunt dici correspondens: & dat exemplum, si donatarius se obliget donatori ex interuallo, dum modo eodem die, talis obligatio præsumitur facta contemplatione præcedentis donationis: & ideo censetur talis donatio ob causam. Et si donatarius non impleat promissa, potest donatio reuocari, tanquam ob causam factam, causa non secuta: & habet locum l. 1. C. de dona. quæ sub modo. Et quando actus dicantur correspondens, vide Deci. consil. 31. col. 1. in 3. vol. Et est magna differentia si dicantur actus separati, vel correspondens: quia in correspondens contrauentio in vno habet locum in tota transactione vel dispositione, secus in separatis. Ita Alex. & doc. per tex. ibi in d. l. cum proponas. la 2. C. de pact.

ARTICLE XXVIII.

Toutefois depuis que la femme est fiancée, elle est en la puissance de son fiancé: au profit duquel, ne d'autre à qui il puisse succeder, ne peult faire aucunes autres donations, pactz, ou dispositions, que celles que par traicté de mariage ont esté accordées.

SVMMAR. IN GLOS. ART. XXVIII.

2 An de sponsa per uerba de futuro accipiendum sit.
3 Donationes inter coniuges an iure ciuili iureiurando confirmantur. & nu. seq.

Mulier post sponsalia transit in sponsi potestatem, in cuius fauorem, nec alterius cui sponsus sit successurus, nullam potest facere dispositionem ultra factas in tractatu matrimonij.

In tex. in verbo, *fiancée*.

Possit dubitari vtrum hæc consuetudo intelligi debeat in sponsa per verba de præsentia, an etiam in sponsa per verba de futuro. Nam inter ista sponsalia magna est diuersitas. Nam sponsalia per verba de præsentia sunt longe fortiora, quia dissolui non possunt nisi accedente consensu partium, & dispensatione pontificis maximi: vt dicit glo. super Fely. in verbo, ex causa. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. Potest etiam papa id facere inuita altera parte, sed ex causa tamen: vt declarat Panor. in c. tuas. de despon. duo. plenius. in c. ex publico. de conuersa. coniu. Deci. consi. 112. in 1. vol. Sed sponsalia per verba de futuro possunt dirimi de consensu vnius partis, per ingressum religionis, aut accipiendo vir aliam vxorem, vel mulier alium maritum: vel si alter sponforum medio tempore fornicatus fuerit. Ideo solet dici communi adagio in Pedemontio: *femme fiancée, demye prinse, demye laissée*. Ex his videtur concludendum, qd hæc consuetudo verificari tantum debeat in sponsa per verba de præsentia. In contrarium tamen puto veritatem: quia cōsuetudo prima supra hoc eo. titulo dicitur *femme mariée, ou fiancée*. Sed illa quæ est sponsa per verba de præsentia dicitur nupta: quia nuptias non concubitus, sed consensus facit. l. nuptias. ff. de reg. iur. Et ideo dicendo consuetudo de nupta, intellexit tam de corrupta quàm non corrupta: & addendo *fiancée*, intellexit de sponsata per verba de futuro. Accedat quòd in odiosis sponsa habetur pro nupta, vt hic est: quia non potest donare. Nam stultum est iactare suum. l. cum de indebito. ff. de proba. & dicit Bal. in l. generaliter. C. de non nu. pecu. quòd potius debet capi præsumptio fatuitatis, quàm donationis: licet glo. in publi. ff. commo. dicat quòd beatius sit dare, quàm accipere. Illa quidem glo. adaptatur principibus, quorum peculiare officium est donare, non autem mulieribus, quarum genus est auarissimum, & potius se obligant, quàm alicui donent. l. si ergo. ff. ad senat. consult. vell. Sed in fauorabilibus etiam secundum consuetudinem Aluerniæ fiancata non habetur pro nupta. patet in titulo 12. *des successions*. arti. 37. vbi fiancata non excluditur à successione patris mortui, ante contractum matrimonium: & sic secundum consuetudines Aluerniæ, aliquando fiancata habetur pro nupta, aliquando non. Secundum autem ius commune quando dispositio loquens de vxore habeat locum in sponsa, & conuerso, vide quæ plenè dixi in tit. 12. *des successions* articulo 37. numero 2. 3. & 4.

In tex. in verbo, *autres donations*.

2 De iure communi talis dispositio habet locum tam in marito, quàm in vxore, ne mutuo amore se sponsarent. l. i. ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. donationes quas parentes. C. de dona. ante nup. Firmantur tamen iuramento, secundum ea quæ sæpe tradidi, & maximè per ea quæ notat Do. Iaf. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Quid dicemus in causa consuetudinis, vtrum tales donationes firmentur iuramento? Videtur quòd sic per regulam sæpe traditam, quòd leges, statuta & consuetudines recipiunt interpretationem passiuam à iure communi. Bar. in l. i. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. Item vbi iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ, est seruandum. c. cum contingat. de iure iur. Tamen in hoc regno quando aliquid prohibetur à regia constitutione, aut consuetudine à rege approbata, vt sunt consuetudines Aluerniæ, si apponatur iuramentum, de facili obtinetur absolutio parte non vocata: & tunc actus reputatur ac si nunquam fuisset iuramentum: quia in hac patria tenetur opinio ultramontanorum, de qua ponunt Bar. & doc. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Quòd iuramentum non firmat contractum, licet citramontani, loquendo secundum doc. prædictos, dicant communem esse opinionem: quòd imò iuramentum firmat contractum, & quòd absolutio facta ad finem & effectum agendi tantum, tollit impedimētum periurii, sed non tollit validitatem contractus: vt plenè per doc. in d. authen. sacramenta puberum. pulchrè Socy. in l. hæc scriptura col. 2. ff. de condi. & demon. Et ad confirmationem huius dicti, nota perpetuò quod decidit Paul. de Cast. consi. 290. vbi concludit quòd papa non potest tollere effectum iuramenti, in quantum respicit validitatem & confirmationem contractus: quia iam est quæsitum ius parti: licet possit concedere quòd agendo & excipiendo non incurratur periurium. Ista bene declarantur per Socy. in loco præallegato. Et re vera, hæc consuetudo est rationalis: quia mariti sæpe blanditiis, aut minis, vel dolo inducunt fragiles mulieres ad faciendum donationes vel consentiendum alienationibus bonorum, super quibus consistunt dotium hypotheca.

ARTICLE XXIX.

Institution d'heritier & pact de succeder faitz & accordez en contractz de mariage & faueur des mariez & descendans dudict mariage, s'estendent seulement es biens qui se trouueront delaissez par le decès du disposant. Et par ainsi n'empesche icelle institution ou pact de succeder que le disposant ne puisse aliener ses biens par contract entre viz.

SVMMA. IN GLO. ART. XXIX.

2 Cautela ut bona hic non alienentur.

1 Heredis institutio aut pactum de succedendo adiectum contractui matrimonij & illius fauore, sortitur effectum in bonis quæ disponens habet tempore mortis. Ideo non est prohibitus alienare per contractum inter viuos.

2 Istud pactum de succedendo trahitur ad bona quæ pacifcens habet tempore mortis, & sic non impedit alienationem inter viuos. Ideo credo quòd esset bona cautela, quòd fieret pactum de succedendo in bonis præsentibus & futuris, quæ bona ea ratione promittit non alienare sub eorum speciali hypotheca. Nam omnia pacta quàmuncunq; extranea, in contractu matrimonij tolerantur: vt visum est supra articulo 26. incipiente, *cons pactz*. Talis tamen cautela si donatio fieret de omnibus bonis præsentibus & futuris, nihil valeret de iure communi: quia auferret liberam testandi facultatem.

ARTI-

ARTICLE XXX.

Mais donations vniuerselles ou particulieres entre viz, ou à cause de mort, faittes en traitté de mariage en faueur de sdictz mariez ou leursdictz descédans, sont irreuocables, tellemēt que le donateur ne peut aliener ne disposer des choses par luy ainsi données.

Donatio vniuersalis uel particularis inter viuos, uel causa mortis, fauore matrimonij, est irreuocabilis, & impedit omnem aliam dispositionem.

In tex. in verbo, *à cause de mort*.

Nota quòd ex quo istæ sortiuntur tantum effectum post mortem donatoris, censentur de iure communi reuocabiles, sicut legata & relicta in testamento vel codicillis: tamen hic fauore matrimonij mutant naturam, & sunt irreuocabiles.

ARTICLE XXXI.

Celuy qui à fait heritier en faueur des mariez ou leurs descendans ne peut faire autre heritier par testament ou autre contract subsequnt quel qu'il soit, au preiudice de l'heritier ou heritiers instituez p le dict cōtract de mariage precedēt.

SVMMA. IN GLO. ART. XXXI.

2 Conciliatur hic articulus cum superiore 29.

Qui ordinat sibi heredem in contractu matrimonij, non potest mutare ordinationem in primorum institutorum preiudicium.

Ista videtur contraria consuetudini, de qua supra articulo 29. vbi dicit quòd non impeditur disponere per contractum inter viuos: sed rectè intelligenti non est contrarietas: quia ista dicit quòd per testamentum, nec per contractum potest alium facere heredem, sed non negat quin possit alienare inter viuos: vt prædictum in d. articulo 29. Nam hæreditas licet de iure pacto dari non possit. l. hæreditas. C. de pact. conuen. tamen secundum Aluernos potest dari in duobus contractibus, videlicet matrimonij, & societatis vniuersalis: vt prædictum fuit. & de istis loquitur hæc consuetudo. Regula tamen est quòd in vltimis voluntatibus est hominis voluntas deambulatoria vsque ad morte m. l. 4. ff. de adi. leg. sed hoc cessat hic, fauore matrimonij.

ARTICLE XXXII.

Lesdictes conuenances mises & apposées en contract de mariage, ou il y a association entre les mariez seulement, ou entre les mariez & autres, ne sont interrompues par partage subsequnt.

Conuentiones de succedendo appositæ in contractu matrimonij ubi est societas inter coniuges solos, aut cum aliis, non rumpuntur per subsequenter diuisionem.

Vult hic quòd pacta facta in contractu societatis non rumpantur per distractum, hoc est etiam quòd recedatur à societate, non intelligatur recessum à pactis matrimonialibus: fortius est enim vinculum fauoris matrimonij, quàm societatis vniuersalis.

ARTICLE XXXIII.

Donations & autres dispositions entre viz pures & irreuocables faittes en contract de mariage & faueur des mariez, ne sont reuocables, posé qu'il y ait apres enfans du disposant, si n'est quant au droit de legitime.

SVMMA. IN GLO. ART. XXXIII.

2 Hic tollitur l. si unquam. C. de reuoc. dona.

Cuius quinque extensiones, & totidem restrictiones hic recitantur. & nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.

13 An uerò beneficio illius legis iuramento renuntiare possit, disputatur.

Per superuientiam liberorum non reuocantur pacta & donationes inter viuos in contractu matrimonij fauore coniugum: tamen non præiudicatur ipsis filiis in iure legitime.

Nota quia per istam consuetudinem derogatur l. si unquam. C. de reuoc. dona. cuius materia est frequens, ideo plenè de ea dicam quo breuius potero perstringendo. Primò amplio istam l. si unquam. quæ vult quòd per superuientiam liberorum reuocetur donatio, vt procedat etiam in re parua donata, secundum Do. Iaf. in l. i. col. 2. versiculo, tertio nota. C. de pact. & istud probat, quia tex. in d. l. si unquam. dicit partem aliquam, quæ verificatur in minima re. Et arbitror istam esse communem: reperio tamen qd Alex. consi. 40. in 5. col. in 4. vol. istam quæstionem amplè disputat, & nihil concludit. Item Curfi. senior. consi. 1. col. 6. dicit

quod l. si vnquam. non habet locum nisi quando donatio transcendit quartam partem bonorum donatoris.

4 Amplia secundò vt non tantùm reuocentur donata, sed etiam legata, secundum Bar. in authen. ex causa. col. 4.

5 C. de lib. præt. vel exhæ. Amplia tertio vt procedat quando aliquis filios non habes emit aliqua bona alieno nomine, quæ fuisset proprio nomine empturus, si filios habuisset: quia filii superuenientes poterunt illa reuocare. Ita. Cursi. senior consi. 2. in fi. Amplia quartò etiam si filii postea nati viuo donatore moriantur, quia donatio semel extincta per natiuitatem filiorum non reuiuiscit, secundum Bar. in l. Titia. §. imperator. ff. de leg. 2. Ias. in l. si quis heredem. C. de insti. & substi. sub condi. fac. Ias. in l. mater. col. 1. C. de inoffi. testa. Amplia quintò etiam si interuenerit iuramentum: quia iuramentum regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur. l. si. C. de non. nu. pec. Ita in hoc articulo, quod non obstat iuramentum, tenuit Soci. consi. 21. in 4. vol. vbi multa tradit in hac materia Deci. consi. 24. in tertio vol. Nunc capio restrictiones ad dictam l. si vnquam. vt non procedat in filiis spuris, vel naturalibus postea legitimatis, latè Do. Ias. in rub. ff. de lib. & posthu. Alex. consi. 40. col. 6. in 4. vol. amplè Do. Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 15. ff. de lib. & posthu. Restringe secundò vt tantùm habeat locum in simplici donatione facta gratia donatarii, secus quando gratia tam donantis quàm donatarii. Ita Do. Ias. in l. 1. col. 2. versiculo, tertio nota. C. de pact. Restringe tertio, & ista parum differt à præcedenti, quando donatio est facta ob causam. Ita Alex. consi. 29. in 3. vol. col. fi. Alex. consi. 40. col. 5. in 4. vol. Et ibi dicitur quod non habet locum in donatione ob benemerita: & dicitur donatio ob causam, quado donatarius aliquid promisit donati, puta eum alere. Ita Alex. consi. 125. col. penul. in 1. vol. Et etiam dicitur ob causam quando est remuneratoria: amplè Do. Ias. in l. ex hoc iure. col. 13. in fi. ff. de iusti. & iure. Restringe quartò quando post superuientiam liberorum pater superuixit longo tempore, & talem donationem non reuocauit: quia eo casu donatio tempore confirmatur. Ita Do. Ias. in l. si mater. col. penul. C. de inoffi. testa. secutus Bal. ibi. per eum relatum.

12 Restringe quintò si post donationem nasceretur filia, quæ postea renuntiaret bonis paternis cum iuramento, iuxta dispositionem c. quanuis. de pact. lib. sextò. Ita Alex. consi. 29. col. fi. in 3. vol. Dubium nunc offert, vtrum dispositioni dictæ l. si vnquam. possit cum iuramento renuntiari? Do. Ias. in l. pe. in 7. notab. C. de pact. distinguit, & credo bene: & dicit, filius habet duplex remedium, vnum quod competit per titulum C. de inoffi. dona. & ex eo fit reuocatio vsque ad legitimam tantum: & illi tanquam inducto fauore filiorum tantum, pater non potest renuntiare. Aliud per d. l. si vnquam. & illi potest renuntiare cum iuramento, per rationem quam ibi tradit. Dubito quod etiam hoc casu non possit renuntiare, quia etiam militat filiorum fauor, & nõ patris: nisi forte filius decederet viuo patre, quia tunc cessat fauor: & causa fauoris reperio etiam quod Cursi. senior suo consi. 1. consuluit quod dictæ legi non potest renuntiare: & se subscripsit Soci. vt videre potes in consiliis 1. 2. & 3. Fely. in c. si diligenti. de foro compe. vbi diffusè tractauit materiam, quando iuribus fauorabilibus possit renuntiare, saltem cum iuramento. oblitus fuit ponere de ista renuntiatione.

ARTICLE XXXIII.

L'heritier institué par contract de mariage est tenu de payer & respondre de toutes charges hereditaires du defunct, tant actiue que passiuè, comme seroyent heritiers ab intestat: mais ledict heritier ainsi institué par contract de mariage, sera receu à renoncer à ladicte successiõ.

SVMMA. IN GLO. ART. XXXIII.

Ratio consuetudinis pulchrè redditur.

1 *Hæres in contractu matrimonij institutus habet actiones actiuas & passiuas ad instar uenientis ab intestato: admittitur tamen si uelit hereditatem repudiare.*

In tex. in verbo, renoncer.

2 Ratio est, quia fauori suo potest quilibet renuntiare. l. pe. C. de pact. Et adeundo quasi contrahitur, sed contrahere nemo cogitur inuitus. l. nec onere. C. de iure deli. Nec obstat quod taliter institutus consenserit dictis pactis, quia ille consensus eo tempore nihil potuit operari, cum hæreditas adhuc sibi non esset delata, & ideo non potuit acceptari, nec repudiari. l. is qui hæres. ff. de acqui. hære. l. delata & ibi glo. ff. de verbo. signi. Et quando hæreditas dicatur delata largè vel strictè, declarat Do. Iaso. in l. 1. col. 2. C. qui admi.

ARTICLE XXXV.

Et se pourra ledict heritier institué par contract de mariage rendre heritier par benefice d'inventaire du defunct, si bon luy semble, ou il n'y auroit aucun du lignage dudict defunct qui se vouloit porter heritier simple, ou par benefice d'inventaire: lequel sera à ce preferé audict heritier conuentionnel.

SVMMA. IN GLO. ART. XXXV.

2 *Quo ordine prælatio hic fieri debeat. & nu. 3. & 4.*

1 *Hæres conuentionalis potest uti beneficio inuentarij, eo tantum casu quo hæres de agnatione non uult simpliciter, aut cum bene-*

cum beneficio inuentarij hereditatem acceptare: quia præferretur conuentionali.

Sequitur ergo quod ista prælatio agnati habet tantum locum quando conuentionalis uult uti inuentario: si autem simpliciter acceptet, præferretur agnato.

In tex. in verbo, ou il n'y auroit aucun du lignage.

Colligo ex his dictis quod ista prælatio non tantum conceditur primo agnato, sed omnibus de agnatione: est tamen ordo seruandus. nam proximior præferretur sequenti, & sic de singulis: quia ordo charitatis & affectionis semper militat pro proximioribus: arg. l. cum acutissimi. C. de fideicomis. Et patet bono exemplo, quia si pater instituit filium, & filios filii, licet natura copule positæ inter personas, sit copulare equaliter, tamen fallit quando ponitur inter personas dilectas: quia tunc copulat successiue, secundum ordinem charitatis, & sic nepotes intelliguntur vocati, patre defuncto: Ita Do. Ias. in l. Titia textores. §. nihil. ff. de leg. 1. Et in terminis quando aliqui vocantur sub nomine collectiuo agnationis vel familiae, intelliguntur vocati ordine successiuo. habes Deci. consi. 425. col. 2. versiculo, ita ergo hoc dicendum est. in 3. vol.

ARTICLE XXXVI.

Donation faicte entre viz par personne malade de maladie dont len espere la mort de prochain, ou dont la mort s'ensuyt prochainement, est reputée & censée donation à cause de mort. Et ne vault que de la quarte partie des biés du donant, chargée comme dessus. Et est reuocable comme donation à cause de mort, & autres dispositions de derniere volunré.

SVMMA. IN GLO. ART. XXXVI.

- 2 *Ius commune huic consuetudini non conuenire.*
- 3 *Modicum tempus in iure quando dicitur.*
- 4 *Quæ sit huius consuetudinis ratio.*
Quibus in casibus in iure infirmitas excuset.

Donatio inter uiuos per constitutum in infirmitate, de cuius uita dubitatur, aut qui de proximo moritur, habet uim donationis causa mortis, grauata oneribus, de quibus supra: & est reuocabilis ad instar aliarum ultimarum uoluntatum.

De iure communi sanus mente, licet infirmus corpore, potest contrahere. l. sanum. C. de transac. Item testari. l. senium. C. qui testa. fa. po. Quid iuris si donans superuixit longo tempore & eam non reuocauit? uideatur quod tempore confirmetur, arg. eorum quæ dixi supra articulo 33. incipiente, donations. versiculo, restringe quartò. vbi allegaui Do. Ias. in l. mater. col. 1. C. de inoffi. testa.

In tex. in verbo, s'ensuyt prochainement.

Quæro, quod tempus dicatur paucorum dierum? secundum regulas cancellariæ Romione dicitur viginti dierum: patet, quia renūtians debet uiuere viginti diebus post mandatum ad renūtiandum, aliàs beneficiū vacat per obitum. Ita declarat Fely. in c. quia uerisimile. col. 2. vers. & de ista renuntiatione, & c. de præsump. vbi dicit dictam regulam esse 18. in iure dicitur decem dierum. l. quod dicimus. ff. de sol. & propterea dicit glo. in l. si debitori. in fi. ff. de iudi. quod hodie contentibus debita fiunt præcepta de soluendo infra decem dies. Et licet dicatur in illa l. si debitori. quod modicum tempus dicitur iudicis arbitrio, illud est uerum, & procedit quando aliquid quod concernit tempus indeterminatum, est per iudicem explicandum: ut in casu d. l. si debitori. & notatur per glo. ibi. Sed quando terminus non est positus in iudicis arbitrio, sed iudex est tantum executor temporis infiniti à lege, statuto, vel consuetudine indistincti, ut hic, arbitraret modicum temporis esse spatium 10. dierum: quia statutum & consuetudo recipiunt interpretationem passiuam à iure communi. Bar. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcidi. fateor tamen quia casus est quotidianus, quod egeret regia aut supremi senatus declaratione. Et generaliter quando tempus dicatur magnū vel modicum, plures remissiones tradit Fely. in c. plerunque. de rescrip. Et ibi dicit quod si promitto simpliciter, in tribus terminis, intelligitur de tribus annis. Quæro quæ possit esse ratio huius consuetudinis? dic q potuit esse quia secundum Anto. de But. in c. 2. de consue. donatio facta ab infirmo præsumitur esse donatio causa mortis, nõ inter uiuos: tamen illam decisionem reprobant doc. maximè Do. Ias. in l. quæ dotis. col. 7. ff. sol. matri. Et ibi amplissimè tractat in dubio quando donatio præsumatur inter uiuos, & quando causa mortis, & modos cognoscendi & discernendi vnam ab altera.

In tex. in verbo, par personne malade.

Infirmitas & maximè febris quando dicitur grauis & quando sit in consideratione, ut præstet excusationem quod quis non teneatur etiam vocatus à iudice comparere: habes pulchrum textū in l. quæsitum. ff. de re iudi. & ibi Bar. ponit qualiter probetur infirmitas. Sed si tu vis contracapitulare, dicas, quod is qui dicit se infirmum fuit visus facere exercitium & actus incompatibiles cum infirmitate allegata. Ita docet Panor. in c. tenor. col. 1. de re iudi.

ARTICLE XXXVII.

Et ne se peut dire ledict donataire saisy desdictz biens donnez, mais fault qu'il les ait par les mains des heritiers ab intestat.

Donatarius causa mortis capit possessionem de manu hæredis ab intestato, & sic habent locum ea quæ supra dixi per l. non dubium. C. de lega.

Et en telles donations faites à cause de mort, ou prenans effect par mort, suffisent deux tesmoings avec vn notaire, ou quatre tesmoings sans notaire, & sans y garder autre solennité ne nombre de tesmoings requis de droit pour la validité d'icelles.

SVMMA. IN GLO. ART. XXXVIII.

- 2 *Consuetudinem circa numerum testium in donatione, de qua ibi, exponit remissiuè.*
- 1 *In donationibus causa mortis sufficiunt duo testes cum notario, aut quatuor sine notario.*
- 2 *Ista consuetudo minuit numerum testium requisitum de iure in donatione causa mortis, qui est quinque testium, de quo in l. fi. C. de dona. causa mortis. Et circa istam diminutionem me refero ad dicta supra in titulo des successions, articulo 48. incipiente, & neferont. in verbo, par faulte de nombre de tesmoings.*

ARTICLE XXXIX.

Le mary constant le mariage peult donner à sa femme tous & chascuns ses biens ou partie d'iceulx, sauf la legitime aux descendans. Et sont telles donations & dispositions bonnes & valables par ladicte coustume.

SVMMAR. IN GLOS. ART. XXXIX.

- 2 *Quare aliud in uxore quam marito statutum sit, pluribus discutitur. & nu. 3.*
- 1 *Maritus constante matrimonio potest non tantum donare partem bonorum, sed uniuersa bona uxori, absque præiudicio descendendum in legitima.*
- 2 *Contrarium disponit consuetudo in vxore quæ non potest donare marito: supra, eo. titulo articulo 9. incipiente, la femme. Ius commune disponit æqualiter in vtroque prohibendo donationem fieri, ne se mutuo amore habeant spoliare. tex. in l. 1. ff. de dona. inter vi. & vxor. l. donationes quas parêtes. C. de dona. ante nup. Et cum militet eadem ratio in viro, quæ in vxore, & sint in multis parificati, non bene possum speculari quare fuerunt introductæ diuersæ cõsuetudines. Nam l. fictione. maritus & vxor sunt eadem caro & idẽ corpus. c. debitum. de biga. alibi dicit Spec. in titulo de feudo. §. quoniam. vers. vigesimo quaritur. quod vxor & vir non iudicantur ad imparia, sed vna est lex eorum. Idem Spec. in titulo qui filii sint leg. vers. nunc dicamus. dicit quod vxoris & viri vna est domus & familia, vsusque promiscuus. Item maritus & vxor succedunt reciprocè ab intestato deficientibus propinquis. l. 1. C. vnde vir & vxor. Item sunt correlatiui, & natura correlatiuorũ est, quod dispositum in vno, habeat locum in alio. l. 1. C. de cupres. li. 12. Ex his & aliis multis quæ possent adduci, videbatur quod maritus & vxor non debuissent iudicari ad imparia in facultate donandi. Tamen credo quod ista fuerit ratio consuetudinis, quia de iure communi vxor remanet in potestate patris. l. 2. §. quod si in patris. ff. sol. mat. & de iure consuetudinis transit in potestatem mariti: vt habetur hoc tit. art. 1. Et ideo consuetudo timuit ne ex virtute potestatis maritalis vxor aliquando cogeretur à marito disponere pro suo arbitrio. Et ratione illius potestatis non potest negari quin militet certus metus reuerentialis. Ista ratio est persuasiva, & non concludens ex duobus: primo quia non est simpliciter verum quod vxor transeat in potestatem viri: vt probaui in c. 1. præallegato. Item & secundo, quia solus metus reuerentialis non facit contractum meticulousum, nisi verbera aut minæ præcesserint. Ideo dicendum videtur quod consuetudinarii moti fuerunt ad hanc inæqualitatem: quia facilius mulier subducitur & fallitur quam vir: vnde Ouidius: Fallere credentem non est operosa puellam. Gloria, simplicitas digna fauore fuit. Item mulier est fragilior viro, & minor metus sufficit in ea, quam in viro: vt alibi probaui. Et experientia quæ est rerum magistra: ele. quam sit. de elec. reddit in aperto quod sæpius mulieres à viris ad timorem ac trepidationem trahuntur, quam econuerso. Circa istum tex. aduerte quod consuetudo permittendo fieri à viris donationem debet intelligi quando ad eas faciendum maritus sponte & sine infestatione mulieris inducitur, per ea quæ plenè dixi in titulo des emphyteoses c. 21. arti. 14. nu. 9. Et si fecus diceremus propter verba generalia consuetudinis, concurrerent duo specialia in eadem causa lucratiua, contra glo. in l. 1. C. de dot. promif. Alte um quidem contra legem prohibentem donationem inter coniuges: & alterum quod donationes factæ per importunitatem valerent. Vide quæ ibi scripsi, quia hic opportunè sederent.*

In tex. in verbo, sans la legitime.

Consuetudo semper cõseruat ius legitimæ, & sic cõcordat cum titul. C. de inoffi. dona. & de inoffi. testa.

ARTICLE XL.

En trois contractz len peult disposer de ses biens à son plaisir & volonté, & en priuer ses vraz heritiers, sauf la legitime aux descendans. C'est à sçauoir par contract de mariage, associatio vniuerselle, & donation entre vizz. Lesquelz contractz & conuenances y apposees faissent les contrahens lesdictz mariages, associations & donation, & leurs descendans, les cas aduenuz.

SVMMA.

SVMMARIA IN GLOS. ART. XL.

- 2 *Quid voluntas, & quid sit committere voluntati alterius, aut ut liberè aliquid fiat. & nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*
- 10 *Cautela qua pater priuet filium legitima.*
- In tribus contractibus matrimonij, societatis vniuersalis, & donationis inter viuos est libera dispositio, saluo iure legitime: & habet locum sãpina adueniente casu lucri.*

In tex. in verbo, & volunté.

Quæro quid sit voluntas: dic quod est animi motus sine coactione. Bald. in l. in ementis. in 3. col. versicu. modo venio ad quæstiones. C. de contrahen. emp. Et licet sit regula quod voluntas testatoris sit seruanda, l. in conditionibus. ff. condi. & demon. l. nemo potest. ff. de leg. 1. fallit quia aliquando iudex potest ex causa recedere à voluntate defuncti, quando nocet pupillo. Puta quia non expedit pupillo habere tutorem testamentarium, quia post testamentum mutauerat conditionem in pæius, iudex potest prouidere de alio. Bar. in l. in confirmando. ff. de confir. tut. vel testator prohibuit fieri inuentarium, iudex videt confectionem expedire pupillo, non admittit tamen tutorem ad administrationem, nisi prius inuentario confecto. Bar. in l. si plures. la 1. §. quæuis. ff. de admi. tut. Vel quando dispositio testatoris est inepta. l. seruo. §. ineptas. ff. de leg. 1. puta quia iubet domum dirui sine causa legitima. l. filius. §. ædes. ff. eo. tit. Et regulariter quando voluntas testatoris est dubia, interpretatio pertinet ad iudicem. l. voluntatis quæstio. C. de fideicommiss. Quando aliquid committitur iudicis voluntati, intelligitur de voluntate regulata à iure. Bart. in extrauag. ad repri. in verbo, videbitur. Item in his quæ non possunt ordinari nisi secundum æquitatem vel de iure talis voluntas debet regulari secundum arbitrium boni viri. Bal. in l. 3. C. de dot. promif. & in l. penul. vers. quæro ergo si in compromisso. C. de arbi. Et illud procedit nisi dictum sit in libera voluntate iudicis. Bar. in l. si sic. in princip. in 6. quæstione. ff. de leg. 1. Nam talia verba non important arbitrium boni viri: vt declarat Fely. in cap. 1. col. 13. vers. fallit octauo. de consti. & vide quæ infra dixi nume. 7. & 8. Et prædicta procedunt in iudice, sed in superiore à lege voluntas habetur pro ratione, secundum Fely. in cap. si quando. col. 8. vers. vbi verò. de rescri. & disputando de eius voluntate declarata ex certa scientia, quis incurreret crimen sacrilegij. tex. iuncta glo. in l. disputari. C. de cri. facti. Et si dicatur facias pro arbitrio tuæ voluntatis. ista verba important arbitrium boni viri. tex. in cap. nimis parua. de exce. præ. Et in materia est aduertendum, quia aliqua committuntur voluntati iudicis, & in eis habet locum tex. non quicquid. ff. de iudi. vbi iudex nõ tenetur facere omnia quæ potest. Aliquando aliqua committuntur arbitrio, discretioni, vel conscientia, & ista important arbitrium boni viri. Et si iudex non faciat quod bonus vir fuisset arbitraturus, potest appellari: & poterit superior reformare arbitrium inferioris supplendo, vel minuendo, vt sibi videbitur. Ita colligo ex notatis Inno. in cap. conquestus. de feriis. Fely. in cap. 1. col. 13. vers. fallit octauo. de consti. remissiuè loquitur. Idem Fely. in cap. per tuas. col. fin. de testi. plenè loquitur, & in specie, quando superior dicit, facias prout tibi visum fuerit. non importat arbitrium, & nõ potest appellari secundum Fely. col. 14. vers. & si dicatur prout tibi visum fuerit. aliter tamen dicit col. 16. vers. & si dicatur secundum quod tibi videtur. etiam in specie tradit do. las. in l. quod iussit. col. 10. ff. de re iudic. Ex his potest reprehendi Paul. de Castr. in suis exemplis traditis in dicta l. non quicquid. ff. de iudi. in quibus dicit quod non est licita appellatio: imo est licita, quia important arbitrium boni viri. Et quia supra dixi vnũ verbũ quando in dispositione dicitur libera voluntas: istud verbum libera quantum importet, & quando quis dicatur posse liberè actũ facere, vide plenè Curfy. minorẽ, in suis consiliis feud. consti. 1. aut 2. c. liber nunc non est apud me, ideo alternatiuè loquor. Poteris tamen videre Fely. in rubr. de consti. col. secunda, vers. sed quod. vbi dicit, quod illa non dicitur libera potestas ad cuius exercitium alius requiritur, allegat vulgatum glos. in clemen. dudum. in verbo, liberè. de sepulchr. Et nota quod verbum, liberè, aliquando restringitur secundum subiectam materiam, & ideo si papa contulerit alicui liberam facultatem eligendi, non poterit tamen indignum eligere. Ita declarat Deci. in c. si pro debilitate. col. 5. vers. notandum tamen est. de offi. delega. Item per talem concessionem nõ intelligitur quod possit alteri præiudiciũ afferre. Ita plenè Deci. in c. dilecti filii. col. 3. vers. quid autem. de iudi. vbi etiam mouet quæstionem, si sit datum liberum arbitrium iudici in procedendo, an teneatur obseruare solennitates iuris positui: & vtrum possit eligere non idoneum: item & præiudicare tertio. Iterum quæro, si sit mandatum iudici quod procedat de consilio alterius, an actus factus in contrarium valeat: declarat Deci. in cap. ex parte. de consti. & dixi in tit. 11. des mineurs. arti. 3. nu. 8.

In tex. in verbo, & en priuer ses vraz heritiers.

Ista priuatio nõ extẽditur ad legitimam. Quæro quid si pater omnino affectet priuare filiũ, etiã legitima, & nõ habet causam exheredandi, saltẽ quæ probari possit, quomodo satisfacet suo impio voto? vide Bar. in l. hæreditariũ. ff. de bo. auth. iu. pos. vbi secutus Dy. dicit quod alienet omnia bona titulo oneroso: sed an tunc possit competere aliquot remedium, vide notata per do. las. in §. item si quis in fraudem. col. 1. insti. de actio.

ARTICLE XLI.

Donations entre vizz faites sans insinuation valent & tiennent.

SVM. IN GLO. ART. XLI.

- 2 *Quare donationis insinuatio introducta sit, & quid sit. & nu. 3.*
 - 4 *An necessaria sit in donatione ob causam, uel remuneratoriam.*
 - 5 *Coram quo iudice fieri debeat.*
 - 6 *An iuramento donatio sine insinuatione iure communi confirmetur.*
 - 7 *An constitutio regis Francisci circa insinuationes tollat hanc consuetudinem.*
- De consuetudine solennitas insinuationis est sublata.*

2 Quia materia insinuationis est frequens, maxime in Gallia, ubi omnes donationes sunt insinuandæ ex regia cōstitutione: vt patet in publicatis 1539. arti. 142. fo. 81. Quæro quid sit insinuatio? dic quod est facere donationem redigi in scriptis coram iudice. Bar. in l. modestinus. ff. de dona. Et ibi quærit de pluribus quæstionibus, sed tantum attingam eas in quibus est aliquid addendum, in cæteris me remitto ad eum ibi.

3 Et primò quærit quare fuit adinuenta ista solennitas insinuationis. Item vtrum insinuatio sit requisita in donatione ob causam: & se remittit ad l. Aquilius. ff. de dona. Et ibi tantum quærit de donatione remuneratoria, & quæ sit ob benemerita: & cōcludit quod non requiritur. do. Ias. in l. ex hoc iure. col. 10. ff. de iusti. & iur. distinguit inter causam de præterito, & causam de futuro: & ibi ponit vtrum de benemeritis credatur assertioni donantis. Cui addo Ang. in §. alia. insti. de dona. Deci. consil. 366. in 3. vol. ubi dicit quod quando donatio fit inter personas non prohibitas, sufficit assertio benemeritorum in genere. Ias. remissiuè in l. ex hoc iure. col. 10. vers. ubi subdit vnum. ff. de iusti. & iur. Et vtrum habeat hoc locum in omni donatione ob causam, vide Alex. in apostil. ad Bar. in d. l. modestinus. Et coram quo iudice debeat fieri, licet Bar. in d. l. modestinus. dicat coram quocunque: tamen ad euitandum fraudes, melius esset consilium quod fieret coram ordinario quam coram extraneo iudice, coram quo fraus nõ ita faciliter potest deprehendi: & ideo in regia cōstitutione superius relata, in princi. mandatur eam fieri coram ordinario partium, ubi res donata est situata.

4 Vtrum iuramentum suppleat defectum insinuationis? communis opinio est quod sic, etiam si sit simpliciter interpositum super contractu, fortius quando est renuntiatum legi requirenti insinuationem. Ang. in §. alia. insti. de dona. ample concludit Deci. in pluribus consiliis, sed potissimum cōsil. 424. in 3. vol. licet Soci. in consil. 22. in 4. vol. disputet & non audeat firmare, tamen firmat idem Deci. consil. 431. in 3. vol. Se offert notabilis quæstio, de qua sæpe in hoc loco Montisferrandi fui interrogatus. hæc consuetudo vult quod donationes non egeant insinuatione pro earum validitate: ius commune vult quod si excedant aureos 500. insinuentur: aliàs illud plus non insinuatam redditur inutile. cōstitutio regia vult quod omnes donationes insinuentur, aliàs corruant in totum: & dicit cōstitutio, *totus*, & qui totum dicit, nihil excludit. Quæritur vtrum generalis cōstitutio regia habeat locum in Aluernia ubi est cōsuetudo specialis? pro parte negativa facit regula quod cōstitutio generalis non tollit speciales & locales consuetudines, de quibus in specie, nec in genere est facta mentio. c. 1. de constit. lib. 6. facit etiam regula, generi per speciem derogatur. In contrarium facit quando cōsuetudo semel derogauit legi, vt in hac patria, si postea fiat lex generalis concordans cum iure communi, tunc cōsuetudo media succumbit. Ita decidit Ias. post Bar. in l. de quibus. col. 13. ff. de legi. Dicit aliquis: argumentum procederet si lex indistinctè requiret insinuationem, & cōsuetudo diceret non requiri: lex generalis superueniens & cōcordans cum iure communi tolleretur cōsuetudinem mediam, & ita procederet argumentum de quo supra: Sed hic lex tantum requirit insinuationem ultra 500. aureos, & ideo cōstitutio regia non omnino concordat cum lege communi. Sed quod cōstitutio generalis derogat speciali cōsuetudini, facit fortis ratio. nam c. 1. de constit. lib. 6. limitatur vt non procedat quando generalis dispositio respicit publicum fauorem. Ita do. Ias. in loco proximè allegato. Et quod in ista cōstitutio de insinuando respiciat ius publicum, vult Bar. in d. l. modestinus. ff. de dona. dum dicit quod ei renuntiare non potest: quia fuit introducta ad euitandas fraudes. Idem Bar. in l. fancimus. C. de dona. ubi allegat legem ius publicum. ff. de pact. & ibi Ias. col. 1. dicit, quod quando lex dat formam vel solennitatem, dicitur continere ius publicum: intellige tamen secundario: quia illi potest renuntiare cum iuramento. Felyn. in c. si diligenti. col. 3. de foro compe. Deci. consil. 414. & consil. 431. in 3. vol. Quicquid disputando dici possit, mens regia fuit quod ista cōstitutio apud omnes obseruaretur: & ita nunc in hac patria pro euitando dubio inoleuit omnino practica insinuandi donationes. Post scripta audiui dominum locumtenentem generalem Montisferrandi, attestantem sibi dici audiuisse à magnifico domino Bailliuo domino Chazeroni, quod hoc anno 1545. fuerat Parisius arrestatum cōstitutionem regiam non vèdicare sibi locum in hac patria Aluernia, nec derogare cōsuetudini ipsius patriæ. Cōstitutio tamen regia fortè locum haberet in patria Aluernia quæ regitur iure scripto: quia cōsuetudo non refragaretur. Et circa istam materiam cadit quæstio, vtrum si fiat donatio clerico, reddatur nulla ob defectum insinuationis? breuiter cōclude secundum Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 32. vers. primum est. de consti. quod aut donatio fit clerico respectu ipsius, & tunc erit nulla: aut respectu ecclesiæ, & tunc valebit. & sic vult in effectu Fely. quod statuta vel consuetudines respicientes solennitatem actus, ligent clericos, & non ecclesias. Aduerte quod talis donatio si fiat absenti ante acceptationem, nihil prodest: iuxta l. absenti. ff. de dona. Et idem est in gratis, c. si tibi. de præben. li. 6. Idem in priuilegiis: vt plene declarat Fely. in c. cognoscetes. col. 3. vers. tertio limita. de constit. Idem in aliis concessionibus secundum Felyn. ibi, saluo in legatis & vltimis voluntatibus in quibus ignorantia acquiritur. Et in casu speciali quando restituit deportatum seu bannitum: quia gratia prodest eam ignorantia, secundum Fely. in loco præallegato.

ARTICLE XLII.

Donations entre vizz faites tant à personnes estranges que es propres enfans etiam non emancipez, de tous biens presens ou partie d'iceul x, valent, tiennent, & faissent: mais quand les donations sont vniuerselles, de tous biens presens & aduenir, elles sont bonnes & vallables, quand il y a retention d'vsufruct, de tout ou de partie & non autrement, sauf la legitime, comme dict est.

SYM. IN GLO. ART. XLII.

2 Ius huic consuetudini contrarium esse.

3 Quandoque

- 3 Quandoque tamen iure communi subsistere. & nu. 4. 5. & 6.
7 Donatio omnium bonorum quando procedat, remissiuè. & nu. 8.
9 In quo hodie emancipationis & patriæ potestatis sit sublata differentia.
10 Quæ sit natura huius dictionis aduersatiua, sed.

Donatio omnium bonorum presentium, facta non tantum extraneo, sed etiam filio in potestate vel emancipato, valet & habet firmitatem, sed si sit omnium bonorum presentium & futurorum, valet, facta retentione usufructus aut patris, salua legitima.

De iure communi donatio facta filio in potestate, non valet, l. donationes quas parentes. C. de dona. ante nup. Verum est quia confirmatur morte. l. Papinianus. c. gl. ff. de dona. inter vi. & vxor. Intellige quoniam interuenit traditio. Ias. in d. l. si donatione. col. 3. vers. tu defende. C. de colla. Et in dubio videtur pater donare, vt filius habeat in peculiū profectitium. Ample do. Ias. in d. l. si donatione. col. 1. C. de colla. Vbi limitat duobus modis: primo quando pater emit fundum nomine filii, & tradit. Item quando donat ob benemerita: & tunc statim valet donatio tribus infra scriptis concurrentibus. Primo quod talia merita verè appareant, nec in hoc staretur assertioni patris. Secundo quod talia benemerita sint æqualia rei donata, hoc est quod filius fecerit tale meritum erga patrem, quod si fuisset extraneus tantum fuisset lucratus: aliàs donatum quod excederet meritum non valeret. Tertio requiritur quod talia benemerita non sint obsequialia ad quæ filius tenetur: quia illa non exigunt remunerationem. Ita do. Ias. in d. l. si donatione. col. 4. vers. nota tamen diligenter. C. de colla. Nota etiam quod de iure communi talis donatio firmatur iuramento: vt iam sæpe dixi, allegando do. Ias. in l. pacta quæ cōtra. C. de pact. & plenissimè per eundem in l. frater à fratre. in 1. lectu. col. 24. vers. decimo prædicta regula fallit. ff. de condi. inde. Et quia materiã huius consuetudinis circa referuationes, plenè tractaui supra arti. 21. incipiente, *donation entre uifz*, ideo non repeto.

In tex. in verbo, *de tous biens presens*.

Donatio omnium bonorum presentium valet. Idem voluit Bar. in l. si. col. 4. vers. si verò esset donatio. C. de pact. Alex. consil. 12. in primo vol. col. 1. Roma. consil. 95. in 1. col. intelligit ibi Bart. quando donauit omnia bona mea presentia post mortem meã: quia si intelligeret de donatione quæ haberet effectum de presenti, cessarent duæ rationes, quas allegat. Prima, quod posset superlucrari: certè si nihil haberet, non video super quo fundari posset tale lucrum: quia (vt dicit philosophus) ex nihilo nihil fit. Item non posset restari de fructibus: quia cum bonis donatis de presenti transfret usufructus qui sequitur suam causam. Bar. tamen & doc. intelligunt de donatione quæ habet effectum de presenti, non obstantibus argumentationibus, de quibus supra, emissa disputationis causa. Si donatio facta filio in potestate sit sibi computanda in legitima, vide Soci. consil. 18. in 4. vol. Ias. in l. vt liberis. col. 7. C. de colla.

In tex. in verbo, *non emancipez*.

Nota quod hodie de iure communi sunt sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, quantum ad successionem ab intestato: idem agnationis & cognationis. §. nullam. in authen. de hære. quæ ab inte. de quo dicto vide plenè do. Ias. in l. si emancipati. col. fi. C. de colla.

In tex. in verbo, *mais*.

Idem est dicere quod sed. natura huius aduersatiua sed, est, si adiungitur copulæ, vt hic, aduersatur in facto & non in iure: quia importat factum diuersum: sed idem ius, quando est sine copula, aduersatur in facto & in iure. Bar. col. fi. & ibi do. Ias. col. 3. in fi. in l. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi xi. Et sic est præsupponendum quod in prima parte consuetudinis nulla erat fructuum retentio: Sed dicta donatio erat facta vt haberet effectum post mortem, licet esset facta inter viuos: quia talis donatio sustineretur, secundum Bar. & doc. in l. fin. C. de pact. Aliàs si diceremus esse factam inter viuos & efficaciter sine dilatione, indigeret retentione fructuum, & esset locus legitime: quia nihil differet à donatione presentium & futurorum in effectu: quia vt dixi, ex nihilo nihil fit, & nihil remaneret de quo testari posset: quæ duo reddunt donationem presentium & futurorum nullam. tamen Bar. & ibi doc. in l. si. col. 4. vers. si verò esset donatio inter viuos. C. de pact. tenet quod talis donatio omnium bonorum presentium valeat. Idem tenet Alex. consil. 12. col. 1. in 1. vol. Ro. cōsi. 95. in 1. col. & ita tenendum est vt prædixi.

ARTICLE XLIII.

Le mary constant le mariage quand il iouyt avec sa femme des biens parafernaulx & aduentiz de sadicte femme, fait les fructz d'iceulx siens, en entretenant seldictz biens en bon estat & suffisant, sinon que autrement entre eulx ait esté accordé & conuenu.

SYMMARIA IN GLOS. ART. XLIII.

- 2 Explicatur remissiuè.
3 Quid importent ablatiuu absoluti.
4 An argumentum à contrario sensu in consuetudinibus rectè sumatur.

Maritus administrans bona parafernalia & aduentitia uxoris, & ex eius permissione eis utendo, facit fructus suos, manutunendo res ipsas in bono & sufficienti statu, nisi aliter inter eos fuerit concordatum & conuentum.

De ista materia plenè dixi supra arti. 1. ubi tractaui quæ dicantur parafernalia, & de quæstionibus in istis parafernis contingentibus.

O ii

In tex. in verbo, *entretenant.*

- 3 Id est manutenendo. Et resoluuntur ista verba in ablatiuum absolutum, quod de sui natura inducit conditionem. l. a testatore. ff. de leg. 3. Bartol. in l. i. ff. de condi. & demon. & sic erit sensus, si maritus manuteneat: aliàs non manutenendo à contrario sensu, ex vi consuetudinis non facit fructus suos. Dicit aliquis, potest ne argui à contrario sensu in materia consuetudinis? dico quòd sic, sicut in materia statuti dicit do. Iaf. secutus ceteros in l. i. col. 11. versi. limita istam conclusionem. ff. de off. eius cui man. est iur. vbi vult quòd quando statutum nihil operaretur, sed esset superfluum, nisi fumeretur argumentum à contrario sensu: tunc sumitur exemplum statuti. Cauetur quòd non exstantibus masculis filiae succedant patri ab intestato, à contrario sensu vult quòd exstantibus masculis excludantur. in proposito consuetudinis, quae vult quòd bene administrando facit fructus suos, & idem vult ius commune. l. de his. C. de dona. inter vi. & vxor. Iaf. in l. maritus. col. penul. & fi. C. de procur. vt consuetudo aliquid operetur, est declaranda vt à contrario sensu velit quòd malè vtendo proprietatibus, non faciat fructus suos.

ARTICLE XLIII.

Le mary suruiuant sa femme, y ayt enfans ou non descendans dudict mariage, gaigne à luy & es siens, pour en disposer à son plaisir & volonté, les lietz, robes, coffre, linge & ioyaulx de sadiete femme, à la charge de la faire enseuelir & payer les funerailles selon leur estat & condition.

SUMMARIA IN GLOS. ART. XLIII.

- 2 In quo discrepet hæc consuetudo iuri communi. & nu. 3. 4.
5 Quid ueniat appellatione lecti. & nu. 6.
7 Quid appellatione uestium. & nu. 8.
9 Quid si maritus præcedat, quæ uestes ab hæredibus eiusdem restituendæ sint.
- 1 Maritus superuiuens, siue sint filij siue non ex dicto matrimonio descendentes, lucratur lectum, uestes, cofanos, lingerieam, & iocalia: de quibus poterit liberè disponere, cum onere tamen sepulture & funeraliū, secundū statū domus & conditionē.
- In tex. in verbo, *y ayt enfans.*
- 2 Nota quòd de iure communi talis successio pertineret filiis quo ad proprietatem, & patri quo ad vsum fructum: & talia dicuntur bona aduentitia. l. cum oportet. C. de bo. quæ lib.
- In tex. in verbo, *pour en disposer à son plaisir.*
- 3 De iure communi omnia lucra quæ perueniunt ad patrē ex bonis vxoris tenentur conseruare filiis dicti matrimonij, quādo trāsit ad secunda vota: quia illud quòd dicitur de matre in l. femine. C. de secū. nup. habet locum etiam in patre ducente secundam vxorem. Deci. consil. 37. Areti. consil. 72. col. 2. plenè Deci. consil. 26. in 2. vol. Et ibi dicta habent locum etiam in lucro delato ex prouidentia statuti vel consuetudinis, vt in casu nostro. Ita Fran. Cre. suo singulari vltimo.
- In tex. in verbo, *les lietz.*
- 5 Lecti appellatione quæ veniant? dic quòd omnia ornamenta etiam serica & pretiosa ad vsum lecti ordinata. Ita Bar. in l. liberum. §. si. ff. de leg. 3. Et sic habes quando maritus legat cameram cum lecto, quid comprehendatur appellatione lecti. Nota etiam quòd si quis legat vel promittat alim. nta, victum, vitā & educationem, tenetur dare lectum: quia sine eo commodè viuere non possumus. verba sunt Bart. in tracta. de ali. col. 2. versi. quæro auditis tribus. Istud etiā vult Iaf. in l. cū ii. §. qui transigit. ff. de transac. Dicit hinc consuetudo, quòd maritus lucratur lectum, ea ratione, quia fortè est consuetudo in hac patria, sicut est in plerisque locis, maximè in Pedemontio apud rusticanos, apud quos tantum vxor quando se transfert ad domum mariti, defert lectū fulcitum necessariis, & illud lectum æstimatur: prædictaque æstimatio, aut lectum venit in restitutione dotis.

In tex. in verbo, *robbes.*

- 7 Vestiu appellatione veniant quæ ex pluribus speciebus componuntur: de quibus in l. vestis. §. i. ff. de au. & argē. leg. Aliæ vestes sunt femine, & de his loquitur hæc consuetudo. Aliquæ pueriles, vt habes amplè in d. l. vestis. §. vestimenta omnia. eo. ti. Vestes enim muliebres præsumuntur in dubio esse vxoris, licet alia bona vxoris quæ maritus possidet, præsumantur mariti, nisi vxor probet de dominio. Bal. in l. 2. versi. reuoco in dubium. C. ne vxor. pro ma. Dicitur in consuetudine, quòd maritus superuiuens, lucratur vestes. Quid iuris de iure communi, si maritus præcedat, vtum hæredes mariti tenebuntur restituere vxori omnes vestes & iocalia? Bar. in l. in his. ff. sol. mat. distinguit & dicit quòd vestes quotidiani vsus restituat: pretiosæ, non. intellige de vestibus emptis à marito, non de his quas vxor habuit à domo sua: cum Bar. tenet Alex. in d. l. in his. Idem consil. 31. col. fi. in 4. vol. & ibi in specie ponit de iocalibus: & hoc de iure cōmuni. sed de consuetudine Aluerniæ appellatione vestium veniunt etiam pretiosæ, vt addat iuri communi, & non sit superflua consuetudo.

ARTICLE XLV.

Et au cas cōtraire, la femme qui suruit recouure & gaigne seldictz lietz, linge, robes & ioyaulx, en l'estat qu'ilz font lors.

SYM.

SUMMARIA IN GLOS. ARTIC. XLV.

- 2 De annullis & supellestile gratia uxoris comparatis hic intelligendum esse. & nu. 3. & 4.
5 An uerò de annullis ab uxoris coniunctis donatis intelligatur.

Vxor superuiuens lucratur lectum, lingerieam, uestes, & iocalia in statu quo reperiuntur tempore mortis mariti. De ista consuetudine fuit dictum in præcedenti.

In tex. in verbo, *linge.*

Iste terminus, secundum communem vsum loquendi, vt testimonio fide dignorum huius patriæ accepi, verificatur in pannis, quæ lino vel tela conficiuntur. Resultat dubium, vtum mulier totam lingerieam domus, an verò eam quæ vsui mulieris deferuiebat, lucratur? Dicendū est quòd omnes istæ generalitates, videlicet *coffre, & lingerie, & ioyaulx*, intelligantur de his quæ vsui vxoris tantum cedebant: vt consuetudo minus lædat ius commune quàm fieri possit: iuxta c. cum dilectus. de consue. & fatis absurdum esset quòd vxor totam domum spoliaret, & nudam reliqueret: obseruantia tamen consuetudinis esset attendenda, quia minimè sunt immutanda quæ certam formam habuerunt. l. minime. ff. de legi.

In tex. in verbo, *ioyaulx.*

Quæro tempore nuptiarum à coniunctis tam ex parte viri quàm vxoris fuerunt donati vxori annuli, collieria, & alia iocalia: vtum ista cedant lucro mariti per consuetudinem? ante solutionem quæstionis est decidenda quæstio, vtum talia iocalia cedat lucro vxoris vel mariti, de iure communi. Bar. in l. sed si plures. §. ad substitutos. in fi. ff. de vulg. & pup. distinguit, aut sunt donata iocalia vxori à cōiunctis mariti, & tunc ipsius cōtemplatione præsumuntur, & sunt mariti & suorum hæredum: si verò sunt donata à coniunctis vxoris, sunt ipsius. Ista opinio Bar. est plenè disputata: tamen postquam cum ea transferunt Alex. & do. Iaf. durum esset ab ea recedere in practica. Pro resolutione quæstionis principalis fatendum est quòd talia dona si sint in iocalibus, vestibus, & aliis de quibus in consuetudine, erunt mariti, vel vxoris superuiuentis. Si verò in pecunia consistant, quia de eis consuetudo non loquitur, habet locum distinctio iuris communis.

ARTICLE XLVI.

La femme durant le mariage ne peult faire à son preiudice aucune associatiō, donation, n'autre contract avec son mary & au proufit d'iceluy, ou d'autre à qui le mary puisse ou doive succeder.

SUMMARIA IN GLOS. ART. XLVI.

- 2 Hic ius commune extenditur.
3 Restrigitur tamen in contractu utile.
4 Et etiam in societatem quæ fit inter uxorem & maritum. & nu. 5.

Vxor constante matrimonio nullum contractum etiam associationis præiudicalem cum marito, aut altero cui maritus sit successurus facere potest.

Ista consuetudo prohibitionem l. penul. ff. de dona. inter vi. & vxor. quæ tantum prohibet donationē inter viuos, extendit ad omnē contractum præiudicalem. A contrario sensu, si faceret contractum utilem, valeret. Simile videmus in minore tam in iudiciis quàm in contractibus, secundū notata per do. Iaf. in l. non eo minus. C. de procur. Sed quæro vtum de iure communi maritus & vxor possint simul contrahere societatem? dic quòd sic. l. alimenta. ff. de ali. & cib. leg. Deci. consil. 38. col. 1. in 1. vol. Et dicitur contrahi societas quādo maritus acquirit nomine suo & vxoris, & ibi per Decium, intellige tamen in rebus emptis.

ARTICLE XLVII.

En faueur & cōtract de mariage len peult faire toutes donatons & dispositiōs par conuenance de succeder ou autrement, au proufit de son bastard contractant mariage, dempta legitima liberis.

SUMMARIA IN GLOS. ART. XLVII.

- 2 An consuetudo de spurio intelligenda sit pluribus disputat, & obiter aliquot liberorum species enumerat. & nu. 3.
Fauore matrimonij potest pater pro suo bastardo matrimonium contrahente facere omnem dispositionē inter viuos, & ultima uoluntatis, salua legitima legitimis & naturalibus.

In tex. in verbo, *au proufit de son bastard.*

Dubiū se offert, vtum consuetudo debeat intelligi de naturali tantum, an verò etiā de spurio vel incestuo so: prima facie videtur quòd de naturali tantum: quia illi sunt minus odio legibus. Nam possunt in aliqua parte institui, spurii verò sunt exclusi ad omnē beneficio legati, licet de iure canonico possunt eis relinqui alimēta: vt plenè notauit supra in ti. des successions. ar. 10. Et ideo vt consuetudo minus lædat & restringat ius cōmune quàm fieri possit, iuxta c. cū dilectus. de cōsue. videtur quòd tantum loquatur, & locū habeat in filiis naturalibus. Ad idē allego glo. in rub. ff. de concubi. vbi natus ex concubina dicitur bastardus. Et intelligo de cōcubina quæ cohabitabat, & vxor fieri poterat: de qua loquitur tit. ff. de cōcubinis. quia aliàs natus etiā ex cōcubina diceretur spurius: vt notat glo. in cap. cum pridem. §. personæ. de renunciatio. quæ appellat nanferum natum ex scorto, nothum ex adultera, spurium ex concubina, naturalem ex concubina cohabitante loco vxoris. Et quòd bastardi & naturales idem sint, voluit glo. in l. final. C. de nat. lib. Ang. in l. ex facto. §. si quis rogatus.

O iii

ff. ad Trebel. Et licet ista sit de iure, credo tamen quod consuetudo largo modo appellat bastardos omnes natos ex alio coitu quam matrimoniali. Et quia est fauorabilis quod sit intelligenda de omni bastardo, ut fauore matrimonii omnia pacta de succedendo eis profint & valeant, moueor etiam quia nullibi consuetudo loquitur de natis ex omnino damnato coitu, sed tantum de legitimis, aut de bastardis. Et sic semper videtur intellexisse loquendo de bastardis de quibuscunque natis, ex quoque coitu reprobato. Item secundum communem usum loquendi appellatione bastardorum, veniunt spurii, & alii similes. Ideo talis communis usus est attendendus, etiam in statutis & consuetudinibus. Bar. in rub. ff. de ope. no. nun. col. 2. Cautelas tamen relinquendi spurii, vide plenè supra in ti. des successions. arti. 10.

ARTICLE XLVIII.

Quand le pere fiance ou marie sa fille, il est priuè de l'usufruit à luy appartenant es biens maternelz ou aduentiz de sadicte fille, si expressement il ne le reserve.

SVMARIA IN GLO. ART. XLVIII.

- 2 Casus in quibus pater usufructum non habeat, remissiuè.
- 3 Cui rei tamen duobus modis occurritur.

1 Pater tradendo filiam in sponsam, aut in uxorem, statim priuetur usufructu aduentitiorum filie, nisi specialiter ipsum reseruauerit.

2 Sunt aliqui casus in quibus pater non habet usufructum in bonis aduentitiis, de quibus in authen. excipitur. in l. cum oportet. C. de bo. que liber. Quibus potest addi hic casus, à consuetudine introductus: & sic per istam consuetudinem ampliatur consuetudo supra eo. ti. arti. 1. ut procedat etiam quando filia habet patrem, cum limitatione tamen reseruationis. Aduertat igitur pater in hac patria Aluernie quando filia habet bona aduentitia, in duobus: primò quod si velit eam dotare de bonis aduentitiis filie, id exprimat. Item si non det omnia aduentitia in dotem, quod usufructum reseruet: ne dum effuso nimis fermone loquitur, in promptum excidat periculum: iuxta tex. in l. fi. C. de do. promif.

ARTICLE XLIX.

Le pere est usufructuaire des biens maternelz & aduetiz de son enfant, & dure ledict usufruct non obstant que l'enfant trespasse le pere suruiuant.

SVMMA. IN GLO. ART. XLIX.

- 2 Ratio decidendi & dubitandi consuetudinis.

1 Pater est usufructuarius aduentitiorum filii, etiam præcedentis.
 2 Ratio dubitandi fuit quia ascendentes descendentes non succedunt, supra des successions. arti. 2. & 3. Et sic videbatur usufructus extinctus: quia causa aduetitia respectu filii prædefuncti cessabat: & sic cessante causa, videbatur cessare effectus. c. cum cum cessante. de appella. tamen consuetudo aliter disponit ex quadam æquitate, ne eodem tempore pater luceat mortem filii & usufructum deperditum.

DES ASSOCIATIONS.

TIT. XV.

ARTICLE I.

Tous partz & conuenâces tant de succeder qu'autres quelzconques, soyent mutuelles ou non, mises & apposees en contract d'association vniuerselle, faite & passèe par personne capable à contracter, non malade de maladie dont len espere que la mort s'en ensuyue de prochain, sont bonnes & vallables, & faissent les contrahens ladicte association ou leurs descendans.

SVMARIA IN GLOS. ART. I.

- 2 Quibus coniecturis censetur inita societas, remissiuè. & nu. 3.
- 4 Quam inter fratres alios minores, alios uero maiores, mortuo patre inducta sit, aliquot regulis explicat. & num. 5. 6. & 7.
- 8 Quid uero inter fratres maiores non negotiantes eodem quoque modo declarat. & nu. 9. 10. & 11.
- 12 An etiam & quando alij negotiantur, alij uero non: intelligatur inducta societas, regulis & questione adiecta exponit. & nu. 13. 14. & 15.
- 16 Quid si omnes negotientur. & nu. 17.

- 8 Quæ ueniant in societatem uniuersalem. & nu. 19.
- 20 An dos ab uno ex sociis filie tradita, societati imputanda sit, multis considerationibus & eruditè resoluit. & nu. 21. 22. 23. & 24.
- 25 Expensæ autem studiorum inter socios an conferantur, remissiuè.

In contractu uniuersalis associationis factæ per habile & non infirmum, de cuius morte de proximo dubitetur, appositæ pacta quæcumque etiam de succedendo & etiam in æqualia, ualent: & ex eis acquiruntur contrahentibus & eorum descendibus sâsina seu possessio.

In tex. in verbo, d'association uniuerselle.

Se offert dubium quotidianum, maximè in istis partibus Aluernie, ubi frequentantur istæ associationes, uidelicet quando dicatur contracta societas uniuersalis. Et quia quæ quotidiana sunt, magis sunt attendenda, intendo istum passum bene enucleare. Verù quia do. Ias. nixus fuit idem facere in l. 1. C. qui test. facere possunt. sequendo ordinem suum & consequenter ordinem Bar. in l. Titium au Meuium. §. altero. ff. de administra. tut. ubi expedierit, addam & supplebo tam in dictis, quam accumulando cæteros doc. modernos, maximè Deci. qui in suis consiliis hanc materiam plenè explicauit. Et in primis in consil. 21. col. 3. in princip. in primo vol. tradit quod quatuor sunt requisita ad inducendam præsumptionem tacite societatis contractæ: communio bonorum omnium, & continuatio in communione per triginta annos, communis habitatio utriusque familiae, communicatio fructuum ex possessionibus, & lucrorum & expensarum, circa res & personas nunquam inter eos reddita ratio. de materia uide plenè Deci. consil. 66. 67. 68. in primo vol. Socy. consil. 45. & 46. in 4. vol. Deci. consil. 21. col. 2. in 1. vol. sequendo ordinem do. Ias. Prima fit regula, quod quando mortuo patre supersunt filii, quorum aliqui sunt maiores, aliqui minores, etiam quod bona teneant pro indiuiso & se omnes exerceant, tamen non intelligitur contracta societas. Ita Ias. sibi col. 2. Amplia etiam si expediret pupillo esse contractam societatem. Limitatio prima ad prædictam regulam est, quando tutor pupilli communicaret alijs, & alii ipsi tutori. Licet do. Ias. transeat cum ista limitatione: cui addo Decium consil. 21. col. 2. in primo vol. ubi sublimitat quod non contraheretur si frater esset tutor: puto ego aduertendù quod si consideratis facultatibus pupilli & aliorum appareret quod tutor melius consulisset utilitati pupilli, non contrahendo societatem, quod tunc factum tutoris non præiudicaret pupillo: quia tutor nõ potuit facere deteriorationem conditionem pupilli, aut saltem ei daretur in integrum restitutio, & maximè si per socios aliqua distraherentur & alienarentur: sed bene credo quod limitatio procederet quando esset talis societas utilis pupillo, aut saltem esset dubium de utilitate vel damno: quia tunc propter incertitudinem pupillus dicitur usus officio maioris. Et si contingat læsio, non est considerabilis: nec est mirandum quod contractus claudicaret respectu minoris, per not. per do. Ias. in l. non eo minus. C. de procur. Et dicit Deci. consil. 21. col. 5. in prin. quod posset attentari quod omnino ætas pupillaris impediat contrahi societatem, etiam intelligendo quando pupillus habet tutorem. Secundò limita quando testator mandasset communi nomine mercantiam exerceri: quia præsumitur factum negotium mercantiæ sicut testator mandauit, non animo contrahendi societatem. Ita simpliciter transit do. Ias. Aduerte quia secundum do. Ias. si testator mandauit mercantiam, aut aliam rem communi nomine exerceri, quo ad illud exercitium dicitur contracta societas, & non quo ad reliqua. Ita declarat Deci. consil. 21. col. 5. uers. unde inferitur. in princ. uide omnino Soci. consil. 4. in 4. vol. Illa tamen limitatio concluderet ex identitate rationis uniuersalem societatem, si testator mandasset quod filii usque ad certum tempus starent in communione. Sed quia tali casu fratres viderentur tenuisse comunione magis ex præcepto testatoris, quam ex animo & voluntate contrahendi societatem: & tamen societas fundatur ex actibus qui non possunt fieri citra ius & nomen societatis. Deci. d. consil. 21. uers. talis enim societas. in princ. per istam rationem redditur limitatio do. Ias. dubia: quia filii simul habitantes ex præcepto testatoris, videntur id facere ex necessitate, & nõ animo contrahendi societate: qui animus saltè præsumptus requiritur, & ista ratio militat ad impediendum contrahi societatem, tam uniuersalem, quam particularem, quando communio procedit ex testatoris præcepto. Tertiò limita secundum do. Ias. in adulto, curatore non habente. In prima limitatione dixit, quod pupillus potest contrahere societatem cum autoritate tutoris: & in ista dicit quod adultus potest, si non habeat curatorem: non video rationem differentie, imo tanta ratio videtur in adulto, quando habet curatorem, ut possit contrahere societatem, cum eadè sit potestas tutoris & curatoris: ideo videtur quod possit id facere tam cum curatore, quam sine eo. Et circa principalem limitationem de adulto, puto aduertendù, quod si incideret in læsionem ex contracta societate, sibi daretur restitutio in integrum, saltem eo casu quo supra dixi dandam pupillo: quando constat re ipsa quod à principio contractus talis societas potius inclinabat in damnum, quam in utilitatem. Quarta limitatio est, quod pupillus maior factus potest habere ratum gestum communi nomine, si videat sibi expedire, ista non potest dici limitatio, sed potius quædam declaratio: quia ratificando tantum contrahit societatem illius rei, de qua ratum habet, & non uniuersaliter. Sicut in simili dicit Decy consil. 21. col. 1. in 1. vol. Quando maritus fundum emit nomine suo & uxoris, ea ratificante tantum, contrahitur societas illius fundi. Et quod dicit in pupillo, idem dici potest in adulto: quia quo ad obtinendam restitutionem in integrum ex capite læsionis, paribus passibus ambulant. ut apparet toto tit. ff. de in integ. rest. Secunda fit regula, quod plures fratres non negotiantes post motem patris bona indiuisa etiam communicando fructus non videntur contrahere societatem uniuersalem. Et ista optimè adaptatur ad filios nobilium & diuitum, qui venationibus & ludis inutiliter eorum adolescentiam agentes dant operam, immemores dicti moralis Catonis: Labitur exiguo quod parum est tempore longo. Et alterius: fac tibi succurrant iuuenis quæ feceris ipse. Et dicti philosophi, quod solius temporis honesta est auaritia. Limita istam secundam regulam, ut non procedat quando fratres omnia communicarent sine distinctione etiam quod non negotiarentur, quia tunc præsumitur societas.

ratis effectus. Ita limitat Bar. Bal. ubi dat exemplum quod sequitur. D. Ias. in d. l. 1. col. 3. vers. sed aduerte. & vers. limita nisi interueniret alii actus. Et secundum istum casum requiritur quod communicatio cocurrat in omnibus. Et ista essent difficilis probationis apud eum qui societate allegaret: quia alii negates societate haberet regulam pro eis: quod facta in dubio non presumuntur. l. si emancipati. C. de colla. ibi, nisi te emancipatum, &c. Limitat secundum Ias. in d. col. 3. in fi. quando concurrerent tria: diuturnitas temporis, communis usus, & coniunctio sanguinis. credo quod prima limitatio de qua supra, sit coniungenda cum ista secunda, & erit una tantum limitatio, ut procedat quando interuenit diuturnitas temporis, alias communis usus & sanguinis coniunctio non sufficeret. nam diuturnitas temporis facit presumi solennitatem extrinsecam interuenisse in actu, contra regulam communem. Ias. in l. sciendum. col. 5. vers. quarto limita. ff. de verbo. oblig. Et ibidem col. 6. vers. 8. bene facit. secutus glo. in l. penult. C. communi. diuidu. decedit quod si duo fratres diu possederunt hereditatem diuisam, presumitur diuisio inter eos. Ita e contrario, si diu simul steterunt, presumitur contracta societas, concurreritibus quatuor, de quibus praedixi. Et quando dicatur tempus diuturnum? dic annorum decem, secundum doc. gl. l. penult. C. communi. diui. do. Ias. in l. si certis annis. col. 3. C. de pact. Alexand. consil. 3. col. vltima. in 3. vol. Fely. in c. illud. col. 3. de praescrip. Deci. tamen consil. 21. col. 3. vers. primo communio bonorum, &c. in primo vol. dicit quod triginta anni faciunt diuturnitatem temporis in hac materia.

12 Tertia regula est quod ex pluribus fratribus, si aliqui negotientur, aliqui non, non dicitur inter eos contracta societas. Ita Ias. col. 4. in princ. addo Deci. consil. 21. col. 3. vers. & quoniam in princ. Et isto casu aduerte quia si is qui negotiatur ponat lucrum in communi, non videtur contrahere societatem, sed donare. Sed si acquirat communi nomine, tunc dicitur contrahere societatem respectu rei emptae. Ita declarat do. Ias. post Bar. in dicta l. 1. col. 5. in fi. Et facit dictum Decii consil. 58. in primo vol. ubi tradit de marito qui acquirat nomine suo & uxoris, quia videtur contrahere societatem in illa re. Si vero is qui negotiatur ex lucro acquirat nomine proprio, quaesita non debent communicari. Ita debet intelligi do. Ias. quando dicit quaesita non esse communicanda, quando sunt facta nomine proprio negotiantis. Fallit ista regula quando is qui non negotiatur omnia ponit in communi, puta quaesita ex donatione, ex ludo, ex labore, ex salariis, quia tunc intelligitur contracta societas. Intellige istam limitationem quando cum communi usu & coniunctione sanguinis concurrat tempus diuturnitas, per ea quae dixi supra in limitatione secundae regulae. Circa istam regulam concurrat probabile dubium, de quo loquuntur doc. in locis praedictis. Pone quod mortuo patre alter filiorum exercuit mercantiam patris, & alter nihil fuit negotiatus, utrum quaesita per negotiantem nomine proprio sint communicanda? Si volumus dicere quod fuerit contracta societas, certe non, per regulam istam tertiam: quia alter nihil posuit. Dicit aliquis: Imo posuit, quia mercantia erat communis. tamen non contrahitur societas: quia alter frater habebat partem mercantiae, & vltra posuit industriam suam, unde acquirendo nomine proprio satis declarauit nolle societatem contrahere. Quomodo ergo erit consultum non negotiati? Dic quod primo fiet diuisio totius mercantiae, quam pater relinquit in hereditate. Et is qui negotiatus fuit, habebit dimidiam lucrum pro suis laboribus, & alia dimidia attribuetur mercantiae, & de ea fiet diuisio inter fratres. Istam distinctionem proba a simili eius, quod decedit Bartol. quem ibidem Ias. sequitur in l. illud. C. de colla. ubi determinat quod si filiusfamil. negotiatur ex peculio profectio, dimidiam lucrum attribuitur suis laboribus, & altera peculio. Ideo post mortem patris tantum communicabit dimidiam lucrum cum fratribus prouenti ex peculio. fallit tamen si semper uiuo patre negotiaretur nomine patris. Et ita in casu nostro puto posse dici, quod si frater negotians negotiaretur communi nomine, quia tam in datis, quam in receptis semper poneret fratres, tunc totum lucrum esset communicandum: & illud quod sibi deberetur ratione suae industriae videtur donare, sicut quando acquirat fundum communi nomine, & de propria pecunia: ut patet ex praedictis, etiam per ea quae dicit do. Ias. de filiofamil. negotiante nomine patris. Circa principalem quaestionem quando frater mercatur de communi mercantia suo proprio nomine, quod totum sibi acquiratur, decedit Deci. dicto consil. 21. col. 6. vers. hoc decedit. in primo vol. Sed illa decisio non videtur continere aequitatem & est iurabilis. Et quod ego supra dixi tenere Bart. videtur iustus & aequus. Quarta regula est, quando omnes fratres mortuo patre negotiantur circa apothecam quam pater habebat, aut aliam negotiationem, intelligitur inter eos contracta societas particularis illius negotiationis tantum: sed si haberent diuersas negotiationes, & omnia lucra conferrent, videretur contracta vniuersalis societas. Ita Ias. in dicta l. 1. col. 4. in fin. & sequenti. C. qui testa. fa. pos. Omnia praedicta clare vendicant sibi locum, quando quatuor, de quibus praedixi in prima limitatione ad primam regulam, concurrunt. Quid iuris si frater indiuisus emat fundum nomine proprio, utrum fundus erit ementis, & solum teneatur communicare pecuniam captam de communibus bonis? in isto articulo tacto per do. Ias. in dicta l. 1. col. 5. facias duas conclusiones: Prima quando nulla est contracta societas particularis alicuius negotiationis, eo casu praedium erit ementis, & communicabit fratribus indiuisis pretium. Secunda conclusio, quando est contracta societas omnium bonorum per promiscuam collationem & communicationem factam ante emptionem praedii, tunc praedium erit ementis: sed tenebitur illud communicare actione pro socio, si illud emit suo nomine, clam aliis fratribus ignorantibus: quia non fuit in eius facultate soluere societatem aliis insciis. Si vero emerit aliis scientibus, quia satis declarauit se nolle perseverare in societate, intelligitur distracta societas, quae sicut tacite contrahitur, ita tacite per contractus contrarios dissoluitur. iuxta l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Vtrum donationes & legata facta vni fratri veniant in societate, tradit Deci. consil. 21. col. 5. vers. 3. queritur. in primo vol. Et ibi eodudendo dicit: Aut societas est particularium negotiorum vel bonorum, & tunc non veniunt: quia limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. bonus tex. in l. ita. §. ex hoc edicto. ff. nau. cau. sta. ubi nauta tenetur quando recipit ut nauta, secus si ut amicus vel vicinus. Ipsam regulam per infinita exempla declarat Fely. in c. cu ordinem. col. 3. vers. limita causa. de rescrip. Et in istis terminis intelligi debet dictum Pet. de Peru. quem refert ibi Fely. col. 4. vers. & dicit Petr. de Peru. qui voluit quod lucra obuentionis socio

extra

extra materiae societatis, non communicetur. Sed quando est societas omnium bonorum, & tunc aut expressa, & veniunt in societate omnia lucra, etiam si sapiant donationem vel legatum: aut est contracta tacita societas omnium bonorum, & tunc talia lucra non veniunt: quia non presumitur de eis cogitatum inter socios. Ita decidit Deci. ubi supra. Et ibidem vers. quarto videndum. tradit quando praedium est emptum ab vno fratre, an sit communicandum: item quantum importet quando frater facit librum rationum. Item vtrum exercendo mercantiam, presumatur eam exercere de capitali communi ipsorum fratrum. Adde Deci. consil. 66. 67. 68. in primo vol. Et nunquam obliuiscaris illud dictum, quod frater negotiando de communi capitali nomine suo, fratris lucrum non comunicat. Ita Deci. d. consil. 21. col. 6. si sit verum, est mirabile quod pars non attribuitur capitali, & pars laboribus, per ea quae supra: a notari de filiofamil. negotiante de peculio profectio. Illud forte dictum Decii procederet quando alii fratres scirent vnum ex fratribus negociari de communi capitali, proprio nomine, & tollerarent: quia viderentur donare: secus si ignorarent, vel arbitrarentur quod ageret mercantiam communi nomine, vel essent minores, qui non possunt donare. Si contingerit casus, discurre allegata per Deci. in quibus terminis loquatur: quia, ut alias dixi, maior librorum copia remansit in propriis laribus. Ut ex materia societatis vniuersalis colligi possit fructus aliquis, moueo quaestionem, de qua dudum fui requisitus consulere: sed perspecta difficultate articuli laudavi concordiam. tamen pollicitus fui quod concessa pauca temporis dilatione, scriberem quid in tam difficili articulo mihi suaderet. Praesuppositum fuit in facto quod tres fratres post patris decessum per plures annos remanserunt in comunione: & inter eos omnia interuenerant quae poterant tacitam societatem omnium bonorum contractam arguere. Et ex quo vnus ex fratribus durante societate filiam nuptui tradiderat, & dotem de bonis communibus persoluerat, fuit quaesitum, an talis dos patri esset in parte sua imputanda, an toti societati: breuiter agendo & conclusiue quantum poterem, reperio Deci. tenentem quod ista dos est imputanda societati. consil. 66. & 68. in 1. vol. ubi dicit istam esse communem. Item do. Ias. tenentem oppositum in authen. quod locum. col. 3. vers. quid tenendum. C. de colla. ut amplectar ego omnes casus, dico sic: Aliquando vnus ex sociis durante societate promittit dotem pro filia, & isto casu non obligat socios ad soluendam dotem. text. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. quando nihil dictum fuit inter socios de dotibus soluendis. Et principium illius tex. recte intuenti loquitur, quando talis promissio fuit facta societate durante. Est alius tex. in l. iure societatis. ff. eo. ti. ubi ex contractu socii non obligatur socius, nisi quatinus factum pro quo socius se obligauit, respicit commodum societatis. Sed dotatio non est de respicientibus necessitatem vel utilitatem societatis, ergo est bona conclusio quod onus dotandi respicit tantum patrem filiae: & non societatem: ut concludit do. Ias. & licet Deci. videatur in pluribus locis tenere oppositum, tamen primam opinionem fatetur veram in d. consil. 66. col. 5. ubi vtitur his verbis: Fateor tamen quod a principio fratres poterant contradicere, ne filia de bonis communibus dotaretur. Secundus casus est quando socius soluit dotem de communibus bonis, aliis consentientibus expresse, & tunc videntur alii donare, per tex. in l. si seruus communis. ff. de dona. inter vi. & vx. Et licet ille tex. loquatur de coniunctis sanguine, idem iuris est de coniunctis magna amicitia, quae censetur quaedam coniunctio. l. lata culpa. §. amicos. cum glo. ff. de verbo. signi. Item censetur quaedam fraternitas. l. verum. in princ. ff. pro socio. Imo talis amicitia praeponderat coniunctioni sanguinis. l. cum allegas. C. de castren. pecul. lib. 12. & in l. 2. in verbo, amici. ff. qui pet. tut. Et in specie quod lex, si seruus communis, quae loquitur in coniunctis sanguine, habeat locum in coniunctis magna amicitia, declarat Ias. in l. quae dotis. col. 14. vers. extendit istum tertium casum. ff. sol. ma. Et maior amicitia non potest cadere quam in sociis omnium bonorum, cum societas fraternitatem in se contineat, dicta l. verum. in princ.

Tertius casus est quando socius soluit dotem de communibus bonis aliis scientibus & non praesentibus. Et licet sit regula quod in praedicialibus scientia sine praesentia non inducat consensum. Bar. in dicta l. quae dotis. col. 4. vers. quareo quid de sciente, non tamen praesente, tamen fallit dicta regula in coniunctis sanguine, vel magna amicitia, quae habet vim ratificationis & consensus, per dictum text. in l. si seruus communis. ibi, si id sciissent fratres. ff. de dona. inter vi. & vx. Et ista in specie tradit do. Ias. in l. quae dotis. col. 14. vers. tertius casus est. ff. sol. ma. Et ideo inferitur in hoc casu quod si socii scientes fratrem dotasse filiam de communibus bonis, tacuerunt, taciturnitas habebit vim consensus, & sic in diuisione dos soluta imputabitur societati. Et pro ista conclusione videtur mihi text. ab alio non ponderatus, quod viderim in d. l. si socius pro filia. vers. caeterum. ff. pro socio. Nam ibi dicitur: si pater qui soluerat dotem filiae, ea in matrimonio defuncta recuperauerit eam, reddet societati. Et sic innuit ille text. quod illa dos sicut erat de bonis societatis, erat societati restituenda. Et licet videretur filiae donata, tamen quia pater filiae ei succedit, tale lucrum proueniens de bonis societatis societati acquiritur. Et istam conclusionem ample firmat Deci. & ampliat etiam in dote data ab vno fratre de bonis communibus plurium fratrum indiuisorum, qui non erant socii omnium bonorum, consil. 66. col. 6. vers. secundo principaliter praedicta conclusio. & consil. 68. col. 5. vers. sed tamen. & vers. his tamen remotis. Et ibi dicit, quod licet donatio in dubio non presumatur, fallit tamen fauore dotis. tex. est in l. vnica. §. accedat. C. de rei vx. actio ubi extraneus promittendo dotem pro filia, eam in dubio donare videtur. Verum est quod Iaso sequitur hanc conclusionem, quando dos est constituta a socio, aliis scientibus & tacentibus, in aliis rebus, quam in pecunia numerata. in authen. quod locum. col. 4. vers. tenendo istam partem. C. de colla. Ego non video rationem differentiae quoniam ita pecunia est communis sicut sunt caeterae species. Item text. in l. si seruus communis. in quo fundatur haec conclusio, dicit, det in dotem rem communem, sed appellatio rei generalis est comprehendens ita pecuniam, sicut caeteras species. l. 1. in fi. ff. si cert. pet. Item ratio donationis praesumptae fauore dotis coniunctionis sanguinis vel magne amicitiae, ita militat quando dos consistit in quantitate, sicut in aliis speciebus: & sic credo conclusionem generaliter procedere in quacunque re dos consistat, propter generalitatem dicti text. si seruus communis. & identitatem rationis in tacente. Ex his redditur bene enucleata haec materia. De expensa studii vel doctoratus quando sunt socii omnium bonorum fratres, aut non socii, sed indiuisi, recurre ad dominum Ias. in d. authen.

ARTICLE II.

Et durent lesdictes conuenances de succeder & autres apposees audict cōtract d'association entre les contrahens ladicte association & leurs descendans, quand il est ainsi cōuenu & accordé par icelles, posé qu'il y ait partage fait entre les associez, ou que l'un desdictz associez trespasse.

SUMMAR. IN GLO. ART. II.

- 2 Ratio dubitandi redditur.
- 3 Additur consuetudinis sensus.

1 *Pacta apposita in tractatu societatis uniuersalis sortiuntur effectum inter contrahentes, & eorum descendentes, etiā si contingat fieri diuisionem bonorum aut alterum ex contrahentibus decedere.*

2 Ratio dubitandi fuit in hac consuetudine, quia societas finitur per contrariū actum diuisionis. I. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Itē finitur morte. §. soluitur. insti. de socie. Et ideo videbatur quod pacta apposita tanquam accessoria deberent resolui & interpretari, vt valerent stantibus sic terminis prout stant, & sic durate societate. tamen hæc consuetudo decidit contrarium.

In tex. in verbo, *quand il est ainsi conuenu & accordé.*

3 Credo quod consuetudo velit dicere quod potest fieri pactum, quod non obstante resolutione societatis teneant pacta tam de succedendo quam alia quæcunque inter contrahentes & descendentes. Sed si talia pacta non interuenerunt resoluta societate communi cōsensu, intelligeretur recessum ab omnibus pactis: quia sublato principali intelliguntur sublata accessoria, quæ sequuntur suum principale. regula accessorium. de reg. iur. verum est quod in duobus casibus consuetudinis viderentur stare dispositiones & pacta: quia mors vnus non videtur tollere posse effectum pactorum perfectorum, ex consensu duorum vel plurium. Item faciēdo simpliciter diuisionem resoluunt societatem, prout ex nunc, non prout ex tunc: & sic videntur subsistere pacta antea facta, a quibus per dictam diuisionem partes nō præsumuntur recessisse, nisi expressè ita dicant & disponant. Sicut etiam per diuisionem non intelligitur remissum fideicommissum reciprocum. I. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 5. ff. de verbo. oblig. Deci. plene confi. 86. in 1. vol. Et ita videtur dicendū de iure: subsequens tamen consuetudo tollit omnē difficultatē.

ARTICLE III.

Mais ou il ne seroit conuenu lesdictes cōuenances de succeder, & autres apposees esdictz contractz, durer entre leurs descendans, apres le trespas desdictz associez, ou partage entre eulx fait, lesdictes associations & conuenances de succeder & autres y apposees sont esteintes par partage subsequēt, ou par la mort de l'un desdictz associez.

SUM. IN GLO. ART. III.

Pacta in societate apposita an sint realia. Per totum.

1 *Non interueniente pacto quod disposita in societate habeant locum in descendentes, societas cum pactis ipsis resoluitur morte unius ex sociis, aut diuisione bonorum.*

2 Hæc consuetudo nihil addit, sed tantum in effectu præcedentem declarat. Vides quod valent pacta contra naturam cōtractus, qualiter istud procedat, habes Bar. in l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa mor. Itē dum dicit in consuetudine, si sit factum pactum quod disposita in cōtractu societatis transfirent ad hæredes, tunc societas non soluitur morte aut diuisione: aliās secus. contra hæc opponitur. Nam pacta in dubio sunt realia, & transeunt ad hæredes. l. iuris gentium. §. pactorum. vbi Bar. ff. de pact. Deci. confi. 51. in primo vol. ergo ista expressio de descendentes, non videtur esse in consideratione. Responde, quod pacta in dubio intelliguntur apposita, secundum naturam cōtractus, & transeunt vel non transeunt ad hæredes, secundum quod natura cōtractus exigit. Et ideo quia hic agitur de cōtractibus qui soluitur morte vel diuisione, ideo fuit necessaria illa expressio, quod pacta transfirent ad descendentes.

ARTICLE IIII.

Conuenances de succeder apposees en cōtract d'association sont reuouées entieremēt par suruenance d'enfans, sinon qu'il soit expressément dict, que la cōuentio de succeder aura lieu, y ait enfans ou non. Auquel cas lesdictz enfans suruenans auront seulement leur legitime.

SUMMAR. IN GLOS. ARTIC. IIII.

Legem si unquam in pacto de succedendo locum habere.

Pacta

Pacta de succedendo reuocantur per superuuentiam liberorum, nisi aliter sit expressè conuentum: quo casu filij habebūt solam legitimam.

2 Ecce quod dispositio l. si vnquam. C. de reuo. dona. habet locum etiam in pactis de succedendo. Ratio est, quia verisimiliter si pater cogitasset de futuris liberis, nō fecisset talia pacta, nam in dubio nō præsumitur velle anteferre extraneos suis liberis in successione. I. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Sed quando apparet quod de eis cogitauit, cessat legis præsumptio. Sint ergo cauti contrahentes societates circa expressionem liberorum nasciturorum. si igitur tempore pactorum iam haberent liberos, valerēt pacta, etiam si de eis non fieret mentio: quia satis præsumitur de iam natis pater cogitasse, & sic cessat ratio l. si vnquam.

ARTICLE V.

Les conuenances de succeder apposees en cōtract d'association vniuerselle n'empeschent les associez de disposer de leurs biens par cōtract entre vizz à leur plaisir & volonté: & n'ont vigueur lesdictes conuenances de succeder, sinon es biens dont lesdictz associez decederont faisiz & vestuz, & desquelz n'aurōt autrement disposé.

SUMMAR. IN GLOS. ARTIC. V.

- 2 *Pactum de succedendo partim respicit ultimam uoluntatem, partim cōtractus.*
- 3 *An cōtractu societatis possit prohiberi alienatio, multis regulis additis aliquot limitationibus tractat. Et nu. 4. & 5.*

1 *Non obstantibus pactis de succedendo, socij possunt de eorum bonis disponere inter uiuos: & habent locū pacta in bonis tantum, quæ socius possidet tempore mortis.*

2 Istud pactum de succedendo quo ad quid regulatur secundum naturam vltimarum voluntatum: quia tantum habet locum in bonis disponētis tempore mortis: sicut etiā dicimus in legitima. l. Papinianus. ff. de inoffi. testa. sicut etiam in falcidia. §. i. insti. ad l. falcis. Quo autem ad reuocationem per vltimam voluntatem, non: & sic non est de ambulatoria voluntas, iuxta l. 4. ff. de adi. lega. nō impedit tamen dispositionem inter viuos: sic talia pacta participant de cōtractu quo ad quid, & quo ad quid de vltima voluntate. Quæro circa istā cōsuetudinem, de quæstione vtili, & quæ plurimum conferre potest in proposito: Vtrum contrahentes societatem possint pacisci & conuenire, quod nullus sociorum possit de proprietatibus dictorum bonorum disponere, etiam inter viuos, in præiudicium societatis: & in casu dispositionis quod sit nulla: & pro præmissis obseruatiā ipsæ partes hinc inde obligare omnia bona in societate communicata: dic quod sic, si seruetur forma supra scripta. Sed pro pleniore intelligentia facio regulam, quod prohibitio alienationis inter viuos nō impedit dominii translationem, licet cōtraueniens teneatur ad poenā vel interesse. l. ea lege. C. de cōdi. ob cau. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. Et habet locum ista regula etiam si contrahens dicat, vendo aut dono, vt non alienes, vel ne alienes: quia istæ duæ dictiones, vt, & ne, inducunt modum & non cōditionem, & non impediunt dominii translationem: vt declarat Bar. Paul. de Cast. & Alex. in l. qui absenti. §. i. ff. de acqui. poss. Prædicta regula habet quinque fallentias, quæ traduntur loco quinque cautelarum. Et sic fallit primò, quando cōtractus fit sub conditione, si non alienabis: quia dominium nunquam transit in te, donec desieris posse alienare. Et si alienabis, habetur dominium pro non translato. Ita magistraliter declarat Paul. de Cast. in d. l. qui absenti. §. i. ff. de acqui. poss. Fallit secundò, quando promittis nō alienare sub speciali hypotheca rei quæ transfertur. Et quod nō sufficiat generalis hypotheca, vult Bar. in d. §. i. in fi. & Paul. de Cast. Idem d. §. i. ibi, alia practica est, quod obliges mihi illam rem. Istud plene disputat Alexand. in dicto §. i. col. 2. versic. aduerte tamen. & dicit quod illa conclusio non est sine dubio: eam tamen non impugnat: & quia est communis, ideo est tenenda, & sic erit necessaria hypotheca specialis. Fallit tertio quando vendo vel do, adiecto pacto quod non alienes. Et si ad aliquem actum alienationis deuenieris, statim dominium ad me reuertatur: & eo casu cōstituis te rem ipsam nomine meo possidere. Ita Pau. vbi supra col. 1. versic. & ideo doctores dant aliam practicam. & ibidem Alex. col. 1. vnde Bart. post Oldra. Fallit quarto quando vendo vel dono pacto adiecto quod nō possis alienare: & si ad actum alienationis deuenieris, cōtractus venditionis seu donationis habetur pro non facto. Ita Paul. de Ca. dicta col. 1. versic. tu potes ponere. Alexan. ibidem col. 2. versic. alia traditur cautela, secundum Bal. Et ibi eam limitat tantum locum habere quando pactum resolutiuum fuit appositum tempore cōtractus. Fallit quinto secundum Bal. in l. ea lege. C. de cōdi. ob cau. quando transfero in te dominium talis rei quam tibi dono vsquequo eam alienabis. Ista fallentia nō placet Paul. de Ca. in d. §. i. col. 1. versic. vbi etiā ponit aliā practicā. nec etiā Alex. ibidem col. 2. versic. est & alia cautela vt dicatur illa ratione, quia dicit quod transfertur post tempus alienationis perfectæ. Si tamē diceretur & eo casu cōtractus alienationis habeatur pro non facto, credo quod tale pactum resolutiuum operaretur nullitatē cōtractus: quia habet locū etiam in donationibus, vt declarat Pau. de Ca. in d. §. col. 1. & dixi supra in quarta fallentia. Ex supradictis colligis quinque fallentias ad regulam quam ex pacto inter viuos nō potest impediri dominii translatio: ea quæ prædixi sunt tradita per Bar. Paul. de Cast. & Alex. in d. l. qui absenti. §. i. ff. de acqui. pos. Et per Bart. in l. nemo potest. §. diui. col. 4. versic. quæro an per cōtractum. ff. de leg. 1. quem refert & sequitur do. Iaf. ibi. col. 13. & 14. & col. 15. adducit cautelam colono aut cōductori, per quam poterūt impedire dominum vel locatorem, quod non poterunt in eorum præiudicium rem alienare durante tempore præfixo locationi. Nec obstabit hæc consuetudo quæ vult quod possint disponere inter viuos, quia intelligitur procedere in casu suo, quando partes aliter non conuenerunt. Nam quod possint disponere, est ordi-

natum fauore contrahentium: fauori igitur tali partes possunt renuntiare, l. penul. C. de pact.

ARTICLE VI.

Toutefois ne peuvent lesdictz associez faire autre heritier par contract ou autre disposition subsequente, au preiudice de l'association & conuenance de succeder, apposee en icelle.

1 Excepta via dispositionis inter viuos, omnis alia dispositio in preiudicium societatis prohibetur. Ista etiam est declaratiua precedentis.

ARTICLE VII.

Et est ledict heritier par contract d'association tenu a toutes charges hereditaires, comme seroit l'heritier ab intestat, sinon qu'il renonçast a la succession de son associe: ce que luy est permis faire par ladicte coustume.

SVM. IN GLO. ART. VII.

Iuri communi conuenire ostendit.

1 *Heres ex pacto de succedendo tenetur ad omnia onera sicut si succederet ab intestato nisi hereditatem renuntiauerit, quod ei a consuetudine est permissum.*

2 *Ista consuetudo concordat cum iure communi, quod heres pro toto vel pro parte succedens tenetur ad onera. l. pro hereditariis. C. de here. actio. Et quod possit renuntiare, concordat cum iure communi: ut patet toto tit. C. de repu. here. Et licet illa iura loquantur quando quis succedit ab intestato, vel vltima voluntate idem iuris est, quando succedit ex pacto, quia cum sit appositum fauore socii, illi potest renuntiare. d. l. penul. C. de pact. Et contineret tale pactum iniquitatem, si quis cogereetur hereditatem acceptare, cum sit in facultate socii disponere de bonis inter viuos: ideo tale pactum posset redundare in magnam captionem socii, si teneretur hereditatem acceptare multum onerosam.*

ARTICLE VIII.

Et se peut ledict heritier conuentionel par contract d'association porter heritier par benefice d'ineuetaire de son associe, ou il n'y auroit lignager du defunct qui se rendit heritier simple, ou par benefice d'ineuetaire: le quel lignager sera preferé audict heritier conuentionel.

SVM. IN GLO. AR. VIII.

Explicatur remissio.

1 *Heres conuentionalis potest uti beneficio inuentarij, si se non offerat alius de cognatione, qui hereditatem acceptet cum inuentario, uel sine, quia is preferitur.*

2 *Quod hic dicitur de herede in contractu societatis, dictum fuit de herede in contractu matrimonij, supra, des donations. arti. 35. Et quia pacta de succedendo in istis duobus contractibus ambulant ex consuetudine paribus partibus, ideo ad ibi dicta me remitto.*

DES ACHAPTZ LOTZ ET VENTES.

TIT. XVI.

ARTICLE I.

AV pays d'Auergne coustumier, tant hault que bas, lotz & ventes sont seulement deues en contract de vendition de chose immeuble, pourueu qu'il ait forty effect.

SVM. IN GLO. ART. I.

2 *Quare hic adiectum sit uerbum, constumes.*

3 *Quare dicantur laudimia.*

4 *Quare ex contractu uenditionis nulla laudimia non pendantur.*

5 *Ostenditur multis exemplis legem aut statutum perpetuo de actu efficaci intelligendam esse.*

6 *An consuetudo hac intelligenda sit eo casu, quo instrumentum ex statuto redditur nullum.*

1 *Laudes, seu laudimia in patria Aluernia, tam alta, quam basse consuetudinaria, debentur tantum de contractu uenditionis rei immobilis, qui sortitus est effectum.*

In tex.

In tex. in verbo, d' Auergne coustumier.

Consuetudo ponit uerbum, *coustumier*, cum misterio: quia aliqua pars Aluernia est subdita personis ecclesiasticis in temporalibus, qui non admiserunt istas consuetudines, nec receperunt, sed declarauerunt uelle uti iure scripto. Sunt tamen aliqua consuetudines, quas alibi citabo, quae fuerunt indistincte ab omnibus receptae. Et sic haec consuetudo non uideat sibi locum in plerisque terris ecclesiae, in quibus seruatur ius commune.

In tex. in verbo, *lotz & ventes*.

Quid dicatur laudimium? dic quod illud quod soluitur directo domino pro inuestitura, ab acquirente de pretio rei emptae. Et de iure communi est quinquagesima pars pretij. l. fi. C. de iure emphi. Nisi super laudimiis sint facta alia pacta de soluendo plus aut minus: quia illa erunt seruanda. tex. in l. 2. C. eo titulo.

In tex. in verbo, *qu'il ait forty effect*.

Consuetudo uult quod de uentione nulla non debeat laudimium: ratio est in promptu, quia laudimium debetur de parte pretij uenditionis: sed ubi non tenet uenditio nec adiectio pretij, ergo nullum laudimium. Quero, utrum actus qui non possunt sortiri effectum dicatur nullus? quod sic, probat tex. in l. fi. ff. de offi. eius cui est manda. iur. & ibi Do. Ias. coprobat per quinq; similia. Et inter caetera ponit unum exemplum de gabella, quae non debet solui de contractu inefficace & inutili. Et sic in proposito consuetudinis, de qua hic, & in uersu. 3. & c. allegat Bal. decidente, quod si statutum ciuitatis disponat quod si aliquis habet molendinum in aquis publicis, teneatur tantum soluere principi pro gabella: illud statutum non habet locum in molendinis non reddentibus fructum & inefficacibus. Et quod de contractu nullo vel inutili non sit soluenda gabella, uide plene Do. Ias. in l. non dubium. col. 2. uersu. quinto nota. C. de legi. addo Alex. conf. 35. in 4. vol. Plenissime Fely. in c. ex tenore. col. 3. uersu. regula non praestat. de rescrip. ubi per multa exempla probat quod statutum vel dispositio loquens de instrumento, sententia, vel aliquo actu, semper debet intelligi de validis, non de nullis vel inefficacibus, imo fortius de actu nullo vel inutili non est fienda expressio in impetratione rescripti, nec in alia dispositione. Fely. in d. c. ex tenore. col. 3. uersu. de rescripto nullo. Ne tamen incidamus in errorem dicendo, quod semper actus nulli careant effectu seu poena, aduertendum est ad dicta Fely. in d. c. ex tenore. col. 6. uersu. caeterum ad multa. ubi dicit post Bar. in l. quid ergo. §. cum autem factum. ff. de infa. & caeteros per eum citatos: quod aliquando lex considerat solum factum & animum facientis, non autem iuris effectum. Et tunc pro actu nullo inciditur in poenam leuem qui duas. C. de adult. ubi punitur bis contrahens matrimonium. Aliquando lex non considerat factum nec affectum animi, sed principaliter effectum: ut si loquitur per uerba denotantia non nudum factum, sed effectum: & tunc data nullitate actus non committitur poena. allegat l. 1. in fi. ff. de abig. Et addit quod quando dispositio loquitur sub conditione, quae est iuris, nisi conditio existat, non committitur poena. Ista conferunt ad declarationem articuli primi, in titulo 29. *des iniures*. ubi punitur affectus licet non sequatur effectus. Et pro prima distinctione uide plura exempla de periuro ratione iuramenti inualidi, de instrumento nullo, tamen falso, & aliis similibus. Fely. d. col. 6. uersu. caeterum. Quero de alia quaestione notabili, pone quod statutum annulet instrumentum, quia non fuit seruata certa forma: utrum uideatur annullatus contractus, ex quo gabella solui debet? dic quod non, quia aliud est annullare instrumentum, aliud contractum in instrumento contentum, qui poterit probari per testes. Ita Bar. in l. si post legatum. ff. de fal. melius Do. Ias. post caeteros in l. seruum filij. §. eum qui. ff. de leg. 1. Et sic in proposito licet instrumentum uenditionis ex aliquo defectu non possit effectum sortiri, tamen contractus uenditionis teneret, & deberetur domino laudimium: & sic est necesse dicere quod consuetudo loquitur quando uenditio non habet effectum: secus si instrumentum uenditionis redderetur nullum & inutile: quia contractus per testes posset probari. dicit etiam Do. Ias. in loco praallegato, circa fi. quod uxor dicitur uidua & viro orbata, quae maritum habet inutilem.

ARTICLE II.

Toutefois en contract de permutation ou il y a deniers ou meuble de retour, en quelque nombre ou valeur que ce soit, ventes sont deues pour lesdictz meubles ou deniers tant seulement, pourueu que ledict contract de permutation ne soit frauduleux: ou quel cas lesdictz lotz & ventes seront entierement deues.

SVMMA. IN GLO. ART. II.

2 *An iure communi procedat hic articulus in prima parte. & nu. 3.*

4 *Quid in secunda parte. & nu. 5.*

6 *Dolum dolo quando cunque compensari: Fraudem tamen & dolum a proponente probandum esse.*

7 *Quomodo aliquid fiat in fraudem legis, aliquot exemplis declarat.*

8 *In delictis quando praesumatur fraus. & nu. 9.*

10 *Qua sit differentia inter contractum fictum, & in fraudem factum.*

11 *Committens in contractu fraudem, non potest eam in sui beneficium allegare.*

De permutatione iusta non debetur laudimium, nisi in scambium sint data pecunia, aut res mobiles: quia super eis capietur laudimium tantum. Si uero sit ficta & fraudulenta debentur integra laudes.

In tex. in verbo, *en contract de permutation*.

Primo quero quid de iure communi, utrum debeat solui laudimium de permutationibus? Istem articulum plene examinat Do. Ias. in l. fi. col. 129. C. de iur. emphi. & finaliter col. 130. concludit quod sic, secutus glo. in d. l. fi. in verbo, transponere. quae exponit permutationem. Et aduerte quia aliquando contractus cantat de permutatione, & est uenditio. Exemplum: si res quae tibi dantur in scambium dentur estimatae, erit uenditio, & non

permutatio: quia contractus dicatur ab effectu, & non à nominatione. Ita pulchrè consuluit Deci. cōsi. 160. col. 1. & 2. in 1. not.

In tex. in verbo, *ou il y a deniers ou meubles.*

4 Vult cōsuetudo, q̄ tātūm debeat laudimū de illis denariis aut mobilib⁹. de iure cōmuni vtrū cōtractus sapiat emptionē vel permutationē, quādo interuenit pecunia vel estimatio: fit distinctio: aut data in denariis excedunt in valore dimidiam rei datæ in permutationē, & tunc æstimatur talis cōtractus vēditionis, & non permutationis, per tex. in l. quæritur. ff. de sta. homi. quia res iudicatur pro ea parte in qua preualet. Ita Bal. in prælu. feud. col. 4. vers. circa primū quæro. Bal. & Ang. in d. l. quæritur. Soci. cōsi. 4. col. 2. in 1. vol. Quæro, quare dicit de mobilibus: Ratio est, quia quādo dantur mobilia pro immobilibus pro refaita, certè inest tacita æstimatio mobilium inter contrahentes, ad cōseruandam æqualitatem permutationis.

In tex. in verbo, *fraudulent.*

6 Nota primò q̄ dolus nec fraus præsumitur, ideo eum allegati incōbit onus probā di. l. dolum. C. de dolo. Ista regula limitatur quatuor modis per Fely. in c. si autē. col. 1. de rescip. Primò in omittēte id quod scit se facere debere: secūdo de faciēte actum simpliciter prohibitū, tertio de faciēte actū clandestinē, qui aliquādo est permissus, aliquādo prohibitus: quarto de cōmētariēse, qui permisit carceratū aufugere, præsumitur id dolo fecisse, nisi probet dolum abesse. Et sicut dolus ex coniecturis pbatur. l. quotiēs. §. qui dolo. ff. de proba. ita ex coniecturis probatur dolum abesse: vt cōtrariorum eadē sit disciplina. Ideo in cōtingentia facti vocatus ad consiliū, vbi agebatur de ferēda sentētia cōtra cōmētariensem huius villæ, volui eum excusare, q̄ noctis tēpore clauserat quatuor detētos in magna turri & in loco cōsueto. Et quia aufugerāt effracto muro turris, dicebā eum excusandū: tamen quia aliqui erāt detenti pro causa homicidii, & habebat cōmētariensis firmiores carceres & securiores: itē quia poterat eos separare cū haberet plura ergastula, fuit dictū q̄ non carebat culpa. Et cōsiderata senectute, paupertate, & lōga detētionē, mitius cum eo agēdo fuit cōdēnatus ad faciendā emendā honorabilē. Et quæ sit differētia inter dolum & fraudē, vide Fely. vbi supra. Nota secūdo q̄ dolus & fraus auctori suo nō debet prodesse. tex. in l. si maior quinq; C. de dol. Hinc dicit AEsopus moralis: Sic pereant qui se prodesse fatētur, & obsunt, discat in auctore pœna redire suum. Et licet dolum dolo & fraudē fraude repellere. Item non dicitur fraudē facere, qui fraudē excludit. glo. not. in c. cupiētes. in verbo, malignantiū. de electi. li. 6. vbi dicit Philip. Fran. q̄ illa glo. procedit in foro cōscientiæ. Illa tamen glo. limitatur vt non procedat si repellendo fraudē aliquis faciat aliquid prohibitū, puta quidē producit instrumentum falsum, in quo cōtinetur q̄ ego ei teneor in decē scutis, ne indebitē damnū patiar produco instrumentum quitationis: vtrū incidam in pœnā falsi? cōcluditur q̄ sic: sed mitius puniri debeo, quia à parte fui pro uocatus. Ita declarat Fely. in c. olim. col. 2. vers. dum dicit Abbas. de rescip. Et sic verbū fraus in d. c. cupiētes. capi debet pro cautela: prædicta probatur per ea quæ dixi supra in titulo. 8. *des obiectz. arti. 5. nu. 5. vers. secūdus casus est.* vbi plenē dixi si liceat impune surripere rem propriā, aut æquivalentē rei sibi substractæ, tam

8 in foro polli, q̄ foro fori. Et quādo dicatur aliquis facere fraudē legi, statuto, vel cōsuetudini? dic quando quis non venit cōtra verba, sed cōtra mentē. Exemplū: lex prohibet ne filiosa pecunia numerata mutuo detur, aliquis nō mutuat pecuniā, sed frumentū, vel aliā rem, vt postea filiuffa. eam vēdat, & pecuniā habeat. Ita declarat Iaf. post Bar. in l. non dubiū. col. 1. C. de legi. Pone aliud exemplū formale in materia huius cōsuetudinis, quod vidi sæpe practicari apud nimis timorata cōscientiæ subditos nobiliū patriæ Pedemōtanæ. Subditi enim in villis dominorū habētes prædia emphiteotica & subiecta ad tertias vēditiones, & receptū villæ seu corpus liberū & affranchitū à talibus seruitutibus, quādo volunt emere prædiū subditū & obnoxū illis oneribus, permutant domū suā in recepto liberā eum illo prædio: & postea emunt domum, pro qua nihil soluere tenētur: certè si possēt probari q̄ partes prius tractauerūt de emendo, sed ad euitandū laudimū, fecerunt permutationē, deberētur tam de iure quā de hac cōsuetudine laudes & vēduæ. Item in delictis quādo aliquis vult cōmittere homicidii, vel aliud delictum, & ante donat bona sua quomodo præsumatur fecisse contractū in fraudē fisci? amplē Bar. in l. post contractū. ff. de dona. plenē Deci. cōsi. 31. in 2. vol. Et ibi ponit vnū notabile dictū, quod poterit seruire amico: q̄ quādo delictū est clam cōmissum, alienatio nō præsumitur facta in fraudē. Quādo vēditor reperitur possidere post alienationē, etiā ex causa onerosa præsumitur fraus, vide imo. in d. l. post cōtractū. Ro. cōsi. 346. Soci. cōsi. 14. in 1. vol. col. 2. Itē quæ sit differētia inter cōtractū factū in fraudē & cōtractū simulatū: vide Bar. in d. l. post cōtractū. col. 2. vers. sed isto casu aduertere. Itē ex quib⁹ circūstantiis fraus præsumatur: post Bar. & Imo. in d. l. post cōtractū, vide Petrum de Ancha. cōsi. 216. pulchrè Do. Iaf. si is qui. maximē col. penul. & si. Et ibi amplē quādo fiat fraus in vltimis voluntatib⁹. ff. de acqui. hære. Et quomodo in fraudē legis possit relinqui spurio, vnā cautelā tradit Bar. in l. si is. in fi. ff. de lib. leg. aliam Do. Iaf. in l. hæreditas. col. 3. C. de iis qui. vt indi. & Bar. in l. si. ff. de iis qui. vt indi. Vnum bene nota, q̄ is qui fraudem cōmisit nunquam potest in sui beneficium allegare contractum fraudulofum vel fictitium. Ita Bar. cōsi. 81. incipiēte, Martinus. & bene cadrat. in proposito deci. Bar. in l. per diuersas. col. 2. vers. & hoc verum. C. manda. vbi simulatē cedens actionem, non potest allegare celsionem simulatam: sed talis allegatio tantū competit ei, contra quem facta est celsio.

ARTICLE III.

Si aucun fait donation entre vifz de ses biēs ou de partie d'iceulx à la charge de payer les debtes du donateur, lotz & ventes sont deues, selō que lesdictes debtes monteront, en rabatant pro rata au solt la liure, ce que vouldront les meubles, qui seront comprins en ladicte donation.

SVMMAR. IN GLOS. ART. III.

2. An de iure communi pro rebus immobilibus donatis debeantur laudimia.

3 Omne onus conditionis donationi rectè imponitur, & succurritur donanti aduersus non adimplentem. & nu. 4.

Quando donator omnium bonorum grauat donatarium de soluendo ære alieno donantis, debentur laudes de denariis debitis, & de mobilibus, ad rationem solidi pro libra.

Quæro de iure cōmuni, vtrum pro rebus immobilibus donatis debeat laudimū? Do. Iaf. amplissimè 2 disputat in l. si. col. 114. vers. in eadē glo. per 5. col. C. de iure emphi. Et tandē col. 117. & plenius 118. concludit esse magis cōmunem opinionē, q̄ emphiteota potest donare irrequisito domino, sed nō mittere donatarium in possessionē propria autoritate: quia id faciēdo caderet à iure suo: sed debet requirere dominum, vt ipsum donatarium inducat in dictam possessionem, & ipse donatarius tenebitur persoluere laudimium.

In tex. in verbo, *à la charge de payer les debtes.*

Nota quòd donas in ipsa donatione potest apponere omnia grauamina quæ vult. Et ita procedit titulus 3 C. de dona. sub modo, vel condi. fac. vbi est tex. in l. quotiēs. Et per illū tex. ita cōsuluit Deci. cōsi. 61. col. 2. in 2. vol. Ratio est, quia donatarius nō cogitur acceptare donationē, cū beneficiū nō cōferatur in inuitum. l. inuito. ff. de reg. iur. Et qualiter succurratur donati quādo donatarius nō obseruat pmissa in donatione, vide pulchrè Corne. cōsil. 101. in 1. vol. Et q̄n donatio dicatur modalis, vide Alex. cōsi. 87. col. 2. in 4. vol.

ARTICLE III.

Semblablement en supplement de iuste prix ou acquisitiō de plus value, soit par transaction ou autrement, lotz & ventes sont deues, tout ainsi que du sort principal.

SVMMA. IN GLO. ART. III.

2 Aliquot exemplis consuetudo explicatur. & nu. 3. & 4.

3 Quando iure communi ex transactione debeantur laudimia.

Vbi concurrunt pecunia, siue supplendo iustum pretium, siue acquirendo pluris ualorem, via transactionis, aut alio modo, debentur laudes, sicut de principali sorte.

Et sic habes quòd de omni contractu rei subditæ vbi vltra sortem principalem aliquid soluendū est quocunq; modo semper. Idem iudicamus de illo accessorio q̄ de principali, quo ad solutionem laudimii.

In tex. in verbo, *en supplement de iuste prix.*

Pone exēplum in remedio l. 2. C. de rescin. ven. vbi venditor cogit emptorem quādo læsio vltra dimidiā interuenit in contractu ad supplendum iustum pretium, aut restituendum rem: & de illo supplemento debentur laudes.

In tex. in verbo, *ou acquisition de plus ualue.*

Pone exemplum: aliquis vendidit minus iusto pretio, quia habuit pactum de retrouendendo: partes postea conueniunt de recedendo ab ipso pacto de retrouendendo: & quòd emptor soluat plurisualentiam rei venditæ, de illo pretio debetur laudimium.

In tex. in verbo, *par transaction.*

Quæro, vtrū de iure cōmuni debeat laudimū quando fit alienatio ex causa transactionis, & quādo dicatur fieri? Do. Iaf. in l. si. col. 135. in fi. vers. decimò quæro. C. de iur. emphi. mouet quæstionē, & dicit esse veritatem distinguēdo secūdū ius cōmune: aut pro re quæ est apud me aliquid tibi soluo pro redimēda vexatione: aut pro re quæ est apud te tu aliquid mihi soluis: & eo casu nō dicitur res alienari. Et debetur pro laudimio ratione illius pecuniæ solutæ, aut trāsfertur res de personā ad personā, & tūc debetur laudimū. Et quia consuetudo est intelligenda, vt minus lædat ius commune quā fieri possit. c. cum dilectus. de consue. fortè hæc consuetudo esset interpretanda secūdum ius cōmune: quia laudes nō debentur nisi quādo res subdita alienatur: si autē remaneat apud possessorem, non dicitur alienatio. Et credo si domini scriptores consuetudinis fuissent interrogati, q̄ ita respondissent. me tamen refero vsui moderno, qui est bonus interpres consuetudinis.

ARTICLE V.

En donation de plus value, qui se fait en contract de vendition, lotz & ventes n'ont point de lieu, quant à ladicte plus value.

SVMMA. IN GLO. ART. V.

2 In fraudulosa donatione locum non esse consuetudini.

3 Quando lex secunda. C. de rescin. uen. procedat in donatione, & an iuramento eidem rectè renuntietur. & nu. seq.

Quando in instrumēto uēditionis dicitur quòd pluris ualor rei uenditæ donatur, de illo pluri donato laudes nō debentur. Aduerte tamē q̄ si fieret fraus, puta quia minus pretiū q̄ esset inter ptes secretè conuentū designaretur in instrumēto, & inde diceretur quòd plus valet, vēditor donat: certè probata dicta fraude, de toto deberētur laudes, per ea quæ dicta sunt supra arti. 2. de permutatione fraudulosa. Certū est q̄ talis donatio pluris ualoris subsistit, imo impedit remediū l. 2. C. de rescin. ven. quādo donas scit rei ualorē. Sed quid si ignoret? vide Bar. in d. l. 2. col. 3. in fi. qui distinguit vtrū donatio sit modica an excessiua. Et ideo do cautelā ad obuādum remedio d. l. 2. q̄ vēditor dicat sciēs plenē ualorē rei uēditæ, id quòd plus valet donat, etiā si ualoret vltra dimidiā iusti pretii, & esset læsio enormissima. Nam uolenti nō fit iniuria. Et legi secūdæ potest renūtiari cū iuramēto: sed obtēta absolutione à iuramēto, dabitur ignorati ualorē, qui nō renūtiavit modo præmisso regressus. Ita Soci. in l. hæc scriptura. col. 2. in princ. ff. de condi. & demon. Et quòd ista absolutio concedatur maiori, vide Fely. in c. in præsentia. col. 4. de proba. Et in proposito potest opportunè quæri vtrum donans possit allegare læsionem: Fely. d. c. in præsentia. col. 4. facit differētiā quam facit Bar. in d. l. 2. inter scientem & ignorantem: vide Areti. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hære.

tem. non obstat quod verba pacti sint strictè accipienda. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. Quia respondetur quod ex quo recognoscens sciebat vel scire poterat, quod l. si. loquens de laudimio parificabat illos casus, quando debetur ratione pretii, & sic venditionis vel æstimationis: & sic aliorum contractuum in quibus non cadit pretium, certè exprimendo venditionem, videtur voluisse complecti omnes casus à l. si. parificatos, & expressisse venditionem gratia frequentioris vsus, quo casu dispositio non restringitur quin cõplectatur casus similes: iuxta glo. in cle. i. in verbo, præsidetes. de rescrip. quam allegat Fely. in c. nulli col. i. de accu. dicens per illam, quod constitutio loquens in casu magis frequentato, habet locum in casu minus frequentato: nec isto casu, si bene aduertatur, fit extensio vt venditio obliget emphiteotam pro aliis contractibus: quia est lex si. quæ hoc operatur: sed tantum vt intelligatur quantum solui debeat de venditione, & consequenter de aliis contractibus, in quibus cadit obtentio inuestituræ & solutio laudimii. Nam est par ratio inuestituræ capiendæ in omni contractu alienationis voluntariæ, & par ratio soluedi pro inuestitura. Et nisi teneremus hanc opinionem, resultaret vnum absurdum, quod in plus teneretur emens, qui habet rem ex causa onerosa, quam donatarius qui habet ex causa lucratiua: cum tamè per regulas iuris magis succuratur ei qui sentit damnum, quam cui lucrum. Fateor tamen quod si emphiteota vellet probare vsum esse in cõtrarium, admitteretur: quia verborum obscurorum optimus interpret est vsus, qui inducit per lapsum decem annorum consuetudinem. Bar. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. i. C. quæ sit longa consue. & faciunt notata per Bar. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Et quod in obscuris quid vsitatum sit in loco, & inde mos religionis sit attendendus, est pulcher tex. in l. si seruus plurium. §. si. ff. de lega. i. & in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Potest etiam ista obscuritas declarari per alia instrumenta loquentia de aliis contractibus, quam venditionibus: iuxta tex. in d. §. si. dum loquitur de his quæ præcedunt & sequuntur. Et ista declaratio in loco Publiciarum, vbi sunt consignamenta, super quibus est formata quæstio, fieri facile potest per affranchimentum burgi ipsius loci intra moenia. Item per aliud instrumentum diuisionis nemorum, inter dominos & cõmunitatem. Et non ab re amplè hanc quæstionem tractari: quia & mihi & aliis dominis patriæ fuit sapius à subditis quæstio ipsa in dubium refricata. Ista glosa cadebat propriè infra, art. 16. tamen hinc etiam bene cadit: ibi enim fit extensio etiam si res detur insolutè ex causa dotis. Quæro vtrum in venditione facta via subhastationum cum decreto iudicis, si interueniat læsio vltra dimidiam iusti pretii, habeat locum l. 2. C. de rescin. ven. sic decidit Alex. in l. pretia rerum. col. 3. ff. ad l. falci. Deci. consi. 6. col. 1. in fi. in 2. vol.

In tex. in verbo, par criées.

- 4 Cridæ dicuntur illæ de quibus in l. si. C. de feriis. ibi, sileat horrida vox præconis. Et sunt requisitæ in venditionibus quæ fiunt ad instantiam creditorum, vt in hac consuetudine. Item in alienationibus rerum ecclesiæ, rerum minorum, rerum reipublicæ, prout dicitur in locis suis, ne vltra propositum reddat prolixior, quam materia articuli exigat.

ARTICLE IX.

Rescison d'oultre moytié de iuste prix, n'a point de lieu en vente de chose meuble, n'en vente de fructz & louages faitz à trois ans & au dessoubz.

SVMMA. IN GLOS. ART. IX.

- 2 Hanc consuetudinem iuri repugnare, cuius etiam redditur ratio. & nu. 3. 4.
5 Vltra quam additur casus, in quo legi 2. de rescin. vendi. C. non est locus.
- 1 Resciso, quando in alienatione rei interuenit læsio vltra dimidiam, non habet locum in uenditione rei mobilis, fructuum, nec in locatione trium annorum & infra. In tex. in verbo, de chose meuble.
- 2 Lex secunda. C. de rescin. vendi. non vendicat sibi locum in mobilibus de consuetudine: de iure communi est contrarium: vt patet ex glo. si. dictæ l. & secundum Bar. ibi dicta lex habet locum in omnibus contractibus bonæ fidei. Ratio consuetudinis potuit esse, quia de facili quilibet potest scire pretium rei mobilis, aut de facili se informare: secus est in re immobili: & eadem est ratio in fructibus, item allegans ignorantiam valoris rerum suarum, dicitur allegare stultitiam suam, sicut si erraret in nomine proprio, per ea quæ dicit tex. & ibi doc. in l. si. C. de hære. infu. Et quod quilibet præsumatur scire vires sui patrimonii & valorem rerum suarum quædo non est læsio vltra dimidiam, est tex. in l. quisquis. C. de rescin. ven. vbi plenè Paul de Cast.

In tex. in verbo, & louages faitz à trois ans.

- 4 Innuit hæc consuetudo secus esse in locatione maioris temporis: & de iure communi d. l. 2. C. de rescin. ven. habet locum in contractu locationis. Ita Do. Iaf. in l. i. col. 17. C. de iure emphi. Et nota pro locationibus beneficiorum, quæ per paulinam non possunt excedere triennium, in hac patria læsio non causaret beneficium d. l. 2. nisi excederet triennium. Ista consuetudo ponit tres casus, in quibus resciso nõ habet locum, etiam data læsione vltra dimidiam. Vnum addo quem Fely. dicit menti tenendum in æternum, in c. inter cæteras. col. si. circa si. de rescrip. quando quis iurauit non venire contra contractum, prout omnes cõmuniter faciunt: licet eo casu possit simpliciter petere vt suppleatur pretium in quo fuit deceptus: tamè si peteret alternatiuè contractum rescindi, vel pretium suppleri, esset periurus. allegat Bal. singulariter id tenentem in l. quæ sub conditione. §. i. ff. de condi. insti. Et ideo addo vltra eum quod tanquam periurus repelli possit ab agendo: iuxta notata per Fely. in c. exceptione. col. i. de excep. facile tamen potest dari remediũ, quod volens agere obtineat absolutionem à iuramento, quæ hinc concedi solet parte non vocata. Aduerte nunc quod licet Fely. sequatur Bal. ego tamen dubito de illa decisione: quia iuramentum regulatur secundum naturam actus super quo interponitur. l. si. C. de non nu. pec. Et ideo ille qui iurat non venire contra contractum non præsumitur se velle excludere à beneficio legis, nec videtur propriè venire contra contractum, quando ponit in electione emptoris vt pretium suppleat, aut restituat.

ART I-

ARTICLE X.

Noms, debtes, & actions, sont reputées meubles par ladicte coustume.

SVMMA IN GLOS. ART. XI.

- 2 Huius consuetudinis effectus.
3 Quomodo iure communi restringatur.

Nomina, iura, & actiones computantur de iure inter mobilia.

Et est hæc consuetudo valde notanda pro ascendentibus, qui non succedunt descendentibus, nisi in mobilibus & acquisitis: patet supra, in ti. des successions. ar. 3. quia appellatione mobilium succedunt in iuribus & actionibus. Sed quid de iure communi, nomina & actiones vtrum veniant appellatione mobiliũ vel immobilium: breuiter D. Iaf. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. dicit quod non: quia est tertia species, per tex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. mihi semper placuit distinctio Lappi. allegata per glosatorem Iaf. in §. si. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. Nam dicit ipse, si mihi competat actio ad rem immobilem, illa actio reputatur immobilis: si ad rem mobilem, mobilis: quia res dicitur in bonis nostris, quando ad eam recuperandam nobis competit actio. l. rem in bonis. ff. de acqui. re. dom. secus est quando actio tantum competit contra aliquem obligatum actione personali: certè eo casu actio est tertia species, quia consistit in ære: & id quod debetur est debitum in genere, & non in specie.

ARTICLE XI.

Quand l'heritage est racheté dedans le temps de la faculté accordée en faisant le contract de vendition, ou depuis prorogée, ne sont deuz aucuns lotz & ventes pour ledict rachapt: ains seulement pour la premiere vendition, si n'est que ladicte faculté fust donnée par interualle de temps apres ladicte vendition: auquel cas les lotz & ventes dudict rachapt sont deues, cõme de la premiere acquisition.

SVMMA. IN GLOS. ART. XII.

- 2 Hic ius commune indistinctè non procedere. & nu. 3.
4 An debentur laudimia ex eo contractu resciso contrahentium consensu.

Si res uendita rachato tempore uenditionis regatur, non debentur laudes, nisi pro primo contractu: secus si gratia & facultas rachandi fuerit concessa ex interuallo post contractum: quia tunc duo soluntur laudimia, unum pro contractu, & alterum pro distractu.

De iure communi deberetur laudimium tam pro prima emptione, quam pro rachato: ratio est in promptu, quia sunt duo contractus perfecti. Et in retrouenditione requiritur actus retro similis, scilicet traditio: iuxta tex. in l. ab emptione. ff. de pact. Et in terminis ita tenet D. Iacob. de sancto Georg. in tractatu, de roydis. col. 10. vers. per prædicta infertur. dicit tamen tenendum distinctionem Bal. & Ang. in l. ab emptione. ff. de pact. Et in antecedenti quæstione in d. ti. de roydis. ponit quæstionem quando partes pœnitentia ductæ iusserunt cancellari instrumentum venditionis, an debeantur duo laudimia? Item quid quando contractu facto ab eo receditur de communi partium consensu? vide Iaf. in d. l. si. col. 113. vers. vndecimò quæro. C. de iure emph. & licet non decidat, sed se remittat, fatis potest ex præcedentibus colligi conclusio, quod sunt soluendæ laudes, tam pro contractu, quam pro distractu: quia consensus emptoris & venditoris non potest præiudicare domino directo, quia ius suum sine facto suo ab eo euelli nõ potest. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Item per ea quæ supra dixi.

ARTICLE XII.

Si en faisant contract de permutation lon baille reament & de fait par contr'eschange fons ou rente certains, soubz faculté de rachapt, pour vn pris dedans aucun temps, lotz & ventes ne sont deues.

Quando fit pactum quod res aut redditus datus in scambium sub certo pretio & tempore possit rachatari, si id fiat, non debentur laudes.

Ista consuetudo venit ad declarationem præcedentis, & ambæ volunt quod si interueniant duo contractus, qui tamen habeant ortum ex eodem fonte, quod pro vno tantum debeatur laudimium. Et tamen de iure communi si reemeretur res subdita, deberentur duo laudimia, per superius dicta.

ARTICLE XIII.

Si n'est qu'ilz fussent rachetez dedans trois ans, posé que ledict rachapt fust de pluslong temps.

SVMMA. IN GLOS. ART. XIII.

Ratio dubitandi & decidendi redditur.

Si reemptio fiat intra triennium, etiam quod concessum fuisset maius tempus, pro rachato debetur laudimium.

Ista limitat præcedentem consuetudinem, vt non procedat quando rachatum fit infra tres annos: ratio

P iiii

est quare potius debeantur laudes quando res reemittitur infra triennium, quam post: cum plus & minus non differat specie. Item idem iuris esse debet de parte quæ de toto. l. quæ de tota. ff. de rei vend. Item eadem res, & sic idem contractus non debet diuerso iure censeri. l. cum qui ædes. ff. de vñcap. Et ex his videtur eadem ratio in reemittente infra tres annos, quæ est post. Ratio consuetudinis fuit dubitatio fraudis: quia posset de facili fieri fraus in permutatione, de qua nihil soluitur: vt patet supra, art. 2. quia loco pecuniæ dabitur fundus cum gratia rachati, & infra breue tempus rachatabitur: certè ex breuitate temporis præsumitur fraus: & sic quod dederim fundum vt fieret fraus de contractu ad contractum: quia vbi agebatur de emendo fuit facta permutatio cum gratia rachati: vt declarat Bar. in simili, in l. post contractum. ff. de dona. & D. Iaf. in l. si is qui. col. fi. ff. de vulg. & pup.

ARTICLE XIII.

Mais si les fons ou rente baillez en contr'eschange sont incertains, & ne sont realement baillez & deliurez, lotz & ventes en sont deues dès le iour dudit contract, sans attendre ledict rachapt.

SVM. IN GLO. ART. XIII.

- 2 Retentio possessionis fraudis suspicionem inducit.
- 1 Quando id quod datur in scambium est incertum, & non realiter traditum, statim debentur laudes, non expectato rachato.
- 2 Ista est etiam introducta consuetudo, ad euitandas fraudes, ne vbi agitur de emendo, fiat contractus permutationis sub gratia rachati.
- In text. in verb. & ne sont realement baillez & deliurez.
- 3 Nota quod illa retentio possessionis rei quæ venditur aut donatur, aut traditur in scambium, vbi contractus potest esse suspectus, de facili arguit fraudis suspicionem: vt declarat Bar. in d. l. post contractum. ff. de dona. Et D. Iaf. in d. l. si is qui. col. fi. ff. de vulg. & pup. & in hac consuetudine hæc sola suspitio sufficit.

ARTICLE XV.

En fermes baillées au plus offrant, soit du roy ou autres seigneurs inferieurs, le dernier encherisseur à faulte d'entretenir sa mise, est tenu de payer, & se mettre à la folle enchere. Et ainsi est des autres encherisseurs precedés par ordre, s'ilz ne veulent entretenir leurs mises.

SVM. IN GLO. ART. XV.

Ratio consuetudinis explicatur.

- 1 Locationes quæ sunt plus offerenti, siue fiant de re regia, siue priuatorum, afficiunt ultimum incatorem, seu subhastatorem, aut ad obseruantiam, aut ad soluendum id quod plus cæteris obtulit. Et idem in præcedentibus subhastatoribus.
- 2 Nota quod ante expeditionem licet pœnitere, quia contractus non est perfectus, & nihil dicitur actum quandiu aliquid superest ad agendum in contractibus: quia non dicuntur absoluti. l. contractus. C. de fide instr. Et licet offerens non obligetur ad obseruantiam contractus imperfecti, tamen obligatur ad id quod plus obtulit: quia sua obligatio fuit acceptata à procuratore cameræ, aut à priuato. Et nisi ita esset, offenderetur iudicis autoritas: ideo optima ratione fuit inductum vt teneatur soluere plus oblatum.

ARTICLE XVI.

Loz & ventes sont deues par heritage baillé en payement de deniers dotaulx ou autres.

SVM. IN GLO. ART. XVI.

An & quando ex fundo dato in dotem debeantur laudimia, pluribus differit. & nu. 3. 4. & 5.

- 1 De datione insolutum etiam pro dotibus debetur laudimium, quando fit ex voluntate.
- 2 Ista quæstio de datione insolutum quando fit ex voluntate, vt hic, aut necessitate & via subhastationum, vt habetur supra, art. 8. quod semper debeat laudimium, plenè conclusi supra, dicto ar. 8. Verum quia hic loquitur de fundo dato pro solutione debiti dotalis: Quæro quid iuris quando à principio fundus datur in dotem, an debeat laudimium? Et vt materia hæc, quia frequens, plenius quam alibi reperiatur enucleata, dico: aliquando mulier ipsa dat fundum in dotem, intelligo subiectum. & iste erit secundus casus, aliquando fundus datur à patre, & tunc communis opinio doct. est quod fiat distinctio, aut datur res inæstimata, & tunc non fit soluendum laudimium, aut æstimata, & tunc secus: quia æstimatio facit venditionem, & est in facultate mariti restituere rem aut pretium. l. plerumque. ff. de iur. do. Istam tenuit D. Iac. de sancto Georg. in suo libro feu. in tract. de royd. col. 7. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. col. 24. de constit. Fran. Curfi. iunior, in libro feu. charta. 41. D. Iaf. autem in l. fi. col. 12. vers. nono quæro. fuit in alia opinione, quod siue res detur inæstimata, siue æstimata, non debeat laudimium: mouetur vno fundamento satis debili, vt videbitis statim. Quod officium paternum est dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu nup. sed quando alienatio fit ex causa necessaria, non soluitur laudimium. Nunquam mihi placuit opinio D. Iaf. & tollitur fundamentum suum hoc modo: nam verum est quod pater cogitur dotare filiam, sed non dare rem emphiteoticam in dotem: & sic illa necessitas respicit personam patris, & non rem subiectam. Posset enim dare pecuniam aut aliam rem non

non subiectam, aut etiam subiectam vendere: & sic posset aliter satisficere, quam per dationem in dotem rei subditæ. Et quod ista ratio D. Iaf. sit friuola, patet ex dictis eiusdem. nam cõfiteretur vt supra declarauit, arti. 8. quod de datione insolutum, quæ fit autoritate iudicis via subhastationum, est soluendum laudimium. Et tamen illa alienatio dicitur magis, aut tantum necessaria, sicut ista: quia tamen creditor potuisset soluere & euitare illam subhastationem, non dicitur ista alienatio omnino necessaria: & ista ratio bene militat in casu nostro. Non recedas igitur à communi sententia. Si autem filia daret, puto esse idem iuris, vt fiat prædicta distinctio. Si autem frater daret aut extraneus, vide Bal. quem allegat idem Iaf. in d. l. fi. col. 132. versic. ibi. dem etiam in sequenti versic. C. de iur. emph.

ARTICLE XVII.

Si aucun aliene heritage à faulte de rachapt, ou si en faisant l'alienation y a deception d'oultre moitié de iuste prix, ou que le contract soit rescindable pour quelque autre cause, si l'acquerer se desmet à autre de la chose acquise, le bailleur pourra adresser ses remedes de droit non seulement contre le premier acquerer, mais contre les derniers detenteurs & chascun d'eulx.

SVM. IN GLO. ART. XVII.

- 2 Iuri hanc consuetudinem contrariam esse. & nu. 3. & 4.
- Quotiens contractus est rescindibilis, puta quia interuenit lesio ultra dimidiam, aut interuenit pactum de retrouendendo, aut alio modo: si requirens rem alienauerit, transit cum suo onere, & prior alienans poterit experiri cõtra primum acquirentem, aut eius singularem successorem.
- Habes in ista consuetudine, quod remedium rescisionis habet locum contra singularem successorem: vtrum istud sit verum, in duobus exemplis positus hic videbimus per discursum apostilando.
- In text. in verb. à faculté de rachapt.
- Vtrum possim exercere pactum de retrouendendo contra singularem successorem? dic secundum consuetudinem quod sic: sed secundum ius commune, non: quia actiones personales non transeunt contra singularem successores. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. Et ideo bene consuluit hæc consuetudo, & pariformiter in decretis Sabaudia fuit idem dispositum in pacto de retrouendendo, vt transfiret contra singularem successorem. Cautela tamen esset in partibus vbi non sunt consuetudines vel statuta, quod acquirens durante tempore rachati promitteret non alienare sub speciali hypotheca ipsius rei: quia eo casu impediretur alienatio per ea quæ supra dixi in præcedentibus, per notata per Bar. & doc. in l. filius. §. diui. ff. de leg. 1. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig.

In text. in verb. y a deception d'oultre moitié.

Isto casu gl. in l. 2. C. de rescin. ven. quam Bar. ibi col. pen. sequitur, vult quod possit agi contra acquirentem qui alienauit, vt rem restituat aut iustum pretium suppleat: quia habetur pro possessore, postquam proprio facto rem à se abdicauit, sed non dicit competere illud remedium contra secundum acquirentem, & bene, ea ratione de qua supra: tamen consuetudo hic supplet dando facultatem actori agendi contra quem voluerit, vt in fine dicit, contre chascun d'eulx.

ARTICLE XVIII.

En faisant aucun contract de vendition, s'il y a deception d'oultre moitié de iuste prix, avec faculté de racheter, & que le demandeur demeure detenteur de la chose vendue, le contract est nul. Et est l'acheteur tenu compter les fruietz qu'il a receuz par louage ou autrement, au sort principal.

SVM. IN GLO. ART. XVIII.

- 2 Quid de iure communi statutum sit.
- 3 Quomodo intelligatur fieri deceptio ultra dimidiam, & quomodo probetur. & nu. 4. & 5.
- 6 Pactum de retrouendendo iure probari.
- 7 Quod si fiat quoties uoluerit uenditor, intra quod tempus iure communi præscribatur.
- 8 Possessione ficta per constitutum non tolli suspicionem consuetudinis.
- 9 Ex contractu nullo hic non transferri possessionem.
- 10 An possessor ex contractu inutili faciat fructus suos. & nu. 11.

Tribus concurrentibus, videlicet modicitate pretij ultra dimidiam, pacto de retrouendendo, & retentione possessionis, redditur contractus nullus. Et emptori computabuntur fructus per locationem, aut alio modo percepti, in sortem principalem pretij.

Quid iuris de iure communi? dic quod ad faciendum præsumi contractum vsurarium requiruntur tria, 2 modicitas pretij, pactum de retrouendendo, & quod acquirens sit solitus fœnerari. c. ad nostram. de empr. & ven. & c. cum constet. de pigno. Iaf. in l. quotiens. col. 2. C. de iudi. Decius consi. 167. in 1. col. in 1. vol. allegat plures doct. tenentes quod ad faciendum præsumi contractum simulatum & vsurarium, sufficiunt duo, modicitas pretij, & pactum de retrouendendo: tamen col. 2. allegat plures tenentes quod communis opinio sit, vltra duo præmissa, esse probandum quod emptor erat solitus fœnerari. Ipse ibi nullam firmat, tamen

consil. 308. in 2. vol. col. 2. allegat plures doct. & maximè Soci. & Corne. qui tenuerunt istam partem, quòd tria sint requisita. Et re vera in iudicando durum esset recedere ab ista opinione, ea ratione intacta à doct. ribus: quia sicut illa qualitas, quòd emptor sit solitus scenerari, magnam facit præsumptionem quòd contra- ctus sit vsurarius & simulatus, ita qualitas bonitatis & honestatis personæ multum facit præsumi pro cõtra- ctu quòd non sit fraudulofus, vt contratiõrum eadem sit disciplina. Et maximè concurrente regula quòd in dubio debet capi præsumptio exclusiua doli, fraudis, & delicti. l. merito. ff. pro socio. & ideo ad euitandum tale obiectum contra contractum, licet quilibet præsumatur bonus, nisi probetur de contrario: tamen opti- mi esset consilii quòd emptor deduceret sicut in contractibus suis semper fuit habitus, tentus, & reputatus pro viro bono, fideli, & iusto, absque eo quòd fuerit in contractibus suis vnquam visus committere nec tra- ctare aliquid contra bonam fidem, aut fraudulentum.

In text. in verb. *deception d'oultre moitié de iuste prix.*

- 3 Nota diligenter, quando non probatur talis deceptio vltra dimidiam iusti pretii, non habet locum hæc consuetudo: quia qualitates requisitæ à statuto vel consuetudine sunt probandæ. Latè Decius consil. 18. in 1. vol. Et quid tunc erit agendum? dic quòd est recurrendum ad ius commune: & probando tria de iure requi- sita, de quibus supra, contractus præsumetur simulatus & vsurarius. Et nota in materia quòd valor rei vè- ditæ consideratur secundum tempus vèditionis tantum. Et qualiter sit probandus, recurre ad Bar. in l. 2. C. de rescin. ven. Secus esset in impetratione beneficii, in quo valor secundum communem æstimationem, qui erat tempore impetrationis vel vacationis, exprimendus est secundum distinctionem Fel. in c. ad aures. col. penult. versu. 16. & vltima conclusione. de rescip. Nota etiam quòd de iure communi modicitas pre- tii, de qua supra, intelligitur quando est excessus notabilis citra dimidiam. Si autem esset paruus, tunc non esset in consideratione: quia licet in modico contrahentibus se decipere: vt dicit Bar. in l. 2. colum. 1. C. de rescin. ven. per legem, si minor. §. in causæ. ff. de mino. & Decius in consiliis præallegatis, videlicet consil. 18. in 1. vol.

In text. in verb. *avec faculté de racheter.*

- 6 Nota quòd pactum de retrouendendo est licitum, l. 2. C. de pact. inter emp. & ven. Continet tamen gra- uamen, & ideo valor rei propter tale grauamen decrefcit. Et quado agitur de probando valore iusto rei vè- ditæ, minus res æstimari debet. Ita Dec. in consiliis præallegatis, videlicet 18. in 1. vol. Quæro si aliquis fe- cit pactum quòd venditor & sui possunt reemere quotienscunque offerrent pretium ad eorum volutatem, vt trum currat præscriptio: de consuetudine Aluerniæ præscribitur triginta annis: vt habetur infra, in tit. *des prescriptions*. arti. 1. & 2. magis in specie, artic. 11. Quid de iure communi? dominus. Iaf. in l. petens. col. 4. ver- sicu. circa ista in materia præscriptionis. C. de pact. allegat Ang. decidentem quòd pacto de retrouenden- do præscribitur triginta annis, non obstante dicta conuentione. Item Petrum de Ancha. decidentem decem annis. D. Iaf. in l. si mater. in fi. C. de insti. & subst. sub cõd. fac. dicit quòd saepe consuluit pro opinione Ang. & ampliat præscriptionem triginta annorum currere, etiam si promissio de retrouendèdo sit iurata. Quòd qualiter procedat quando casus occurrerit, recurre ad Fel. distinguentem in rubr. col. 4. versu. quartò fallit. de præscript. vide plenissimè Balbum in tractatu præscript. in quarta parte quintæ partis principalis. charta 121. versu. tertio quæro.

In text. in verb. *que le uendeur demeure detenteur.*

- 8 Nota quòd retentio rei facit præsumi simulationem contractus. Ita dicit Bart. in donante vel vendente ante delictum commissum in l. post contractum. col. 2. versu. tertio præsumitur. ff. de dona. Idem vult Ro. cõf. 246. Quæro. quid si venditor constituit se rem venditam tenere nomine emptoris, tunc venditor non di- citur possidere, sed empror. l. quòd meo. ff. de acqui. poss. tamen isto casu propter fraudis suspicionem, quæ non tollitur per constitutum, habet locum hæc consuetudo. Ita Bar. in d. l. post contractum. col. 2. versu. sed quid si venditor constituit. & c.

In text. in verb. *est nul.*

- 9 Nunquid ex illo contractu nullo sit saltem trāsata possessio in emptorem? videtur quòd sic, per regulam quòd ex contractu inutili transfertur possessio. l. 1. §. si vir. ff. de acqui. poss. Istud habet locum in vera tradi- tione, secus in ficta, quando adiicitur contractui nullo propter suspicionem fraudis, per ea quæ statim dixi. Et etiam quia sicut principalis contractus est nullus, ita & constitutum est nullum, tanquam accessorium, vt alibi dixi, & aliunde in d. §. si vir. sperabatur confirmatio donationis per mortem donantis.

In text. in verb. *tenu compter les fruietz qu'il a receuz par louage.*

- 10 Nota quòd venditor receperat rem venditam in conductionem, & promiserat soluere annuam pensio- nem, vt trum intelligeretur res tradita ex ista promissione? dic quòd sic, secundum Bart. in l. post contractum. col. 2. versu. & hic solum inspicio. Imo dicit Bar. quòd ex ista responsione fructuum tollitur fraudis suspitio, tamen consuetudo hæc vult quòd his tribus concurrentibus fructus restituantur, aut computentur in sortem principalem. Quæro de quæstione notabili, nunquid quando possessio transfertur ex contractu inutili, acquirens possessionem faciat fructus suos? videtur quòd sic per ea quæ tradidit D. Iaf. in d. §. si vir. col. 3. ver- sicu. secundo responde. vbi mulier facit fructus rei ei inutiliter donata suos. Possset tamen circa hoc confide- rari, quòd ibi illud procedat: quia talis donatio, licet à principio sit prohibita, tamen quando interuenit tra- ditio, morte confirmatur, & sic habet aliquod fundamentum: fortè secus esset quando contractus esset om- nino inutilis à principio, & nunquam speraretur confirmatio vel validitas, quia talis possessio esset omnino sine causa de presenti, vel sperata de futuro. Si tamen casus eueniret, melius studerè circa hæc difficultatem.

ARTICLE XIX.

Quand les heritages tenuz en faisine se baillent à louage à vingneuf ans & au def-

au dessoubz, posé ores qu'il y eust diuerfes locations à diuerfes reuolutions de temps par meime contract, comme de trois en trois ans, iusques à vingneuf ans, il y a lotz & ventes.

SVM. IN GLO. ART. XIX.

- 2 An locatio in longum tempus dicatur alienatio, & quomodo longum tempus accipiendum sit. & nu. 3. & 4.
Quando res subiecta locatur ad uigintinouem annos & infra, per diuersas temporis reuolutiones, puta de tribus annis in alios tres, usque ad uigintinouem, debentur laudes & vendue.
Locatio ad longum tempus vtrum dicatur alienatio, Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. reproba- ta. gl. ibi dicit, quòd quando fit ad longum tempus, dicitur alienatio: sed non declarat quando dicatur fieri ad longum tempus, ideo recurre ad D. Iaf. in l. manumissiones. col. 2. versu. secundo principaliter. ff. de iusti. iure. vbi dicit, quòd dicitur ad longum tempus, quando excedat decem annos. Et ibi habes de istis locationibus quæ fiunt de nouem in nouem annos, & pariter de locationibus ecclesiarum, tutorum, & curatorum, quan- do sapiant alienationem. Bene verum est quòd Alex. in d. §. instituto. limitat quando in alienatione fu- isset expressè conuentum, quòd vile dominium non transfret in conductorem: de qua limitatione vide D. Iac. de sancto Georg. in lib. feu. in verbo, & cum pacto de non alienando. col. 4. Et istis rationibus consu- luit Fulgo. consil. 24. incipiente, pro euidencia eorum de quibus quæritur. quam refert, & reputat mirabile dictum Iaf. in l. si. col. 2. C. de iure emphit. Quòd illa lex si. habet locum in locatione ad longum tempus, ra- tio est, quia in ea transfertur dominium vile. l. 1. ff. si ager vectig. vel emphit. pet.

ARTICLE XX.

Et ausi en vendition de fruietz à semblable temps & qualité: mais retenue n'a lieu esdictz cas.

SVM. IN GLO. ART. XX.

- 2 Hic alienationem proprietatis non fieri, multis rationibus ostendit. & nu. 3. 4. & 5.
Idem est in uenditione fructuum ad longum tempus: sed retentio non habet locum in dictis casibus.
Consuetudo vult quòd de venditione fructuum ad longum tempus soluatur laudes. Intellige de pretio mercedis, nõ de re & proprietate: quia in ea nõ transfertur dominiũ. probo ex sequetibus, quæ sunt notabi- lia, & fortè alibi nõ inuenies adeò bene declarata. Aliquãdo dico sic: Lego, aut dono, aut promitto decẽ cor- bes vuarum capiendas super tali vinea singulo anno, & eo casu vinea non censetur alienata, sed tantum hi- pothecata pro illo debito. Bar. in l. cum. ii. §. si vni. in fi. ff. de transact. Aliquando dico, volo quòd hæres meus soluat singulo anno Titio decem corbes vuarum capiendas super tali vinea: & tunc vinea non intelli- gitur alienata, imo nec specialiter hypothecata pro dicto annuo reddito: sed tantum hæres meus tenetur a- ctione personali ad præstandum talem redditum. hinc est quòd si vinea alienaretur in alium, acquirens non teneretur ad solutionem talis redditus. Casus est notabilis in l. si. §. Lucius Titius. ff. de contrahen. emp. Et de vtroque casu ita distinguendo, pulchrè ponit gl. in l. si quis ita. ff. de usufruct. quam refert & sequitur Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. Et in materia huius consuetudinis quòd sit cõtraria iuri communi, ad- duco decisionem singularem Bal. in l. 1. §. item in fundo. per illum tex. ff. quemad. usufruct. amit. quam refert & sequitur D. Iaf. in l. si. col. 13. versu. & pro hac opinione. C. de iure emphi. vbi vult quòd emphiteota in fun- do emphiteotico possit usufructum constituere, quia non dicitur alienare proprietatem, quanto minus locando fructus ad longum tempus? Ista tamen consuetudo fuit inducta ad euitandas fraudes, quæ de facili possent committi vendendo fructus per longum tempus, ad euitandam solutionem laudimii.

ARTICLE XXI.

En vendition de rente ou chose immeuble faicte soubz faculté de remere, si le rachapt des choses vendues est faict par le vendeur, ou la somme par luy con- signée & deposée, au refus de faire la reuente par l'acheteur, parauant le ter- me de la rente escheue, ou les fruietz des heritages leuez, le vendeur rachetant fait les fruietz de l'année dudiect rachapt siens, en payant le droit de labourage, si aucun en y a.

SVM. IN GLO. ART. XXI.

- 2 Quibus casibus oblatio sine consignatione efficax sit, latè explicat. & nu. 3. 4. & 5.
6 An solutio & consignatio ante tempus prefixum inuito debitore hic fieri possit: & etiam in aliis iuris articulis. & num. 7. & 8.
9 An gerundium necessitatem importat remissiuè. & nu. 10.
11 Omnino necessarium esse expensarum hic oblationem fieri. & nu. 12.
13 Quæ expensæ culturae hic accipiendæ sint. & nu. 14.

Quando est facta uenditio reddituum aut rerum immobilium sub rachato, emptore recusante retrouendere, si uenditor

deponat pretium infra terminum rachati, & fructuum recollectam, facit fructus dicti anni suos, si satisfecerit pro labora-
tio & impensa facta ratione dictorum fructuum.

In tex. in verb. la somme par luy consignee & deposee.

Nota quod non sufficit consignatio nisi fiat depositum, vtrū istud sit regulariter verum: & quid iuris quā-
do oblatio est iudicialis vel extraiudicialis? Et primo quando oblatio est extraiudicialis, si agitur de eu-
tando poenam, sufficit oblatio absque consignatione & deposito. Ita concludit Ias. in l. 2. col. 86. C. de iure
emphi. Et quando illa releuet offerentem à culpa leuissima, leui lata, aut à casu fortuito, vide Bart. Alex. Ias.
& doct. in l. si mora. ff. sol. ma. Si verò sit talis simplex oblatio iudicialis, tantum operatur sine deposito, quā-
tum extraiudicialis interueniente consignatione & deposito, etiam quod sit res quæ possit consignari & de-
poni. Ita Bar. in l. si rem. §. fi. in fi. ff. de pigno. actio. Alex. in d. l. si mora. col. 2. ff. sol. matr. Paul. de Cast. in d. l. si
mora. col. 3. Aduerte tamen quod talis oblatio iudicialis vt sit efficax, requirit quod offerens habeat pecuniā
aut rem mobilem paratam. Ita Bar. in l. item. §. qui paratus. vers. oppono quod sola oblatio. ff. qui. mo. pign.
vel ipot. fol. Si autem oblatio sit extraiudicialis, & fiat de re quæ non possit consignari vel deponi, suffi-
cit verbalis: si secus, requirit consignationem & depositum, vt releuet offerentem ab omni periculo, & ha-
beat vim solutionis. Bar. in d. l. item. §. qui paratus. Bar. & doct. in d. l. si mora. Ias. in d. l. 2. col. 86. C. de iure
emphi. & ibi tradit bonam cautelam, quod is cui fit oblatio dicat se paratum recipere, quia nisi offerens sa-
tisfaciat, pro verbis reportat, & habetur oblatio pro non facta.

In text. in verb. parauit le terme.

In hac consuetudine est credendum quod erat data gratia rachatandi infra certum tempus, & sic pote-
rat rachatari quando cunque durante termino. Quæro vtrum creditor ante terminum teneatur solutio-
nem recipere à debitore offerente? Regula est, quando res soluenda ante aduentum termini posset deterio-
rari, puta si solutio sit fienda in blado vel vino: item & si aliquo modo intersit creditoris, tunc solutio nõ po-
test anticipari. Fallit quando terminus esset appositus solum gratia debitoris, per ea quæ tradit Barto. in l. si
præfinitione. ff. quando dies leg. ced. vbi si testator relinquit alicui vnam corbam frumenti vsque ad decem
annos, hæres potest soluere vnica solutione totum in primo anno. Posset dari aliud exemplum: Si testator
diceret, relinquo mille libras soluendas per hæredem meum in decem annis. Nam eo casu liquet quod dila-
tio est data gratia hæredis: & sic videtur quod illi termino posset renuntiare. l. penu. C. de pact. de prædictis
vide D. Ias. in l. 2. col. 43. C. de iure emphi. Et ibi vtrum emphiteota possit anticipare solutionem canonis
per plures annos inuito directo domino, & plenissimè Deci. in l. cum tempus in testamento. ff. de regu. iur.
Quid dicemus quando debitum consistit in pecunia? Ias. non tangit: tamen dum vult dicere de re quæ dete-
riorari potest, exemplificat in blado & vino: & sic tacitè innuit secus esse, quando debitum consistit in quā-
titate: tamen videmus quod etiam pecunia recipit deteriorationem, tam intrinsecam quàm extrinsecam: vt
declarat Bar. in l. Paulus. ff. de solu. per gl. fi. & doct. ibi in l. cum quid. ff. si cert. pet. ergo videtur eadem ratio
in pecunia, quæ est in blado & vino. Sed ad hoc potest responderi, quod blada & vina accipiunt corruptio-
nem à natura, sed pecunia tantum ex facto principis. Et non est præsumptio quod princeps sit deterioratu-
rus suam monetā. Quia ea quæ dependent à causali motu principis, non habentur in consideratione, vt di-
cit Fel. post Inno. per eum allegatum, in c. causam quæ. col. 1. 4. vers. caue etiam. de rescrip. & vltra militat ra-
tio, quia id liberalitati, authoritati, & bonæ famæ principis non conueniret. Teste Hosti. dicente in summa,
de censu. in §. ex quibus causis. in 1. col. quod principes mutates monetam pro lucro temporali in grauamen
populi, astringuntur in conscientia, & tenentur ad satisfactioem. Fallit si id fieret ex causa vigenti & neces-
saria, puta tempore belli: vt fecit recolendæ memoriæ Clemens septimus, quando fuit in arce sancti Angeli,
à quodam duce Burboni obsessus. Sed isti inopinati casus, licet euenire possint, non sunt in consideratione.
l. inter supulantes. §. sacram. ff. de verb. oblig. Intellige verum quantum ad hoc, quod quis debeat abstinere
à mercantiis & aliis negotiis, puta à seminando, propter periculum casuum inopinatum & fortuitorum.
Sed bene sunt in consideratione quatum ad excusandum eum qui incepit actum tempore permissio, & pro-
pter impedimenta non potuit perficere, si postea perficiat tempore prohibito. per tex. in l. cessat. ff. de publi-
ca. & per plura exempla declarat Fel. in c. cognoscentes. col. fi. de constitu. Et sic nisi appareat de alio inter-
esse creditoris, quod quantitas non soluatur ante terminum, quàm deteriorationis monetæ poterit à debi-
tore fieri solutio. Et si creditor recipere recuset, poterit debitor quantitatem consignare & deponere, & erit
liberatus ab omni periculo, etiam perditionis & interitus pecuniæ depositæ. Ita dicunt doctores in locis
præallegatis.

In tex. in verb. ou les fructs de l'heritage leuez.

Nota quod emptor durante rachato, facit fructus suos: quia est dominus rei: & ideo volens rachatare of-
ferat ante leuationem fructuum: quia eo tunc dicuntur pars fundi, & veniunt cum fundo.

In text. in verb. en payant.

Soluendo, est gerundium: & quia respicit actum futuri temporis, facit conditionem, & exponitur, id est,
si soluerit. Quando verò iungitur verbo presentis temporis, tunc inducit modificationem & qualificatio-
nem actus, secundum Bar. in l. si tu ex parte. ff. de acqui. hæ. gl. in rub. C. de eden. dicit quod gerundium im-
portat necessitatem: quod an sit verum, vide per doct. supra dictam gl. Et in materia nostra siue dixerimus quod
importet conditionem siue necessitatem, idem est in effectu: quia obligatur reemens ad expensas laboragii.
Et aduerte quia nisi soluat vel offerat dictas expensas cum principali, non faciet fructus suos: quia qui non fa-
cit quod debet, non consequitur quod oportet. & ille qui vult aliquid consequi, si aliquid tenetur facere, vt
constituit aduersariū in mora, debet ipse prius implere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. Ideo dicit Bar.
in l. de diuisione. col. 1. ff. sol. matr. quod quando contractus est vltro citroque obligatorius, qui primo im-
plet, constituit aduersarium in mora. Item agenti ad pretium rei venditæ obstat exceptio rei non traditæ.
Ita d. §.

Ita d. §. offerri. summat Alex. consil. 27. in princip. in 1. vol. Et econuerso, agenti ad rem emptam, obstat ex-
ceptio pretii non soluti. Ita gl. in dicto §. offerri. in verb. retinere. in fine. plenè Dec. consil. 119. in princ. Et
est ratio, quia quando oblatio ordinatur ad originem petitionis, illa debet præcedere. Deci. consil. 57. col. 3.
in 2. vol. Et illud quod dicitur in contractu, habet locum in distractu: quia ille qui vult recedere à contractu, 12
debet prius restituere quæ recepit. tex. in l. non solum. C. de præd. mi. Ias. in l. 2. ff. de offi. eius cui manda. est
iur. Pet. de Ancha. consil. 34. in fi. Et ideo nota bene quod quando minor dicit se læsum, aut maior vult ali-
quo modo rescindere contractum, debet primo restituere quod accepit, quia retinere pretium & rescinde-
re contractum, implicat contradictionem: quæ repugnantia non admittitur in agente. l. 1. C. de fur. in pro-
posito facit decisio Bar. in l. fi. C. si aduer. credi.

In tex. in verb. le droit de labourage.

Quid est igitur quod tenebitur offerre pro debito laboragii? In hoc est attendenda consuetudo loci si-
tuationis rei, quia aliqui laborantes dant pro parte dominica dimidiam fructuum, alii tertiam partem: vsus
& consuetudo loci erit interpretis huius solutionis: quia valet argumentum à solitis. l. vel vniuersorum. ff. de
pigno. actio. & l. semper. ff. de regu. iur. Hac consuetudo loquitur quando est fienda diuisio inter domi-
num & laboratorem. Quid iuris quando inter ipsos laborantes propria prædia vel aliena, puta, si sint duo 14
fratres, quorum alter habeat filios laboratores, alter nullos, tunc diuisio fiet in capita si laborabunt prædia
aliena: si propria, dimidia fructuum attribuitur proprietati: altera dimidia diuiditur in capita eorum qui la-
borauerunt, de materia vide plenè D. Ias. in l. vti memini. C. de coll. col. fi.

ARTICLE XXII.

Itaçoit que par cy deuant entre les praticiens dudit pays, y eust altercation
sies venditions faictes par criées, rescision d'oultre moitié eust lieu: toutefois
pour le bien dudit pays a esté aduisé par les estatx qu'en vendition faicte par cri-
ées rescision d'oultre moitié de iuste prix n'aura lieu d'oresenauant contre leldi-
tes venditions.

SVM. IN GLO. ART. XXII.

Ad immobilia hanc consuetudinem esse attendendam.

Lesio ultra dimidiam contingens in uenditione rei immobilis per crias, & sic subhastationum uia, non habet reme-
dium legis 2. C. de rescin. uen.

Aduerte quia supra, artic. 9. tantum dixerat de mobilibus & locationibus triennialibus, hic de immobi-
libus. De iure communi subhastatio & deliberatio facta cum iudicis decreto non impedit remedium d. l. 2.
Paul. de Castr. in l. si quos. C. de rescin. uen. Alex. in l. pretia rerum. col. 3. ff. ad legem Falcid. Deci. consil. 6.
col. 1. & fi. in 2. vol.

DES PRESCRIPTIONS.

TIT. XVII.

ARTICLE I.

EN tout le pays d'Auuergne soit costumier ou de droit escript: &
aussi au hault pays d'Auuergne costumier n'y a qu'une seule prescri-
ption, qui est de trente ans, à laquelle toutes autres prescriptiõs, soyēt
greigneures ou moindres, sont reduictes.

SVM. IN GLO. ART. I.

- 2 De prescriptionibus hic remissuè.
- 3 Quæ sunt necessaria ad usucapionem, remissuè.
- 4 Et quæ ad prescriptionem, remissuè.
- 5 Bonam fidem aut titulum hic non desiderari.

Omnes prescripciones cuiuscunque sint temporis, currunt tempore & spatio triginta annorum.

Quia in sequenti consuetudine tractatur de præscriptione iurium, actionum, & seruitutum, operæpretiū
est videre in hac consuetudine de præscriptione mobilium & immobilium, secundum cursum iuris commu-
nis. Et quia in hac materia habemus tractatū copiosum & bene ordinatum per aliās collegam meū in senatu
Pedemontano D. Francisci Balbi Pedemontani, satis mihi erit quod me ad eum remittam: saluo in concer-
nētibus propriis materiam consuetudinum, vbi necessaria attingam: quia fortè omnes non habent dictum
Balbum, habere tamen potuerunt qui voluerunt: quia Parisus venditur: & est paruū volumen, optimum
tamen & vtile. Et primo quæ sunt necessaria ad usucapionem, quæ tantum consistit in mobilibus, recur-
re ad eum in titulo vltra. fo. 190. vers. quæ sunt necessaria. Item quæ sunt necessaria ad præscribendum res
immobiles, dic quod requiritur bona fides, titulus, continuata possessio: intellige decem annorum inter præsen-
tes, & viginti inter absentes. Et quod res sit præscriptibilis, idem Balb. in tit. de præscrip. rei immo. charta 197.
vers. quæ exigantur. In ista consuetudine Aluerniæ, satis est quod res sit præscriptibilis, & quod fuerit con-
tinuata possessio per triginta annos, nec habetur ratio fidei, vel tituli: quia ista præscriptio comparatur præ-
scriptioni tantū temporis, cuius initii memoria in contrarium non existit, vt patet infra, art. 4. in quo titulus
& bona fides non exiguntur: vt ibidem declarabo.

ARTICLE II.

Tous droitz & actions, cens, rentes, seruitutes, & autres droitz quelz conques prescriptibles, soyent corporelz on incorporelz, se prescriuet, acquierent, ou perdent par le lapz & espace de trente ans continuelz, & accompliz.

SVM. IN GLO. ART. II.

- 2 *Hæc consuetudo iuri conuenit.*
 3 *Exponuntur uerba continuelz, & qualiter continuata possessio probanda sit, pluribus ostendit. & nu. 4.*
 5 *Legem, sicut. C. de præscriptio. triginta. iure pontificio non esse acceptam, contra Bart.*
 6 *An statuto possit induci præscriptio sine bona fide, remissiuè.*
 7 *An mala fides testatoris hæredi noceat.*
 8 *Quid in antecessore prælati.*
 9 *Quid in hærede habente titulum à tertio.*
Quid denique in authore singularis successoris, omnia remissiuè.
In præscriptionibus mensuris & annuis quomodo & quando currat præscriptio, aliquot regulis doctè & utiliter declarat.
- 1 *Præscriptio triginta annorum habet locum in quibuscunque rebus, tam corporalibus, quàm incorporalibus: & sic in iuribus, actionibus, censibus, & seruitutibus, quando fuit possessio seu quasi continuata per lapsum dicti temporis.*
 2 *Hæc consuetudo concordat cum lege, sicut. C. de præscrip. triginta vel quadraginta ann. quæ vult quòd currat præscriptio triginta annorum, etiam cum mala fide. Et nota diligenter quòd est articulandum de continuata possessione: si tamen fieret probatio duorum temporum extremorum, videlicet principii & finis, præsumeretur quòd medio tempore possidisset. Ita declarat Fely. in c. inter dilectos. col. 4. versicu. ex quibus inferri solet. de fide instrumen. Et quæ requirantur ad probandam continuationem possessionis, & qualiter testes concludere debeant, amplè declarat Fely. in c. licet causam. colum. 5. versicu. tertia causa victoriæ. de proba. post Bartol. in l. celsus. circa finem. ff. de vsucap. Et in specie dicta continuatio probatur, quando testes deponunt quòd Titius possedit à sexaginta annis, & citrà: quia ista verba denotant actum continuum, virtute copulæ quæ ponitur inter principium & finem: & sic medium includit. Ita probat text. in c. licet causam. de probatio. vbi Decius col. 8. versicu. duodecimò noto. secus est si absque copula simpliciter dicatur, quòd possedit à sexaginta annis citrà: quia istud posset verificari in vno die: vt notatur per Bartolum, in l. 1. §. quòd autem. ff. de aqua quotid. & æsti. Deci. vbi suprà. Aduertat igitur iudex vel commissarius vt bene interroget testem: & si videat quòd testis deponat de continuata possessione post principium ipsius, quòd apponat copulam, & aut dicat à sexaginta annis vsque in diem litis motæ, vel vsque nunc, & per ipsum tempus: quoniam dictio, per, denotat continuationem temporis. l. vrbana. ff. de verborum significatione. Item si testes dicant quòd Titius possedit per decem annos, probant tempus continuum. Cardina. in clem. causam. de electio. Bal. in c. 1. §. si quis per triginta. in titulo, si de feu. fuer. contro. Et nota quòd illa verba, continuè, semper, & omni tempore, debent interpretari civiliter, & intelligi congruis temporibus. Ita pulchrè declarat Fely. in proce. decret. in verb. rex pacificus. col. 1. & 2. vers. secundò noto. Et ista veniunt ad declarationem verbi, *continuelz*, positi in fine consuetudinis: & procedunt quando dicta verba iunguntur actui, quem impossibile est singulo momento impleri: sed vbi possibile esset, tunc denotant continuationem temporis. Ita Fely. ibi, vers. sed ista. Aduerte diligenter quòd testes debent in specie deponere quibus annis quis possedit, aliàs plures testes deponetes de possessione decem annorum in genere, eam non probarent, secundum Fely. post alios per eum relatos in c. inter dilectos. col. 4. versicu. ex quibus inferri solet. de fide instrumen. Vtrum lex, sicut. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum, hodie procedat de iure canonico? Dic quòd non, per c. fina. de præscrip. & regulam possessor. de reg. iur. quia nulla præscriptio currit cum mala fide. Et licet Bart. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. tenuerit oppositum, tamen communiter est reprobatus, secundum Panor. & doct. in dicto c. fi. & Alex. qui attestatur communem esse contra Bar. in consil. 185. in secundo dubio, in 2. vol. & consil. 34. in 3. vol. consil. 63. col. 2. in 4. consil. 99. in eo.*
- 6 Et nota quòd siue præscriptio sit statutaria, siue emissa à principe, semper iustificatur in eo qui est in bona fide de tantum: vide plenè Balbum in suo tractatu præscrip. charta 46. versicu. & quòd tale statutum non valeat data mala fide. certè si ista doctrina obseruaretur, esset magna limitatio ad hanc consuetudinem: sed ex eo quod vult istud tempus triginta annorum habere vim temporis immemorabilis, satis declarat quòd non est curandum de bona fide, nec de titulo. Maior insurgit dubitatio, vtrum hæres qui est in bona fide possit inchoare præscriptionem ex persona sua? videtur quòd sic: quia in hærede præsumitur ignorantia. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & sic bona sit fides: tamen communis opinio est quòd non. Et quod teneatur hæres exonerare conscientiam defuncti. ita dicit Alex. dicto consil. 63. in 4. vol. Alex. & Iaf. in l. Pomponius. §. 1. ff. de acqui. poss. Fely. in c. si diligenti. col. 5. de præscrip. vbi limitat duobus modis: primò in hærede qui fecit inuentarium supple, & hæreditas non est soluendo. Secundo quando defunctus non fuisset in mala fide vera, sed præsumpta, puta causata ab errore iuris. Istam conclusionem tanquam communem cum duabus prædictis limitationibus ponit & sequitur D. Balb. in d. trac. in secunda parte tertie partis prin. charta 42. vers. sed dubitatur.
- 8 Et addit alias duas limitationes. Prima in prælato cui non nocet mala fides antecessoris. Secunda in hærede qui non præscribit tanquam hæres, sed quia habet titulum à tertio. Et quando mala fides authoris noceat successori vniuersali vel singulari, & quando vitium faciat rem vitiosam, & quæ vitia dicantur personalia, & quæ realia, vide plenè per Balbum in dicto tracta. præscrip. secunda parte 34. princip. q. 12. charta 41.

Circa

Circa materiam præscriptionum, de qua cantat consuetudo, cadit notabilis quæstio & dubia, quando in præscriptione annua vel menstrua incipiat currere præscriptio. Et quia ipsa materia est ad saturitatem discussa per doctores quos infra citabo, conclusiue procedam. Igitur sit conclusio, quòd in stipulationibus annuis incipit præscriptio currere postquam cessatum est soluere primo anno, & tunc cessatio tribuit ius præscribendi, non tantum ratione anni cessati, sed etiam futurorum annorum: quia est vnica obligatio, & sufficit vnica præscriptio. Ita se habet communis opinio. glos. est communiter approbata in l. si sic. ff. quemadm. serui. amit. maximè per Bartol. Bal. & Ang. ibi licet dominus Iaf. in l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de oper. no. nun. dicat quòd in stricta disputatione contraria opinio sit verior: secus est in legatis annuis, secundum omnes doctores, quia in eis non est vnica nec vniformis obligatio: vt plenè declarat dominus Franciscus Balbus, olim collega meus, in tractatu præscriptio. in quarta parte quartæ partis principalis, versicu. quarto principaliter quæro. Et ibi secutus Ang. quem allegat, limitat primam conclusionem de stipulationibus annuis non procedere quando in promissione fuisset adiectum verbum quancumque petieris, vel volueris: quia tunc censentur plures dispositiones, & sic requiruntur plures præscriptiones. Videtur dubitabilis limitatio communiter approbata per doctores citatos per dictum Balbum, propter decisionem Ang. communiter approbatam, quam refert & sequitur dominus Iaf. in l. petens. col. 4. versicu. circa. C. de pactis. & plenius in l. si mater. col. fina. C. de insti. & substi. sub cond. fac. vbi dicit quòd si faciam pactum de retrouendendo rem à me emptam quancumque venditor voluerit: tamen illi iuri rachatandi præscribitur triginta annis. Sed pro concordia videtur distinguendum quando dico possis rachatate quancumque volueris, tunc curret præscriptio à die concessionis rachati. Idem si dixerò, promitto tibi soluere centum quancumque volueris: volueris: secus videtur si dicam, promitto centum, & soluere singulis annis decem quancumque volueris: & isto casu videtur procedere limitatio doctorum. Ratio differentie inter hos casus esse potest, quia in primo casu statim facta promissione, quancumque volueris, vel dato termino ad rachatandum quancumque volueris, ab ipso die incipit negligentia creditoris. Sed quando stipulatio continet annuas solutiones, postquam solutio est collata ad nutum & voluntatem creditoris, negligentia in prima solutione non influit ad futuras cessationes: & videntur esse plures obligationes: & si noluerò petere in primo termino, possum petere in secundo & aliis sequentibus. Ista sunt noua dicta ab aliis intacta, super quibus poterit plenius cogitare subtilis rationum indagator.

ARTICLE III.

Et a lieu ladicte coustume seulement contre ceulx qui ont pouoir & faculté de poursuyure leurs droitz & actions en iugement contradictoire.

SVM. IN GLO. ART. III.

- 2 *Consuetudinem iuri conformem esse.*
 3 *Remissiuè plures esse casus, in quibus non est præscriptionis locus.*

Habet locum ista consuetudo tantum in ualentibus agere.

Concordat cum regula iuris, quòd non valenti agere non currit præscriptio. l. 1. in fi. C. de bo. ma. & l. 1. in fi. C. de anna. except. Ratio est naturalis, quia vbi non est negligentia, ibi non debet esse pœna. Et pro intelligentia huius consuetudinis, bene succurrit scire casus in quibus nunquam currit præscriptio, quos vide per Balbum in suo tractatu, in prima parte sextæ partis principalis, charta 134. & sequentibus, vbi tradit vigintiocto casus.

ARTICLE III.

Et tient lieu ladicte prescription de tiltre & droit constitué, & a vigueur de temps immemorable.

SVM. IN GLO. ART. IIII.

- 2 *Cuius effectus sit præscriptio immemorabilis, & nu. 3.*
 4 *Et qualis in ea probanda debeat esse testium depositio.*
 5 *Eadem non præscriptibile sine titulo non potest acquiri.*
 6 *Sed cum eo etiam quæ principi sunt præscribuntur.*

Præscriptio triginta annorum habet vim tituli & temporis cuius initij memoria in contrarium non existit.

Ad tollendum difficultatem, vtrum valeret consuetudo, quòd præscriptio curreret cum mala fide, fuit inducenda hæc consuetudo, vt habeat illa præscriptio vim tituli & temporis immemorabilis. Et sic opportunè dicendum est de virtute & potentia præscriptionis tanti temporis, dico quòd habet vim constituti, tituli, & privilegii. tex. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æsti. Bar. in l. cum de in rem verso. col. 2. in fi. vers. videamus. ff. de vsur. Iaf. in l. si certis annis. col. fi. vers. decimo limita. C. de pact. Et nota vnum singulare in hac materia, quòd ista præscriptio prodest etiam ei qui habet præsumptionem iuris contra se, puta laico, qui allegat se possidisse decimas dicto tempore, & se inuestitum ab ecclesia ante consilium Lateranense. Nā talis inuestitura præsumitur ex cursu dicti temporis. Ita D. Iac. de S. Geor. in suo li. feu. in verb. cum mero & mixto imperio. col. fin. Et qualiter debeant testes deponere ad probandum cursum tanti temporis, vide eundem in dicto tractatu, in rubri. de homagiis. colum. 4. in fin. Bartol. in l. 1. §. item Labeo. colum. 1. in fin. & fin. ff. de aqua plu. arcen. plenè Io. Per. ferè in sua practica, in titulo de form. lib. in acti. confess. colum.

Q ii

10. & fin. Deci. consil. 85. in primo vol. Alex. consil. 7. in 1. vol. Et vt habeas bonam practicam, vide Rapha. Cinna. consil. 77. col. 2. vbi dicit quod testes debent sic deponere, quod semper viderunt & audierunt ita esse, nec vnquam viderunt & audierunt contrarium. Et quod communis semper fuit opinio, & est quod sic fuerit. Alex. in col. 136. in 6. col. in 2. vol. dicit quod testes debent necessariò dicere quod communis opinio est non extare memoriam in contrarium: & quod ita semper viderunt & audierunt à suis prædecessoribus, & quod nunquam fuit obseruatum contrarium. Et ibidè, quod ita debent articulare aduocati, aliàs reperiet se deceptos. Et si opponatur ad id quod supra dixi de decimis præscriptis à laico, id quod nò est præscriptibile, non præscribitur tanto tempore cuius initii memoria in contrarium non existit. dicas illud esse verum, si quis tantum allegaret tempus. Sed si allegaret titulum ex cursu tanti temporis, præsumitur titulus allegatus. Ita declarat Fel. in c. accedentes. col. 5. vers. post hæc. de rescrip. Et eum sequitur Balbus in suo trac. in quarta parte quintæ partis princip. charta 125. vers. & quanuis. Ista sunt vera vbi vult quod ea que sunt iuris gentium, & etiam referuata principi, in signum supremæ autoritatis, tanto tempore præscribantur. Et de probatione tanti temporis, & quod non sit curanda scientia, nec patientia eius contra quem præscribitur, vide ibidem Balbum charta 124. vers. secundo limita prædictam regulam.

ARTICLE V.

Les biens dotaux se peuuent prescrire par ledict lapz & espace de trente ans, etiam constant & pendant le mariage, si n'est que le mary ou ses heritiers ne fussent solubles pour respondre de la negligance à la poursuyte desdictz biens.

SVM. IN GLO. ART. V.

2 Iure communi an & quando res dotalis præscribitur.

1 Bona dotalia etiam constante matrimonio possunt præscribi, si maritus uel hæres sint soluendo: aliàs secus.
2 Quid de iure communi, an res dotalis possit præscribi cursu longi temporis, videlicet decem annorum inter præsentés, & viginti inter absentes, aut saltem longissimi, puta triginta an. vel quadraginta? vide in specie Bal. nouel. in suo tract. de dote. in 7. parte. col. 2. eum refert & sequitur Balbus in tracta. præscript. in prima parte sextæ partis principa. charta 135. vers. sextusdecimus casus est.

ARTICLE VI.

Le seigneur vtil, qui a seulement payé vne partie du cens vniforme, & déterminé l'espace de trente ans, il a prescript l'autre partie du cens par ladicte coutume.

SVM. IN GLO. ART. VI.

2 An iuri communi repugnet consuetudo ad tractatum præscriptionum Balbi, quo authore maximè utitur remittit.
3 Hanc præscriptionem esse odiosam conuincit, & inde infert.

1 Vtilis dominus, qui annis triginta tantum soluit partem census de directo præscripsit libertatem in alia parte census.
2 Quid de iure communi? distingue secundum Balbum in tractatu præscrip. in quarta parte princip. charta 71. vers. octauò quæro. Inter emphiteotam qui recognouit, vel aliàs soluit: & talis (quia est in mala fide) nullo tempore præscribit, nec etiam eius hæres vniuersalis, qui tenetur exonerare defuncti conscientiam. Secus est in tertio possessore, qui habet bonam fidem: quia si habet titulum, præscribit decem annis inter præsentés, & viginti inter absentes: & sine titulo præscribit triginta annis. Et id quod ibi Balbus dicit in tota pensione, habet locum in parte pensionis: quia idem iuris est de parte quoque ad partem, quod est de toto quo ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei ven. Circa istam consuetudinem nota quod præscriptio est odiosa, & ideo habet locum regula, tantum præscriptum, quantum possessum. Et in materia quando præscriptio facta in certa parte fructuum extendatur ad alios fructus, & facta in vna parte prædii extendatur ad totum, & in vna specie iurisdictionis ad vniuersam iurisdictionem: recurre ad Balbum in tract. præscrip. in secunda parte princip. charta 13. vers. facio igitur regulam generalem. cum aliis col. sequentibus.

ARTICLE VII.

Les arrerages des cens ou rente annuelz ne se pourront doreseuuant demander que de trois ans derniers escheuz, si n'est que des années precedentes il y eust diligence suffisante.

SVM. IN GLO. ART. VII.

2 Cens ou rente in consuetudine diuersa esse.
3 Quid emphiteoticus contractus à censuali differat, remissuè.
4 Hæc consuetudo locum habet, etiam si census ex conuentione deferendus sit domum creditoris, aut domini.
5 An statuto actionibus exercendis certum tempus præstiti possit, quod consuetudine indubitatum est.
6 Quæ diligencia in actibus iudicialibus & extrajudicialibus desideretur. & nu. 7. & 8.
9 Et quæ diligencia in hac consuetudine requiratur.

10 Nec sufficit debitoribus census programmate publico interpellari, ut nec uassallo. & nu. 11.

Arreagia præteritorum census seu reddituum annualium triennio sunt præscripta, nisi de eis exigendis appareat sufficienti diligentia.

In tex. in verb. cens ou rente.

Nota quod ista consuetudo ponit ista duo tanquam diuersa. Nam dum dicit de censu, intelligitur de eo qui debetur ratione directi domini: quia secundum consuetudinem celsus in dubio importat directum dominium: vt habetur infra, in tit. de assiete de rente. art. 1. Et de iure talis census appellatur canon, vt dicunt doc. in c. potuit. de loca. rentâ seu redditu appellat id quod debetur super fundo propriè censuali, in quo dominus redditus nullum habet dominium: de quo loquitur Papa in extrauag. in tit. de emp. & vend. quæ incipit regnum. fo. 21. Et in Gallia appellatur census currens, seu volatilis. Et quid differat contractus emphiteoticus à contractu censuali, & vtrum emptio census seu redditus super vno fundo sit licita, vide quæ amplè scripsi in d. tit. 31. de assiete de rente. artic. 1. nu. 6. 7. & 8. Moueo aliam quæstionem quæ sæpe contingit in hac patria: Aliquis tenetur alicui domino portare censum infra festum sancti Iuliani ad castrum: stetit tribus annis quibus non detulit: vtrum arreagia trium annorum præteritorum sint præscripta ad formam conductu dinis? videtur prima facie quod non: quia hic debitor est obligatus infra festum s. Iuliani, & sic dies interpellat pro homine. l. optimam. C. de contrah. & comit. stip. Item tenetur deferre ad castrum, & sic non debet expectare quod creditor mandet ad capiendum censum: & ideo mora in non soluendo non debet sibi prodesse, vt præscribat: imo obesse, vt facit de iure communi: de quo si emphiteota ecclesie cessauerit soluere biennio, priuatur iure suo. c. potuit. de loca. & emphiteota laici triennio. l. 2. C. de iur. emphi. In contrarium credo veritatem: quia consuetudo nollit taxare moram debitoris sicut lex facit, sed creditoris negligentiam, dum eum excludit ab agendo. Et quod id fieri possit, est decis. Paul. de Cast. in l. hæc autem iura. in princ. ff. de seruit. vrb. prædi. vbi facit differentiam an statutum dicat quod debitor præscribat: & nò potest statutum facere, quod debitor cum mala fide præscribat. Et licet Fel. in c. fi. col. 4. vers. quarta declaratio. & in specie col. 5. vers. ultimo post Paul. de Cast. de præscr. dicat quod non valet statutum etiam in primo casu: quia nutriet peccatum. Illa ratio Fel. non videtur stringere, quia licet tollat actionem creditori, non tamen liberat debitorem. nec dicit quod sit obligatus. Et vtrum valeat statutum vel consuetudo quod non petent debitum infra tres annos cadat à iure suo, vel vltra petere nò possit. Bar. in l. omnes populi. col. 7. vers. ecce alia quæstio. ff. de iusti. & iur. dicit quod non: ratio est in præcepto, quia in materia præscriptionis vbi agitur de materia peccati, obseruatur etiam in foro temporalis ius canonicum, secundum quod nulla præscriptio cum mala fide currit. c. fi. de præscrip. Contra Bar. tenent D. Ias. & ceteri per eum allegati. insti. de actio. in princ. in gl. in verb. debetur. fo. 6. opinionem Bar. communem dicit D. Ioannes de sancto Seuerino, in d. l. omnes populi. fo. 8. Eam tenet Fel. in d. c. fi. col. 4. vers. quarta declaratio. de præscrip. Quicquid dicant doctores, statuta talia, licet non valeant, obseruantur de facto: vt attestatur Fel. post Paul. de Cast. in d. c. fi. col. 4. vers. demum circa prædicta. Et istud quadratè procedit in partibus Aluernæ, vbi consuetudines regia autoritate, & ex certa scientia sunt approbatæ, ita quod disputare de earum validitate, esset crimen sacrilegi: iuxta l. disputari. c. gl. C. de cri. sacri. & sic in proposito quæstionis nostræ non est disputandum, quin creditor lapsò triennio impediatur agere, quia per consuetudinem non taxatur mora debitoris qualiscunque fuerit, sed sola negligentia non petentis. Verum est quod in terris iuris scripti non habet locum talis consuetudo, quæ ab ecclesiasticis in suis iurisdictionibus & terris non fuit recepta: vt patet ex processu super consuetudinibus fulminato: & quæstio adhuc sub iudice pendet.

In tex. in verb. y eust diligence suffisante.

Quæro, quando diligencia dicatur sufficientis? Responderi potest, quod secundum subiectam materiam. Et primum in eo qui vult euadere periculum desertionis appellationis, debet iudicem saltem bis interpellare & protestari. Ita Alex. consil. 19. col. 2. in 1. vol. Et sic in constituendo iudicem appellationis in mora, communitè tenetur quod requiritur duæ interpellationes interpollatæ. Ita Peru. in c. ex ratione. col. 10. & 11. de ap. pel. Fel. in c. ex literis. de consti. Ias. in l. properandum. §. in autem vterque. C. de iud. Regulariter tamen ad constituendum aliquem in mora, sufficit vnica interpellatio, nisi aliter sit in iure expressum. Fel. & Deci. in c. cum causa. de off. deleg. Et generaliter quomodo probetur negligentia, vide Bar. in tract. testimo. in 9 verbo, lata culpa. melius, quomodo probetur negligentia, & quomodo diligencia, vide pulchrè Bart. consil. 102. incipiente, charissime domine. plenè Fel. in c. fi. autem. col. 2. vers. negligentia probatur. de rescri. Et ibi habes quando requiratur petitio vel interpellatio ad constituendum aliquem in mora, tam in iudicialibus, quam in extrajudicialibus. Et in casu huius consuetudinis puta quod ad probandam diligentiam vltra interpellationes extrajudiciales, deberet creditor citari facere debitorem: quia quando debitor est morosus, recurrendum est ad iudicem, & tunc perpetuatur actio, quæ aliàs erat peritura. Nā per citationem interripitur præscriptio legis vel statuti. Ias. in rub. C. de in ius vocando. col. 1. Quæro de vna quæstione, de qua fui dudum interrogatus: vtrum creditor qui fecit fieri bis vel ter in anno publica proclamata, quod debetis censum infra tempus debitum soluissè debeant, dicatur fecisse sufficientem diligentiam, quam requirit consuetudo? Respondeo quod non: quia quando debetis sunt certi, debet particulariter interpellari & citari, & non sufficit proclamata generale. Bar. in l. si eo tempore. C. de remiss. pign. Fel. in c. humilis. de maio. & ob. & in c. exhibitis. col. 2. de iud. & in c. cognoscetes. col. 5. de cost. Et in simili, citatio facta p. proclama. de regio. mādato, quod vassalli veniant ad præstandum fidelitatem, vassallos non arceat: quia sunt certi. Ita consuluit Card. Zaba. consil. 74.

ARTICLE VIII.

Et aussi en iustificiant de payement de trois années par tesmoings ou acquitza valables, pose que lesdictz trois ans fussent payez à vne fois, len demourera quit-

te de tous les arrerages precedens, sans autrement en iustifier.

SVM. IN GLO. ART. VIII.

- 2 Pluribus, & cum fructu quid hæc consuetudo à iure communi discrepet, & in quo conueniat, ostendit. & nu. 3.
4 Quomodo protestatione in receptione census sibi cauendum sit.

1 Ab eo qui tribus proximis annis persoluit, etiam unica solutione facta pro tribus annis, nihil ultra peri potest.
2 Ista consuetudo in principali dicto concordat cum iure communi, in ampliacione discordat. Nam ius commune vult quod ille qui soluit canonem emphiteoticum tribus annis, præsumatur retro soluisse. tex. est nor. quem Bar. ibi reputat singularem, in l. quicumque. C. de apo. publ. lib. 10. Iaf. refert & sequitur in l. si certis annis. col. 1. in fi. C. de pact. Et ibidem col. 2. versu. quartò notabiliter limita. declarat illud dictum Bar. habere locum quando illa præstatio triennis fuit facta interpollatis vicibus: secus si vno contextu. Contra consuetudinem hæc eandem regulam cum prædicta limitatione tradit D. Iaf. in l. 2. col. 70. in fin. C. de iure emphit. Aduerte tamen quod in primo casu quando soluit tribus annis, consuetudo debitorem reddit liberatum à debito præcedenti: lex autem communis facit præsumi solutione & non liberat: transfert tamen onus probationis in partem aduersam quod non soluerit. Illa tamen negatiua est quodammodo improbabilis, quia non potest coarctari loco & tempore. Sit igitur cautus ille qui facit quitationem de tribus annis quod referet sibi ius recuperandi arreragia præcedentia dictos tres annos: quia talis protestatio facta parte præsentem, & non contradicente releuaret: vt plenè tradit D. Iaf. de domino qui protestatur quando recipit canonem, quod non intendit recedere à iure commissi in d. l. 2. col. 63. versu. in ea glo. ibi. C. de iure emphi. vbi tractat quæstionem vtrum recipiens canonem præteritum, vel etiam futurum videatur remittere caducitatem. Et ibidem colum. 67. versu. iuxta prædicta. ponit quando dominus protestatur vtrum requiratur consensus emphiteotæ.

ARTICLE IX.

Le droit de taille aux quatre cas deu au seigneur iustitier pour raison de la haulte iustice, ne se peut prescrire par aucun teps à faulte de iouyffance ou protestation, si n'est qu'il y eust contradiction.

SVM. IN GLO. ART. IX.

- 2 Præstatio tallearum an sit minus reale vel mixtum, aut personale: & qui dicantur quatuor casus, de quibus in consuetudine, remissuè. & nu. 3.
4 Quos esse ex priuilegio, vel consuetudine, vel prescriptione indutos, ostendit.
5 Hinc commodè disputat in iure, & quando priuilegium præscribitur, idque duabus regulis. & nu. 6. & 7.
8 Quæ mera sunt facultatis præscribantur post contradictionem.
9 Eadem in subditos statui non possunt, nisi ab his qui non recognoscunt superiorem.
10 An subditus in solo proprio inuito superiore iustitiæ molendinum edificare possit, plenè disserit.
11 An quoque subditi in eo molere possint.
12 Et vtrum aquam ex publico flumine ducere subditus possit inuito superiore.

1 Tallea debita domino iustitiaro in quatuor casibus pro alto dominio, nullo tempore præscribitur ob cessationem solutionis, nisi à die interpellationis & contradictionis.

In tex. in verb. le droit de taille.

2 Quæro quæ dicantur talleæ, & vtrum dicantur onera personalia, realia, vel mixta? Istud melius cadit infra, in tit. des tailles.

In text. in verb. en quatre.

3 Qui sint quatuor casus? dicitur, deo duce, infra, in d. titu. des tailles. artic. 2.
In text. in verb. ne se peut prescrire par aucun temps.

4 Vult consuetudo quod etiam si directus dominus iustitiaro non vtatur per longum tempus his quatuor casibus priuilegiatis, quod non perdat priuilegiu. ratio dependet ab his quæ statim dicam. Est præmittendum in primis, quod regulariter domini habentes merum & mixtum imperium non habent priuilegia in illis quatuor casibus, nec in aliis, imponendi talleas & collectas subditis eorum, nisi ea habeant ex priuilegio superioris, aut ex prescriptione, vel consuetudine. Ita, si bene memini, declarat D. Iaco. de sancto Geor. in lib. feud. in tract. de homag. col. 8. versu. iuxta prædicta quæro vtrum domini terrarum. Cum ergo isti casus sint priuilegiati. Quæritur vtrum per non vsum priuilegium perdat? Istam quæstionem latè explicat D. Iaf. post Bar. in l. si. ff. de consti. princip. eam reassumit Balbus in tract. præscrip. in quarta parte quintæ partis princip. charta 122. versu. quartò quæro vtrum priuilegium, &c. Et in effectu facit duas conclusiones: prima, quod priuilegium per quod conceditur aliqua facultas ad aliquid faciendum, perditur spatio decem annorum, si priuilegiatus eo non vtatur. Exemplum, si princeps concedit ciuitati priuilegium nundinarum, & ciuitas eo non vtatur per decennium, illud perdit: vel si princeps dat alicui ciuitati priuilegium, quod possit habere studium generale, aut potestatem doctorandi, & ciuitas sit in mora vtendi per decennium, illud perdit. Secunda est conclusio, quæ erit limitatio primæ, quæ loquitur quando aliquid simpliciter conceditur quod quando facultas faciendi est posita formaliter in expressa & pura voluntate eius cui fuit facta concessio, tunc tali priuilegio nullo tempore præscribitur. gl. est in c. vt priuilegia. in gl. penult. in fi. de priuile.

priuile. quam notat Fely. in c. cum accessissent. col. 10. versu. limita secundò. de consti. Balbus in loco præallegato. Et inferunt quod si canonici non vtantur iure optandi meliores præbendas, quod eis competit ex statuto vel consuetudine, adueniente casu, propterea non perdunt tale ius. Item si princeps concedat vni facultatem construendi vnum molendinum, in flumine publico, & ipse non vtatur illa facultate infra decennium, illa non perdit. Ita in casu huius consuetudinis est in mera facultate & voluntate duorum exigendi talleas in dictis quatuor casibus. Certè si non potuerint, quia casus non euenit: aut noluerunt exigere, nullo tempore præscribitur contra eos. Istos casus impotentia vel voluntatis æquiparat Fely. post Bal. in c. cum accessissent col. 10. versu. hanc regulam limita. de consti. Et ita liquet quod consuetudo concordat cum iure communi. Istam quæstionem etiam ponit in specie Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feud. in titulo de homag. col. 9. versu. iuxta prædicta formo vobis quæstionem, & ibi facit differentiam an quis dicat se acquisisse ius collectandi ex consuetudine, an verò ex prescriptione: & declarat qualiter dominus debet deducere & probare. Istud tamen habet locum quando non constat de priuilegio domini, secus quando constat, & non fuit vsum: quia tunc haberet locum distinctio Balbi superius allegata. Et qualiter perdatur priuilegium per non vsum, siue constat in faciendo, siue in non faciendo, vide plenè Fely. in d. c. cum accessissent. col. 9. versu. in glo. penult. cum col. sequentibus de consti.

In tex. in verbo, si n'est qu'il y eust contradiction.

Aduertatis diligenter, quod etiam ea quæ sunt mera facultatis post inhibitionem, & contradictionem, etiam extraiudicalem, possunt præscribi. Et ista regula seruit in pluribus notabilibus quæstionibus. Et primo licet dominus non possit cogere subditos suos quod vadant ad molendum in suo molendino, item ad coquendum in suo forno, item non possit eis prohibere venationes & piscationes: si tamen dominus fecerit inhiberi per publicum proclama, ne aliquis præsumat ire ad molendum alibi quàm in suo molendino, coquendum alibi quàm in suo forno: item inhibuerit, ne quis habeat piscari in fluminibus publicis, aut venari in suo territorio: & homines illis proclamatis non contradixerunt, certè dominus constituitur in possessione seu quasi, inhibendi & prohibendi, & incipit præscribere contra subditos. Istam doctrinam tradunt Panor. & cano. in c. significantibus. de appel. Iaf. in repe. l. quominus. col. 8. versu. tertio principaliter. ff. de flumi. Do. Iaco. de sancto Geor. in tracta. feudo. in verbo, cum molendinis. Balbus in quarta par. quartæ par. princip. charta 123. versu. quinto iuxta præmissa. col. 2. Et quando iuri facultatis præscribitur, plenè Fely. in c. cum accessissent. col. 10. versu. limita secundò. & col. 11. versu. non obstat. & versu. generaliter. de consti. Nota etiam in materia quod domini alicuius castri & villæ non recognoscetes superiorem possunt statuere quod subditi non vadant ad aliena molendina, aut ad alienos furnos: sed alii superiorem recognoscetes hoc statuere non possunt, nec possunt prædictas prohibitiones facere. Ita Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feu. in verbo, & cum molendinis. col. 1. & 2. & plenè concludit Bartho. Soci. confi. 272. in 2. vol. col. 4. versu. quarto confirmatur. col. 5. Et ita intelligi debet dictum Chassaneus, in consuetudinibus Burgundia, in c. lon ne peut auoir usage. versu. & dicit dominus meus. in fi. fol. 369. vbi dicit quod domini habentes omnimodam iurisdictionem possunt prohibitiones prædictas facere. nam intellexit vel intellexisse debuit de dominis non recognoscensibus superiorem, aliàs allegata per eum non probarent dictum suum, imò verius oppositum. Ita in proposito in materia consuetudinis si dominus iustitiaro interpellasset subditos in vno aut omnibus his casibus, & subditi contradicant, constituentur in quasi possessione libertatis, & incipient præscribere: ideo sit cautus dominus quod eos non interpellat, nisi velit causam contradictionis proficere, & declarari facere per sententiam si sit iusta. aut quod melius est, si aliquando exegit in aliquo ex istis quatuor casibus, vtatur remedio possessorio, vt manuteneatur in sua quasi possessione: iuxta c. querelam. de elec. quia consilium est quod qui potest vti possessorio, ad petitorium non confluat: iuxta l. is qui. ff. de rei vendi. & §. commodum. insti. de interdic. Et quia superius dictum fuit quod molitiones, piscationes, & venationes sunt facultatis: Quæro de notabili quæstione, vtrum quis possit facere molendinum in solo proprio, in territorio tamen seu iustitia vnus domini, eo inuito? Chassaneus in titulo des sieff. §. 9. & vltimo. versu. ista quæstio. fo. 378. dicit, quod sæpius fuit consultus de ipsa quæstione: & semper dixit quod sic, nisi dominus loci haberet molendinum bannale: hoc est ad quod omnes subditi sub pœna ire ad molendum cogi possent. Ego autem plenè aggreddendo materiam, dico verum esse, quod in fundo meo possim edificare molendinum, etiam in alieno territorio, sicut & aliam rem facere, per l. altius. C. de seruit. & aqua. quia ædificium molendini de se nihil nocet domino territorii: sed difficultas consistit circa ductum aquæ ad ipsum molendinum. Et ideo puto dicendum, aut aqua capit originem in fundo meo, & ibi ædifico molendinum, & tunc licet vti ipsa aqua pro vsu molendini: quoniam quando aqua capit ortum in fundo meo, dicitur mea, & ea liberè vti possum. tex. in l. præfes. C. de seruit. & aqua. plenè declarat Decj. confi. 244. in secundo vol. col. 2. versu. secundo principaliter. vbi allegat Bar. in l. cum essent. §. quod plurium. ff. de seruit. rusti. prædio. Idem dici potest quando aqua ingressa est fines agri mei: quia tunc dicitur mea, secundum glo. in l. si aquam. C. de seruit. & aqua, quæ allegat bonum tex. in l. 1. §. illud. el. 2. ff. de aqua quot. & æsti. Sed vtrū isto casu liceat subditis molere in molendino hominis priuati, Chassaneus vbi supra dicit sibi videri quod non: quia exactio moturæ secundum eum videtur esse iurisdictionis. Tamen istud non est verum, quia cum ius molendi sit facultatis, vt prædixi, & plenè declarat Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feu. in verbo, & cum molendinis. col. 1. & secunda. ita & solutio moturæ, quæ accedit voluntario iuri molendi: & isto casu dicendum videtur aut dominus iustitiæ habet molendinum bannale, & propterea fecit inhibitionem subditis ne alibi molerent, & eo casu si subditi irent ad alibi molendum, dicerentur turbare dominum iustitiaro consuetu accipere moturam ab omnibus subditis suis in sua possessione seu quasi, percipiendi dictas moturas: & competeret domino remedium c. querelam. de elec. aut non est in dicta iustitia aliquod molendinum bannale, & eo casu licet subditis molere in molendino priuati, & eidem moturam soluere. Nec obstat dicatur qui molendinum facit, præiudicat do-

mino iustituario: qui tantum minus accipiet lucri: quonia perditio talis, lucri non est in consideratione, secundum Bar. in repetitione l. quo minus. ff. de flumi. Item nec etiam obstat quod forte is qui edificat molendinum est subditus domini & in iuramento fidelitatis promisit ipsi domino utilitatem: huic fundamento plene respondet Do. Iaco. in predicto verbo, & cum molendinis. col. 2. Difficultas tamen magna versatur quando priuatus qui molendinum edificauit vult capere aquam quae habet originem in loco publico, quia tunc videtur quod non liceat: quoniam aquae sunt principis, & dominus iustitarius reperitur inuestitus de molendinis & aquagis, prout communiter contingit in patria Pedemontana: & eo casu cum aquagia sint principaliter concessa pro vsu molendinorum comprehensorum in inuestitura tantum, certe non licet aliis tales aquas a suo solito cursu & ultra propositum concedentis diuertere: iuxta tex. & ibi notata in l. manifeste. C. de seruit. & aqua. & plene colligi potest ex dictis per Decium d. consi. 244. in 2. vol. & ea ratione subditi dominorum patriae Pedemontanae tantum capiunt aquas pro irrigandis eorum pratis, diebus festiuis, quibus molendina cessant operari: & isto casu si quis priuatus molendinum in suo territorio edificauerit: ob defectum aquae infructuosum reddetur: quia limitata concessio aquae ad irrigationem pratorum, vel ad aliam causam, non potest ad alium effectum extendi: vt declarat Deci. d. consi. 244. col. 1. versi. quarto hoc idem. Item quia superius dictum fuit quod licet vnicuique in solo proprio edificare, per regulam l. altius. C. de seruit. & aqua. que capit duas limitationes: altera ponitur per tex. in d. l. altius. quando quis impeditur ratione alicuius seruitutis: & altera per Do. Alex. consi. 174. plene Do. Iaf. in l. ex hoc iure. col. ff. de iusti. & iur. quando quis vult edificare ad emulationem alterius, & non ad propriam utilitatem. Cadit in predicta materia notabilis quaestio, vtrum sit in facultate subditi erigere castrum vel fortalitiarum, aut illud reficere in iurisdictione alicuius domini, eo inuito: de ipsa quaestione vide plene Chassaneum in Rubr. des forestz. §. 9. & vltimo. col. 1. 2. & 3.

ARTICLE X.

Mais le profit des cas aduenuz est prescriptible par ledict lapz de trente ans.

- 1 Utilitas censuum debitorum in dictis quatuor casibus, est prescriptibilis spatio triginta annorum.
2 Et sic durantibus annis triginta, potest dominus recuperare redditus debitos ob superuenientiam vnus ex dictis quatuor casibus illis elapsis, est exclusus a praeteritis tantum, & non a futuris: per ea quae dicta sunt in praecedenti consuetudine.

ARTICLE XI.

Faculte de racheter baillée totiens quotiens, est exteincte par le lapz & espace de trente ans.

SVMMA. IN GLO. ART. XI.

- 2 Expositionem huius consuetudinis alio reuicit.
1 Iuri rachatandi praescribitur 30. annis, etiam si dictum fuerit totiens quotiens, & c.
2 De ista praescriptione plene dixi supra in rubrica des achapz. articulo 18. in verbo, avec faculte de racheter. Ideo non repeto.

ARTICLE XII.

Fief ne se peut prescrire par le vassal contre le seigneur feodal, ne aussi par le seigneur contre le vassal.

SVMMA. IN GLOS. ART. XII.

- 2 An haec consuetudo iuri repugnet. & nu. 3. & 4.
1 Vassalus non praescribit contra dominum feudi, nec dominus feudi contra vassalum.
2 Et primo vtrum vassalus praescribat contra dominum directum, & in sui iuris praedictum? quod sic, est glo. in §. 1. de ca. Co. ra. Nec fit distinctio si directus dominus sciet vel ignoret, quia non agitur de praescriptione proprietatis, sed tantum utilis domini. Et vtrum vassalus possit dominum feudi praescribere 30. annis, non seruiendo: vide Balbum, in 4. par. quartae par. prin. fo. 76. Quae etiam vassalus stetit longissimo tempore, & ultra triginta annos quod non seruiuit domino feudi, vtrum praescripserit libertatem? Respondetur quod non, si dominus non habuit necessitatem & vassalum non interpellauit. Ita Bal. in §. sancimus. in titulo de feu. sine cul. non amit. eum refert & sequitur Fely. in c. ex parte. col. 1. de testi.

ARTICLE XIII.

Mais vn seigneur peut bien prescrire droit de fief sur vn autre seigneur.

SVMMA. IN GLO. ART. XIII.

- 2 Sensus consuetudinis redditur.
1 Vnus praetensus dominus praescribit ius feudi contra dominum directum.
2 Vult dicere quod si tertius accipiat seruitia a vassalo 30. annis, praescribit ille tertius directum dominum, contra directum dominum feudi.

ARTICLE XIII.

Celuy qui acquiert du Roy ou autre seigneur iustitier la chose à luy adiugée par mor-

par mortaille ou confiscation, il peult retenir la chose ainsi acquise apres cinq ans passez sans y pouoir estre inquiete.

SVMMA. IN GLO. ART. XIII.

- 2 Hic lex omnes. C. de quad. praescrip. extenditur ad regem, praeter Iasonem.
3 Et quando locus sit eidem legi ostendit.
4 Quando dicatur moueri controuersia.
5 Et committere in edictum principis id prohibens.

Contra habentem ius a rege uel domino iustituario pro bonis eis morte uel confiscatione obuentis, non datur recursus lapsu quinquennio: quia tanto tempore currit praescriptio.

Quid iuris in rebus propriis regis? dic quod non datur recursus contra acquirentem, sed contra regem solum durante quadriennio. l. omnes. & l. bene a Zenone. C. de quad. praescrip. Et licet Do. Iaf. in authen. quas actiones. col. 1. versi. item diligenter aduerte. C. de sacrosan. eccle. dicat illam legem tantum habere locum in imperatore & augusta: tu dic. idem in regibus & aliis non recognoscentibus superiorem de facto, vel habentibus iura imperialia, per dictum Bart. in l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuer. col. 2. versi. idem dico. quod refert & sequitur Fely. in c. quae in ecclesiarum. col. 11. versi. tertius casus est. de constitu. Et de materia praedictarum legum plene ponit Fely. in d. c. quae in ecclesiarum. col. 11. versi. sed pro intellectu. de constit. Balbus, in tracta. de praescrip. col. 52. in libris maioris impressionis, versi. octauo queritur. Et inter caetera aduerte quod ad hoc quod illae leges habeant locum, requiritur quod fiseus res alienet simpliciter tanquam de bonis principis: si autem alienaret tanquam habitas ex confiscatione, non haberent locum dictae leges. Ita declarat Soci. consi. 121. in 4. vol. & eo. vol. consi. 46. Eadem est ratio quando peruenerunt res ad regem ex causa mortalitatis, quia istis duobus casibus de iure communi habent locum communes praescriptiones. ratio est, quia fiseus succedit in locum priuati & subrogatur loco illius: ideo subrogatum debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur.

In tex. in verbo, estre inquiete.

Quando dicatur inferri controuersia alicui? dicunt Bal. & Sali. quos refert Do. Iaf. in l. cum posteaquam. in primo not. C. de pact. quod promittens non mouere controuersiam intelligitur facere pactum de non petendo: imo dicit Iaf. plus operatur illa verba, quia intelliguntur in iudicio, nec extra. Item intelliguntur quod nec de iure nec de facto. Et talis promissio committitur etiam per oppositionem exceptionum secundum eum. Nota perpetuo quod dicunt moderni scribentes in d. l. cum posteaquam. quod ex pacto de non mouendo controuersiam oritur exceptio impeditiua litis ingressus, licet secus sit in pacto de non petendo: vt dicunt doc. in l. creditori. C. de pact. pro complemento huius materiae, adde quod quando lex, statutum, vel testator inhibet aliquem molestari sub poena, vtrum verificetur in eo qui molestauit vel inquietauit verbaliter: & plura in presenti articulo ponunt doc. post Bar. in l. si prius. ff. de ope. no. nun. Et quando quis dicatur inferre molestiam, vide Deci. in c. in praesentia. col. 1. versi. in tex. ibi, a sua molestatione. de proba. Item quando superior inhibet aliquem molestari sub poena, vtrum incidat in poenam trahens prohibitum molestari in iudicium vtendo iure suo? quod sic, Alex. consi. 11. col. 3. in princ. in 1. vol. Et dicitur controuersiam facere etiam qui se defendit. Deci. in c. ex literis. col. 1. de proba. Cautela igitur erit, quod is qui promisit non molestare, si velit agere vel excipere, impetret a rege licentiam & facultatem agendi & excipiendi: & princeps rescribat ex certa sciencia vel de plenitudine potestatis: quia eo casu disputare de potestate principis, esset crimen sacrilegii. l. disputari. iuncta glo. C. de crimi. sacrile. Et non sufficeret quod princeps diceret simpliciter non obstante collatione alteri facta, non obstante appellatione vel exceptione: quia in dubio princeps videtur se conformare cum dispositione iuris communis, & sic tollere collationem inuvalidam, appellationem friuolam, & exceptionem iniustam tantum, secundum Fely. in c. causam quae. col. 11. versi. non obstante. de rescrip. Sed quando per amplitudinem verborum seu efficaciam constaret de mente superioris, tunc tollitur collatio, appellatio, & exceptio, etiam valida. Ita Fely. in d. c. causam quae. col. 13. versi. haec autem. & similia. Et in praedictis locis habetur plene materia, quando quis intelligatur prohibitus molestare de facto tantum, & quid quando de facto & de iure.

ARTICLE XV.

Droit de tailles, charrois, coruées & manoeures deues à mercy & voluté n'est prescriptible, sinon qu'il y eust contradiction.

SVMMA. IN DVOB. ART. SEQ.

Remittit explicationem consuetudinis in alium locum.

Debitum talliarum, operarum cum curru uel sine, ad nutum & uoluntatem domini, non est prescriptibile, nisi accedente contradictione.

Ecce quod in his quae consistunt in mera facultate domini, non currit praescriptio, nisi a die contradictionis. De ista materia dixi sufficienter supra articulo 9. incipiente, le droit de tailles.

ARTICLE XVI.

Mais au regard de tailles, charrois coruées & manoeures certains, deuz sur heritages, se prescriuent par ledict laps de trente ans.

Quando talliae & opera sunt certa, & debentur ratione alicuius hereditatis, tunc praescribuntur spatio triginta annorum.

2 Ideo si aliquis stetit per triginta annos quod non præstitit talia seruitia, non præscribit bona super quibus debentur: vt patet supra articulo 12. incipiente, *fiefz.* sed bene præscribit ipsa debita, tanquam fructus à re prouenientes. Intellige per ea quæ sunt supra articulo 10. incipiente *mais le proufit.*

ARTICLE XVII.

Combien que cens sur cens n'ait lieu par la coustume du pays, toute fois ledict surcens se peult prescrire par ledict laps & espace de trente ans: mais la directe seigneurie demeure & appartient au premier seigneur direct.

SVMMA. IN GLO. ART. XVII.

- 2 *Directum dominium esse impræscriptibile.*
- 3 *An emphiteota rei emphiteotice recte seruitutem importat.*

1 *Quauis rei censuali non possit addi supercensus, si tamen fiat, potest præscribi spatio 30. annorum: directum tamen dominium erit semper apud primum dominum directum.*

2 Ratio est, quia non currit præscriptio contra directum dominum: vt supra articulo 12. incipiente, *fiefz.* Ex isto articulo sequitur quod emphiteota potest imponere seruitutem in re emphiteotica: quod an sit verum de iure communi, dic quod sic, & durabit seruitus, nisi res reuertatur ad dominum: quia resolutio iure datoris, resolutio ius acceptoris. l. lex vectigalis. ff. si ager vectig. vel emphi. pet. Et in specie si possit emphiteota imponere seruitutem, aut constituere vsum fructum in re emphiteotica: vide Do. Iaf. in l. si. col. 134. versiculo octauo quæro. C. de iure emphi.

ARTICLE XVIII.

La façon & maniere de payer & leuer disme, & aussi la quote d'icelle, ou ce qui accoustume payer pour raison dudit disme, se prescrit par le lapz & espace de trente ans: sans ce que le curé ou autre dismier en puisse autre chose quereler ne demander.

SVMMA. IN GLO. ART. XVIII.

- 2 *An decimæ prædiales uel personales præscribantur, aliquot regulis explicat, & nu. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*
- 9 *Tempore opportuno petendas esse decimas.*
- 10 *Ecclesia quando præscribat in aliena parrochia decimas.*
- 11 *Casum in quo spoliatus non est restituendus.*
- 12 *Laicus regulariter non præscribit decimas contra ecclesiam.*
- 13 *Quod in dictis tribus casibus hic recitatis cessat. & nu. 14. & 15.*
- 16 *Quo tempore concilium Lateranense institutum sit.*

1 *Quota decimæ præscribitur spatio 30. annorum, & plus consuetudo exigi non potest.*
 2 Vult consuetudo quod quota possit præscribi. Quæro, vtrum tota decima seu ius decimandi præscribi possit? Et circa istam quæstionem generalem, quæro de speciali. Vtrum præscriptione vel consuetudine possit quis acquirere libertatem, ne soluat decimas integras vel earum partem? Istam quæstionem examinat plenè Fely. in c. causam quæ. in princi. de præscrip. procedam cõclusiue vt sim breuis. Conclusio est, quod decimæ personales possunt præscribi. Alia est conclusio quod decimæ prædiales non possunt tolli præscriptione, nec consuetudine. Fallit ista conclusio duobus casibus. Primus in clericis & ecclesia cõtra ecclesiam: secundus quando aliqua villa est in consuetudine non soluendi, tunc non soluēt excusantur à præteritis & præsentibus, non à futuris, si ecclesia incipiat petere. Tertia est conclusio, quod libertas non decimandi potest præscribi contra laicum inuestitum de decimis. Quarta conclusio, quod quota potest præscribi. Quinta conclusio, quod valet pactum cum ecclesia quod tantum quolibet anno soluatur pro decima, non habita ratione fructuum, vtrum sint multi fructus collecti vel pauci. Sexta conclusio, quod decimæ debent peti tempore congruo, aliàs non debentur, quando non est consuetudo in loco, quod certo tempore petantur. De prædictis conclusionibus vide plenè Balbum in suo tracta. præscrip. charta 97. vers. septimò igitur quæro. à prima col. vsq; ad 8. Secunda est quæstio, vtrum ecclesia possit præscribere decimam de prædijs existentibus in aliena parrochia? Quod sic, interueniente titulo aut tanto tempore cuius initii memoria non sit in contrarium. tex. est in c. 1. de præscrip. in 6. Et bene nota decisionem quam habui in facto, quod si parrochialis spoliat aliam ecclesiam possidentem decimas in prædijs constitutis in sua parrochia, quod alia ecclesia spoliata non restituatur, nisi edoceat de suo titulo aut quod possedit tanto tempore cuius initii memoria in contrarium non existit. tex. est in c. ad decimas. de resti. spol. lib 6. Et tamen regula est quod spoliatus est ante omnia restituendus. l. si quis à se fundum. C. ad l. iul. de vi. pub. quæ fallit quando spoliatus habet iuris præsumptionem contra se: patet in exemplo præallegato. Tertia est quæstio, vtrum laicus possit acquirere ius exigendi decimas, ita quod soluatur sibi & non ecclesiæ. tex. in c. causam quæ. de præscrip. dicit quod non: quia non potest possidere tale ius, quia spirituale: ergo nec præscribere etiam si sit in quasi possessione eas exigendi tanto tempore, cuius initii memoria in contrarium non existat. Et sic laicus nullo tempore potest spiritualia vel quasi vt ius patronatus, præscribere. Limita istam conclusionem in laico habente priuilegium pro se & suis tenendi decimas. Limita secundò de laico inuestito ab ecclesia ante consilium Lateranense.

Limita

Limita tertio quando cum quasi possessione tanti temporis concurrat fama priuilegii papalis vel infeudationis ante consilium Lateranense: imò fortius tenet Balbus charta 99. vers. tertia quæstio est. quod vera est opinio quod sufficit laico probare quod decimas tenuit & percepit per tempus cuius initii memoria in contrarium non existit: & quod allegat quod antecessores sui fuerunt inuestiti ante consilium Lateranense. Nam ex tanto tempore præsumitur allegatio vera, præsertim quando recognoscit decimas ab ecclesia. Nota illud dictum, præsertim, quod idem importat quod maximè, quæ est dictio implicatiua: quia vult dicere Balbus quod duo prima sufficiunt etiam quod non recognoscit ab ecclesia: sed tunc quando recognoscit, illud habet minorem dubitationem. Et satis est quod laicus faciat fidem de aliquibus recognitionibus antiquis etiam post concilium: vt dicit Balbus tenere Panor. & post longam disputationem concludit charta 100. in d. 1. parte quinta part. princip. Et ibi dicta charta 100. dicit quod concilium Lateranense fuit promulgatum anno domini 1189. tempore Alexandri tertii Senen. & eo tempore fuit condita Alexandria ciuitas, non vulgaris ducatus Mediolani & ab ipso Alexandro Alexandria nuncupata. Aduerte etiam in materia huius consuetudinis sufficeret laico probare quod tantum fuit solutus soluere pro decimis, & non vltra, spatio triginta annorum: quia consuetudines obseruantur in hac patria ad literam prout iacent, nec recipiunt interpretationem à iure communi, quando verba sunt clara: quia fuerunt emissa ad tollendas difficultates iuris communis, & ad euitandos processus.

ARTICLE XIX.

Toute personne soit noble ou roturier peult tenir audict pays hault & bas heritages francz, quittes & allodiaux de tous cens, charges, fiefz, & autre seruitude de quelconque.

SVMMAR. IN GLOS. ART. XIX.

- 2 *Omnia bona in dubio libera præsumantur.*
- 3 *Nobiles omni immunitate iure fruuntur.*
- 4 *Etiam in bonis ab iisdem acquisitis.*

Quilibet sit nobilis seu rusticus potest tenere bona immobilia ab omni seruitute libera.

Nota quod omnia bona præsumuntur libera & allodialia, nisi probentur feudalia. glo. in l. si cuius. ff. de usufruc. quæ dicit, quod feudum est species seruitutis. Optimè concordat hæc consuetudo cum consuetudine, de qua supra in titulo 2. des iuges. articulo 5. incipiente, *le seigneur iustitier.* quæ vult quod dominus iustitarius non habeat intentionem fundatam in sua iustitia, quod res sint feudales ratione de qua supra, quia omnia præsumuntur libera & allodialia, prout fuerunt primæuo iure.

In tex. in verbo, *soit noble.*

Dum tex. dicit quod quilibet nobilis vel rusticus potest tenere bona libera, intelligit de libertate pleni domini, & omnium onerum ordinariorum, quæ possunt deberi à parte parti, non autem de extraordinariis oneribus, quæ princeps vel respublica imponit: vt patet in exemplis consuetudinis. Operæpretium cadit hic notabilis quæstio & sabatina: vtrum nobiles, maximè habentes merum & mixtum imperium in aliquo territorio, pro rebus patrimonialibus & allodialibus teneantur contribuere in oneribus communitatis ei subdita, maximè quando agitur de subsidio principi erogando? Do. Iaco. de sancto Geor. in rub. de homag. col. antepenul. vers. sed pone, quædam ciuitas. post longam disputationem concludit, quod sic. Dicit tamen quod nobiles possunt se tueri consuetudine vel præscriptione tanti temporis, cuius initii memoria in contrarium non existit, prout contingit in maiori parte patriæ Pedemontanæ. Et quicquid sit de iure communi, in Gallia ex ordinatione Caroli sexti promulgata anno domini 1408. nobiles etiam non habentes merum imperium pro contributione tearum non tenentur pro bonis immobilibus quoquomodo acquisitis, quandiu illa in suis tenent manibus: imò censi debent nobilia, & sic exempta quouismodo eis obueuerint. Dictam ordinationem refert Guil. Benedicti in repet. c. Raynutius. in verbo, & vxorè nomine Adel. col. si. quarta decisio. nu. 17. pro feudalibus aut his quæ sunt de pertinentiis castri, clarum est quod nobiles etiam de iure communi non tenentur, vt declarat. Do. Iaco. in loco præallegato.

DES OBLIGATIONS, EXCEPTIONS, solutions, & compensations.

TIT. XVIII.

ARTICLE I.

Hemme constant le mariage ne se peult obliger pour le fait de son mary, ne de celuy ou ceulx à qui fonde mary puisse succeder, ne aussi renoncer aux obligations & hipoteques à elle appartenans.

SVMMAR. IN GLO. ART. I.

- 2 *Hæc consuetudo secundum ius introducta est.*
- 3 *Non recte hic inferitur pro alio quam marito mulierem obligari posse.*
- 4 *Mulier pro debito in carcerem conici non potest.*

- 2 *Quando & quibus casibus coniciatur numerationem esse factam. & nu. 3. & 4.*
- 5 *Debitor probante non interuenisse numerationem, utrum instrumentum falsi notetur. & nu. 6.*
- 7 *Intra quod tempus iure hæc exceptio proponatur.*
- 8 *Et remissio quando præiudicet confessio receptionis.*
- 9 *Explicantur ultima consuetudinis uerba. & nu. 10.*

Ista consuetudo uult quod tantum admittitur ad probandum non numerationem is qui scripsit apocham.
 Sed quid si confessus est recepisse pecuniam in instrumento, pro qua se obligauit: utrum aliquid seruat debitori probare quod tempore confessionis non fuit numerata aliqua pecunia? In hac materia que est quotidiana facio duos articulos. Primus erit, utrum confitens se habuisse & recepisse (quia ista uerba sunt præterita plusquam perfecti) intelligatur quod receptio fuerit facta tempore confessionis, an uero ante? In isto casu quando confiteor recepisse, & per stipulationem promitto restituere, (ut faciunt mariti in instrumentis dotalibus) eo casu receptio præsumitur facta tempore confessionis & stipulationis: quia aliàs stipulatio redderetur inutilis. Ita Bar. in l. si ita stipulatus fuero. §. Grifogonus. ff. de verb. oblig. & ibi Bart. bene declarat do. Iaf. col. 5. in 2. lectu. Si uero confessio esset simplex, secus uidetur: quia præsumitur facta receptio ante confessionem, per doc. Bartol. in l. si pluribus. in fine. ff. de solu. Circa istam conclusionem moueo notabilem questionem: quia dicitur quod præsumitur solutio facta, & numeratio tempore confessionis, quando interuenit stipulatio. pone quod confitens articulauit & probauit per testes quod tempore instrumenti & confessionis nulla interuenit numeratio: utrum instrumentum poterit redargui de falso? certe non: quia tunc illa uerba habuisse & recepisse, ad euitandam falsitatem intelliguntur quod fuerit facta receptio ante instrumentum & confessionem. Ita uult Bart. rectè intuenti, in l. prædia. ff. de acquir. posses. uerum est quod Bartol. in libro meo est corruptus: quia ubi ponit casum quod pretium dedit & numerauit, debet dicere quod pretium fuit venditor confessus habuisse & recepisse: ut seipsum declarat Bartol. ibi in ultimis uerbis. Idem uoluit Io. Pet. fere in tit. de for. libr. in acti. hypo. in uerbo, mutuo & ex causa mutui. Nam si notarius diceret numerauit, non euitaret falsum, per ea que plenè tradit D. Ia. in l. singularia. col. 26. ff. si cer. pe. Et ibi tradit quid si pecunia erat in sacculo uel præfens, sed non numerata: habes etiã glo. in l. si ex cautione. C. de non nume. pec. Alexand. in l. prædia. ff. de acquir. posses. Cepol. cautela 26. incipiente, si aliquis. ubi te docet facere numerationem de mille scutis, & erunt apud te tantum scuta centum. Sed utrum ista confessio præiudicabit contententi: dependet ex secundo articulo, in quo distinguitur aut pars aliquid mihi promissit, puta pater doctem filia, & ego confiteor eam habuisse, & statim mihi præiudico: aut simpliciter confiteor nulla præcedente promissione: & tunc aut sumus in mutuo, & infra biennium competit exceptio non nume. pecu. aut in alia re, & tunc dantur triginta dies, nisi in tribus casibus, de quibus in l. in contractibus. C. de non nume. pecu. Ita uult Alexand. in l. in his. §. si uir. ff. solu. mat. Ratio est, quia confessio præsumitur facta spe futuræ numerationis, durante tempore querelæ non nume. pecu. Et generaliter quando simplex confessio præiudicet contententi, & utrum talis confessio requirat causam, recurre ad Bar. & doc. in l. cum falsa. C. de iur. & fact. igno. ad Bar. bene distinguentem in l. generaliter. C. de non nume. pecu. Dicit hæc consuetudo quod debitor admittitur ad probandum pecuniam non numeratam. Sed istud potest intelligi durante tempore iuris communis ad excipiendum de pecunia non numerata: sed eo lapsa, erit locus legi, in contractibus. §. de illo. C. de non nume. pecu. Ego non possum bene intelligere quid profit in hoc casu consuetudinis, uel in casu iuris communis elapso tempore ad proponendum exceptionem pecuniæ non numeratæ, probare per testes, quod tempore confessionis pecunia non fuerit numerata, si confitens dicat se non habuisse & recepisse: quia eo casu tamen receptio non fuerit facta tempore confessionis, intelligitur facta ante confessionem, per ea que supra dixi, allegando Bar. in l. prædia. ff. de acquir. posses. Et uelle probare quod ante non fuit recepta, esset negatiua non coarctata loco & tempore, & sic improbabilis: cum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio. c. quoniam contra falsam. in prin. de proba. Ista tamen probatio posset esse utilis quando cum confessione interueniret stipulatio, quo casu receptio præsumitur tempore stipulationis, & non ante: & sic probatio quod tempore stipulationis non interuenit numeratio, prodesset probanti, non tamen ex eo redderetur instrumentum falsum per ea que prædixi.

ARTICLE V.

Exception d'excommunication n'a lieu en court laye.

SVM. IN GLOS. ARTIC. V.

Hunc articulum iuri contrarium.
 Exceptio excommunicationis non habet locum in curia laicali.
 De iure communi excommunicatus repellitur ab agendo: tamen conueniri potest, & debet per procuratorem comparere, ne videatur de sua malitia commodum reportare. c. intelleximus, de iudi.

ARTICLE VI.

Compensation n'a point de lieu, si n'est quand la debte qu'on veult compenser est liquide & par escript.

SVM. IN GLO. ART. VI.

- 2 *Hæc consuetudo iuri conuenit.*
- 3 *In quibus casibus locus non sit huic consuetudini. & nu. 4. 5. & 6.*
- 7 *Quando sententiæ nullitas impedia executionem.*

Compensatio

Compensatio admittitur duobus concurrentibus, quod debitum sit scriptum, & liquidum.
 Quod debitum sit liquidum quod quis uult compensare, idem est de iure communi. l. si. C. de compensa. Quæ lex fallit in tribus casibus, in quibus non admittitur compensatio, quando exceptio requirit altiore indaginem, quando agitur de restitutione depositi & rei mobilis uel immobilis per vim aut furtiue ablata. Quod sit scriptum, probatur ratione & non lege: quia quando debitum non est scriptum, regulariter ad id probandum est opus altiore indagine. Et ideo dicit Pau. de Ca. in l. 2. §. si. C. de compensa. dum text. dicit quod qui conuenit iudicati, potest opponere exceptionem compensationis id procedere, quando fidem facit de causa compensationis producendo instrumentum garentigatum, uel confessionem à parte in iudicio factam: quia ista habent executionem paratam, secus esset si probatio requireret altiore indaginem: quia tunc executio iudicati non esset differenda, & esset exceptio compensationis in alio processu parti opponenti reseruanda. Idem dicit Alexand. in apostil. in authen. & consequenter. C. de sen. & iurif. om. iudi. melius quàm alibi. idem Alexan. consil. 101. in 4. vol. circa fin. Et quod exceptio compensationis & cetera que non impugnant iudicatum, possint opponi contra executionem, uide Bart. & ibi doc. in l. 1. col. 1. uerfic. quædam est exceptio que opponitur ad executionem. & ibi Alexand. in specie de exceptione compensationis. C. de iur. & fact. igno. Dum supra dixi quod exceptio compensationis non potest opponi quando requirit altiore indaginem, idem dicas quando deducitur nullitas sententiæ. Aduerte tamen notabiliter ad unum casum, in quo nullitas impedit executionem, etiam si eius probatio altiore requirat indaginem: qui est quando nullitas sententiæ deducitur ante petitam executionem: quia tunc non consideratur an incontinenti nullitas possit probari. Decis. fuit singu. Paul. de Castr. in authen. que supplicatio. C. de preci. impe. offe. eam sequitur Deci. consil. 103. in primo vol. tamen in c. in præsentia. col. 2. in fi. uerfic. ex quo cogitur. de proba. tradit cautelam, quod si victor petat post deductam nullitatem exequi sententiã, quod petitio prima facta à victo super declarationem nullitatis, resoluitur in vim simplicis petitionis: & quia tantum iudex habet iudicare si per secunda petitione sententiã exequendam, uel non: reincidimus in terminos iuris communis, de quibus in l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudi. ubi fit distinctio, an deductio nullitatis requirat altiore indaginem, an uero statim probari possit. & isto modo cautela Paul. de Ca. de petenda declaratione nullitatis, antequam sit petita executio sententiæ, redditur illusoria.

ARTICLE VII.

Reconuention n'a point de lieu audict pays.

SVM. IN GLOS. ART. VII.

Huic articulo ius discrepat.
 Reconuentio de consuetudine patrie excludit.
 De iure communi habet locum reconuentio, & tam coram ordinario, quàm delegato, iuxta authen. & consequenter. C. de sent. & interloc. omni. iudi. Et secundum communem opinionem, clericus agens coram iudice laico contra laicum, potest ibi à laico reconueniri. Ita ibi Alex. in apostil. Fely. in c. at si clerici. col. 7. & 8. de iudi. & maxime quando reconuentio fit super eodem negotio uel connexo.

DES RESPITZ D'VN ET CINQ ANS.

TIT. XIX.

ARTICLE I.

Respitz d'un & cinq ans n'ont point de lieu contre les condemnez en court laye, soit par constitution de procureur, ou parties ouyes en cõnoissance de cause.

SVM. IN GLO. AR. I.

- 2 *Princeps debiti solutionem rescripto protrahit.*
- 3 *Quando mora damnosa.*
- 4 *Que impetranti rescriptum dilationis præcauenda sint. & multa huc pertinentia inserit. & nu. 5. 6. & 7.*
- 8 *An & quando renocari possit procurator constitutus. & nu. 9.*
- 10 *Cui hæc renocatio significanda sit.*

Condemnatis in curia laicali, siue per confessionem procuratoris constituti, siue auditis partibus, non conceduntur induciæ annales uel quinquennales.

Nota quod princeps potest prærogare debitori dilationem ad soluendum, aut concedere debitori ne à suis creditoribus durante certo tempore molestetur, uel inquietetur. text. est in l. quotiens. C. de preci. impe. offe. Quia mora modici temporis non potest esse magni præiudicii. Hoc bene est uerum in istis terminis legalibus, sed in his que dependent à fato uel fortuna, mora modici temporis potest magna afferre incommoda: ideo dicit poeta: Tolle moras, semper nocuit differre paratis. Et alibi: Omnia sunt hominum tenui pendentiã filo. Et subito casu que ualere ruunt. Et nota quod debitor ut gaudeat induciis, debet cauere. tex. in l. uniuersa. C. de preci. impe. offe. & Iaf. in dicta l. quotiens. Item quod tales literæ non extenduntur ad debitum iuratum. Ita Iaf. ibi, cui addo Alber. Bru. consil. 46. Idem in clausa, non obstante, que non derogat actui iurato. Iaf. ibi, & in l. fin. col. secunda. C. si contra ius uel uti. pub. Idem in statuto. Alexand.

R ii

consil. 37. col. penul. in secundo vol. amplè Balbus. in tabula in verbo, debitum iuratum. Ratio præmissorum omnium est, quia superior laicus non potest tollere effectum iuramenti, quod est quid spirituale. & ideo quando princeps aliquid concedit, solet in rescripto adiacere clausulam, obtenta à superiore ecclesiastico absolutio- ne à iuramento. Attèta ratione de qua supra, inferri potest quod papa potest concedere inducias super debi- to iurato. Ita Fely. in dicto cap. constitutus. col. 8. versicu. & ex hoc dicto. de rescript. Et generaliter quando papa possit dispensare contra iuramentum commutando, suspendendo, aut tollendo: concludo quod potest cum causa, non sine causa, nisi dispensatio sit modici præiudicii, puta quando concedit moratoriam dilatio- nem, de qua prædixi. Et dicta col. 8. versicu. itè dic. tradit Fely. quando iuramentum est præstitum parti, & pa- pa illud tollere non potest, nisi sit illicitum. Et ibidem versicu. generaliter. vide plenè de potestate papæ super iuramento. & versicu. quando autem de potestate episcopi. Ex supra dictis infero quod domini consuetudina- rii optimè fecissent si ab episcopis Aluerniæ vel pòtifice maximo obtinuissent confirmationem consuetudi- num, in quibus dicitur non obstante sacramento, vel ubi aliquid spirituale tractatur, puta de personis eccle- siasticis. Verum dici potest quod satis interuenit episcoporum consensum: quia ipsi fuerunt præsentés quan- do consuetudines in scriptis redactæ fuerunt. Videantur tamen eorum protestationes, quia non omnes con- suetudines acceptarunt, ut in fi. processus apparet. Conclusionem, de qua supra, plenè firmat Fely. in ca. con- stitutus. col. 2. versicu. statuta iurata. de rescript. ubi ampliat vno modo, & limitat quinque modis. Et aduerte quod in omni actu iurato intelligitur exceptuata superioris auctoritatis laici vel ecclesiastici. Ita Fely. in d. cap. constitutus. col. 4. versicu. auctoritas papæ. Sed cadit notabile dubium, vtrum requiratur quod papa no- titiam habeat de iuramento ut valeat dispensatio contra iuramentum facta: vide Fely. in dicto cap. constitu- tus. col. 6. versicu. limita quadrupliciter. Et de eo qui iuravit non petere absolutionem à iuramento: & si eam obtinuerit, ea non uti. vide dictu cap. constitutus. col. 7. versicu. amplius dicas. & sequenti col. versicu. item si iu- rans. ubi concludit quod non impedit iuramentum obtinere absolutionem. Et istud nota: quia valde quotidia- num. Intellige tamen secundum ea quæ prædixi, quando iuramentum continet illicitum.

In tex. in verbo, par constitution de procureur.

8 Nota practicam frequentem quod debitores constituunt procuratorem ad confitendum debitum: & ita ipsi faciunt adiecta clausula, saluis exceptionibus suo principali competentibus. Cautela est quod si forte par- tem debiti exoluisti, vel superuenerit tibi noua causa, quia iuste arbitrari possis te non teneri, ne ex tali con- fessione damnum patiaris, quod reuoces talem procuratorem. Quia regula est, quod dominus potest suum procuratorem reuocare, etiam quod iurauerit quod nunquam eum reuocaret, licet sit periusus. Itam dicit communem opinionem Fely. in cap. ex parte decani in verbo, dicto cap. col. 1. in fin. versicu. am- plia quintò. de rescrip. per glo. in cap. fi. C. de procur. in 6. verum est quod illam glo. Bald. limitat procedere quando iuramentum fuit simpliciter appositum in mandato: secus quando promisit parti cum iuramento procuratorem non reuocare: quia tunc est quæsitum ius parti. Ita Bald. refert do. Iaf. in l. si non fortem. §. si certum. col. 3. ff. de condi. inde. Et licet moueat difficultatem de dicto Bald. tamen non respondet: sed tan- tum dicit quod decisio Bald. est ardua. verum est quod Rota quam allegat Fely. in loco proximè allegato, tenet quod valet reuocatio: nisi in vno casu, quando procurator erat constitutus ad renuntiandum benefi- cium ex causa permutationis. Et si bene considerentur rationes Fely. quando respondet quare secus sit in mandato ad renuntiandum simpliciter, item quare testator possit reuocare testamentum non obstante iura- mento, quæ fundantur super eo quod non agitur de aliquo interesse formato alicui: verè decisio Bald. vide- tur posse sustineri, quia ibi agitur de iure & interesse partis cui facta fuit promissio, & iuramentum, quod po- test seruari sine interitu salutis æternæ, est seruandum, cap. cum contingat. de iureiur. Item quia iuramentum obligat precisè ad factum. glo. in verbo, necesse habes, vt quia iurasti. in l. si pecuniam. in princ. ff. de condit. cau. da. cau. non secu. do. Iaf. in l. si conuenerit. col. 2. ff. de iuri. om. iudi. ergo promissio debet stare. Nec vi- deo in quo differat talis promissio ab ea quam facit filia quando renuntiat cum iuramento bonis paternis: iuxta formam cap. quanuis. de pact. libro sexto. & ab ea quam facit minor qui iurat non venire contra con- tractum, iuxta formam authent. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. in quibus locis acti damnosi firmantur iuramento, nec habetur ratio fragilitatis ætatis, vel sexus, ea ratione quia iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ, quantum magis istud procedere debet in maiore constituente procuratorem cum pro- missione iurata de non reuocando, facta parti præsentis & acceptantis. Bene credo quod si non esset à parte ta- lis promissio acceptata tacitè vel expressè: vt erat in casu d. cap. fi. de procur. in 6. quod tunc esset licita potè- tia. Et si casus occurreret mihi in consulendo, aut iudicando, strictius omnia considerarem, antequam à Bal- recederem in terminis. Cui autem sit fienda intimatio reuocationis procuratoris, habes tex. in clemen. 1. de renun. quam materiam latè explicat Fely. in d. cap. ex parte decani. col. 4. in verbo, reuocatio. per 12. col. & ibi tradit quædo sufficiat eam facere procuratori, & quædo sit fienda procuratori & parti. Et in materia be- neficiali plenè col. 8. versicu. dicta clem. 1. de renun. Et inter cætera nota quod reuocatur mandatum morte mandantis re integra: de qua materia habetur plenè in l. more. ff. de iuris. om. iudi. per Fely. in ca. eam re. col. sexta, versicu. prima differentia. ubi dicit secus esse in præcepto. de rescrip. & ibi tradit quinque differentias in- ter mandatum & præceptum. Et ibidem col. 7. versicu. & adde Hostien. in cap. si ex literis. decidit vnam quæ- sitionem, de qua dudum à reuerendo priore Montisferrandi fui interrogatus, vtrum mortuo papa spiret le- gatio facta cardinali mortuo namque pontifice, credo, Leone decimo. Ipse do. prior, qui tunc erat ex fami- liaribus domini cancellarii de Prato, tunc legati in Francia sedis apostolicæ, scripsit in fauorem domini sui quod legatio morte pontificis non expirauerat. Decisio tamen Hostien. est in contrarium, dum dicit quod in casu suo legatio non expirauerat ratione fidei, ergo cessante illa speciali ratione, satis vult quod lega- tio spiret.

ARTICLE

ARTICLE II.

Tous respitz à vn ou à cinq ans ne se pourront enteriner sans appeller les creanciers.

SVM. IN GLO. ART. II.

- 2 Ratio consuetudinis redditur.
- 3 Qui sint citandi, & qui non. & nu. 4. & 5.
- 6 Præsentia partis inducit citationem.
- 7 Plures casus, in quibus partis citatio non desideratur.

Interimatio induciarum non conceditur, nisi citatis creditoribus.

Ratio est, quia ad vnumquæque actum, ex quo pars lædi potest, est citanda. I. nam ita diuus. ff. de adop. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. sufficit tamen quod citentur ii quorum principaliter interest, & non qui ca- su aut in consequentiam lædi possunt. glo. in dicta l. de vnoquoque. in verbo, quos causa. Iaf. in l. filiulfam. §. diui. col. 8. ff. de leg. 1. plenius in l. si quis nec causam. in 2. col. ff. si cert. petat. Fely. in cap. illa prepositorum. de accusa. Et ibi dicit quod potuerunt comparere illi quorum secundo interest. Et quando in actu ex- plicando in vrbè aut alibi requiratur citatio, vide plenè Fely. in cap. cum olim. col. 5. de re iudi. Nota ta- men quod ubi requiritur citatio, sufficit præsentia partis: quia præsens non est citandus. Ita Fely. in cap. 1. col. penul. de iudi. Iterum nota quod sunt plures actus qui non deberent fieri nisi parte citata, aliter tamen facti tenent & valent: exemplum bonum in absolutione à iuramento præstito in aliquo contractu. dictos casus pro- sequitur do. Iaf. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris.

ARTICLE III.

Et n'ont lieu lesdictz respitz d'vn ou de cinq ans contre le mary poursuy- uant le dot de sa femme, ne ausi contre la vesue poursuyuant le payement ou restitution de sa dot, ne ou le debteur a renoncé expressement à l'impetration d'iceulx.

SVM. IN GLO. AR. III.

- 2 Ratio utriusque membri articuli traditur. & nu. 3.

Litere induciarum non conceduntur contra maritum exigentem dotem uxoris, aut viduam exigentem solutionem dotis sua restitutionem. Nec etiam ei qui beneficio impetrationis earum expresse renuntiavit.

Ecce adduntur tres casus, primò, de quo in articulo 1. contra condemnatos. De duobus primis casibus, ratio est, quia causa dotis & alimentorum ambulant pari fauore. Bart. in l. Titio centum. §. Titio gene- ro. ff. de condi. & demonst. Et sicut expeditio alimentorum debet accelerari, quia venter nõ patitur dilatio- nem, iuxta notata per Barto. in suo tracta. alimen. Ita etiam dotis, ex qua maritata aut ali & sustentari debet. Quo ad tertium casum ratio est, quia quilibet potest fauori suo renuntiare. l. si quis in conscribendo. ubi am- plè do. Iaf. C. de pact. Fely. in cap. si diligenti. de foro competenti.

ARTICLE III.

Receueurs, louandiers, fermiers ou acenseurs, ne se peuent aider desdictz re- spitz d'vn ou cinq ans contre leurs maistres ou seigneur, si n'est trois ans apres leurs debtes & obligations passées.

SVM. IN GLOS. ART. III.

- 2 Quare sit introducta hæc consuetudo.
- 3 Quæstione eleganti eandem explicat.

Thesaurarij, seu receptores, & alij hic expressi prohibentur impetrare inducias contra eos à quibus causam habent, nisi elapsis tribus annis post contractus obligationis.

Ratio huius consuetudinis fuit quia saperet iniquitatem quod tales locupletarentur cum aliena iactura, quod lex vetat. l. si me & Titium. ff. si cert. pet. Nam vterentur duplici diplomate. Possent enim eis obici quod quidam Facetus dicere solebat: Rem tuam custodi, alienam dimittere noli. Ista ratio militat in o- mnibus casibus huius tituli maximè sequentibus.

In tex. in verbo, si n'est trois ans apres.

Moueo vnam difficultatem satis necessariam ad intellectum huius consuetudinis. Pone quod aliquis se obligauerit ad soluendum centum infra certum tempus, qualiter fiet computatio trium annorum, an habi- to respectu ad diem instrumenti, an verò ad diem lapsi termini? Iudicio meo lapsus termini est in considera- tione: quia antè is qui se obligauit debitor dici nõ poterat. Nam is dicitur debitor à quo inuito potest extor- queri. l. debitor. ff. de verbo. signi. sed pendente die nihil peti poterat, ergo non erat debitor. Ita volunt doc. maximè do. Iaf. col. si. post Bart. ibi in l. 1. ff. si cert. petat.

R iii

ARTICLE V.

Aussi ne feront les acheteurs qui auront la marchandise.

SVM. IN GLOS. ARTIC. V.

Quando cesset hic consuetudinis articulus. & nu. 3.

Mercatori habenti mercantiam emptam negantur inducie. Ratio est superius assignata. Nota circa intellectum huius consuetudinis, quod consuetudo non sine ministerio adiecit illa verba, qui auront la marchandise. quia si forte casu fortuito fuisset deperdita vel perempta, puta incendio, tunc non loquitur consuetudo, & cessaret ratio consuetudinis, ideo & eius dispositio. cap. cum cessante. de appell. l. adigere. ff. de iure patro. Quid iuris si mercator vendidit mercantiam? dic quod habet locum consuetudo, quia definit eam possidere facto suo, ideo habetur pro possessore, sicut dicimus in conuento rei vendicatione. Item habet vel habere potest pretium quod successit loco mercantie. Et isto casu militat ratio consuetudinis, ut talis mereator ab induciis excludatur.

ARTICLE VI.

Redeables en censue ou parciere ne se peuuent ayder de respit a vn ou cinq ans contre ceulx ausquelz lesdictz cens ou parciere sont deues.

SVM. IN GLO. ART. VI.

Explicantur singula consuetudinis uerba. & nu. 3.

Debentes ex causa census aut colonie partiariae non gaudent beneficio induciarum, ratione superius assignata. In text. in verbo, censue ou parciere. Nota quia consuetudo ponit ista tanquam diuersa, & bene: quia debet ex causa censua colonus, qui colit nummis: sed dicitur colonus partiarius, qui dat partem fructuum. Bart. in l. si merces. §. vis maior. in prima col. ff. loca. glo. in l. in fructu. in verbo, colono. ff. de usufruct. lega. In text. in verbo, contre ceulx ausquelz. Intellige & eorum haeredes: sed forte consuetudo non haberet locum si impetrarentur contra singularem successorem, per ea quae notantur in l. i. §. si haeres. ff. ad Trebel. tamen non firmo.

DES CESSIONS DE BIENS. TIT. XX. ARTICLE I.



Eulx qui veulent faire cession de biens doiuent comparoir iudicellement en personne, & ne feront receuz par procureur.

SVM. IN GLO. ART. I.

Casum in quo quis per procuratorem aliquid agere non potest. & nu. 3. An iure civili cessio bonorum per procuratorem fieri possit. & nu. 5.

Volens cedere bonis debet in iudicio personaliter comparere, nec ad cedendum admittitur procurator. Regulariter in iudiciis admittitur procurator in civilibus. l. si. C. de procur. fallit de consuetudine in hoc casu. De iure communi lex in omni. C. qui bo. cede. poss. dicit quod sufficit quod cedens dicat, cedo bonis. Sed utrum possit id dicere per procuratorem, nullus aperit: dico quod ex quo in civilibus quis tenetur comparere personaliter, quando iudici ita videtur. d. l. si. C. de procur. quod satis videtur iusta causa quando iudex id velit. Primo ne homines propter ruborem & verecundiam sint faciles ad decurrendum ad illud beneficium. Secundo ut recognoscatur ab hominibus qui sunt in iudicio, & sit nota persona cedentis, ne de facili possint contrahendo ignorantes decipi. Reperio tamen quod do. Ias. in §. si. col. 5. versu. qualiter autem fiat. institui. de actio. dicit quod potest fieri per nuntium vel epistolam, & non dicit per procuratorem. Et ratio differentiae esse potest, quia nuntius concipit verbo in personam domini, & procurator in propria persona. Pro ista opinione facit glo. in cap. ut circa. in final. de elect. in sexto. quae vult quod is qui tenetur iurare per proprium iuramentum, poterit iurare per procuratorem specialem: & ita ibi tenent cum glos. Gemi. Petr. de Ancha. & Philip. Et sic credo quod cessio de iure communi posset fieri per mandatum speciale & in individuo, si fieret sine aliqua solennitate statuarum. Sed quando tales solennitates sunt turpes, & odio cedentis introductae, certe videtur statutum quod tales actus turpes fiant personaliter, etiam si statutum hoc non diceret, ut turpitudine teneat culpofum.

ARTICLE II.

Et sont tenuz lesdictz cessionnaires faire serment solennel deuant le iuge de ne faire ladicte cession pour frauder leurs creanciers, & qu'ilz n'ont fait aucune alienation

alienation de leurs biens pour les deceuoir: & indiqueront leurs biens s'aucuns en ont.

SVM. IN GLO. ART. II.

Quae solennitas in cessione bonorum exquiratur. Quot modis dicatur fieri fraus homini, remissue. Aliquot coniecturas fraudis spargit. & nu. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. Rursus quibus modis probetur fraus. & nu. 12. Quibus modis dicatur fieri fraus legi. Differentia inter contractum onerosum & lucratiuum. Quae a conscientia nostra pendent, probantur iuramento. Excipit plures casus, remissue. Bonorum occultatorem beneficio cessionis priuari. An & quando iudex poenam corporalem in pecuniariam mutare possit, & econtra. Quando debitor fisci bonis cedere possit. Quando ex delicto condemnatus ad bonorum cessionem admittatur.

Cedentes bonis debent iudiciale praestare iuramentum quod non faciunt cessionem in fraudem creditorum, nec ea causa aliquid alienarunt: quodque bona si quae habent indicabunt.

Ista est solennitas consuetudinis & iuris, & de iure sufficit dicere, cedo bonis: ut vult tex. iuncta glo. in d. l. in omni. C. qui bo. ced. poss. requiritur etiam alia solennitas, de qua infra arti. 4. & ultimo.

In text. in verbo, pour frauder leurs creanciers.

Nota quod alienatio aliquando fit in fraudem patroni, aliquando filii abrogati, aliquando fisci, aliquando filiorum: & de istis vide remissue do. Ias. in §. item si quis in fraudem. insti. de actio. col. 1. aliquando in fraudem creditorum, de qua loquitur consuetudo. Et quibus casibus praesumatur debitor alienasse in fraudem creditorum, ponit Ias. vnum quando alienauit omnia sua bona, vel maiorem partem bonorum: vide in d. §. item si quis in fraudem. col. 7. versu. in eadem glo. ibi, l. omnes. Secundum tradit col. 8. versu. secundus casus est, quando alienauit in coniunctos. Tertium, ea. col. versu. item praesumitur fraus, &c. quando alienas post alienationem reperitur possidere. Quartum tradit col. ea. versu. item praesumitur fraus quando alienatio fieret clam: ibi ponit vnum singulare, quod ubi requiritur decretum vel solennitas, & illa non adhibetur, dicuntur partes clam contrahere, & esse in mala fide. Item col. 9. versu. alium modum, dicit fraudem praesumi ex paruitate pretii. Item versu. item praesumitur ponit quando emitur per interpositam personam. Item ibi, item quando ponit quando fit venditio rerum magis pretiosarum. Vnum tamen non obliuiscaris, quod ad probandam, vel praesumendam fraudem sufficiunt duo, quod sciat se habere plures creditores, & praesumitur scientia quando habet eos ex facto proprio. Item quod sciat bona sua non sufficere creditoribus. Ita do. Ias. ibidem col. 9. versu. ultimo in propriis terminis. Nam quilibet praesumitur scire vires sui patrimonii. l. quisquis. C. de rescin. vbi Paul. de Ca. licet tex. insti. quib. ex cau. manu. non licet. §. item in fraudem. dicat plus enim de facultatibus suis quam in his sic sperant homines. Alios modos quibus fraus praesumitur, plene tradit Bar. in l. post contractum. ff. de dona. Et septem modis quibus fraus committitur & eorum exemplis: & primo de re ad rem, secundo de persona ad personam, tertio de contractu ad contractum, quarto de modo ad modum, quinto de nomine ad nomen, sexto de tempore ad tempus, septimo de quantitate ad quantitatem. sigilatim vide do. Iaco. de sancto Geor. in tit. de roidis. col. 10. in fi. versu. permitto etiam vobis in hac materia. Vnum in materia oportet menti commendare, quod in alienatione ex causa onerosa requiritur fraus dantis & recipientis: ex causa lucratiua sufficit dantis. Ita do. Ias. in d. §. item si quis in fraudem. col. 4. versu. in ea glo. ibi sunt tamen aliqui casus in quibus reipsa probatur fraus: & in istis credo quod non fieret consideratio, si recipiens fuerit particeps fraudis. tamen occurrere casu, super hoc esset melius cogitandum: de istis fraudibus vide Ias. in l. si is qui. ff. de vulg. & pupil. maxime col. fi. post Cepol. ample in tractatu, de simula. contra.

In text. in verbo, faire serment.

Nota quod ea quae consistunt in conscientia nostra probantur iuramento. Ista regula recipit plures limitationes: de ea vide plene do. Ias. instit. de actio. in §. sed iste. col. 24. versu. in ea glo. ibi & inter ceteras. col. 24. versu. tertio nota, ponit quod admittitur probatio in contrarium, & satis erit probare aliquid, per quod praesumatur contrarium eius, quod quis asseruit cum iuramento: quia talis praesumptio tollit effectum iurate assertio-nis: & ista bene nota in practica.

In text. in verbo, & indiqueront leurs biens.

Nota quod si non indicarent omnia etiam de iure communi, & aliqua apud cedentem reperiebantur, perderet cedens beneficium cessionis, & posset incarcerationi. glo. & ibi Bart. in l. penul. ff. de cessione bono. Ias. in §. fin. col. 2. versu. an autem ille qui cedit. insti. de actionib. Et in hac materia quis cedere possit, & qualiter perdat beneficium cessionis, vel a principio non competat, Ias. tradit regulam cum sexdecim fallentis in d. §. si. col. 3. versu. facio ergo regulam. institui. de actionib. Et quoniam D. Ias. in d. §. si. col. 3. versu. quarto scripta regula fallit. tradit vnam limitationem ad titulum ff. de cessione bono, ut non sit locus cessionis quando quis est condemnatus ex delicto vel quasi: ut hac materia plene liqueat, procedam per quaestiones: Quarto igitur primo, utrum condemnatus fisco ex delicto vel quasi possit cedere bonis, ut euitet carcerem? conclusio fit quod non. Ita do. Ias. notat in l. si quis id quod. per illum text. col. 6. versu. tertio pondera. tex. ff. de iur. om. iudi. Nota tamen diligenter, quod est in arbitrio iudicis commutandi poenam pecuniariam in corporalem. Et

talis commutatio qualiter sit procuranda alio modo q̄ per condēnatum: vide do. Ias. in præallegata l. si quis id quod. col. 6. vers. tertio collige ex eodem tex. Circa istam quæstionem cadit dubitatio ab aliis intacta: vtrū ista commutatio pœnæ possit fieri condēnato inuito. Dubium facit, quia qualibet pœna corporalis etiam minima, est maior quacunque pecuniaria. In seruatorum. ff. de pœnis. Et ideo iudex commutando in duriorē pœnam, videtur condēnatum grauare: quod videtur non posse fieri sine eiusdem condēnati consensu. Item postquam iudex condēnauit ad pœnam pecuniariam, dicitur functus officio suo. l. iudex posteaquam. ff. de re iudi. ergo cessat arbitrium suum. Istud optimè probatur per text. in l. diui fratres. ff. de pœnis. vbi si iudici liqueat post cōdēnationem de innocentia rei, non potest eum absolueri: sed debet principi referre vel rescribere. In cōtrarium videtur veritas: quia iudex pœnam commutando, non immutat sententiam, sed executionem tantum: & talis commutatio fieri non potest, nisi ex causa à lege permissa, quando cōdēnatus non est soluendo. Et talem permissionem lex concessit, ne delictum remaneret impunitum: & iudicis sententia redderetur illusoria. Nec obstat quod commutatio fiat in causam duriorē, duplici ratione: prima est, quia vt delictum puniatur: & sententia non sit illusoria: nec aliter reipublicæ & dignitati ac auctoritati iudicis consuli potest. Secunda est, quia si iudex sciuisset tempore sententiæ quod imponendo pœnam pecuniariam ob inopiam condēnati, reddi posset sententia sua illusoria, dixisset in sententia, quod in defectum solutionis pœnæ pecuniariæ, condēnatus fustigaretur vel banniretur per certum tempus. Et quia id non fecit errore facti deceptus, poterit lapsō congruo tempore ad soluendum pœnam commutare, rationibus de quibus supra, etiam condēnato inuito: & ita arbitror tenendum. Et ista cōmutatio qualiter sit fienda, vltra do. Ias. in dicto vers. tertio collige. vide Cepol. cautela 5. Aliquando tamen iudex potest remittere id in quo reus fuit condēnatus, quando condēnatio non sapit pœnam à iure pro delicto vel quasi inflictam: Puta si sapiat multam extraordinariam, illam potest iudex propter paupertatem remittere absque cōmutatione. Ita do. Ias. in præallegata l. si quis id quod. col. 6. vers. quarto limita. est optimus text. in l. eos. in fine. C. de modo multa. nam & aliis infelix paupertas fauoribus fulcitur, de quibus per Felyn. in cap. si qui testium. in penul. col. de testi. Nunc resultat alia quæstio: vtrum debitor fiscalis possit bonis cedere? do. Ias. in dicta l. si quis id quod. col. 6. vers. tertio pondera tex. infideliter referendo Bar. tenet quod non: quia Bart. in l. fin. per eum allegata, procedit distinguendo. Ias. instit. de actio. §. fin. col. 4. vers. quinto supra scripta regula fallit. plures citat doct. & remissiuè transit. Ego autem puto distinguendum: aut aliquis est debitor fisci ex delicto vel quasi, & tunc non est locus cessione bonorum, vt superius probaui. potest tamē pœna pecuniaria commutari in corporalem. Aut si sit multa extraordinaria, propter paupertatem remitti in totum. Si quis autem sit debitor ex contractu, arbitror quod sit locus cessione bonorum: quia fiscus in contractibus habetur loco priuati. Nec est fauendum fisco in aliquo, nisi quatinus reperitur lege cautum: vt notatur in l. r. C. de priu. fil. & idem videtur sentire do. Ias. in d. l. si quis id quod. col. 6. vers. limita istam regulam. Et ratio est, quia in re dubia magis priuato quàm fisco fauendum est, l. non puto. ff. de iure fil. & procedit illa regula in materia pœnali, in qua fiscus certat de lucro captando: vt decalrat Deci. in ca. ex literis. col. 3. de proba. nec isto secundo casu puto aliquod esse fisci priuilegium, sed q̄ habeatur loco priuati. Secunda est quæstio quā reus est condēnatus erga partem ex causa delicti vel quasi, vtrum possit bonis cedere? Et pro solutione amplectere duos casus diuersos, aliquando condēnatio sapit vindictam, aliquando damnum & interesse. Exemplum in primo casu quando quis est condēnatus erga me in actione iniuriarum, quæ sapit vindictam: isto casu non admittitur cessio bonorum: & in istis terminis loquitur Ioannes Fabri, & bene, quem refert & sequitur do. Ias. in d. §. fi. col. 6. vers. quarto supra scripta regula fallit. & ibi dicitur quod isto casu pœna pecuniaria est conuertenda in corporalem. Aliud exemplum potest sumi ex tex. in l. fin. ff. de in ius vocan. vbi si libertus vocauit patronum in ius sine venia, si non soluat pœnā edicti, puniatur in corpore: & sic isto casu cessio non liberaret libertum. Nota tamen diligenter quod isto casu quando pœna pecuniaria applicatur parti, non fit cōmutatio in pœnam corporalem, nisi creditore postulante. Ita probat text. in d. l. fin. & tradit do. Ias. in d. l. si quis id quod. col. 6. vers. secundo intellige. Capio nunc secundum casum, quando debitor est condēnatus parti in damnis & interesse: quia ista condēnatio non sapit vindictam, sed tantum respicit damnum & interesse, admittitur cessio bonorū, licet cōdēnatio procedat ex delicto vel quasi. Et in istis terminis loquitur Ioannes Imbertus in situ. foren. libro quarto, cap. 6. circa fi. Nec est verum quod ibi dicit, quod hodie aliquid sit immutatum de iure, quoniam sicut competebar actio iniuriarum tempore antiquo, ita & hodie. Sed bene dicit Imbertus quod hodie fiunt condēnationes ad damna & interesse: intellige tamen dictum suum quando non fuit intentata actio iniuriarum, vel alia tendens ad vindictam. Et quia iste casus differt à præcedenti, Ioannes Fabri & Imbertus bene loquuntur in casibus & terminis suis distinctis & separatis.

ARTICLE III.

Et si ilz viennēt à plus grande fortune de biens, qu'ilz satifferront à leurs creanciers, deducto neegeant.

SVM. IN GLO. ART. III.

- 2 Iuri consonam esse.
3 Quando locus sit huic consuetudini.
4 Quæ sint persone, quæ beneficio, deducto neegeant, gaudent.
5 Quomodo uerba deducto neegeant, accipiend. sint, remissiuè.
6 An quis beneficio cessionis renuntiare possit. & nu. 7.

Cedentes

Cedentes iurabunt quod perueniendo ad pinguiorem fortunam creditoribus satisficient, deducto neegeant. Concordat cum §. fin. instit. de actio. Et in ea parte quando peruenit ad pinguiorem fortunam, cum l. penul. in fi. C. qui bo. cede. poss.

In tex. in verbo, neegeant.

Istud non habet locum à principio quando bonis cedit, sed tantum expostfacto, quando consequitur bona: & habet tantum locum in his qui erant ereditores tempore cessionis. Ita declarat do. Ias. in d. §. fi. col. 2. vers. limita tamen. Et quod sit verum q̄ non habeat locum tempore cessionis, patebit ex his quæ dicentur infra art. fi. tractando quæ vestes debeant relinqui cedenti. Quæro quæ sunt illæ personæ quæ nō possunt conueniri vltra quàm facere possunt, deducto neegeant: ex quibus causis consequatur tale beneficium: quia non tantum non possunt incarcerari, imo sunt eis relinquenda bona cum quibus honestè & commodè viuere possunt, secundum eorum qualitatē & dignitatem? dic q̄ aliquæ personæ habent tale beneficiū ratione reuerentiæ: vt pater, patronus, maritus. Alia ratione quasi fraternitatis: vt focii omnium bonorum, vel certæ negotiationis, quando agitur pro illa negotiatione. Item secundum magis communem, fratres sanguine coniuncti. Item alia vt possint rei publicæ vacare: vt milites. Et idem in doctoribus & clericis, vt possint inferuire eorum vocationi & professioni: quia in altero agitur de diuino cultu, in altero de utilitate rei publicæ, sicut & in milite. l. fori culmen. C. de offi. diuer. iudi. Alii ex accidentia facti: vt ii qui cesserunt bonis, vt in hac consuetudine. De his omnibus vide do. Ias. in l. sunt qui in id. col. 2. ff. de re iudi. Et ibi col. 1. declarat quomodo intelligantur illa verba, in quantum facere possunt, deducto neegeant. prout etiā declarat Bal. in l. q̄ cum eo. Vtrum iuri cedendi bonis possit renuntiare, maximè cum iuramento, prout do. Ias. remissiuè in d. §. fi. col. 5. in fi. & prin. sequutus insti. de actio. Fely. verò in c. fi. diligenti. col. 2. vers. tertium correlarium. de foro compe. disputat ad pares, finaliter residet in illa opinione: quod si calamitas cedētis esset euidens & notoria, quod tunc non obstat renuntiatione etiam iurata deberet admitti ad cessionem. Licet Fely. vltra nō procedat, ego admitterem in hoc casu illum qui est onustus familia liberorum, & incidit in paupertatem sine eius culpa. Nam priuilegium ne incarceretur plurimum expedit vxori & liberis, quos solitus est suis operibus & laboribus sustinere. Si autem aliquis culpa & facto suo culposo incidet in paupertatem, vtrum sit ei compatiedum, dicam infra art. fi. Faceret etiam in proposito decisio Fely. in d. cap. si diligenti. col. 5. vers. tertium correlarium. vbi dicit q̄ beneficio concessio miserationis gratia, nō potest renuntiare. Et re vera istud cessionis est huiusmodi ad euitandum carceres, quorum miseria est maxima: vt declarat Bart. in tract. de carcere. magna tamen est vis iuramenti, sed de facili posset obtineri absolutio.

ARTICLE III.

Auec ce ceulx qui feront lesdictes cessions de biés sont tenuz eulx desceindre, & ietter leur ceinture à terre, en signe d'abandonnement de leursdictz biens.

SVM. IN GLO. ART. III.

- 2 An statuto possit induci actus paulo obscenior in cessione.
3 Non omnis uestis cedenti detrahenda est.

Cedens tenetur cincturam in terram proiicere in signum remissionis omnium bonorum.

Potest hic quæri, vtrum valeat cōsuetudo vel statutum quod cedens faciat actus turpes, puta quod teneatur dare de cullo super lapidem, vel demittat cincturam, & quid simile vel turpius? do. Ias. in d. §. fi. col. 5. vers. nunquid ergo valeret, & c. insti. de actio. refert plures doc. tenere quod nō. Pro confirmatione opinionis eorum adduco rationem infra scriptam. Nam hi qui efficiuntur nō soluendo ex delicto, vel ex eorum culpa nō habent beneficium cessionis, vt euitēt infamiam carceris: quia priuilegia concessa paupertati nō intelliguntur concessa his qui paupertatem incidunt ex culpa vel delicto, vt amplè declarat Fely. in cap. quæ in ecclesiariū. col. 2. o. de constit. Ita contraria ratione his qui incidunt in paupertatem sine eorum culpa & delicto, concessa est facultas cedendi bonis vt euitent infamiam carceris. Ideo talis cessio nō debet fieri per actum infamatorium, maximè quia potest adhuc sperari q̄ perueniet cedens ad pinguiorem fortunam, & satisfaciet creditoribus, quicquid tamen dicatur de iure, statuta recipiunt interpretationem à communi obseruantia, & tollerantia, quæ est vt obseruentur ad vnguem solennitates requisitæ in cessionibus quantumcunque turpes.

In tex. in verbo, la ceinture à terre.

Quid erit de aliis vestimētis, si habet vnā bonam vestem vel chlamidem, vtrum possit ab eo auferri? Ias. in §. item si quis in fraudē. dicit q̄ nō. aliter loquitur in d. §. fi. col. 5. vers. an autem cedētis. insti. eo. tit. vbi cōcludit q̄ tantum vestis vilis sibi debet relinqui, que nuditate tegat. Et si teneatur illa opinio, sequitur q̄ creditor poterit facere cōmutationē, dādo debitori vestē vilē, & accipiēdo bonā: sed istud nō fit de cōsuetudine.

DES EMPHITEOSES ET LOVAGES.

TIT. XXI.

ARTICLE I.

Acoit ce que par cy deuant le seigneur direct ou feodal, & aussi le lignager eussent peu retenir la chose vedue dedans quarate iours apres l'acquisition, à les compter du temps que ledict seigneur ou lignager l'ont sceu ou peu sçauoir: qui estoit à entendre pour le temps qu'ilz

pourroyent estre certifiez, veue la distance des lieux. Toutefois pour raison de l'incertitude dudit temps, & obuier à plusieurs procès & inconueniens qui s'en pourroyent ensuyure.

ARTICLE II.

A esté aduise par les estatx que le seigneur direct ou feodal pourra retraire ledict heritage vendu, dedans trois mois, à iceulx compter du iour de la possession reale prinse par l'acheteur, & non plustost. Laquelle possession ledict acheteur ou autre pour luy prendra en la presence de deux tesmoings du lieu & iustice ou ladicte chose est située. Et est ledict temps de trois mois continuel: & court cōtre toutes personnes mineurs de vingtinq ans, femmes mariées, & autres personnes quelzconques, sçachans ou ignorans.

SVM. IN GLO. ART. I. ET II.

- 2 Incertitudinem esse uitandam.
- 3 De incertitudine multas quaestiones remissiuè tractat. & nu. 4. 5. 6. & 7.
- 8 Lites esse fugiendas.
- 9 An consuetudo extendatur ad donationem inter vivos, & donationem in solutum. & nu. 10. & 11.
- 12 De iure communi domino in retentione tantum duos menses indulgeri.
- 13 De uera, non de ficta possessione consuetudinem esse intelligendam: & quid à iure in hoc differat.
- 14 Consuetudinis effectus.
- 15 Quando ignorantia tribuat restitutionem, remissiuè.
- 16 Quomodo ignorantia praescriptio currat.
An tamen eidem restitutio tribuatur.

Quicquid aliàs fuerit stabilitum circa uenditionem rei uenditæ tam ad euitandam incertitudinem quam processuum multitudinem, ad reuocandum rem alienatam, conceduntur directo domino tres menses, qui incipiunt currere à die realis possessionis adeptæ per emptorem, coram duobus testibus eiusdem loci & iustitiæ, & currit dictum tempus minori, mulieri, & aliis omnibus, tam ignorantibus quam scientibus.

In text. in verbo, pour raison de l'incertitude dudit temps.

- 2 Nota quod incertitudo reprobatur, ut habetur in specie de tutore. §. 1. versic. item quod est incertum. Et incertitudo dicitur de eo quod potest multipliciter intelligi & declarari antequam declaretur. Bal. in l. liberti. col. 5. C. de ope. lib. Item quod ex alio potest certificari. l. nec uenditio. §. huiusmodi. & ibi Bart. ff. de contrahen. empt. Vtrum in legatis factis ad pias causas incertitudo vitietur? non. vide Iaf. in l. 1. col. 2. in 2. lectura. C. de sacrosane. eccle. Item in personis debet esse certitudo. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tut. Item in sententiis. §. curare. insti. de actio. & ratione incertitudinis sententia vitiat. Deci. consil. 8. col. 5. versic. & prædicta conclusio. in primo vol. Et quando uenditio vel donatio dicatur incerta ratione loci vel quore, vide tex. & ibi doc. maximè Areti. in l. possideri. §. incerta. ff. de acquir. posses. Deci. consil. 179. col. fi. in princ. Et quando incertitudo vitiet promissionem, legatum, vel alium actum, vide Bart. & doc. in l. ita stipulatus. l. grande. ff. de verbo. oblig.

In text. in verbo, obuier à plusieurs procès.

- 8 Nota quod processus & lites sunt euitandæ, quātum fieri potest. l. properandum. in princ. C. de re iudi. Et quantum lex odio habeat redemptores litium, potest deprehēdi ex l. per diuersas. & ab Anastasio. C. manda.

In text. in verbo, pourra retraire.

- 9 Quæro qua actione? dic quod conditione ex consuetudine, ad instar conditionis, ex l. de qua. ff. de condi. ex lege.

In text. in verbo, ledict heritage uendu.

- 10 Quid iuris si hæritagium fuerit alienatum alio tit. quàm uenditionis, puta donationis, vel insolutum, donationis, maximè voluntariæ, aut legati. vtrum dominus poterit soluere pretiū rei, & rem aduocare? Ista quaestio dependet ab ea, quid ueniat appellatione uenditionis, vtrum omnis alia alienatio, quæ mouet. Bar. in l. filius. §. diui. col. fi. versic. quæro prohibita uenditione. ff. de leg. 1. & ibi dicit q. sic. do. Iaf. ibi, col. 17. versic. octauo quærit. sequitur Bart. & limitat tribus modis. Primò quando subest eadem rem. Ex ista limitatione infero ad solutionem quaestionis formatæ, q. si utilis dominus daret insolutum, q. tunc dominus directus possit rem aduocare, quia possit soluere pretium debitum creditori: & militat eadem ratio, quæ in uenditione: quia alienans non curat apud quem res sit, dummodo pretium consequatur: sed si utilis dominus permittaret, non militaret eadem ratio: quia forte dominus directus non haberet rem adeo gratam utili domino: & minus si donaret: quia utilis dominus non habet affectionem donandi directo domino. Idem in legato: quia est species donationis. Et de quaestione principali quando appellatione uenditionis contineatur omnis alienatio, vide amplissimas remissiones domini Iaf. in l. fi. col. 130. versic. nunquid autem appellatione uenditionis. C. de iure emphi. Bald. singulariter in cap. si clientulus. col. fi. in tit. de alie. feud. Alex. consil. 1. in 4. col. in 4. vol. Alias duas limitationes ponit ibi do. Iaf.

In text.

In text. in verbo, dedans trois mois.

De iure communi emphiteota tenetur rem offerre domino, & eum expectare per duos menses: iuxta tex. in l. fi. C. de iure emphi. de iure huius consuetudinis emphiteota alienat irrequisito dño: ut patet art. sequenti.

In text. in verbo, de la possession reale.

Nota quod licet acquirens dicatur habere possessionem quando alienans constituit rem alienatam possidere nomine acquirentis: ut in materia constituti tradunt Bar. & doc. in Lab. emptione. ff. de pact. Iaf. in §. ite si quis in fraudē. col. 18. insti. de actio. Deci. consil. 43. in 2. vol. & in regula, cōtractus. ff. de reg. iur. tamen quia per constitutum fit traditio ficta, ut declarat do. Iaf. in d. Lab. emptione. consuetudo uult quod emens accipiat realem & corporalem possessionē coram testibus. Ratio est, ut facilius deueniat ad notitiam domini directi. Mirandum est q. scriptores consuetudinis non dixerunt q. utilis dominus præteritus, aut modernus directo domino infra certū tempus denuntiaret emptionem, iuxta l. si fundum. C. de euis. quia q. fiat solum apprehensio possessionis coram duobus testibus, de facili aperiretur via fraudibus: quia poterunt adhiberi duo testes secreti, & cōfidentes, & sic curret tempus ignorantī cōtra omnem æquitatē. Nā ex quo consuetudo subrogauit tres menses ad reuocandum rem alienatā loco duorū mēsiū datorū ad expectādū dominū si uelit emere, & illi duo menses non currunt nisi post denuntiationem domino factam, d. l. fi. C. de iure emphi. ita pari ratione & æquitate isti tres menses currere nō debent, nisi post denuntiationē. Et certē in hoc esset ex regia dispositione & ordinatione hæc consuetudo supplenda, ad euitandas fraudes malignantium.

In text. in verbo, & court contre toutes personnes.

Nota quia hæc consuetudo nō solum tollit beneficia à lege cōcessa ratione imbecilitatis ætatis, ut minoribus, itē fragilitatis sexus, ut mulieribus: sed etiā cōcessa maioribus ex capite ignorantia. Nam regula est q. licet aliquando ignorantī currat præscriptio, tamē ignorantia facit cōcedi restitutionē in integrum maiori ex clausula generali, si qua mihi iusta causa. de qua loquitur lex prima in fi. & l. sed & si per prætorē. in prin. ff. ex quibus caus. maio. Et de ista regula uide amplē tradita per D. Iaf. in l. 2. col. 87. in fi. C. de iure emphi. ubi dicit de hærede emphiteota nō soluēte canonē. Et addit aureū dictū: Quod ei contra quem fuit præscriptum spatio triginta annorū, si fuit in ignorantia, datur in integrum restitutio: quia ignorantia tribuit iustum impedimentum. De materia uide etiam amplē Panor. & Fely. in c. uigilanti. de præscri.

In text. in verbo, ignorant.

Quoniam dictū fuit q. ignorantia præstat iustā causam obtinēdi restitutionē in integrū, illa regula præcedit q. tēpus currit ignorantī: quia si nō curreret, non esset necessaria in integrū restitutio, quæ oīa reponit in pristinū statum. necessariō restat declarare quando tempus non currat ignorantī. Et facio regulam, q. regulariter tempus præfixum ad aliquid faciendum ignorantī nō currit, probatur per tex. in c. quia diuersitatem. de concess. præb. ubi tempus præfixum ad cōferēdū nō currit, nisi à die scientiæ: ubi Panor. in 1. notabili. Et propterea concludit Panor. in ca. fi. & pleniū in c. cum propter. col. 2. de iure patrona. q. tempus quadrimestre datum patrono laico ad præsentandum, ei non currit, nisi à die notitiæ. imo singulariū dixit idem Panor. in ca. nos quidem. de testa. col. 2. versic. dic ergo latius. q. istud habet locum etiam si testator mandasset patrono quod præsentaret infra quadrimestre. Nam etiam eo casu tēpus ipsum inciperet currere à die notitiæ. Et istā opinionē latē prosequitur do. Rochus de Curte Papien. qui de anno domini 1508. dum Papiæ darē operā disciplinæ iuris ciuili, pontificæ lectionis primā cathedrā obtinebat: in tracta. iur. patro. in verbo, honorificium. q. 27. Et ibi declarat q. in dubio præsumitur ignorantia, ut etiā aliquid attingit Fel. in c. à nobis. co. 1. de excep. & est tex. in l. uerius. ff. de proba. ibidem tamē do. Rochus parificat istos duos casus, q. sciret uel scire debuerit: quod est ualde notādū ad limitationē regulæ prædictæ. Et circa istā materiam cadit dubitatio. supra dixi quod emphiteotæ ignorantī rem emphiteoticam currit tēpus soluēdi canonē. Itē ignorantī currit præscriptio triginta annorū: & hic dicitur quod ignorantī tēpus nō currit. Hæc quaestione nō reperio formatā: tamē pro solutione uidetur dicendū quod quādo iam est causata obligatio in persona vnius, licet ignoret, tamē currit ei tēpus, & ex capite ignorantia obtinet restitutionē. Et ita præcedūt quæ superius dixi. Si uerò nō sit adhuc causata obligatio, tūc incipit causari quādo incipit habere scientiā. Et ita procedunt quæ ultimo loco dixi de tēpore ad præsentandū uel conferendū. Nec obstat si dicatur statim à die lapsus quadrimestris concessi laico, uel à die mortis incipit competere ius præsentandi uel conferendi, ergo debet tempus currere, licet sit restitutio cōcedenda: per ea quæ supra dixi, de emphiteota: qm est differentia inter hos casus. Nā in primo de hærede emphiteotæ, nō incipit obligatio in persona hæredis: quia iam erat orta & causata in persona defuncti, & iam inceperat currere, & ideo non cessat cursus inchoatus per superuenientiā hæredis, ex cuius persona obligatio non immutatur lege. Sed in secundo casu incipit cursus tēporis in persona ignorantis, & ideo nō potest fortiri effectum, nisi à die scientiæ. Nā faciliū aliquid impeditur, q. factum tollatur. l. patre furioso. ubi plenē do. Iaf. ff. de his qui sunt sui uel alie. iuris. Item potest dari alia differentia quoniam in primo casu erat obligatio præcisa: quia hæres emphiteotæ tenebatur soluere: sed in secundo casu erat obligatio consistens in facultate hominis. Nā patronus laicus non cogitur præsentare præcisē. sed si non præsentet, deuoluitur præsentatio ad superiorem. Idem in non conferente, sed tali facultate uti non potest ignorās eam sibi competere, nec ad eam obligatur: quia regula est, quod ignorās nō obligatur: quæ probat tex. & ibi glo. in verbo, ignorans. in l. ex maleficiis. §. si quis absens. versic. longe minus. ff. de actio. & obliga. Et in materia est aduertendū quod dū supra dixi q. qm iam est causata obligatio tempus currit, illud procedere quando est quis in facultate agendi, aliàs secus: quia non ualent agere non currit tempus. l. 1. in fi. C. de anna. excep. & in l. in fi. & autem. ibi sequenti. C. de bo. mater.

ARTICLE III.

La chose tenue en fief ou directe, ne se peult vendre sans conge ou licence du

seigneur direct ou feodal, & pourtât ne tombe en commise, ne ausi par faulte de payer les cens par deux ou trois ans, ne autre temps.

SVM. IN GLO. ART. III.

- 2 Articulum iuri omnino aduersari in prima parte.
 - 3 Verbum directe, quomodo hic intelligatur.
 - 4 Postremam quoque partem iuri contrariam. & nu. 5. & 6.
 - 7 Quid in uassallo aliquid singulis annis promittente.
 - 8 An emphyteota moram purgare possit, remissive.
 - 9 Huic questioni cautela accommodatur.
- 1 Licet domino utili rem uendere sine licentia directi domini feudalis uel emphyteotici. Et ob cessationem a solutione sensu seu canonis res non committitur.

In text. in verbo, en fief.

- 2 Nota qd de consuetudine Aluernie feudum potest alienari, & transferri, etiã in extraneos sine dñi licentia. Idẽ est de consuetudine Gallie: vt dicit Io. Fabri, in §. ite Seruiana. & in §. fuerat. in §. de actio. quem refert & sequitur Deci. vbi dicit valere talẽ consuetudinẽ cõsi. 208. in 2. vol. col. 3. versic. & ista consuetudo reprobatur. Tamen de iure communi uassalus non alienat feudum sine licentia domini, aliã est domino apertum & commissum: vt vult tex. in c. imperialẽ. in tit. de prohi. feu. alie. per Fede. in vsib. feud. Et dicit tex. in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. alie. poss. qd non potest alienare, etiam pro anima, & sic pro causa pia, qualiter hoc dictum procedat, vide Fely. in ca. quã in ecclesiã. col. 2. 2. versic. cãterũ inquantũ. de consti. vbi tradit regulã cũ quatuor limitationibus, & col. 2. 3. versic. secũdò limita. ponit de feudo franco, de quo quis potest disponere sicut de allodialibus: vt etiã plenẽ tradit D. Iac. de san. Geor. in lib. feu. in verbo, & cũ pac. qd dic. vasa. inuesti. pos. testa. col. 6. in fi. versic. possit tamen. Et dictã regulã, qd uassalus nõ possit alienare sine dñi licentia, ampliãt Fely. vbi supra col. 26. ver. extra gl. certis modis, deinde tradit nouẽ declarationes: nõ refero ad euitãdã plixitatẽ.

In text. in verbo, ou directe.

- 3 Intelligit de emphyteosi: quia tantũ hi duo cõtractus feudi & emphyteosis, aut similes, important directum dominiũ ex parte cõcedẽtis, & vtile ex parte recipiẽtis. Emphyteosis etiam alienatio requirit domini consensum, & quod si uellet dominus emere, expectetur per duos menses. d. l. fi. C. de iure emphi.

In text. in verbo, par deux.

- 5 Loquitur in emphyteota ecclesiã, qui de iure communi, si cessat per biennium soluere censum seu canonem, cadit à iure suo. cap. potuit. de loca.

In text. in verbo, ou trois.

- 6 Intelligit de emphyteota priuati: qui cadit à iure suo lapso triennio. d. l. 2. C. de iure emphi. Quid iuris in feudatorio, qui promisit domino feudi aliquid soluere singulo anno: si cessauerit biennio, quando feudũ est ecclesiasticũ, vel triennio, quando feudũ est tẽporale, vtrũ cadat à iure suo, ad instar emphyteote? do. Iaco. de sanc. Geor. in lib. feud. in verbo, & cum pacto quod dictũ uassalli prãstitit singulis annis: in prin. disputat, & demũ concludit qd non, & post cãteros allegat do. Alex. consi. 9. in 3. vol. vbi dicit istam esse comunẽ. do. Iaco. ibi limitat hanc comunẽ non procedere in duobus casibus. Primo qñ concessio feudi fuit tantũ facta ratione census, & ad ipsum censum fuit habitus respectus principaliter. Secundo quãdo uassalus iurauit soluere singulo anno: quia tunc si cõtraueniat iuramẽto, poterit cõtra eum agi ad pœnam l. si quis maior. C. de trasac. Et idẽ in emphyteota, qui iurauit quia si cesset solo anno, res cadit in commissum, nõ expectato biennio vel triennio, & sunt hæc notanda. Sed quãro de notabili quãstione, vtrũ dicti emphyteote qui cessauerunt dictis tẽporibus respectiue, possint purgare moram de emphyteota priuati: tradit amplẽ do. Iac. in d. l. 2. col. 45. C. de iure emphi. & dicit passim esse disputabilem, & finaliter col. 47. in fi. concludit qd non admittitur purgatio morã. De emphyteota ecclesiã, quia cap. potuit. de loca. dicit quod celeri satisfactione potest moram purgare, quando dicatur fieri celeri satisfactione: vide amplẽ do. Iac. in d. l. 2. col. 48. versic. trigesimo. vbi cõcludit qd id residet in iudicis arbitrio: si tamen malẽ arbitratur, poterit appellari. Et aliter iudex arbitrat in diuite, aliter in paupere: hoc est cõsiderando possibilitatem personarum. Itẽ an pro maiori parte tẽporis fuerit absens emphyteota, & sic de singulis. Nota tamẽ cautelã ad impediendũ purgationẽ morã in emphyteota ecclesiã, multo magis priuati: qd dominus directus uerbis aut factis declaret quod nõ uult illum plus habere in emphyteota: sed quod intendit rem esse sibi commissã, etiã in absentia partis. Ista fuit cautela Cepol. 183. incipiente, tu scis. à qua esset difficile in practica recedere. Ita dicit do. Iac. in d. l. 2. col. 47. & fuit D. Hieronymi torti. addo idem tenentem Deci. consi. 146. col. 3. & 160. col. fi. in 1. vol.

ARTICLE III.

Cens sur cens n'a point de lieu sans le consentement du seigneur direct, & est commis & confisqué le surcens & toute autre charge annuelle ainsie sur l'heritage tenu à cens audit seigneur direct, en faisant faire declaration par iustice de ladite commise & non autrement.

SVMMA. IN GLO. ART. IIIII.

- 2 Hic ad feudum non esse extensionem faciendam, & nu. 3.
- 4 Quã sit inter censum & emphyteosim differentia, & nu. 5.
- 6 Hic actum esse diuiduũ, unde respõdetur cuidam obiectioni: & an quis ex delicto alterius obligetur, differit. & nu. 7.

- 8 Iure & consuetudine in omni confiscatione sententiam iudicis declaratoriam esse necessariam: idque aliquot regulis ex Felyno explicat. & nu. 9.
- 10 Quod an uerum sit in emphyteota, latẽ disputat. & nu. 11.
- 12 Quã sit ratio differentie inter emphyteotam & uassalum.

Rei obligatã ad censum, alius census nec aliud onus superadi potest sine consensu directi domini, quod si fiat, id super aditum directo domino acquiratur præuia declaratione iudicis ordinarij, & non aliter.

Quãro, vtrũ ista consuetudo loquatur de re feudali uel emphyteotica? die qd propriẽ loquendo intelligitur de emphyteotica, pro qua præstatur certa pẽsio singulo anno. Pro feudo autẽ habẽte propriã feudi natura, tãtũ debetur seruitiũ personale. Et si pro eo cõstituitur pẽsio, nõ dicitur propriẽ feudũ. Ita declarat Do. Iac. in l. 1. col. 11. C. de iure emphy. pulchrẽ Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feudo. in verbo, & cũ pacto. quod dicti uassali. col. 2. in fi. versic. aduertite tamẽ. Sed iterum quãro, si præstetur pensio annua eritne emphyteotica uel censualis? oportet te scire differentiam inter hos duos cõtractus, quã magna est. Nam eo ipso quod trãffero in te ius omne quod in re habeo, eo pacto, vt soluas mihi annuã pẽsionẽ, dicitur cõtractus censualis: & tu ad nihil mihi teneris de pro censu: & si nõ solueres per centũ annos, res nunquã caderet in commissum: nec refert eo casu qd in cõtractu dixerim, qd cõcedo in emphyteosim, quando dico qd concedo omne ius meũ: quia uerba repugnãt cõtractui. Quãdo autẽ cõcedo in emphyteosim rem, tũc retineo dominiũ vtile de natura cõtractus: & illa pẽsio reseruatur nõ in cõpensatione fructuum, sed in recognitionẽ directi domini. Ita declarat tex. cũ glo. in c. cõstitutus. de relig. domi. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de publica. Iac. in d. l. 1. col. 10. versic. quarto quãro. C. de iur. emphi. In istis partib⁹ Aluernie omnia prædia quã debet cẽsum reputãtur emphyteotia, & de directo dominio domini census & talia præsumuntur, vt habetur in titulo 31. de astietẽ de rente. articulo 1. admittitur tamen probatio in contrarium: nec reperio quod in toto isto titulo fiat mentio de censu censuali, sed tantum de eo qui præstatur directo domino.

In text. in verbo, & est commis & confisqué le surcens, & toute autre charge.

Illud superaditũ tãtũ cõfiscatur, & nõ res. Ratio est, quia pœna nõ debet egredi delictũ, sed cõmensurari delicto. I. sancimus. ibi, nec ulterius progrediatur metus, q̃ reperiatur delictũ. C. de pœnis. Sed cõtra prædicta uidetur posse opponi per ea quã tradit Do. Iac. in l. 2. col. 39. C. de iure emphi. vbi cõcludit qd si emphyteota soluit partẽ census seu canonis, qd tamen cadit à toto: ecce ergo qd plus punitur q̃ deliquerit. Itẽ ibi fo. 40. cõcludit, quod si ex plurib⁹ hæredibus vnus non soluit canonẽ, qd res tota cadit in commissum. Ad hoc potest respõderi: quod ille obligationes concernebãt factũ indiuiduũ, hĩc sumus in diuiduo: quia potest separari superaditum à re & primo censu: ideo in indiuiduis habet locũ d. l. sancimus. Et sicut pœna nõ debet egredi delictũ, ita debet tenere suos authores d. l. sancimus. Vnde dicit Ouidius: discat in authorẽ pœna redire suum. Ex his insurgit quãstio, vtrũ valeat statutũ, quod vnus teneatur pro delicto alterius? Cõmunis est cõclusio quod sic, pecunialiter, nõ autẽ corporaliter, secundũ Fely. in c. cognoscẽtes. col. 1. de cõstitu. Iac. in l. de quib⁹. col. 14. ff. de legi. Deci. in d. c. cognoscẽtes. col. 2. de validitate dicti statuti, & quod sit iudicãdũ odiosum, vide Deci. consi. 33. in 3. vol. Et sic qd cõstitutus teneatur pro delicto cõiuncti. vltra prædicta vide Ang. consil. 63. incipiente, nobilis miles, & c. Et in prædictis locis habes quando filius portet iniquitatem patris. Et vtrũ valeat statutũ quod pater in vita teneatur soluere pro filio cõdemnato, quantũ ascẽdit legitima: de qua quãstione vide glo. in rubrica C. de decre. decur. lib. 10.

In text. in verbo, en faisant faire declaration.

Nota quia supercẽsus cõmittitur ipso iure: tamẽ dominus directus non potest propria autoritate capere possessionẽ rei cõmissã, sed requiritur quod præcedat iudicis declaratio. Et in hoc cõcordat cũ dispositione iuris cõmunis: de quo in omni priuatione quantũcunq; incurfa ipso iure, is cui debetur cõfiscatio nõ apprehẽdit possessionẽ, nisi præcedat iudicis declaratio. tex. est in c. cũ secundũ. de hære. lib. 6. Bar. in l. eius qui delatorẽ. ff. de iure sis. Fely. in c. cũ nõ ab homine. de iudi. Deci. consi. 1. in 3. vol. Ille textus in c. cum secũdũ. plenẽ declaratur per Fely. in c. Rodolphus. col. 22. versic. sed declaratoria. de rescrip. Et ibi col. 23. declaratur differentia quãdo pœna imponitur ipso iure, & quãdo requiritur cõdẽnatio seu priuatio iudicis. Dictũ textũ limitat quatuor modis. primo quãdo aliquis incidit in pœnã ipso iure, & factũ est notoriũ: tunc potest à beneficio amoueri & alteri conferri. Ita dicit col. 24. versic. & hoc declarat. Tertia limitatio, de qua ibi. col. 25. versic. limita tertio. loquitur de fructibus qui statim debentur nõ expectata declaratione: tamẽ in eis nõ fit executio, nisi post declarationẽ. Et eadẽ col. versic. limita quarto. dicit qd declaratoria non requiritur quo ad effectus executiuos, quos lex infligit ipso iure, puta quo ad pœnã infamie & sentẽtiã ex cõmunicationis à canone, uel ab homine ipso iure infligãt. & subdit vnũ col. 24. versic. cãterũ vbi lex. quod quãdo lex requirit sententiã, tũc etiã si factũ sit notoriũ, semper est necessaria sentẽtia priuationis. Et ita procedũt quã Fely. dixit in c. ex parte. col. 1. & 2. de rescrip. De periuro & homicida qui ipso iure nõ sunt priuati beneficio, sed priuati: ideo ante priuationẽ faciũt fructus suos: & procedũt quã amplẽ tradit Fely. in c. sciscitatus. col. 1. & sequenti. de rescrip. vtrũ tamẽ collatio facta homicidã uel criminoso valeat, vide plenẽ Fely. in c. ex parte. col. 2. versic. culo collatio. & col. sequenti, de rescrip. & c. sciscitatus. col. 2. versic. & aduerte. eo. tit. & quã scripsi in titu. 8. des obiectx. arti. 5. numero 17. Et vnũ tene cordi in materia, quod tantum sunt duo delicta, quã in beneficiis inducunt priuationem ipso iure, in aliis requiritur sententia priuationis. Ita notat Fely. in c. ex parte. col. 3. in fi. versic. & subdit. de rescrip. secutus Petr. de Anchara. quem ibi refert: uidelicet simonia, & hæresis. Et ita in specie in feudo commissõ ipso iure, consuluit Deci. consil. 185. col. 3. in primo vol. Item concludit Cursius iunior in tracta. feud. in 4. parte princip. in rub. ex quib. caus. feud. amit. Et facit rubricam expressã, an in casibus quibus feudum amittitur requiratur sententia. Quid iuris de iure communi in emphyteota quando non soluit canonem infra tempus, uel alienat rem irrequisito domino, an cadat in commissum ipso iure, & an requiratur declaratoria? Communis est, quod ipso iure quod declaratoria non requi-

ritur: imo potest directus dominus apprehendere possessionem propria autoritate. Ita Do. Iaf. in l. 2. col. 27. 28. & 29. C. de iure emphi. Iam opinionem dicit communem Deci. consi. 146. col. 4. in 1. vol. eam sequitur Fely. in c. nuper. col. fi. de senten. ex commu. vbi dicit quod laicus etiam manu armata expellit clericum resistentem sine periculo excommunicationis de re emphiteotica, quando clericus cessauit soluere canonem. Et tenent prædicti doc. quod dominus expellere potest emphiteotam etiam resistentem propria autoritate: quia id facit ex permissione l. 2. in verbo, repellere. vbi glo. dicit propria autoritate. C. de iure emphi. & istam opinionem amplè defendit Do. Iaf. in d. l. 2. col. 53. 54. 55. & 56. C. de iure emphi. Imo fortius directus dominus potest alium inuestire de emphiteosi commissa primo emphiteota ignorante, vel inuito. Ita dicit Iaf. in l. 2. col. 30. C. de iur. emphi. vers. item quinto addite. Item non impertinenter quæri potest, quæ posset esse ratio differentie inter feudum & emphiteosim: quia vtrunque committitur ipso iure, & in vtroque requiritur voluntas domini, declarata verbis vel factis, quod velit dictam commisionem: & tamen in feudo requiritur etiam declaratoria iudicis, & non in emphiteosi. omnibus bene pensatis, non video posse assignari aliam rationem, nisi quod feudum sequitur naturam communem aliarum priuationum, quæ requirunt declarationem iudicis: vt supra probaui. in emphiteosi est speciale quod non requiratur declaratio: quia l. 2. C. de iur. emphi. in verbo, repellere. concedit talem facultatem domino quod id facere possit propria autoritate: vt ibi intelligunt glo. & doc. quos Do. Iaf. allegat. in locis præallegatis. Posset aliquis dicere: verbum repellere, debet intelligi media autoritate iudicis, vt verba ciuilitè intelligantur. Responderi potest, quod verbum, repellere, magis sonat in executionem facti, quam iuris ordinationem, prout declarant doc. in locis præallegatis. Et optimè facit dictum But. quod refert Fely. in c. ex parte. col. 1. in fi. de rescrip. vbi vult quod verbum, spoliatur, licet sit de futuro, tamen denotat solam amotionem manuum, & præsupponit priuationem iam iure factam. Si id dicitur de verbo futuri temporis, quod regulariter requirit declarationem quam magis id locum sibi vèdicabit, in verbo, repellere, quod est præsentis temporis. Et aduerte quia Fely. in loco præallegato tractat quando requiratur declaratoria vel priuatoria: & in specie vtrum periturus vel homicida sit priuatus beneficio ipso iure.

ARTICLE V.

Toutefois par la surcharge l'heritage ou lesdictz surcens ou autre charge est assis n'est commis.

SVMMAR. IN GLOS. ART. V.

Ratio consuetudinis.

Committitur solum super census & non res super qua onus est additum.

Et quod delictum in parte non afficiat totam rem in diuiduis: secus in indiuiduis. declaratum fuit in præcedenti consuetudine.

ARTICLE VI.

Le seigneur direct peut faire assener sur la chose tenue de luy pour scauoir à quel tiltre celuy qui la porte la tient, pour en auoir les droitz de directe, c'est à scauoir la retenue ou ventes à son choix, ou pour estre payé du cens & des arrerages s'aucuns en sont deuz. Et pour ce peut faire defendre au tenancier tous vs & exploictz, iusques qu'il aura eu lesdictz droitz.

SVMMAR. IN GLO. ART. VI.

- 2 Quando & in quo hic obseruetur ius commune. & nu. 3.
- 4 Quæ poena puniantur emittentes feudi qualitatem. & nu. 5.
- 6 Quæ non habet locum, nisi expresse cautum sit.
- 7 An & quando vassalus seu emphiteota debeat suæ possessionis exhibere titulos. & nu. 8. 9. & 10.
- 11 Comoda directi domini.
- 12 Explicantur postrema consuetudinis uerba.

1 Directus dominus potest petere ab emphiteota quod edat & exhibeat suum titulum, & facere ei inhiberi & interdicti administrationem, donec exhibuerit, tribus de causis: ut dominus habeat rei aduocationem, aut consequatur laudimium prout elegerit, item & tertio ut consequatur census & arreragia.

2 Quæro vtrum idem sit de iure communi? videtur quod non: quia regula est, quod nemo cogitur dicere titulum suæ possessionis. l. cogi. C. de pet. hære. Illa regula fallit in domino directo, qui præten dit quod possessor teneat ab eo rem in feudo vel emphiteosim, secundum Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iud. vbi vult quod quis possit interrogare vtrum quis sit vassalus vel emphiteota. Item eadem ratione poterit interrogare an teneat rem tanquam feudalem vel emphiteoticam. Et quod tales teneantur respondere & exhibere titulos, vide Deci. consi. 61. col. 2. in fi. in 1. vol. Et de emphiteota in specie Do. Iaf. in l. 2. col. 84. vers. decimo quinto quæro. C. de iure emphi. Vbi limitat verum quando possessor confitetur se emphiteotâ vel vassalum. Secus si negat. Poena tamen negantis est, quia perdit feudum vel emphiteosim. de feudo secundum consuetudinem est tex. in titulo. des siez. articulo. 13. de iure scripto est tex. in c. 1. §. vassalus. si de feu. fue. contro. inter. dominum. & agna. addo. Do. Iaf. in l. quod te. col. 12. vers. eodem modo vassalus. ff. si cert. pet. vbi. plenè tradit poenam negantium veritatem. Cui addo quod si hæres rogatus restituere hereditatem negat aliquam rem esse hereditariam, & conuincatur, per det Trebellianicam. Bar. in l. scimus. §. licentia. C. de iur. deliber. Intellige

Intellige prædicta vera quando scienter negaret per dolum vel latâ culpam. Bal. eleganter in c. vassalus. lib. 1. §. si de feu. defuncti fuerit contro. & idem in aliis negantibus: & dicit perpetuò hoc menti tenendû Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feud. in verbo, dictique vassa. pro. nò cò. felo. col. 9. vers. vndecima causa. De emphiteosi ponit Do. Iaf. in §. omnium. col. 27. insti. de actio. in qua etiâ requiritur scientia, ratione de qua supra in feudo. Et vltra nota quod poena priuationis per negationem nunquam locum habet, nisi lex expresse dicat. §. cum igitur. in authen. de non elig. fecun. nuben. plenè Do. Iaf. in d. l. quod te. col. 12. ff. si cert. petar. Et in principali quæstione, vtrum vassalus teneatur exhibere, vidistis supra quod sic. addo Do. Iaf. remissiuè loquentem in d. l. 2. col. 84. vers. & vide in simili de vassalo. C. de iure emphi. Vnum tamen dicit Do. Iaf. ibidem vers. vnum tamen perpetuò notate. quod si rex faceret citari baronem suum, eidem commendando quod nisi ostèderet titulum suum, quod auferret sibi castra: quod citatio & comminatio esset ipso iure nulla, per tex. in d. l. cogi. C. de petit. hæred. Ista deci. videtur contraria præcedenti. Pro solutione recurrendum est ad Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feu. in verbo, dictique vassa. promiserunt recognoscere dictum feudum. col. 7. vers. addit Bal. in loco proximo, vbi soluit motuum de quo supra, & distinguit: Quod aut aliquis baro possedit longo tempore castrum, & dicit illud sibi pleno iure pertinere, & ratione dicti castri negat se vassalum, & tunc non cogitur ostendere titulum dicti castri: aut confitetur, & tunc tenetur ostendere titulum, & indicare res feudales, aliâs omnia bona sua præsumuntur feudalia. Ita Iaco. de sancto Geor. ibidè col. 6. vers. nunc quæro de quotidiana quæstione, dominus petit à vassalo. Fallit tamen illa regula aliquibus modis, de quibus per dictum Do. Iaco. Primo quando vassalus successit in locum alterius. Secundo quando vassalus iurat se non habere. Tertio quando à paucis tempore fuit facta inuestitura: quia tunc dominus non est certiorandus. Quarto vltra Do. Iaco. limita quando vassalus possedit feudum longo tempore, quia præsumitur inuestitus. Nam diuturnitas temporis facit præsumi solennitatem extrinsecam. Iaf. in l. sciendum. col. 5. vers. quarto limita. ff. de verbo. oblig. Et in terminis tam de vassalo quam emphiteota, quod isto casu non teneantur exhibere titulum, decidit Iaf. loco præallegato, col. 6. vers. similiter qui diu seu longo tempore. Et nota in practica quod qui vult se fundare super præsumptione causata ex temporis diuturnitate, debet eam allegare, & præstare iuramentum. Ita voluit Fely. vbi aliqua singularia ponit in materia, in c. illud. col. 3. de præsump.

In tex. in verbo, les droitz de directe.

Quæ sint utilitates directi domini declarat consuetudo: Reuocatio rei emptæ, laudimii solutio, & census, addo quartam, quæ frequentatur in partibus Pedemontanis: videlicet successione quando subditus moritur sine liberis & fratre indiuiso: & ista utilitas non debetur, nisi ex priuilegio, ex pacto, vel ex consuetudine: vt tradit Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feud. in titulo. de roydis. col. 4. versiculo, habent etiam dominus terræ, & dixi in præcedentibus.

In tex. in verbo, defendre au tenancier.

Intellige quando possessor confitetur se vassalum vel est in possessione seu quasi soluendi aliquem censum: quia tunc omnia præsumuntur affecta ad censum, nisi edoceat pro qua re soluit. Si autem non appareat de aliquo debito, & possessor negaret se emphiteotam & rem subditam, non posset dominus hoc facere, per ea quæ supra dixi. Et quia intentio domini iustitiarum non est fundata, ex eo quod quis possidet immobilia in sua iurisdictione, vt habetur supra in titulo. 2. des iuges. articulo. 5. incip. le seigneur iusticier. multominus intentio directi domini.

ARTICLE VII.

Aussi peut le seigneur direct venir par action personnelle contre l'acheteur qui tient l'heritage tenu de sa directe pour estre payé des lotz, & arrerages de son temps.

SVMMA. IN GLO. ART. VII.

2 Afferitur consuetudinis expositio.

Directus dominus potest compellere emptorem ad sibi soluendum laudes & arreragia sui temporis, actione personali.

De iure communi actio personalis non datur domino contra singularem successorem, & ideo lex disposuit quod nouus emphiteota petat inuestituram, vt contrahat obligationem personalem erga dominum pro censibus, item & vt satisficiat domino pro laudimio. Ita declarat Do. Iaf. in l. fi. col. 109. in princi. C. de iure emphi. vbi allegat duas glo. sed poterat allegare tex. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. per quem datur regula, quod actiones personales non transeunt contra singularem successorem: sed bene reales declarat Decius consi. 2. col. 1.

ARTICLE VIII.

Si plusieurs heritages sont vendues ensemble pour vn mesme prix, le seigneur direct n'est receu à demander la retenue de l'vn sans l'autre, sinon du consentement de l'acheteur, si le totage des choses vendues est tenu de sa directe.

SVMMA. IN GLO. ART. VIII.

Ratio huius articuli redditur.

Venditis pluribus corporibus eodem pretio, se mouentibus ab eodem domino, dominus non aduocat partem, nisi accedat consensus emptoris.

Ratio est, quia licet sint corpora diuisa, tamen est vnica venditio, & non potest eam scindere, & pro parte acceptare, & pro parte eam infringere, secundum doc. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsit. ff. de libe. lega. & ratio rationis est, quia eadem res non debet diuerso iure censer. l. cum qui ædes. ff. de vsucap.

ARTICLE IX.

Mais si partie des choses vendues est tenue de luy en directe, & partie non, le seigneur direct pourra auoir par retenue ce que sera tenu de luy en directe seigneurie, en rendât pour le retour le fort principal & loyaux coustemés pro rata.

SUMMAR. IN GLOS. ART. IX.

Ratio quoque datur.

- 1 Quando pars uenditorum mouetur ab uno domino, illa sola potest aduocari soluendo partem principalis debiti & consuetarum expensarum.
- 2 Ratio est, quia corpora sunt diuidua, & ius retentionis competit in sola parte, separatorum separata sit ratio. l. in agris. ff. de acqui. rer. domi. l. Papinianus exuli. ff. de mino.

ARTICLE X.

Toutefois si l'acheteur offre la totalité des choses vendues, le seigneur direct sera tenu de les prendre.

SUMMAR. IN GLO. ART. X.

- 2 Ratio quæ hic mouit consuetudines statuentes.
- 1 Eo casu quo emptor totum offert, dominus tenetur totum recipere, nec eo casu admittitur diuisio.
- 2 Ratio potest esse quæ mouit consuetudinos: quia si emptor cogitasset partem tantum dominum directum aduocaturum, fortè non emisset, cum aliquando vna pars vnita cedat commodo & beneficio alterius partis, quæ si non esset vnita, cederet incommodo.

ARTICLE XI.

Et idem du seigneur feodal quant es choses feodales.

SUMMAR. IN GLO. ART. XI.

- 2 Hic statutum in emphyteota locum habet in uassallo.
- 3 Quod an sit de iure uerum, remissiuè.
- 1 Dicta supra in directo domino rei emphyteotica habent locum in domino directo feudi respectu feudali.
- 2 Consuetudo constituit idem ius in re emphyteotica & in re feudali. Quæro, vtrum validum sit argumentum in iure, de vno ad aliud? dic quod in multis differunt: tamen valeret argumentum quando subellet eadem ratio. hanc quæstionem plene examinat Do. Ias. in l. i. col. 11. vers. quinto & ultimo quæro. C. de iure emphyteo. Nota quæ ea quæ dicuntur de aduocatione rei emphyteotica, habent locum in re feudali alienata.

ARTICLE XII.

Gens d'eglise, communautz, colleges, luminiers, cõfreres, & autres semblables, qui au proufit de leurs eglises, communautz ou colleges acquerent ou à eulx aduient par mortaille, dedication, confiscation ou autrement heritages tenuz en directe, peuent estre contrainctz par les seigneurs directz vider leurs mains dedans an & iour de la chose ainsi acquise, à compter du iour du commencement de ce faire.

SUM. IN GLO. ART. XII.

- 2 Principem etiam contra ius statuere posse. & nu. 3. 4.
- 5 Ratio consuetudinis plene traditur.
- 1 Ecclesie, uniuersitates, collegia, confraternitates & his similes, possunt astringi per directos dominos ad alienandum infra annum & diem acquisita, & tempus incipit currere a die præcepti de alienando. In tex. in verbo, gens d'eglise.
- 2 Vtrum valeat consuetudo disponens de personis vel rebus ecclesiasticis, sufficiat quæ aliàs dixi. Quando princeps vult quod aliquid fiat, quod fieri non debet, etiam si non valeat de iure, tamen id à subditis obseruandum est, & excusantur subditi id facientes. decisionem hanc tradit Do. Ias. in l. vbi pactum. col. fi. C. de transac. vbi tractat an sufficiat aliquid fieri de facto, vt aliquis incidat in pœnam facientis, puta si notarius faciat instrumentum falsum, & non apponat substantialia, ita quæ censetur ipsum instrumentum nullum, vtrum possit puniri de falso? Nota perpetuo illam decisionem, quia seruiet tibi in pluribus consuetudinibus & statutis, quæ de iure non possunt sustineri: tamè obseruatur de facto, quia ita princeps vult. Et facit ratio tex. iuncta glo. in l. disputari. C. de cri. sacri. quæ dicit esse crimè sacrilegi disputare de ordinatione principis, quado est facta ex certa scientia: & idem si motu proprio vel de plenitudine potestatis: quia ista à pari procedunt, vt declarant

declarent doc. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. publi. Et dicit Paulus: Obedite ducibus vestris, tanquam à deo missis, etiam discolis. Quæro, quæ est ratio quia ecclesia & similes tenentur alienare? Ista ratio dependet ab ea: Quare de iure communi res feudalis vel emphyteotica non potest legari nec vendi ecclesie? quia inferretur præiudicium directo domino. Nam res diceretur transire in manum mortuam, cum ecclesia & similes nunquam moriantur. Ista fuit opinio Io. Ray. in c. imperialem. §. habito. in titulo. de prohi. feudi. per Fede. & ibi citat Gallos dicentes, quod feuda & emphyteoses non debent in manum mortuam alienari. Et ista est veritas, licet plures teneant eppositum, de quibus plene per Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feud. in verbo, & cum pacto, quod de ipso feudo possint ipsi vassalli testari. col. 2. versiculo, nunc quæro de elegantia quæstione. dico ergo quod licet consuetudo permittat quod ecclesiastici & similes acquirant, tamen non admittit quod retineant: quia dicuntur manumortuæ, & fieret præiudicium directo domino.

ARTICLE XIII.

Et à faulte d'obeir, peuent lesdictz seigneurs directz lesdictz an & iour passez, iouyr desdictz heritages, & faire les fructz leurs, iusques à ce qu'ilz loyent alienez à personne capable.

SUMMAR. IN GLO. ART. XIII.

- 2 An sit hic sententia iudicis necessaria.
- 3 An & quando directus dominus uassallo exhibere debeat. & nu. 4. 5. & 6.
- 7 Multas quæstiones de credulitate remissiuè inserit.
- 8 Qualis debeat esse intimatio ad inducendam notitiam, latè explicat.
- 9 Consuetudinis explicatio.

Recusantibus ecclesiasticis & similibus alienare, anno & die lapsis dominus directus poterit ipsarum rerum possessionem apprehendere & retinere, usquequo sint res ipse alienata, & faciet fructus suos.

In tex. in verbo, iouyr desdictz heritages.

Quia ista verba sonant in factum, videtur quod id dominus directus facere possit sine aliqua declaratione iudicis vel licentia. argumento l. 2. in verbo, repellere. C. de iure emphy. vbi licet directo domino repellere emphyteotam, qui non soluit canonem, propria autoritate. Credo tamen quod tempore quo directus dominus interpellat ecclesiasticos & similes ad alienandum, quod si ipsi ecclesiastici habeant iustam causam ignorantia, quod illæ res sint subiectæ, debet eis fidem facere de titulo directi domini, aliàs non constituerentur tales personæ in mora nec in mala fide. decisio est Bar. in l. i. in fi. princ. ff. de eo per quem fac. erit. vbi dicit quod si prosteris aut destuties mihi quod aliquid dem vel faciam, non teneor tibi credere, nisi reddas me certum instrumentum vel testibus. Bar. refert & sequitur Do. Ias. in l. non solum. §. morte. col. 17. in fi. ff. de ope. no. nun. & ibidem in dicta col. 17. circa medium, dicit idem quod Bar. quod quando denuntio tibi ad effectum interpellationis, sufficit quod legam tibi instrumentum, nec teneor dare copiam. credo quod verum dicat Ias. si non petieris, aliàs te petere fecus esse puto: quia fortè posset esse talis persona quæ non intelligit, vel indiget consilio aduocati: & sola lectura non sufficeret. Et facit ratio Bar. si non teneor tibi credere, nec lecturæ instrumenti, quando non adest habilitas bene intelligendi & percipiendi ea quæ in instrumento continentur. Patet à simili. Nam in iudicio non sufficit editio instrumenti nisi detur copia, vt pars possit consulti deliberare. l. i. §. edenda sunt omnia. ff. de eden. Et qualiter prædicta procedant, vide plene infra vers. & quia materia, &c. Nunc in proposito consuetudinis si in instrumento emptionis narratum fuit quod res mouetur de directo domino & de censu alicuius, tunc procedit de plano dispositio consuetudinis: quia elapso anno & die post interpellationem dominus accipiet possessionem. Ratio est, quia is in quem res fuit translata, eam accipit cum oneribus expressis: sed si nihil fuit dictum ex quo deprehendi possit scientia ementis, erit tempore interpellationis fienda fides de qualitate & subiectione rei vendita: aliàs tempus non curret ignorantia subiectionem rei: cum omnia præsumatur libera, nisi probentur subiecta. glo. in l. si cuius. ff. de usufru. l. altius. C. de seruit. Nec obstat si dicatur dominus directus non tenetur exhibere titulum suum vassallo, sed fecus contra: quia hoc procedit respectu vassalli & eius qui confitetur vel recognouit se vassallum, non autem respectu tertii qui habet iustam causam ignorantia. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. Et ad tollendum hæc difficultates fuit regia constitutione prouisum, quod alienantes expriment census & onera rei alienatæ. Quia materia est frequens, & practica denuntiationis seu intimationis, traditur per tex. in cle. causam. de cle. c. 7 pro declaratione dictæ cle. recurre ad conclusiones Fely. in c. cum contingat. de rescrip. & ibi col. 3. versiculo, prima conclusio. tradit vtrum dicto legalis viri sit credendum: item modos excusandi credulitatem, item quod credulitas etiam fatua excusat à dolo, item in col. 4. in duabus limitationibus tradit quando credulitas non excuset. Et nota illam quado quis tenetur de leui culpa. & dat exemplum in tutore: cui consulti, quod omnia magna faciat cum consilio cõiunctoru pupilli. Item col. 4. vers. secunda conclusio. quado quis dicatur habere notitiam certam & indubitam. Et dum dicit de præsentate actui, bene loquitur: sed dum dicit de eo qui audiuit à fide dignis ita esse pro certo, illa ratio non concludit pro sensum corporeum: iuxta notata per Bar. & doc. in l. ff. si cert. petat. ideo non concludit certam scientiam, ea. col. vers. tertia conclusio. Iterum quærit, quis dicatur proprie habere notitiam: & ista reuincit cum præcedenti, & dicit quod ille proprie dicitur habere notitiam alicuius materiæ, qui cognoscit eius subiectum & quoscunq; effectus, & proprietates ipsius. Et ibi notabiliter dicit: Quam rationem scientia debet reddere testis, qui deponit de fama, de notorio, & de possessione. Item col. 5. versiculo quarta conclusio, tradit regulam quod vbi requiritur notitia alicuius,

non solum vt sciat, sed vt aliquid faciat vel non faciat, debet fieri tali intimatio, etiam si aliunde sciat, per solenne dictum Bar. in l. denuntiaste. in princi. ff. de adult. Et ibi dat exemplum in denuntiatione qua fieri debet venditori, iuxta l. i. C. de pericu. & commo. rei. vendi. Et ibi in effectu concludit quod emptor tenetur denuntiare litem motam, & requirere venditorem quod veniat ad defendendum. Et vltra Fely. vidi practitari in partibus pedemontanis, quod in denuntiatione litem motam emptor exhibebat venditori acta litem disbrigata & expedita: quia venditor non teneretur credere verbali denuntiationi, nisi de actis fieret fides; & istud esse necessarium de iuris rigore dicit idem Fely. d. col. 5. versiculo, sexta conclusio ibi. unde infert, &c. Item ea. col. 5. versiculo, quinta conclu. disputat vtrum contractus qui solo consensu perficiuntur, possint perfici inter absentes: & puto quod eius dicta sint corrupta culpa impressoris, quia male declarat: & videtur contrarietas in substantia: si casus occurrerit, recurre ad allegata per eum, id ego aliis occupatus facere non potui. In ea. col. 5. versiculo, sexta conclusio. tradit regulam, quod quando notitia non potest parti afferre praedictum, sufficit sola scientia absq; intimatione: secus quando est praedictum: quia tunc intimatio fieri debet, secundum formam d. cle. causam. de elect. Ex ipsa conclusione facit illationem Fely. ad duo notabilia dicta. primum tradit Bar. in l. si quis inficiatus. ff. de po. vbi dicit quod si tu prosteris mihi tanquam procurator vel haeres, debes fidem facere de illis qualitatibus, alias ego non constituor in mora. Ista decisio optime confert ad ea quae superius dixi: quod quando directus dominus interpellat ecclesiasticam personam, vel syndicos communitatis, quod vendant bona empti vel aliter ad eos deuoluta: quod debet edocere de suo directo dominio, alias pars non constituitur in mora, nec esset locus dispositioni consuetudinis nostrae. Secundum dictum tradit Bal. in l. si quis fundum. C. de rei vend. vbi dicit, quod denuntiatio facta a domino ne quis emat, bene constituit emptorem in mala fide: quia in re dubia debuit abstinere a contractu: tamen quantum ad inducendam moram, non tenetur ei credere, per d. l. si quis inficiatus. Et secundum Per. de Ancha. quem ibi. Fely. refert, isto casu debet fieri intimatio, edocto de instrumento authentico, & lecto eius tenore: item, supple. & data copia si fuerit petita: quia se fundat super d. clem. causam. quae ista requirit: quam limitat Fely. versiculo, limita 1. quando sola scientia est requisita: quia tunc satis esset probare aliquem habuisse certam & indubitam scientiam. Vide ibi per eum. Item col. 6. vers. septima conclusio, dicit quod quando quis appellat pro aliquo, debet fidem facere de mandato. in ea. col. 6. versiculo, octava & vltima conclusio. tradit Fely. practicum seruandam, quando denuntians debitori debitoris tui ne soluat, debet ei fidem facere de instrumenti debiti, & dimittere copiam si eam petierit: iuxta d. cle. causam. nota singularem limitationem ad dictam cle. vt non procedat quando intimatio fit auctoritate iudicis: quia tunc creditur iudici afferenti se vidisse instrumentum: ita Fely. col. 6. Contra istud dictum videtur facere deci. Bar. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. vbi dicitur quod in exemplatione instrumenti non sufficit iudicis auctoritas, nisi etiam pars citetur: & sicut si plures notarii exemplarent instrumentum & subscriberent, eis non crederetur: ita nec si iudex attestaretur vidisse publicum instrumentum. Pro solutione potest responderi, quod talis assertio iudicis non facit plenam fidem in iudicio contradictorio, sed in actu extrajudiciali ad inducendam notitiam est iudici credendum. bene credo quod si pars intimata eo modo vellet copiam instrumenti posset euocari facere partem, & eam sibi traderet: iuxta tex. in d. cle. causam. vt posset plenius deliberare. Et si pars citata recusaret, non posset dici intimatus in plena scientia, nec constitui in aliqua mora. Nam in dubio debet credere iudici: sed si velit plenius informari, non est id negandum, cum sit data forma a lege seu canone, per quam sit inducenda plena notitia. & concludens ista sunt mea noua dicta: cogita si procedant.

ARTICLE XIII.

Pareillement le pourra faire le seigneur iusticier pour l'interest de ses droitz de confiscation & mortaille, soit la chose allodiale ou tenue a censue, a faulte de ce faire par le seigneur direct.

SVMMA. IN GLO. ART. XIII.

- 2 Meri imperij esse confiscationem.
- 3 Cuius tamen non est extra legem eam inducere.
- 4 In concessione generali puniendi, an comprehendatur confiscatio.
- 5 Quid vero de concessione imperij meri.
- 6 Cuius tamen potestas non egreditur casus, in quibus inre confiscatio permittitur.
- 7 Authent. bona damnatorum in Gallia abrogatum esse.
- 8 Cautela qua quis omnia bona fisco edicta per donationem principis consequitur.
- 9 Quando aliquid sponte fieri dicatur, apposita distinctione declarat.
- 10 Quo casu successionem subditi iustitia dominus uendicare possit. & nu. 11.
- 12 An concessio emphyteosis pro se & heredibus ad extraneos heredes extendatur, uarie lateque disputat, additis multis considerationibus. & nu. sequentibus.

1 Facultas data directo domino eo non utente, competit domino iustituario, quando habet interesse respectu confiscationis vel mortalitatis. In tex. in verbo, de ses droitz de confiscation.

2 Quæro, vtrum confiscatio bonorum pertineat domino inuestito a rege cum mero & mixto imperio? dic quod sic: quia confiscationes dicuntur fructus iurisdictionis. Bar. enim in l. imperium. ff. de iurisdic. om. iudi. dicit quod multæ & pœnæ pecuniariæ sunt meri imperii. sequitur Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feud. in verbo, cum mero & mixto imperio. col. 2. versiculo, sed an pœnæ pecuniariæ. Item quæro, vtrum habens merum imperium pro delicto, pro quo de iure non est statutum, quod bona sint confiscata, possit confiscare,

confiscare, puta quando pœna est arbitraria a principio: Et vtrum possit inhibere subditis, ne aliquid faciât vel committant sub pœna confiscationis? tex. iuncta gl. in l. vnica. C. ne sine iussu princ. cert. iudi. lice. confisc. probat qd sic. D. Iac. in dicto verbo, cum mero & mixto imperio. col. 2. vers. sed an inuestitus taliter se remittit ad Sali. in d. l. vnica. Et ibi Sali. illam legem sumat hoc modo: Iudices merum imperium non habentes, non possunt suo officio præter legem exercendo bona confiscare. A contrario sensu, si habeant merum imperium, possunt. Et si occurrerit casus, pro veritate dictæ quæstionis, vide Ro. consil. 59. Cepol. consil. 17. Alber. Bru. consil. 31. col. 3. Fulgo. consil. 1. Et aduerte circa præmissa ad id quod Deci. dicit consil. 48. col. 4. in 2. vol. quod in generali arbitrio dato iudici puniendi non venit facultas confiscandi: ad dictum tamen consilium posset responderi: quod princeps in generali concessione non præsumitur concessisse facultatem confiscandi, tanquam de maioribus & referuatis. per tex. in d. l. vnica. quæ tamen recipit tres limitationes, in quibus vassalus potest exercere imperialia: de quibus per Fely. in c. quæ in ecclesiarum. col. 10. vers. sed hanc declarationem. & vers. primus est. cum sequentibus. de constit. Secus concedendo merum imperium: quia de natura dicti imperii est, vt inuestitus possit omnimodo animaduertere contra facinorosos. Item cum possit incarcerare, torquere, condemnare, abfoluere, decapitare: vt dicit D. Iaco. de sancto Geor. in d. verbo, cum mero & mixto imperio. multo magis videtur concessum tali inuestito, vt possit confiscare, cum quælibet minima pœna corporalis censeatur maior quacunque pecuniaria. l. in seruor. ff. de pœnis. Et pro ista opinione faciunt dicta Barba. suo consil. 11. col. 8. volu. 1. vbi concludit quod qui potest arbitrari pœnam mortis, potest confiscare bona. Sed clarum est quod ordinarius qui habet merum imperium potest arbitrari pœnam mortis: iuxta glo. §. in summa. inf. de iniur. ergo & confiscare. Communis tamen est conclusio, quod habentes merum imperium habent ius confiscandi, quando confiscatio est a lege inducta principaliter, vel in consequentiâ: secus quæ de confiscatione lex nihil disponit, & iudex vult eam facere præter legem ex officio suo. Ita concludit Sal. in l. vnica. C. ne licet iud. cõsil. Et idem post longam disputationem tenet Chass. in rub. des confiscat. §. 1. fol. 87. vers. idem in ducatu. & sequen. Iterum quæro in proposito confiscationis, vtrum bona dånatorum ad mortem sint confiscanda? tex. in authen. bona dånatorum. C. de bo. dam. dicit quod non, nisi in crimine læsæ maiestatis: supple. & diuinæ. per c. cum secundum. de hære. lib. 6. sed conseruantur descendentibus & ascendentibus in infinitum transuersalibus vsque ad tertium gradum, intellige exclusiue, secundum Gandi. in tracta. malefici. in titu. de bonis malefactorum. in princip. Et si iudex ferat sententiam confiscationis contra d. 6. authen. est nulla, nec indiget prouocatione. Ita Deci. dicto consil. 48. in 2. volu. Alibi tamẽ Deci. consil. 30. col. 3. in 2. vol. dicit quod hoc authen. tantum habet locum in casibus in quibus de iure antiquo fiebat confiscatio: quia illa iura sunt correctæ: secus est quando fit per sententiam iudicis. & sic videtur velle illam opinionem, quod habens merum imperium possit ex officio præter legem confiscare. Ego dum in senatu Thaurinensi pro consiliario residerem, semper tenui hanc opinionem, sed pars maior senatus fuit in contraria sententia: & sic quod inuestitus possit capere confiscationes a lege emissas, & non ex officio confiscare. Sed bene annotare bona, iuxta titulum ff. & C. de requi. reis. Est tamen communis vsus in Gallia, quod qui perdit corpus, perdit & bona. Et sic authen. bona damnatorum. exulauit tam virtute regie constitutionis, quam consuetudinis: de qua in titulo, des iniures. c. 29. art. 2. In materia confiscationum ad vnum te volo aduerte- 8 re quando impetras aliquam confiscationem a regia maiestate, quoniam tex. in l. nec damnosa fisco. C. de preci. impe. offe. & etiam ex regia constitutione sub fo. 25. art. 8. expresse cauetur, ne receptores admittant concessiones & donationes bonorum immobilium confiscatorum & mobilium vltra dimidiam, facias qd in donatione dicatur motu proprio, & non obstantibus legibus aut constitutionibus in contrarium editis, vel promulgatis. quia simplex donatio vel concessio facta ad instantiam impetrantis non sufficeret: per ea quæ notantur in l. si. C. si contra ius vel vt. pub. & in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Et concessiones quæ fiunt a principe frequenter precibus impetrantis, præsumuntur factæ calore iracundiæ, & ad euitandum molestias: ideo non valent. Singulare est dictum Bal. in l. i. C. de peti. bo. sub lib. 10. Et idem est in donationibus quas faciunt mariti vxoribus ad earum frequentem petitionem, secundum Bal. vbi supra. quæ refert & sequitur D. Iac. in l. 1. §. si vir. ff. de acqui. poss. secundum vnam impressionem. Nam illud non dicitur sponte fieri, quod fit ad partis petitionem, secundum Pet. de Ancha. in clem. præsent. in 5. notabili. de censi. quem refert Deci. in l. qui cum alio contrahit. ff. de regul. iur. tamen se remittit ad dicta per eum in l. 2. C. de pact. Quando aliquid dicatur sponte fieri? vult Petrus de Ancha. quod sola petitio arguat actum non spontaneum, licet ab alio tactum non reperiam, videtur mihi sic dicendum: Aliquando aliquid prohibetur ratione dignitatis, & reuerentiæ debitæ ipsi dignitati: vt in exemplo superius posito de principe infestato: & tunc credo quod sola petitio non argueret importunitatem impetrantis, sed bene reiteratæ petitiones. Aliquando lex prohibet ne aliquid fiat ne sequatur aliquod inconueniens: vt in donatione inter coniuges, ne mutuo amore se spolient: iuxta tex. in l. 1. ff. de dona. inter vi. & vxo. Et tunc petens donationem sibi fieri videtur coniugem per fastidium inducere ad donandum, maximè quando petitiones sunt frequentatæ. & ita procedit decisio D. Iac. supra. Aliquando lex prohibet aliquid fieri sub pœna, vt in casu cle. præsent. de censi. vbi clerici pro eorum propriis bonis vel ecclesiæ, in quibus non cadit negotiatio, non tenentur soluere pedagia. Ideo si a laicis pedagogatoribus petantur, & clerici soluant, non dicuntur sponte soluere: & habet locum dicta cle. Aliquando aliquid soluitur sine petitione, tamen soluens sciebat se posse compelli vigore statuti: & tunc non dicitur sponte soluere. Aliquando petitio procedit ab eo qui solutus est extorquere, & tunc non dicitur sponte soluere. Prædicta colligo ex dictis per Fel. in c. cum M. Ferrariensis. col. 9. vers. an autem liceat. & col. 10. de constit. vbi tractat quando aliquid dicatur sponte fieri.

In tex. in verb. & mortaille.

Consuetudo præsupponit quod directus dominus aliquando succedat in rebus emphyteoticis, & etiam in iustitarius in bonis subditorum. Quæro quando dominus iustitarius possit habere successionem in bonis

nis subditorum? quia quando in rebus emphiteoticis dixi supra, art. 6. nu. 9. Bal. in l. 1. C. de hære. decu. vult quod eam habeat si subditus decedat sine hærede legitimo. D. Iac. de sancto Georg. in lib. feud. in verbo, cū mero & mixto imperio. col. 4. versi. sed an iste nobilis, quoniam habet merum imperium. dicit dictum Bal. temperandum, vt tantum locum habeat quando subditus non fuit testatus, & decessit non superstitibus agnatis & cognatis ac vxore, & sic præsupponit quod fiscus admittatur vltimo loco: & credo dicat veritatē.

- 12 Moueo nunc quæstionem, quæ est frequens in partibus Pedemontanis: & fortè non reperietur alibi adeo clarè enucleata. Subditus recognoscit se tenere aliquam rem ad vsum tertii venditionis successione & aconzamenti: iste subditus fuerat inuestitus pro se & hæredibus suis, prout fit communiter in inuestituris, decessit intestatus superstitibus aliquo qui non erat de descendentibus: quæritur, vtrum appellatione hæredis, de quo in inuestitura, veniant hæredes extranei & transfuersales? Si sermo noster esset in materia feudali, clarum est quod appellatione hæredum veniunt tantum descendentes: quia verbum hæres positum in materia feudali, verificatur in filio masculo. c. similiter. §. profecto. in tit. de lege Contra. Et sic sine inuestitura dicat pro se & filiis, siue pro se & hæredibus, est idem: quia semper veniunt descendentes, tamen ordine successiuo. Nam si diceremus extraneos venire ad feudum per viam successione, nunquam reuenteretur ad dominum. Ita declarat D. Iac. in d. tract. feud. in verbo, præsentis & recipientes pro se & eorum filiis. col. 2. in princip. allego tex. vltra eum qui hoc probat: & ibi gl. declarat in l. ex facto. §. si. ff. ad Trebel. vbi si iussero filio meo quod si decesserit sine hæredibus, restituat Titio hæreditatem, illud verbum, hæres, tantum verificatur in liberis: quia aliàs nunquam deberetur fideicommissum: cum nemo decedat sine hærede. Nam si non reperiretur alius, fiscus succedit. Ista eadem ratio re vera videtur militare in emphiteosi, & ideo gl. in d. §. si. idem tenet in precario, quod in feudo: & loquendo de precario idem intelligit de emphiteosi. dictam gl. refert & sequitur Iac. in l. Gallus. §. quidam rectè. col. 6. versi. amplia istam. doct. Bar. & col. 7. versi. secunda conclusio est. Ibi tamen in d. versi. amplia, & c. infideliter allegat Paul. de Cast. in d. §. si. quia dicit eum ibi tenere gl. & eam reprobat in emphiteota priuati. eam etiam ibidem improbat Alex. Et pro veritate communis est opinio, quod emphiteosis priuati transit ad hæredes extraneos. Ita Dec. in c. in præsentia. col. 21. in fi. versi. & hoc patet in emphiteosi concessa à priuato. de proba. & ibi responderet ad dictam legem, ex facto. §. si. q. res emphiteotica potest reuerti ad dominum aliis modis, quàm ex successione, puta non soluendo canonem, vel alienando sine consensu domini: & sic dominium directum non est omnino inutile. Et in col. 18. versic. circa primã. subordinando facit regulam quod appellatione hæredum veniunt extranei. Limitat non procedere in feudo. Ibi prædicta conclusio limitatur, etiam si dicatur in inuestitura, pro se & hæredibus quibuscunque. Secundo limitat ibi, secundo, & c. quando aliqua coniectura esset vt verbum, hæres, de extraneis non intelligeretur, per dictam legem, ex facto. §. si. ff. ad Trebel. Tertio limitat, ibi, tertio fallit, quando inuestitura diceret, pro se & hæredibus masculis: quia intelligeretur de descendentibus. Quarto, ibi, stat ergo conclusio. col. 19. in fi. limitat in emphiteosi ecclesiæ, quæ secundum cõmunem opinionem ad hæredes extraneos non transit. Ista limitat non procedere quando ex iusta causa ecclesia posset alienare: quia sicut eò casu posset alienare emphiteosim in extraneum, ita eodem modo posset concedere in emphiteosim, vt transfret ad hæredes extraneos. Ita Dec. ibi, col. 21. versi. retenta igitur conclusione. Nunc redeundo ad solutionem principalis quæstionis supra formatæ, quando dominus directus concedit rem ad vsum tertii venditionis & successione, vt communiter fit in patria Pedemontana: videtur concludendum ne illud verbum, successione, sit superfluum, & sine effectu operandi, quod verbum, hæres, tantum verificatur in descendentibus: & satis potest coniecturari quod mens contrahentium fuit excludere hæredes extraneos. Et sic habet locum limitatio Decii supra, col. 19. versi. secunda conclusio prædicta, & c. Et pro ista conclusione optimè conferunt quæ Ang. tradit consil. 305. & istam conclusionem puto verissimam, licet subditi Cermosè contradicant. istam etiam opinionem comprobant vsus locorum vicinorum, vbi sunt subditi taliter inuestiti, & ille est attendendus. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iuris. & faciunt dicta Decii in l. in obscuris. ff. de regu. iuris.

ARTICLE XV.

Le lignager est preferé au seigneur direct, quant à la retenue de la chose vendue: toutefois quand le seigneur achete la chose mouuant de son cens sans fraude (ce qu'il sera tenu affermer par serment) le lignager ne la peult retraire.

SVM. IN GLO. ART. XV.

- 2 Quare hic dominus directus præfertur consanguineo.
- 1 Proximior præfertur directo domino in re aduocanda, nisi dominus uelit rem emere & sine fraude agat, quæ iuramento affirmabit.
- 2 Quæro de ratione quare directus dominus præfertur coniuncto sanguine, si velit emere? ratio est, quia directus dominus præfertur cæteris. l. 2. C. de iur. emph. Ista autem probatio, quæ datur proximiori, est inducta à consuetudine: & natura consuetudinis est, quod minus deroget iuri communi, quàm fieri possit. c. cum dilectus. de consuetud. Et sic proximior non admittitur domino directo volente emere, qui dicitur habere potiora iura.

ARTICLE XVI.

Le seigneur vtil peult gupir & quitter l'heritage mouuant d'autrui cens, en payant preallablement les arrerages deuz à cause dudict heritage de tout le temps passé

passé iusques à ladicte gulpine: & en baillant acte d'icelle gulpine à ses despens au seigneur direct, & laissant la chose quitte en bon estat, & non autrement.

SVM. IN GLO. ART. XVI.

- 2 Iure commune procedat hic articulus.
- 3 Quid uero in uassallo constitutum sit, latè differit.
- 4 In cessione emphiteosis tria concurrere debere: & obiter in gratia apostolica scripturam desideret, ostendit.
- 5 An emphiteota hic emphiteosim in aliam formam mutatam, non tamen deterioratam cedere possit: & obiter an meliorationes possit tollere. & nu. 6.
- 7 An uassalus emphiteota, cæterique utiles domini in casu deteriorationis expelli possint.
- 8 Et an dominus id propria autoritate facere possit, copiose differitur. & nu. 9. & 10.

Dominus utilis soluendo arreragia potest emphiteosi renuntiare, eam remittendo domino in bono statu, & de refutatione ac remissione tradendo domino directo instrumentum.

Vult hæc consuetudo quod utilis dominus possit renuntiare emphiteosi: vtrum istud procedat de iure communi? D. Iac. in l. 2. col. 31. C. de iure emph. post cæteros per eum allegatos concludit, quod emphiteota inuito domino non potest emphiteosi renuntiare. Ibi etiam quærit quid in uassallo, vtrum possit feudum refutare inuito domino? & remissiuè loquitur. D. Iac. de sancto Georg. in libro feud. in verb. & vnus ex dictis uassalis refutauit feudum. facit regulam in feudo quod sic. & eam limitat certis modis. de emphiteosi ibi nihil dicit. Fely. in c. quæ in ecclesiarum. col. 24. versi. in ea gl. de consti. mouit quæstionem de uassallo. & concludit affirmatiuè, & limitat certis modis quos etiam posuit D. Iac. in loco præallegato, & idem Fel. col. 25. versi. ex his inferitur. in emphiteota concludit quod non potest renuntiare: ea ratione, quia tenetur ex promissione ad certum censum, & ideo ab eo non potest se eximere renutiando emphiteosi: quia contractus à principio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis. l. sicut. C. de actio. & oblig. Et idem dicit in feudo quando debetur certum seruitium ex promissione uassali: secus quando interuenit simplex inuestitura feudi: quia eo casu licet seruitium debeat ex natura feudi, & vi consuetudinis: tamen non debetur ex specifica promissione hominis. Et sic in effectu facit differentiam rectè cõsideranti inter promissionem generalem, quæ facit uassalus de faciundo ea quæ in veteri & noua fidelitatis forma continentur: quia eo casu prouisio intelligitur facta secundum naturam feudi: & quandiu uassalus feudum tenuerit, & promissionem specialem de præstando certum seruitium. Ita vult in effectu Fely. licet non ita clarè explicet. Et tam de uassallo, quàm emphiteota tradit notabilem distinctionem Bar. in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. vtrū sit obligatus actione personali vel reali. Bar. sequitur Card. Alex. in proce. feudo. Aduerte quod in casu in quo uassalus renuntiat feudo, adhuc tenetur exhibere domino reuerentiam ob memoriam pristini domini. Nam memoria & reliquæ pristinæ qualitates etiam abolitæ, intellige sine culpa, multum operantur: vt per exempla declarat Fel. in c. quæ in ecclesiarum. col. 25. versi. fallit quinto. de consti. & ibi, col. 26. in princip. tradit de abbate deposito sine culpa, qui obtinet primum locum in choro post abbatem, in memoriam pristinæ dignitatis.

In text. in verb. en payant preallablement.

Nota tria requisita, in quibus requiritur concursus, quod emphiteota soluat census præteritos, quod de renuntiatione reddat expensis suis domino instrumentum fidem faciens, & quod non remittat rem deterioratam.

In text. in verb. acte d'icelle.

Iste est vnus de casibus qui exigunt scripturam. Sunt & alii plures casus, & vigintiocto enumerat gl. in ca. 1. §. super. versi. in scriptis. de cens. lib. 6. & in specie in emphiteosi, quod requiratur scriptura, attestatur cõmunem D. Iac. in l. 1. col. 14. versi. in fi. gl. C. de iur. emph. Et vtrum scriptura sit de substantia scripturæ apostolicæ, tradit Fely. in rub. extra de consti. col. 3. versi. & possunt ista. Et ibi concludit quod statim prolato simpliciter verbo à Papa, dicitur gratia facta ante consecutionem literarum: sed non potest probari, nisi per literas. & sic non requiritur scriptura ad validitatem gratiæ, sed ad eius probationem. Et ibi infert quod si Papa moreretur ante consecutas literas, gratia non expiraret: sed literæ successoris deberent facere mentionem de dispositione prædecessoris. Ista conclusio, quod scriptura non sit de substantia actus, sed de necessitate probationis tantum, reprobatur dominus Iac. in d. l. 1. col. 15. versic. ista sententia non placet. tamen vt ibi apparet, potest esse bona, quando agitur de probando contractum cuius instrumentum est perditum. Et dum dixi supra quod gratia probari debet per scripturam, aduerte quod secundum ius cõmune posset probari per supplicationem debite signatam, cum habeat necessarium fundamentum: tamen secundum regulam cancellariæ, ante consecutas literas nulla gratia prodest: vt testatur Fel. in d. rubric. extra, de consti. col. 3. in fi. versi. & dicunt domini de Rota. & id statutum fuit ex ratione per eum allegata. Et tacitè colligi potest, quia carius venditur plumbum, quàm pergamentum. Nota tamen diligenter dictum Fely. in dicta rub. col. 4. versi. secundum casus. vbi tenet quod qui utitur gratia, literis non expeditis, est tutus in conscientia. Et vtrum acta iudicii exigant scripturam, & quid in contractibus, plenè alibi dixi: ideo non repeto.

In text. in verb. en bon estat.

Quid si eam remittat in meliori statu, mutata tamen forma rei, puta quia erat sylua. nunc est vinea? Ista quæstio dependet ab illa: Vtrum emphiteota possit mutare formam rei, puta si sylua sit facere vineam? Ista quæstionem mouet D. Iac. in l. 1. col. 24. C. de iur. emph. & post cæteros concludit quod non. Quia emphiteota æquiparatur usufructuario, qui etiam meliorando non potest rei formam immutare. l. usufructuario nouum. ff. de usufruct. Bene dicit post Bal. quod in area inuito domino posset ædificium facere: quia de-

structo edificio, si res reuerteretur ad dominum, de facili area restitueretur in pristinam formam. Et ideo concludendo in principali quaestione, dico sic: si emphiteota mutauit formam rei etiam meliorando, domino inuito, non poterit emphiteosi renuntiare. Sed si id fecit domino sciente & patiente, quia dominus non contradixit, eius patientia, cum posset prohibere, habetur pro consensu. l. qui patitur. ff. manda. & isto casu poterit renuntiare: quia dimittit in bono statu, & meliori quam acceperit. Et dum requiritur quod emphiteota remittat rem domino in bono statu, quaero de quaestione, de qua consultus fui decimanona Iunii. 1547. quidam emphiteota construxerat vnam domunculam in agro vno emphiteotico, & cursu temporis destruxerat domo, ligna & alia cementa in alium locum transtulit, vbi domum aedificauit: directus dominus petiit eodem demnari emphiteotam ad reficiendam domum destruxerat, cum damnis, expensis & interesse. Emphiteota pro defensione dixit, quod tempore concessae emphiteosis illa domus non erat in rerum natura, & quod ab eius patre fuerat aedificata, item quod aliam construxerat ex illis cementis in agro emphiteotico eiusdem directi domini, & quod ideo erat absolueudus. Per iudicem fuit pronuntiatum in fauorem directi domini: & ab emphiteota appellatum. Consultui bene appellatum: quia emphiteota melioramenta quae fecit, tollere potest secundum Bal. in l. sed & si quid. in princip. ff. de usufruct. quem sequitur dominus Ias. in l. 2. col. 32. vers. an autem emphiteota. C. de iure emphi. Et ibi limitat dictum Bal. non procedere duobus concurrentibus: si dominus prohibuerit destructionem, & aestimationem soluere velit: quia eo casu impedit destructionem melioramentorum, & non aliter. Et in casu nostro non interuenerat prohibitio, & minus obligatio aestimationis. Et si dicatur dominus ignorauit destructionem, nihil obstat: quia emphiteota usus est iure suo, & nemini iniuriam facit qui vitur iure suo: vt habetur in regula iuris. Item emphiteota quando facit deteriorationem in re emphiteotica, aut vassalus in re feudali, aut conductor in re conducta, item & usufructuarius in re in qua habet usufructum, an possit expelli? quod sic, vide plene D. Ias. in auth. qui rem. col. 2. vers. secundo nota. Et ibi quando dominus male tractat subditos suos. C. de sacrosanc. eccles. Et vtrum talis expulsio possit fieri propria autoritate: ad maiorem declarationem praemitto aliam quaestionem: vtrum hi, de quibus praedixi, si non soluant canonem vel censum infra tempus a lege vel pacto praefixum, possint propria autoritate expelli? Ias. in l. 2. col. 53. ibi in eadem gl. canonis. & c. C. de iure emph. concludit quod sic, & in ea. col. vers. quarto & vltimo, & c. Idem dicit in colono & conductore. Idem ad literam tenet Paul. de Cast. in l. colonus. ibi, fundo deiectum. ff. loca. Bar. in l. 4. in 5. q. princ. C. de pign. tex. id probat in l. conductores. C. loca. Tamen de l. cum domini horreorum. ff. loca. videtur posse argui contrarium hoc modo inducendo. Nam ibi absenti cessanti soluere biennio possessio non aufertur propria autoritate, sed auctoritate iudicis, qui referuat absenti exceptiones suas data praesentia. Si ergo non potest auferrī propria auctoritate absenti, multo minus praesenti, qui est paratus de iuribus suis edocere, sequendo comunem, quod emphiteota, colonus, & conductor cessantes soluere per tempus statutum, possint propria autoritate expelli. Nunquid idem dici poterit in emphiteota, colono, & conductore deteriorantibus rem emphiteoticam vel conductam? reperio D. Ias. in d. l. 2. col. 52. vers. 43. & vltimo. C. de iure emph. mouentem quaestionem, & concludit quod sic: quia est eade ratio & maior in deteriorante, & sic in faciente, quam in non solvente, qui tantum peccat in omittendo. tamen iudicio meo est ratio diuersa inter non soluentem & inter deteriorantem. Nam si emphiteota vel conductor expellatur a domino propria autoritate, eo quod non soluerit, habet dominus intentionem fundatam: quia non praesumitur facta ab emphiteota vel conductore solutio, cum facta in dubio non praesumantur. l. si emancipati. C. de colla. vbi D. Ias. dicit illum tex. ad hoc optimum. Sed secus est in deteriorante, per eandem rationem: quia nemo praesumitur male versari in re conducta. arg. l. merito. ff. pro socio. Et ideo cum deterioratio non praesumatur, imo totum oppositum, non potest dominus qui se fundat super qualitate deteriorationis propria autoritate expellere: sed debet id facere iudicis auctoritate, probata qualitate. Cum regula sit, quod quotiens qualitas tribuit ius alicui, vt in casu nostro expellendi, illa est ante omnia probanda. Ias. in l. non solum. §. sciendum. col. 2. ff. de ope. noui. nun. Dec. consil. 18. in 1. vol. Fel. in c. quoniam contra. col. 2. de proba. Et alia est regula, quod vbi exigitur probatio, illa est fienda iudici. l. quinquaginta. ff. de proba. Ergo sequitur quod ex quo qualitas deteriorationis tribuit ius expellendi, & talis qualitas est iudici probanda, quod expulsio propria autoritate ratione deteriorationis, fieri non potest. Et istam opinionem credo veram, quicquid tenuerit D. Ias. in loco praediegato in emphiteota vel usufructuario, qui naturaliter possident: forte secus esset in colono & conductore, qui tantum habent deteriorationem: tamen si spolientur, interdictum possessorium non habent, & minus petitorium: Et si petant se restitui in pristinum statum ad mentem c. querelam. de elect. dominus excipiet de deterioratione, & illa exceptio repellat agentem, per vulgatam regulam, dolo petis quod restitutus es. de qua plene per Dec. in l. in condemnatione. §. dolo facit qui petit quod restitutus est. ff. de reg. iur.

ARTICLE XVII.

Et si ledit seigneur direct est appelle en iugement contradictoire, pour veoir faire ladicte gulpine, l' il ne compare & il est adiourne en personne ou domicile, la gulpine se peut faire en vertu du premier default.

SVM. IN GLO. ART. XVII.

2 Explicatio consuetudinis.

1 Directus dominus citatus coram iudice ad videndum fieri gulpinam, hoc est renuntiationem emphiteosis, si non comparcat, poterit actus fieri, & sufficit solus defectus. In tex. in verb. ou domicile.

2 Intellige facta diligentia de reperiendo personaliter, per ea quae tradit Bartolus, in l. damni infecti. ff. de damn.

damn. infect. & dixi supra, in titulo 1. des adiournemens. artic. 1.

ARTICLE XVIII.

Aussi ledit seigneur vtil peult gulpir le dict heritage au seigneur direct hors iugement, en la personne d'iceluy seigneur direct.

SVM. IN GLO. ART. XVIII.

2 Duobus modis emphiteosis renuntiationem fieri posse.

Culpina seu renuntiatio potest fieri extrajudicialiter in praesentia domini directi.

Et sic habes quod potest fieri iudicialiter & extrajudicialiter duobus modis, altero modo in domini praesentia, & altero eo absente, sed coram notario & testibus, & postea tradatur instrumentum directo domino.

ARTICLE XIX.

Si le seigneur direct, son receueur ou commis a receu particulièrement son cens d'aucuns particuliers tenanciers des heritages mouuans de sa censue, à vn seul & mesme cens, pourtant n'est sondict cens diuise, sinon qu'autrement il ait expressement accordé la diuision de sondict cens.

SVM. IN GLO. A. T. XIX.

Ius commune huic non esse contrarium. Disputat quoque utilissimè an in pluribus emphiteosis, uno non solvente, tota res mandat in commissum.

Si directus dominus acceperit à particularibus emphiteosis particulares solutiones, quae debentur ratione unius census, & ex eo non intelligitur sensisse diuisioni, nisi super ipsa diuisione fuerit expresse concordatum.

Ista consuetudo concordat cum dispositione iuris communis, quod probat: Si ex pluribus fratribus emphiteosis vnus solus cessauerit soluere canonem seu censum, res tota incidit in commissum. gl. in l. communi diuidendo. in princip. in gl. magna, in verbo, confundetur. ff. communi diuid. quam refert & sequitur D. Ias. in l. 2. col. 40. C. de iure emph. Si ergo diceremus quod ex receptioe particularis solutionis induceretur diuisioni, pars tantum non soluentium caderet in commissum. Decisio tamen domini Iasonis videtur dubia, dum vult quod si ex pluribus emphiteosis vnus cessauerit à solutione, tota res sit commissum. nam videtur confundi per ea quae dicit idem Ias. in l. fi. col. 133. vers. quae ratio cessat, & c. & pleniùs col. 134. vers. nam ista ratio videtur stringere, & c. C. de iure emph. In quibus locis vult quod ex pluribus emphiteosis qui ortum habuerunt ab eodem patre, quilibet sit obligatus ad canonem tantum pro sua rata. Nam mortuo patre actiones actiuae & passiuae diuiduntur à lege. l. pro haereditariis. C. de haere. actio. & maxime hoc procedit in casu nostro, vbi ista obligatio soluendi est diuidua: & sic cum quilibet haeredum sit dominus partis fundi sibi pertinentis, & pro illa tantum parte sit obligatus, videtur quod portio eius tantum qui non soluit, incidat in commissum. Nec obstat quod dicit D. Ias. in d. col. 133. quod sicut emphiteota primus erat in solidum obligatus, quod ex facto haeredum non potest conditio obligationis immutari, quia non immutatur. Nam omnes filii emphiteotae representant patrem, & in diuiduis quilibet pro rata, vt patet in d. l. pro haereditariis. Et ex his puto limitandam decisionem D. Ias. vt procedat in pluribus emphiteosis indiuisis, puta qui eandem rem emphiteoticam coniunctim acceperunt. Nam tunc cessatio partis afficit totam rem: sed data diuisione, quia quilibet est dominus partis suae, & quilibet pro sua rata tantum tenetur soluere, & cessatio solutionis tantum respicit vnā partem diuisam & culpam vtilis domini illius partis: certè non video quod eo casu vno cessante, tota res cadat in commissum.

ARTICLE XX.

Le droit de retenue ou prelation de chose feodale ou censuiere est cessible par le seigneur feodal ou direct: combien que autremet soit en retraict lignager, ou len ne peult retraire si n'est pour soy, & non pour autre.

SVM. IN GLO. ART. XX.

2 Rationem consuetudinis affert, aliquot etiam casus, in quibus an cessio ualeat, dubitatur, & nu. 3.

4 Ius retentionis per sanguineum, uel consuetudine tantum introductum esse, & nu. 5.

6 An uero iure communi prelatio domino directo competens cedi possit, abundè & utiliter disputat.

Ius retractionis aut prelationis in re feudali uel emphiteotica à directo domino cedi potest: sed non à proximio, in quo tale ius personam non egreditur.

In tex. in verb. est cessibile.

Ratio est, quia transmitti potest, & regula est quod quae sunt transmissibilia, sunt cessibilia. l. ex pluribus. ff. de admi. tut. Bar. in l. mulier. §. ex affe. ff. de iure dot. Vtrum ista regula sit vera? D. Ias. in l. 1. §. fi. col. 3. vers. tu aduerte. ff. de oper. no. nun. concludit, quod negatiue tantum: argumentum procedit hoc modo, quod non est transmissibile, non est cessibile, sed non econtra. Et in materia quando ius ingrediendi in fundum alterius propria autoritate, item ius expellendi incontinenti, item in iure vendicandi propria autoritate, vtrum cedi possint: Et an liceat mihi conuocare coniunctos & amicos ad me vindicandum: item quid de fa-

Cultate quam habet proximior redimendi rem alienatam, quod illa non possit cedi, vide Paul. de Castr. vbi limitat consil. 1. in 2. vol. & de omnibus praedictis vide Ias. in d. §. si. col. 2. vers. secundo noto ex isto text. & de ista redemptione proximioris, col. 3. vers. item circa istam materiam, & c. ff. de oper. no. nun. Et nota quod talis redemptio non competit de iure, sed tantum ex forma statuti vel consuetudinis, iuxta c. constitutus. de in. reg. resti. & ita sentit D. Ias. ibi, & sic in hoc consuetudo concordat cum iure communi in quantum loquitur de proximior quod cedere non possit. Et D. Ias. ibidem allegando Paul. de Castr. dicit quod in d. consil. per eum corrupte allegato culpa impressoris: quia est consilium primum in 2. vol. quod Paul. loquitur etiam ibi de pacto de retrouendendo, vtrum ab eo qui habet ius redimendi cedi possit, & concludit quod sic. ego addo Barba. consil. 51. col. 17. in 1. vol. Circa materiam huius consuetudinis, quae vult quod ius praelationis competens directo domino, de quo in l. si. C. de iure emph. cedi possit: non parua resultat difficultas, vtrum idem sit de iure communi. primo videtur dicendum quod sic: quia iura extrajudicialia cedi possunt: vt per regulam & exempla declarat D. Ias. in l. 1. §. si. col. 2. vers. secundo nota ex isto text. ff. de ope. no. nun. Et facit regula, de qua per Bar. in l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dot. & per eundem in l. si minoris. col. 2. vers. sed tunc in statu. ff. de auth. tut. vbi dicit quod quae sunt transmissibilia, sunt cessibilia. Et licet D. Ias. in d. §. si. col. 3. vers. tu aduerte. dicat istud fundamentum non esse verum, quia regula procedit negatiue, videlicet, quod non est transmissibile non est cessibile, & non e contra: vt probat, dando tres instantias: tamen sustinendo Bart. dico, quod argumentum est bonum, quando a communiter accidentibus concludit. gl. in l. neque naturales. C. de proba. vbi Bal. sed a communiter accidentibus transmissibilia sunt cessibilia. ergo, & c. Item pro ista opinione facit decisio Paul. de Castr. consil. 1. in 2. vol. vbi tenet in fi. quod proximior qui habet ius retractandi rem alienatam, potest illud ius cedere, quando nulli alii sunt proximi vel consortes, quibus tale ius competit. tamen ego dubito de illa decisione: quia Cy. Bal. & Ang. in l. ad officium. C. communi diui. tenent simpliciter quod tale ius cedi non possit: eos citat & sequitur D. Ias. in d. §. si. col. 3. vers. item circa istam materiam. & faciunt ea quae dicam concludendo in hoc difficili dubio. Accedat pro ista opinione quod ius praelationis cedi possit quod dicit Bar. in d. l. si minoris. col. 2. vers. ex quo nota. vbi notat quod licet restitutio in integrum sit ius competens minori, tamen illud cedi potest. Ad hoc videtur posse responderi: Minor eo ipso quod laesus est, habet ius petendi restitutionem in integrum, iam ex ipsa laesione causatum: & sic istud ius cedere potest, sicut in spe iuris quaerendi quis donare potest. l. spe. C. de don. Sed ius praelationis non acquiritur directo domino, nisi rem alienatam habere voluerit, vt bene probat tex. in d. l. si. C. de iure emph. Si ergo eam alteri cedat, non dicitur eam velle habere: & sic non habet locum dispositio fauorabilis. d. l. si. Et ista ratione iuncta sequenti arbitror quod tale ius cedi non possit. Nam tex. in l. si. vult quod emphiteota possit vendere cui voluerit, nisi sit de personis prohibitis: & si esset in facultate domini cedendi ius suum alteri, electio quae est apud venditorem redderetur illusoria: considerata igitur d. l. si. quod directus dominus praeferreretur, si rem pro se habere vellet, non vt alteri inuito venditore gratificaretur. Et ista ratio ab aliis intacta concludit quod tale beneficium praelationis dicatur personalissimum: & sic personam domini egredi non possit: iuxta legem, quia tale. ff. sol. mar. Et pro ista opinione, quae mihi videtur vera, facit, quia ius praelationis est datum directo domino, quae ratio domini cessat in tertio habente causam ab ipso, sicut & ius retractionis est datum sub qualitate proximitatis. Ideo cedi non potest non habenti illam qualitatem. Post haec scripta reperi D. Guyd. Papae. sua quaest. 411. fol. 167. qui idem tenet, licet non adeo ample declarat: Si dominus vellet alteri gratificari, posset rem emere, & alteri vendere, aut ius domini directum in alium transferre, & transiret ius praelationis si esset in tempore permissio. iuxta ea quae D. Ias. dicit de usufructuario in d. §. si. col. 2. vers. secundo noto. Ab his tamen cautelis viris bonis est abstinendum, ne dum gratificantur viro mortali, deo aeterno displiceatur: & diceretur committi fraus, si ex proposito vt iusto emptori res auferretur directus dominus, altera ipsarum cautelarum vteretur.

ARTICLE XXI.

Celuy qui a recongneu tenir aucun heritage en censue, & promis payer ledict cens tant qu'il sera tenancier dudict heritage, est tenu payer ledict cens, pole qu'il y dise n'en estre tenancier, iusques il nomme le nouveau tenancier dudict heritage.

SVM. IN GLO. ART. XXI.

- 2 Ratio redditur.
- 3 An & quando dominus pretentus nunc dominus praesumatur: & quid in hac praesumptionis specie, remissuè. & nu. 4. 5. & 6.
- 7 Quando recognitio simplex recognoscenti praedictet, multis aptisque distinctionibus explicat. & nu. 8. 9. & 10.
- 11 Qualis hic nominatio esse debeat pulchre ostendit. & nu. 12. 13. & 14.
- 15 Continuatio ad proximum titulum.

1 Qui recognouit rem in censum, & soluere promisit, non excusatur a solutione, si asserat se non tenere, donec nouum emphiteotam nominauerit.

2 Ista consuetudo potest habere duplicem rationem. Prima, quia qui olim possedit, hodie praesumitur possidere: tamen quia gl. in l. siue possidetis. distinguit hoc verum, quando agitur de commodo possessoris: secus si agatur de incommodo, vt hic: de qua quaestione plene dixi supra, in tit. des prescriptions. art. 2. ideo melior est secunda ratio, quia qui olim confessus fuit se vtilem dominum, praesumitur adhuc dominus vtilis.

Et vtrum

Et vtrum ille qui probauit dominium de praeterito, hodie praesumatur dominus: Felynus dicit quod materia est utilis & subtilis in c. scribendam. colum. fina. de praesumpt. & ibi concludit quod sic, quando quis probat de dominio de praeterito per veras probationes. si autem tantum probet per confessionem partis, tunc inclinat quod non sequatur praesumptio: quia confessio in praedictum contentis strictè intelligi debet: & sic tantum probat, quantum loquitur. & non est fienda extensio de praeterito ad praesens. Et nota in practica quod non sufficeret quod probares dominium de praeterito, nisi alleges dominium etiam de praesenti: quia quotiens insurgit aliqua praesumptio, non prodest, nisi allegetur. Ita dominus Ias. in l. cum quid. in secunda lectura. colum. 6. vers. sic. septimo adde. gl. in l. certum. ff. si certum petatur. Et in materia praesumptionum quando ex praeterito praesumatur in praesens. vide Fely. in dicto c. scribendam. de praesumpt.

In tex. in verb. recongneu.

Quaero, vtrum simplex recognitio praedictet recognoscenti & contenti? Ista recognitio aliquando fiunt in causa status, puta quia ego confiteor me hominem alicuius domini a quo tamen non teneo feudum, vtrum ista recognitio & confessio praedictabit mihi & haeredibus meis? dic secundum Bar. in l. generaliter. col. 1. vers. quaedam confessio tendit. C. de non nu. pec. Quod quando confessio tendit ad obligandum aliquem obligatione personali, nisi sit inserta causa, non obligat: & ideo quia agitur in casu nostro de obligando personam, simplex recognitio sine causa non obligat: & ideo Bal. dicit in l. liberos. C. de liber. causa. quod simplici voluntate quis non potest se facere hominem alicuius. Idem Bal. & ceteri in l. transactione matris. C. de transactio. Secus est si quis constitueret se hominem alicuius pacto, transactione, vel stipulatione: & tunc si talis obligatio afficiat filios, vide plene dominum Iacobum de sancto Georgio, in libro feudorum, in titulo de homagiis. colum. 2. vers. aliquando fit homagium alia ratione. & sequenti col. Aliquando recognitio seu confessio emanat ad constituendum ius in re, & tunc valet & obligat, etiam sine causa. Ita Bartolus in dicta l. generaliter. colum. 1. vers. quandoque tendit ad parandum praedictum super iure reali. C. de non nu. pec. Idem vult Bartolus in l. cum falsa. colum. 1. in fi. C. de iuris & fact. igno. & Alex. ibidem in apostil. in verbo, quia non potest iudic. in fine. vbi notat quod si confiteor & recognosco aliquam rem censualem, & teneri de censu tuo, mihi praedictum. allegat Bal. in l. si certis annis. C. de pact. & tex. in l. censualis. vbi etiam Bald. C. de dona. Ias. in dicta l. si certis annis. in fin. refert & sequitur Bald. quod confitendo rem esse censualem, statim praedictum mihi in iure census. Quaero, quid si confiteor fundum meum esse tuum vel illum tenere a te in emphiteosim, vel censum, quum esset liber, vtrum talis confessio mihi praedictet? dicite quod ex tali confessione non perdo dominium, tamen statim confessioni meae, donec probem veritatem & consequenter errorem. Ita Bartolus in dicta l. cum falsa. vbi etiam dominus Ias. remissuè loquens. C. de iur. & fact. igno. idem Ias. in l. 2. colum. 84. vers. sextodecimo quaero. C. de iure emphiteotic. videtur distinguere inter scientem & ignorantem, allegando quod ita Bar. videtur distinguere in l. si rem aliquam. ff. de acqui. pos. Et ibi etiam tradit de eo qui confitetur rem esse censualem. Et re vera est quid ridiculum venire contra propriam confessionem. authentic. contra qui propriam. C. de non nu. pec. quia verba ligant homines, taurorum cornua funes: debet igitur homo esse discretus in loquendo: quoniam ex loquela nimis effusa potest damnum pati. Ita nos docet textus in l. fina. C. de dot. promiss. ne dum quis nimis effuso sermone vtatur, in promptum incidat periculum. & certe Cato moralissimus dixit: Virtutem primam esse puta compescere linguam. Proximus ille deo est, qui scit ratione tacere. & l. expressa. ff. de regul. iur. dicit quod non expressa non nocent.

In tex. in verb. nomme le nouveau tenancier.

Vtrum sufficiat sola nominatio? consuetudo videtur velle quod sic: & credo esse verum, si nominatus committatur: sed si negauerit, dominus directus non tenetur credere simplici dicto emphiteota: per ea quae superius dixi, quae notat Bartolus in l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nun. Nam vbi volo aliquid consequi ex mea denuntiatione, debeo fidem facere de denuntiatis. Potest etiam dominus aduerte si ille in quem facta est alienatio sit soluendo. Prout in simili dicit Bal. in authen. sed periculum. C. sine cen. vel reli. Quod is qui semel est descriptus in castro, non excusatur a solutione collectarum, nisi is in quem alienat sit soluendo. Et in simili dicit Paulus de Castr. in l. placet. in fi. C. de sacrosanct. ecclesi. quod ille qui alienat in ecclesiam, tenetur adhuc soluere collectas, cum ab eis ecclesia sit exempta. Et idem potest exemplificari in hominibus patriae Pedemontanae, qui vendunt praedia eorum dominis: nam possunt de iure compelli ad soluendum collectas: quia domini Pedemontani nisi habeant transactionem cum subditis ex consuetudine vel praescriptione tanti temporis, cuius initii memoria in contrarium non existit, sunt liberi, & exempti a collectis. pro alodialibus tamen nunquam vidi quod subditi pro bonis eorum dominis alienatis fuerunt collectati. Et quod domini potuerunt praescribere talem libertatem in bonis rusticalibus, determinat dominus Iacobus de sancto Georgio. in tractatu feudorum, in tit. de homagiis. col. pen. vers. item quia dixi supra nobiles teneri contribuere. hunc articulum plenius vide declaratum in titulo 17. des prescriptions. arti. fina. numero 3. Et sicut in hac consuetudine ille qui non possidet debet nominare possessorem, vt euitet solutionem census: ita conuentus actione reali qui alieno nomine possidet, debet dominum nominare, vt euitet iudicium. text. vbi Bartol. & doct. in l. 2. C. vbi in rem actio. & de materia plene Panormi. & cano. in ca. quoniam frequenter. §. aliis. vt lite non contest. & per ista est expeditus vtilis titulus emphiteoticus. Et quia emphiteosis & feudum in multis fraternisunt, vt per dominum Iaso. in l. 1. circa princip. C. de iure emphiteotico. ideo subiicitur titulus.



Toutes & quâtes fois qu'un fief noble est ouuert par alienation, trespas, ou autre mutation de seigneur feodal ou vassal, le seigneur feodal peult par puissance de fief entrer en son dicit fief, & le mettre en sa main, soit qu'il ait iustice sur iceluy, ou non.

SVM. IN GLO. ART. I.

- 2 Ad tituli introductionem tredecim feudorum diuisiones succinctè narrat, usque ad num. 15.
 16 Vtrum ab episcopo concessio castro laico in feudum, appellatio ab eodem episcopo interposita deuoluatur ad metropolitanum. & num. 17.
 18 An princeps in temporalibus intentionem fundatam habeat.
 19 Quid sit feudum nobile, minus nobile, mediocriter nobile, & burgense. & nu. 20. 21. 22. & 23.
 24 Quando iure committatur feudum.
 25 Quomodo uerbum, alienation, hic accipiat. & nu. 26. & 27.
 28 Ex conuentione uel natura feudi succedit dominus in feudum.
 29 Quare dominus hic possit feudum occupare.
 30 Intra quod tempus inuestitura petatur: & qua causa excuset non petentem. & nu. 31. & 32.
 33 Quid domino probandum sit in causa priuationis feudi. & nu. 34. & 35.
 36 Consuetudine tamen petens inuestituram feudo non priuatur.
- 1 Quotiens feudum nobile est apertum per alienationem, mortem aut mutationem domini feudalis, aut uassali, dominus feudi potest aduocare possessionem feudi, siue habeat iurisdictionem, siue non.
 In tex. in verb. fief noble.
- 2 Quod feudum dicatur nobile, & quod ignobile, pro intelligentia diuisionis & differentie feudorum, vide dominum Iacobum de sancto Georgio, in libro feud. in verbo, in feudum. ubi tradit tredecim diuisiones feudorum. Prima quaedam sunt regalia seu habentia annexam dignitatem, quaedam non. Secunda, quaedam dicuntur simplicia & recta, quaedam conditionata & pactionata ad certum seruitium. Quae dicuntur feuda conditionata vel simplicia ultra D. Iacob. vide Decium consil. 136. col. 1. in primo volu. Tertia, quaedam dicuntur antiqua, quaedam paterna, quaedam noua. Quae dicuntur feuda antiqua, & quae noua, ultra dominum Iaco. vide Decium consil. 53. col. 1. & 2. in primo volumine. Quarta, quaedam habent propriam feudi naturam, quaedam non. Quae feuda dicuntur non habere propriam feudi naturam, ultra dominum Iaco. vide Decium consil. 193. col. 2. versi. praeterea. & col. 3. versic. non obstat fundamentum. & ibi traditur de clausula adiecta in inuestitura: & cui dederit, de qua est tex. in c. vnico, de feu. non hab. prop. feu.
 7 nat. Quinta, quaedam sunt masculina, quaedam foemina. Nota quod licet regulariter foemina non succedit in feudo, nisi de eis sit facta expressa mentio in inuestitura, quinque rationibus, per Chassaneum, in loco proxime allegando post Bald. recitatis: tamen aliquando etiam quod de foeminis inuestitura non cantet, ipsae succedunt, ut est communis usus in Gallia: de quo usu tam in ducatus quam comitatibus plene tradit Chassaneus in rubrica de feud. §. 5. versiculo, decimosexto videndum est. fol. 112. Et quando veniant foeminae, tam beneficio inuestiturae, quam consuetudinis, plene tradit dominus Iacobus de sancto Georgio compatriota meus, in sua inuestitura feudali, in verbo, & foeminis. Franc. Cursy. in suo tractatu feudorum, in tertia parte principia. Deci. consil. 32. colum. 1. & consil. 38. colum. 3. item consil. 85. in primo volumine. Et quando inuestitura dicit pro masculis & foeminis, vtrum stantibus masculis foeminae admittantur, est text. ad litteram quod non, in rubrica de eo qui sibi & haere. mas. feud. accepe. tradit Dec. consil. 139. colum. 1. & seq. in 1. vol.
 8 Sexta, quaedam sunt realia, quaedam personalia, quaedam personalissima. Septima, quaedam sunt ligia, quaedam no.
 9 Octaua, quaedam sunt nobilia, quaedam ignobilia, seu burgenfia. Nona, quaedam sunt annualia, quaedam perpetua.
 10 Decima, quaedam sunt iurabilia, quaedam non. Vndecima, quaedam sunt diuisibilia, quaedam non. Duodecima, quaedam sunt transitoria ad omnes haeredes, quaedam non. Tredecima, quaedam sunt secularia, quaedam ecclesiastica. Et quae dicuntur feuda secularia, & quae ecclesiastica, vide Dec. consil. 76. col. 1. in 1. vol. ultra D. Iac. superius allegatum. Feudum seculare dicitur quod recipitur à principe seculari: ecclesiasticum, à praelato ecclesiae: ut declarat ibi D. Iac. de S. Georg. Nunc formo quaestionem satis utilem. Episcopus concessit laico in feudum vnum castrum & villam: clarum est quod prima cognitio tam in ciuilibus, quam in criminalibus quantumcunque atrocibus, spectat vassallo inuestito cum mero & mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione: plene D. Iac. in lib. feud. in verb. cum mero & mixto imperio. Bal. in l. i. ff. de rerum diuis. quæsti. 43. Item clarum est quod prima appellatio deuoluitur ab ordinario ad episcopum, tanquam proximum superiorem: dubium est probabile de secunda appellatione, an deuoluatur ad metropolitanum episcopi seu ad Papam, an vero ad principem temporalem, puta ad regem. In hac Gallia omnes appellationes iudicium ecclesiasticorum in rebus profanis deuoluuntur ad parlamenta in Gallia transalpina, & sic in Pedemontio contrarium obseruatur. Queritur nunc quid iuris? vera est conclusio Panormitani, in capit. 2. in fine. de delic. puer. dum dicit, quod si episcopus recognoscat regem respectu eorum

eorum de quibus laicum inuestiuit, erit appellandum ad regem, seu eius parlamenta: aut non recognoscit, & tunc appellatur ad proximum superiorem ipsius episcopi ecclesiasticum, seu ad papam. doct. in Panorm. refert, sed verbis obscurioribus quam ipse Panor. loquatur. Dec. in c. ceterum. col. si. versic. quid autem in appellatione in causa feudi. de iud. Ista quaestio dependet ab alia, vtrum rex vel alius dominus temporalis habeat intentionem fundatam super bonis temporalibus ecclesiae. Et breuiter dicendum est, aut episcopus habuit in feudum bona temporalia à principe laico, & tunc ecclesia tenetur dictum principem recognoscere, & isto casu esset appellandum ad principem laicum: aut fuerunt simpliciter & absolute bona temporalia donata ecclesiae, & tunc non est locus recognitioni, & consequenter appellationes deuoluuntur ad superiorem ecclesiasticum. Ista distinctionem tradit Panor. in c. venies. col. 1. de accu. eam refert & sequitur D. Iac. in d. lib. feud. in verbo, in feudum. col. quinta. versiculo; addo vobis. Ex praemissis ego colligo rationem differentiae inter Citramontanos & Pedemontanos: nam episcopi in hac Gallia omnes recognoscunt regem, ut audio, & ideo nimirum si ad eum appellatur. Episcopi autem Pedemontani nullo modo recognoscunt ducem: in Sabaudia vero aliqui tantum recognoscunt. Et in proposito consuetudinis feudum dicitur nobile, quando Papa, Caesar vel rex concedit in feudum ducatum, marchionatum, vel comitatum. Ista enim feuda, quia habent dignitatem annexam, sapiunt nobilitatem. Minus nobile est quantum dux, marchio, vel comes infeudat alicui. Mediocriter est quando habentes feudum à duce, marchione vel comite, subinfeudant alteri. Non nobile seu burgense dicitur quando conceditur à minimis valuatoribus: quia etiam rustici possunt infeudare, dummodo habeant rerum suarum administrationem. Et in proposito dicit Bal. in praelu. feud. quod feudum antiquum nobilitat nouum, aut non: quia nobilitas non nascitur in occulto. Praedicta declarat D. Iac. de S. Georg. in loco praedicto. versic. octaua diuifio. col. 4. Et in materia consuetudinis, licet dicat tex. fiefz nobles. gratia frequentioris usus: tamen est intelligenda in quocunque feudo, quia militat eadem ratio. In text. in verb. par alienation.

De iure communi feudum aperitur & deuoluitur domino quando alienatur eo inconsulto. tex. in c. imperialem. in princip. in tit. de prohibita feudi alie. per Federic. Et alienatio dicitur omnis actus per quem dominium transfertur. l. i. C. de fundo dota. Et ita procedit hic terminus alienatio, in hac materia: quia impediuntur omnes contractus in quibus dominium transfertur, etiam hypotheca, quando in creditorem transfertur feudi possessio. Et in generali hypotheca non venit feudum. Ista omnia tradit D. Iac. de S. Georg. in lib. feud. in verb. & cum pacto de non alienando. col. 1. Et ibi habes quando vassalus possit committere vel transigere de feudo. In text. in verb. trespas.

Quando dominus succedat in feudo vel emphiteosi: sunt consideranda verba inuestiturae & vtrum sit feudum nouum vel antiquum, quia feuda quaedam sunt reali, & quaedam personalia, ut praedixi.

In tex. in verb. ou autre mutation de seigneur feodal & uassal.

Vult consuetudo quod per mortem domini feudi aut per mortem vassali praestetur homagium domino feudi: ut patet infra, arti. 6. Et talis praestatio homagii est impeditiua aduocationis possessionis, quae fuit concessa, ut stimuletur vassalus ad praestandum homagium & fidelitatem. Et infra quantum tempus de iure communi inuestitura sit petenda: dic quod infra annum & diem. c. imperialem. §. praeterea si quis maior. in titu. de prohi. feu. alie. per Feder. D. Iac. in lib. feu. in verb. quiquidem inuestiti praesti. iura. fide. col. 8. versic. item queritur vos scitis. & col. 14. in versicu. vos concludite. Notate tamen perpetuo, quod haeres vassalli excusatur, si non petierit renuntiationem inuestiturae infra tempus, quando ignorabat feudum: & sic ad effectum priuationis requiritur scientia. D. Iac. in praedicto verb. col. 11. versic. vnum tamen notetis. Et in dubio quando successit in locum alterius, praesumitur ignorantia. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Et quod dicitur in feudo habet locum in emphiteosi, saltem vt detur restitutio in integrum. Ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, iuxta gl. Bar. & Iac. & doct. in l. 2. C. de iure emph. Et vt dominus possit priuare vassalum feudo, quia non petit inuestituram infra tempus: tria dominus debet articulare & probare. Primo, quod successor in feudo sciebat feudum & eius qualitatem: & de ista iam praedixi. Secundo, quod ille est filius & haeres patris. Tercio, quod sciuit mortem patris, & quod se immiscuit haereditati: quia istud tempus incipit currere post immixtionem. Nam licet dicatur dominum rerum haereditarium in filium, l. in suis. ff. de libe. & posth. tamen quoad onera haereditaria filius non dicitur haeres, nisi postquam se immiscuit haereditati. Ita. D. Iac. in verbo praedicto. col. 9. vers. aduertite tamen. Nota tamen quod sunt aliqua causa excusantes vassalum qui non petit inuestituram infra annum & diem: quas vide ample per D. Iac. in loco praedicto. col. 13. vers. nunc dicendum est quae sint causa. Redeundo ad casum consuetudinis, vassalus qui non fecit homagium non priuatur: sed directus dominus capiet possessionem feudi, facietque fructus suos post quadraginta dies, secundum formam huius consuetudinis, & sequentium, & durabit ista possessio tædialis, donec vassalus praestiterit fidelitatem & homagium.

ARTICLE II.

Et peult ledict seigneur feodal si bon luy semble par cõforte main du seigneur iusticier, en la iustice duquel est ledict fief, ou du superieur, faire assener sur iceluy fief à la confortation & conseruation de son droit & mainmise.

SVM. IN GLO. ART. II.

- 2 An hic in decreti iudicis confirmatione citatio partis necessaria sit. & nu. 3. & 4.
 5 Dubitanti ne à tertio quis in re sua inquietetur, quo pacto ei consulatur. & nu. 6. 7. 8. 9. & 10.
 Directus dominus, si uelit post adeptam possessionem rei feudalis, potest à superiore confirmationem petere pro maiori securitate suae manus appositionis.

2 Circa istam consuetudinem moueo notabilem difficultatem intactam: Vtrum in ista confirmatione ma-
 nus missa quam dominus impetrat à superiore, requiratur partis citatio? videtur quòd sic: quia ad omnem
 3 actum in quo pars lædi potest, est citanda. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Item
 moueor exemplo: Si dominus velit capere possessionem rei emphiteoticæ propria autoritate, quia emphi-
 teota cessauit à solutione canonis, potest & sine partis citatione: si verò dictam possessionem petat autho-
 ritate iudicis, exigitur partis citatio: iuxta gl. Iaf. & doct. in l. 2. in verbo, repellere. C. de iure emphi. tamè in ca-
 su proposito teneo oppositum: quia ista confirmatio iudicis dicitur decretum, quod potest concedi parte
 non citata: gl. est nota. in l. recusare. in princip. & ibi Bar. ff. ad Trebel. eam sequitur D. Iaf. in l. nec quicquã.
 §. vbi decretum. col. 1. versi. tertia differentia est. ff. de off. proconf. & lega. & respondendo motiuis in con-
 trarium adductis, ad primum dico quòd ex confirmatione iudicis pars non læditur: quia postquam licet do-
 mino capere possessionem propria autoritate, decretum superioris adiicitur, vt præseruet capientem in iu-
 re suo, & non vt partem lædat: & pars satisfaciendo debito suo recuperat rem eadem facilitate, ac si decretum
 4 interpositum non esset. Et sic nulla cadit hic læsio, & per consequens cesset motiuum. Quoad exemplum
 datum, dico quòd super petitione directi domini petentis declarari rem commissam, erat ferenda diffinitiu-
 ua, quæ requirit partis citationem: secus in decreto confirmatiuo, de quo hæc consuetudo loquitur. Ita do.
 Iaf. in loco præallegato, dum constituit differentiam inter diffinitiuam & decretum, quoad citationem, &
 5 est lex, in l. prolatum. vbi Bar. C. de sent. & interlo. omn. iudic. Satis in proposito quæri potest de alia no-
 tabili quæstione: Aliquis possidet aliquam rem, dubitat ne post eius mortem eius filii in ea re molestentur à
 Titio, vult consulere securitati filiorum suorum: quid erit ab eo agendum? dic aut Titius se iactauit quòd ha-
 bebat ius in re ab alio possessa, & coget Titium ad agendum: probata iactatione & infamatione: & si nolit
 agere, imponetur Titio perpetuum silentium, iuxta formam l. diffamari. C. de inge. & manu. & intellige pro
 6 causis de præterito, & non pro superuenientibus quæ tunc non competebant. Si verò videat possessor non
 posse probare iactationem, aut fortè nulla fuit facta, dubitat tamen molestari in futurum, aut hæredes suos,
 eo casu poterit petere declarationem iuris sui coram iudice, citato eo, vel his de quibus dubitat, cum clau-
 sula, quòd compareant si sua interesse putauerunt: & probando de iure suo, iudex declarabit re ad eum per-
 tinere, aut ius in ea re eidem competere: & talis sententia præiudicat citatis, etiam si non comparuerunt. de-
 cisis est Paul. de Cast. in l. 2. C. de ordi. cogni. Bar. in l. vt frui. §. vtrum autem. ff. v. usufr. pet. pulchrè Dec.
 7 consil. 15. col. 3. versi. prædicta confirmatio. in 3. vol. Et intellige quòd talis declaratio iuris potest peti tam in
 actione personali, quam in rei vindicatione. Exemplum in actione personali tradit Fel. in c. si autem. colum.
 fina. de rescrip. Quando peto implorato iudicis officio declarari me tibi in aliquo non teneri: & isto casu si
 pars non edocet de debito, fiet declaratio modo petito. Si autem talis declaratio petatur in petitorio vel
 8 possessorio: si is qui eam petit edocet de iure suo, obtinebit: aliàs non. Ita declarat Decius in c. in presentia.
 col. 2. versi. tertiò noto. de proba. Et licet possessor præsumatur dominus quando conuenitur ab alio, &
 actore non probante absoluitur. l. qui accusare. C. de edend. tamen secus est quòd possessor agit, vt domi-
 nus declaretur: quia tunc ei incumbit onus probandi de iure suo, iuxta legem, ei qui dicit. ff. de proba. & su-
 perius notata. Idem dicit Fely. in c. olim. col. 5. versi. vnde dixit Innoc. de rescrip. si tamen possessor intentauit
 9 remedium legis diffamari. C. de inge. & manu. tunc quia nihil petit nisi quòd pars agat, aut ei impona-
 tur silentium, eo casu nihil habet probare, nisi iactationem partis, quæ sola sufficit, vt diffamante non agen-
 te, ei silentium imponatur. Et practicam dictæ legis diffamari. tradit Decius in d. c. in presentia. col. 2. verf.
 10 quartò noto. de proba. vbi dicit quòd si is cui petitur silentium imponi compareat, & det libellum suum cõ-
 uentionalem, tunc petitio prima resoluitur in vim simplicis petitionis, & tantum super secundo libello con-
 uentionali pronuntiat, hoc est, intentionem actoris secundi probatam, vel non, & consequenter primum
 actorem qui sustinet partes rei absoluentem, vel condemnandum.

ARTICLE III.

Le seigneur feodal ne peult faire les fruietz siens, si n'est qu'il y ait saisie & em-
 pelchement deument signifiez audiçt vassal.

SVM. IN GLO. ART. III.

2 Post commissum iure communi feudum ante declaratoriam sententiam, an fructus percepti sint restituendi. & nu-
 me. 3. & 4.
 1 Dominus directus non facit fructus suos nisi duobus prius concurrentibus, quòd fecerit sasimam, & eam debite uassalo
 significauerit.
 2 In proposito huius consuetudinis incidit notabilis quæstio, si feudum de iure communi sit apertum do-
 mino, eo quòd vassalus non petiit inuestituram infra annum & diem, vt tenetur quando dominus passus est
 eum possidere certo tempore, & demum petit declarari feudum commissum & apertum, & vassalum con-
 demnari ad restitutionem fructuum: vtrum in restitutione veniant fructus percepti post commissum, & ta-
 men ante litem motam? breuiter concludit post Ang. & Spec. secundum quod concludit D. Iaf. in l. 2. col.
 29. versi. secundo quæro. C. de iure emph. quòd veniunt omnes fructus à die, quo res fuit aperta & commis-
 sa: quia statim effectus fuit emphiteota vel vassalus malæ fidei possessor. Fortè ista decisio non haberet lo-
 cum in ignorante qualitatem rei: quia ille non efficitur malæ fidei possessor, nisi postquam constitit sibi de
 3 iuribus directi domini. Et in hac materia quæ est frequens, est aduertendum, quòd etiam in crimi-
 4 nalibus, quando statim consummato crimine bona sunt ipso iure confiscata, licet requiratur decla-
 ratoria secundum textum, in cap. cum secundum. de hære. libro 6. & Bartol. in l. eius qui declaratorem.
 ff. de

ff. de iure fistamen delinquens tenetur restituere integros fructus, perceptos post crimèn commissum. Se-
 cus quando requiritur pro delicto sententia condemnatoria. Ita D. Iaf. in l. 1. colum. 1. C. de his qui. vt indig.
 Hypol. Marfyl. suo singulari 268.

ARTICLE III.

Quarante iours apres ladicte saisie faicte, & deument signifiee au vassal en sa
 personne ou à son domicile, s'il est demourant au pays: ou sinon au lieu de la cho-
 se feodale, en parlant aux personnes de ses accenseurs, fermiers, entremetteurs,
 procureurs & negociateurs, ou d'aucuns d'eulx tenans & possedans ladicte chose
 feodale: le seigneur feodal fait siens tous les fruietz dudiçt fief, iusques à ce que
 foy & hommage à luy deuz luy auront esté faictez, selon la nature du fief, ou que
 le vassal se soit mis en son deuoir.

SVM. IN GLO. ART. III.

2 Quando citatio domi facta ad citati notitiam peruenisse præsumendum sit, & inde aliqua inferuntur. & num. 3. 4.
 5. & 6.
 7 Quibus casibus & consuetudine & iure communi citatio facta procuratori noceat domino. & nu. 8.
 9 Quæ sit forma fidelitatis præstandæ. & nu. 10.
 11 Tribus de causis iuramentum fidelitatis præstari. & nu. 12.
 13 An habens tantum bona in alicuius iurisdictione, eidem iuramentum præstare debeat.
 14 Quæ debeat domino uassalus. & nu. 15.

si directus dominus fecerit sasimã, eamque debite denuntiauerit uassalo præsentem in patria personaliter, aut in domicilio: &
 absenti in personam agentis negotia uassali & rei feudalis detentatoris, effluxus diebus quadraginta à die debite denun-
 tiationis, de cæterò faciet fructus suos, usquequo uassalus præstiterit fidelitatem, & debito feudali satisfecerit.

In tex. in verb. s'il est demourant au pays.

Quæro vtrum citatio facta in domo præsumatur peruenisse ad notitiam citati? de iure communi quan-
 do citatus est in loco propinquo, præsumitur peruenisse. Bar. in l. si tutor. C. de peri. tut. Idem si citatio fiat
 per edictum, quia publice fit, Bar. ibi, idem dicit Bar. in l. quidam decedens. §. si. ff. de admi. tut. Et licet Bar.
 simpliciter dicat quòd præsumitur peruenisse quando denuntiatum fuit domi, & non distinguat si citatus
 erat in loco propinquo vel longinquo: tamen quia in d. l. si tutor. quoad præsumptionem scientiæ æquipa-
 rat duos casus: quando est fama publica in loco, aut facta denuntiatio domi. Et alibi Bar. videlicet in l. is po-
 3 test. col. 6. versi. quod nota diligenter. ff. de acqui. hære. dicit quòd absens non præsumitur scire id de quo est
 fama publica. Idem est dicendum quando denuntiatio est facta domi, & citatus est in longinquis partibus,
 non præsumatur scire citationem vel denuntiationem domi factam, decedit expresse Bal. in lab. eo. in vltima
 col. in princ. versi. sed nunquid præsumitur. C. quomodo & quando iud. Existit distincta conclusio se-
 4 quitur quòd actus diffinitiuus factus contra citatum, qui tempore citationis erat in partibus longinquis ex
 causa legitima, dicitur factus contra non contumacem verè nec præsumptiuè: & ideo ei non præiudicabit.
 Nam contra illum qui se absentauit ante citationem ex causa legitima, non potest diffinitiuè procedi: sed si
 agatur de re profana, fit missio in possessionem: si beneficiam, proceditur ad diffinitiuam, aut ad sequestrum,
 secundum distinctionem Fely. in c. olim. col. 1. & 2. de rescrip. allegat Inno. & alios in c. si. de eo qui mitti. in
 possess. Quod credo verum, nisi illa absentia esset affectata vt euitaret iudicium: quia actus affectati non
 5 profunt affectatoribus: vt bono exemplo declarat Bar. in l. 1. §. cum quis. ff. de quæstio. in eo qui sciens ad-
 uersarium tantum habere vnum testem contra se, dedit ei aliam, vt posset eum repellere à testimonio alle-
 gando inimicitiam. de dicto Bar. vide Paul. de Cast. in l. cum te. C. de inoff. testa. D. Iaf. in l. si filiam. col. 1. C.
 eo. titu. Et quòd allegatio inimicitiae non profit quando fuit affectata, & quòd idem fit in omni causa pri-
 uilegiata, quæ si sit affectata, perdit priuilegium suum. tex. est in l. & qui data opera. ff. ex quib. caus. maio. vi-
 de Fel. in c. intelleximus. col. fi. versi. vnde decima declaratio. de iudi.

In text. in verb. procureurs.

Vtrum denuntiatio possit fieri procuratori, & talis denuntiatio noceat domino? secundum consuetudi-
 nem, requiritur quòd talis procurator sit detentor rei feudalis vt noceat domino. Quid autem dicemus
 de iure communi? Bar. in l. non solum. §. morte. col. 10. versi. quæro cui debet fieri talis protestatio. dicit, qd
 potest fieri procuratori generali, quando principalis reperiri non potest. D. Iaf. in d. §. morte. col. 18. ver-
 8 ficu. tertia conclusio est. intelligit hoc verum in casibus in quibus scientia procuratoris præiudicat domi-
 no. Et ibi dicit quòd tribus casibus non præiudicat domino, si fiat procuratori. Primò quòd lex vult quòd
 actus perueniat ad veram notitiam domini: secundo quando principalis persona haberi potest: tertiò quan-
 do agitur de constituendo aduersarium in vitium animi, hoc est in malam fidem.

In text. in verb. iusques à ce que foy & hommage à luy deuz luy auront esté faictez.

Consuetudo hinc loquitur de fidelitate quæ debetur ratione feudi, & illa est præstanda secundum formã
 9 cap. primi. in tit. de no. for. fide. & debet præstari secundum formam solitam, si sit feudum antiquum. Ita D. 10
 Iacobus de sancto Georgio, in libro feud. in verb. quiquidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis
 prælibato eorum domino. col. 1. Aliquando iuramentum debetur ab eo qui nullum habet feudum, ra- 11
 tionem domesticitatis & familiaritatis, vt faciunt seruientes principibus, videlicet scutiferi, magistri hospitii,

12 coqui & similes. Item & ministri iustitiæ, puta præfides vel collaterales: & de his loquitur dominus Iac. dicta col. 1. vers. secunda species iuramenti. Aliqui & tertio faciunt fidelitatem ratione habitationis, quia habitant in territorio & iurisdictione alicuius domini, & ad istam omnes tenentur etiam quod nihil à domino teneant vel possideant: & istam notate, quia rustici sæpe contradicunt. De ista loquitur D. Iac. col. 2. vers. sic. tertia species iuramenti. Quæro, quid si aliquis possideat aliqua bona immobilia in iurisdictione alicuius domini, tamen ipse non habitat in dicta iurisdictione, vtrum teneatur præstare iuramentum fidelitatis? D. Iac. dicta col. 2. vers. est & alia species iuramenti. citat aliquis feudistas, & non parvæ autoritatis, qui dicunt quod sic: tamen ipse dicit se consuluisset contrarium. Istam quæstionem notate, quia frequenter potest contingere in ista quæstione. Iudicio meo est amplectenda media iuris prudentia, & sic media via: & dicendum sic: aut quis habet in iurisdictione domini domum & bona immobilia, & tunc licet pro maiori parte temporis habitet in alia iurisdictione, tamen quia est in facultate sua habitandi domum sitam in iurisdictione domini, eam aliquando per se vel familiam habitat, dicerem eum teneri ad fidelitatem: quia verum est quod habet habitationem paratam ad eum recipiendum ad beneplacitum. Et quilibet potest habere plura domicilia. l. assumptio. ff. ad municip. Sed si tantum haberet bona immobilia rusticalia & non domum, transferrem cum opinione domini Iacobini.

In tex. in verb. ou que le vassal se soit mis en son deuoir.

14 Quæro quæ sint ea quæ vassalus debet domino suo? tex. in c. l. in titul. de for. fide. dicit, quod sex. incolu-
15 menti, tutum, honestum, utile, facile, & possibile. Quomodo sint intelligenda illa verba, & de eorum effectu, ne sim ultra propositum prolixior, te remitto ad dominum Iacob. in loco præallegato, col. 4. vers. sed videndum est de effectu istorum verborum. & habes materiam bene explicatam.

ARTICLE V.

Mais pendant lesdictz quarante iours, à iceulx compter du iour de ladicte saisie & signification d'icelle donnez au vassal, pour faire ledict fief, ledict seigneur feodal ne fait les fruietz siens.

SVM. IN GLO. ART. V.

2 Quando unius inclusio sit alterius exclusio.

1 *Ista est declaratio præcedentis consuetudinis, quæ implicitè idem vult quod ista: quia in præcedenti dictum fuit quod dominus fructus lucratur post dies quadraginta, ergo ante non.*
2 Quia unius inclusio alterius est exclusio. l. cum prætor. ff. de iudi. & ibi gl. dicit, quod in vno conceditur, in aliis negatur. l. maritus. C. de procur. Et intellige istam regulam veram, nisi sit eadem ratio in prohibitis & permisis, secundum gl. ibi in fin. & de materia vide Paul. de Castr. in dicta l. cum prætor. amplè Fely. in c. nonne. de præsumpt.

ARTICLE VI.

Et est tenu iceluy vassal qui aura fait l'hommage, & baillé le serment de fidelité dedans quarante iours apres ledict hommage fait, bailler audict seigneur feodal sa nommée & denombrement.

SVM. IN GLO. ART. VI.

2 Ratio consuetudinis redditur.
3 Quando vassalus debeat res feudales indicare.
4 Explicatio verborum, denombrement, & nommée.
5 Undecim quæstiones circa recognitionis materiam recenset remissuè. & nu. sequentibus.

1 Vassalus post factum homagium tenetur infra dies quadraginta tradere directo domino nomen suum cum nominatione rerum feudalium, earum numero & finibus.
2 Ratio consuetudinis est, quia is qui confitetur se esse vassalum tenetur dominum certificare pro quibus rebus fecit homagium: aliàs eius confessio esset incerta & obscura. Ita in specie dixit Bal. allegando Azonè in l. contractus. C. de fi. instru. & tex. in l. certum. in princ. ff. de confess. Et pro plena intelligentia, vtrum vassalus teneatur indicare domino res feudales: item instrumenta & titulos exhibere, procedam exclusivè, & dico: Aut vassalus negat se feudatarium vel emphiteotam, & tunc ad neutrum prædictorum tenetur: si tamen conuincatur de mendacio, & quod sciens se tenere feudum vel emphiteosim negauerit, reddet se dignum priuatione feudi vel emphiteosis. Aut confitetur, vt in casu præsentis consuetudinis, & tunc tenetur ad indicandum & exhibendum. Excusatur tamen certis modis. De dicto principali & excusationibus, vide ad saturitatem dominum Iacobum de sancto Georgio, in libro feudorum, in verbo, dictique vassa. promi. recogn. dict. feud. specificè, particulariter, & distinctè. colum. sexta. versiculo, quid dicendum. pro conclusione de qua supra allegat Hostien. in titulo de feud. §. quibus modis. versiculo, quid si vassalus. Et quia dicitur in hac consuetudine quod vassalus tenetur tradere domino nomen, & numerum: ista verba aliud non important, nisi quod vassalus tenetur de feudo vel emphiteosi claram recognitionem facere per expressionem proprii nominis & cognominis, situationis, & quotè rerum subiectarum, & earum confinibus: iuxta dictum iuriscòsulti in l. forma. in prin. ff. de censu. Item quia ista materia recognitionum est frequens, & plenè tractata per do.

per Do. Iaco. in parte præallegata, formabo tantum quæstiones utiles, & me remittam ad eum breuitatis gratia. Et primo quæro vtrum directus dominus possit cogere vassalum vel emphiteotam ad recognitionem? dic quod sic. Ita Do. Iaco. in loco præallegato, in principio. Secundo quæro vtrum directus dominus possit præcipere vassallo vel emphiteotæ quod recognoscat sub pena priuationis feudi vel emphiteosis? quod sic, idem author, col. 4. vers. insuper quæro de alia pulchra & quotidiana quæstione. Tertio quæro vtrum concessio castro, intelligatur concessio iurisdictionis: & recognito castro, intelligatur recognita iurisdictionis: idem author, col. 1. vers. secundo quæro de pulchra & quotidiana quæstione. Quarto quæro, si reperiatur recognitio facta alio modo quam esset consueta fieri, hoc est discordare ab antiquis recognitionibus, vtrum valeat? distingue, & dic: aut apparet quod fuit spontè facta, & valet: aut non, & præsumitur erronea: idem author, col. 5. vers. notanter dixi supra. Et tu qui vis quod fiat noua recognitio discordans ab antiquis, serua cautelam, & dicas: Titius informatus, vt asseruit, de forma & tenore antiquarum inuestiturarum vel recognitionum, receptorum per tales notarios & sub tali data, sponte recognouit sub alia noua forma, quæ sequitur. Quinto quæro, si aliquis recognoscat se tenere in feudum vel emphiteosim ab aliquo domino rem aliquam, quam nec ipse nec antecessores sui vnquam recognouerunt, vtrum præiudicet sibi & heredibus suis, ac habentibus causam ab eo: idem author col. 8. vers. subsequenter est querendum. Et ibi concludit, aut recognitio est facta per errorem, vel impressiorem, & non præiudicat: aut sponte & ex certa scientia, & tunc sic. Et alleganti errorem, incumbit onus probandi, vt ibi per eum in illis verbis: edocto de errore. Idem in sponte recognoscere tenet & ample declarat Guil. Benedicti in repe. c. Raynutius. in verbo, & uxorem nomine Adel. de cessione §. nu. 444. & sequentibus. vbi ampliatur etiam si recognoscens dicat quod recognoscit sub certo seruitio secundum quod antecessores sui enosueuerant. vbi plenè per eum tractantem materiam recognitionum. Sexto quæro, an recognitio facta per aliquem vni domino recipienti pro se & consortibus absentibus, præiudicet confitenti respectu absentium? quod sic idem author, col. 8. vers. iuxta præmissa dubitatur. Septimo quæro de effectu verborum, confiteor me tenere rem talem à domino tali? dic quod idem important ac si dicerem, confiteor rem recognitam esse illius domini, cui recognosco, & constituo me tenere & possidere eius nomine: & important talia verba translationem domini: idem author in d. vers. iuxta præmissa dubitatur. col. 9. in princ. Octauo quæro, si vassalus recognoscat feudum non domino, an præiudicet vero domino? dicas quod si id faciat scienter, est priuandus feudo: idem author, col. 8. vers. dubitatur etiam. & col. 9. vers. aduerte tamen. Nono quæro, si confiteor me esse hominem alicuius domini sine causa, an mihi præiudicem? idem author, col. 9. vers. sed quid si quis sine causa. Decimo quæro, quid iuris quando præstiti censum ecclesiæ, vel recognoui eam pro aliqua re, an ipsi ecclesiæ sit acquisitum ius domini? distingue an per errorem, an verò ex certa scientia: idem author, col. vers. optimè faciunt notata per Bal. & vers. sed quid si ego. Undecimo quæro, si vassalus teneatur recognoscere res particulares quas tenet, aut solum partem castri quam tenet cum iurisdictione idoneis castri & molendinis, quæ solent esse de pertinentiis feudi? idem author, col. 9. vers. vltimo quæro. Et ibi tractat qualiter quis dicatur dominus respectu vniuersitatem & respectu rerum particularium.

ARTICLE VII.

Et par faulte de ce lesdictz quarante iours passez, iceluy seigneur feodal peult saisir ledict fief & fruietz d'iceluy.

Deficiente vassallo implere quæ in præcedenti consuetudine continentur per quadraginta dies post inuestituram, dominus feudi facit sasinam in re & fructibus.

ARTICLE VIII.

Toute fois en ce cas ledict seigneur feodal ne fait pas les fruietz siens, comme il fait par la saisie à faulte de fief non fait.

SVMMA. IN GLO. ART. VIII.

Ratio asseritur.

In casu huius consuetudinis non facit fructus suos dominus directus, sicut in casu non prestite fidelitatis. Ratio est, quia est maior contemptus in primo casu, quam in secundo, & pœna debet compensari delicto.

ARTICLE IX.

Le vassal est tenu aduouer ou desaduouer le fief dont est requis: & n'est tenu le seigneur feodal monstrier au vassal: mais est tenu le vassal sen enquerir, si bon luy semble.

SVMMA. IN GLO. ART. IX.

2 Explicatio consuetudinis alio reuocatur.

Vassalus requisitus, tenetur confiteri vel negare rem esse feudalem, & directus dominus non tenetur aliqua iura exhibere pro certificatione vassali, qui habet veritatem rei aliter perquirere si sibi uideatur.

De ista materia plenè scripsi, videlicet qualiter vassalus teneatur exhibere: item respondere si sit vassalus vel emphiteota: & de pœna negantis, in titulo, des emphiteoses. articulo, 6. incipien. le seigneur direct. Ideo non re-

peto salvo de poena negatis tam rem feudalem, quam emphiteoticam: vide plenè Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feu. in verbo, dictique vassali promiserunt nō committere feloniam. col. 9. versiculo, vndecima causa. Deci. in c. cæterum. col. 10. versu. quinto Abbas. de iudi. Et ibi declarat an feudatarius propter mendacium priuetur feudo ipso iure, an media declaratoria.

ARTICLE X.

Si le vassal est nouveau tenancier, il peult faire foy & hommage à celuy qui le somme de ce faire pour sauuer les fruietz, & protester de ne faire faulx adueu, si le fief se trouuoit tenu d'ailleurs.

SVM. IN GLO. ART. X.

2 *Consuetudinis notanda restrictio.*1 *Vassalus ad evitandum priuationem fructuum potest primo requirenti facere fidelitatem, cum protestatione quod habeatur pro non facta, si apparebit de uero domino feudi.*

2 Dura videtur hæc consuetudo quod credatur ei qui de iure suo non ostendit, quando vassalus ignorat dominum feudi: & ideo arbitror quod hoc procedat quando vassalus habet pro certo quod res est feudalis, sed ignorat dominum: sed si ignoraret qualitatem rei, eo casu non videtur quod debeat credere simplici verbo asserentis se dominum, per ea quæ tradunt Bar. Ias. & doc. in l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nun. in materia interpellationis vt aliquid consequatur: quia tunc requiritur demonstratio iuris, vel instrumenti: aliàs quis non tenetur credere simplici assertioni hominis, maximè cum talis assertio habeat iuris præsumptionem contra se, per quam omnia præsumuntur libera. l. altius. C. de seruit. Et in feudo, est glo. in l. si cuius. C. de usufru.

ARTICLE XI.

Laquelle protestation faite comme dict est, luy sauuera la commise dudit fief, s'il estoit trouué d'autrui fief.

SVM. IN GLO. ART. XI.

2 *Quid hæc protestatio operetur.*3 *Conuenire iuri hanc consuetudinem. & nu. 4.*1 *Protestatio, de qua in precedenti consuetudine, præseruat vassalum protestantem à poena commissi.*

2 Nota quod talis protestatio præseruet nouum vassalum & ignorantem verum dominum: aliàs si sciret, diceretur in dolo & fraude vassalus: quia interuerteret possessionem feudi, & diceretur non facere iustitiam domino: imo iniustitiam, & sic committeret feloniam. Ita Do. Iaco. in lib. feu. in verbo, dictique vassali promiserunt non committere feloniam. col. 6. versu. septima causa priuationis, &c. Et idem in verbo dictique vassali pro. recogn. dictu feudu. col. 9. versu. aduertite tamen. vbi dicit vassalu priuandu ratione ingratitude.

In tex. in verbo, la commise dudit fief.

3 Est notandum quod licet vassalus sit dispensatus in aliquibus, puta de alienando inconsulto domino, in reliquis tamen sunt seruanda iura feudorum. tex. est in c. 1. de feu. non ha. prop. feudi. na. in v. feu. & patet quia committitur feudum quando fit fidelitas alteri quam vero domino, omissa protestatione: & ideo si vassalus in his in quibus non est dispensatus committat feloniam, perdit feudum. Et vt plenè scias ex quibus causis feudum amittatur, vide plenè Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feu. in dicto verbo, dictique vassali. non commi. feloniam. vbi eminerat viginti sex causas dignas feudi priuatione: & plenè infra dicā arti. 18.

ARTICLE XII.

Neantmoins sera tenue la foy & hommage pour pure & simple quant au seigneur feudal auquel elle aura esté faite, s'il n'appert d'autre seigneur feudal.

SVM. IN GLOS. ART. XII.

2 *Consuetudinis interpretatio.*1 *Si non appareat de alio domino feudali, fidelitas præstita habebitur pro pura & simplici.*

2 Vult dicere consuetudo quod quando fit fidelitas domino requirenti, quod illa intelligitur simplex & pura: quia non apparet ex tenore antecedentis inuestiture quod feudum sit aliter conditionatum vel pactonatum, nec obnoxium ad aliquod seruitium, nisi ad ea quæ debentur ex natura puri & simplicis feudi. Feudum enim recipit pacta & conditiones quas partes apponunt. Et si illæ non conueniant naturæ feudali, non tamen definit esse feudum, sed dicitur feudum non habens propriam feudi naturam. c. 1. de feud. non habent. prop. feu. natu. in v. lib. feud.

3

ARTICLE XIII.

Le vassal qui desaduoue expressement le seigneur, ne peult sauuer la commise de la chose feudale ioubz vmbre de ladicte protestation, qui n'a lieu ne vigueur, si n'est quant à ceulx qui confessent & font le fief.

vassalus

Vassalus negans rem feudalem perdit feudum, nec releuat protestatio, de qua supra, quæ tantum prodest contententi rem esse feudalem.

Protestatio prædicta non releuat negantem feudum, sed tantum contententem & facientem fidelitatem. De poena negantis dixi supra articulo 9. & plenius in titulo, des emphiteos. articulo 6. quando per negationem quis perdat beneficia legis.

ARTICLE XIII.

Le vassal ne peult charger le fief d'aucun cens ou prestation annuelle, n'autre seruitude ou charge sans le consentement du dict seigneur feudal: & quand le fait, ledict seigneur peult faire tout reuouer, & retourner au premier estat & deu.

SVM. IN GLO. ART. XIII.

2 *An hæc consuetudo iure communi procedat. & nu. 3.*4 *Quid differat hic emphiteosis à feudo.*

Vassalus non potest gravare feudum aliquo onere vel seruitute sine consensu domini: & si faciat, poterit dominus omnia reduci facere in pristinum & debitum statum.

Ista consuetudo tollit facultatem vassalo imponendi seruitutem in re feudali. Quæro quid de iure communi, vtrum vassalus possit sine consensu domini imponere seruitutem in re feudali vel emphiteota? de vassalo habes tex. quod sic, in c. 1. de inuest. de re. alie. fac. de emphiteota habes glo. in l. 3. ff. de seruit. titulo gene. Aduerte tamen quia talis impositio seruitutis tantum durabit quandiu res feudalis erit apud vassalum & emphiteotam: quia resolutio iure datoris, resoluitur ius acceptoris. Et si aliquo modo per viam commissi res reuertatur ad dominos, seruitus erit extincta ipso iure. Ita declarat Do. Ias. tam in vassalo quam emphiteota, in l. si. col. 134. versu. octauo. C. de iure. emphi. secus esset si res reuertetur ad dominum iure priuato, puta quia dominus succederet vassalo: nam tunc teneretur approbare factum vassali. Ita declarat Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feudo. in verbo, ita etiam quod ipsi vassali & eorum hæredes & successores. col. 3. in fi. versu. vltimus est quarendum. Hæc consuetudo loquitur de feudo. est alia quæ loquitur de emphiteosi in titulo des emphiteos. articulo 4. incipiente, cens sur cens. sed est differentia quia in emphiteosi supercensus confiscatur, & non in feudo: vt patet in sequenti consuetudine.

ARTICLE XV.

Et audiè cas le vassal ne confisque ledict fief, ne la surcharge.

Per impositionem oneris vel seruitutis non inducitur commissum nec confiscatio, tam in principali, quam in accessoriis.

ARTICLE XVI.

Gens d'eglise, communautez, colleges, luminiers, confreres, & autres semblables, qui au prouffit de leur eglise, communautez & colleges acquierent ou à eulx aduient par mortaille, confiscation, dedication ou autrement heritages tenuz en fief, peuent estre contrainctz par leurs seigneurs feudaux, quand bon leur semble, à vuidè dedans an & iour leurs mains de la chose ainsi acquise, à compter du iour du commandement de ce faire: & à faulte d'y obeir, pourront lesdictz seigneurs feudaux lesdictz iour & an passez, iouyr desdictz heritages, & faire les fruietz leurs, iusques à ce que lesdictz heritages soyent alienez à personnes capables.

SVM. IN GLO. ART. XVI.

Explicatio aliò remittit.

Personæ ecclesiasticæ, syndici, patroni collegiorum, & similes acquirentes nomine suarum ecclesiarum vel universitatum, possunt compelli per dominos directos ad alienandum infra annum & diem, computandum à die interpellationis: & dicto tempore elapso, domini faciunt fructus suos usquequo res distractæ fuerunt.

Ista consuetudo fuit interpretata supra in titulo des emphiteos. articulo 12. incip. gens. d'eglise. quæ nihil differt ab ista, salvo quod illa loquitur in emphiteosi, hæc in feudo.

ARTICLE XVII.

Quand il y a mutation de personne en fief, soit du seigneur feudal ou vassal par quelque moyen que ce soit, le vassal n'est tenu payer aucun droit ou charge audiè seigneur feudal pour raison de ladicte mutation dudit fief, sinon qu'il appaire du contraire.

2 Consuetudinis intellectus.

3 An habeat locum in mutatione, quæ sit per rei alienationem. & nu. 4.

5 Pacta in feudis esse obseruanda.

1 Per mutationem quancunque domini directi uel uassali nihil est soluendum pro inuestitura, nisi sint pacta in contrarium.
In tex. in verbo, mutatione de persone.

2 Ista mutatio potest contingere multiplici respectu, aliquando per mortem directi domini, aliquando per mortem uassali. Et occurrente altero ex his casibus, est petenda inuestitura infra annum & diem, ut superius declarauimus. Et isto casu indubitatum est quod pro inuestitura nihil solui debet, quia feudum est gratiola concessio, gaudium tribuens capienti. Et sicut à principio feudum debet esse gratuitum, ita semper debet retinere naturam suam. Sed dubium est, quid iuris quando feudum alienatur, utrum sit soluendum laudimium, ut fit in emphiteosi? de consuetudine hic dicitur quod non: quia dicit consuetudo per quancunque mutationem, & sic comprehendit omnem mutationem: quia qui totum dicit nihil excludit. & istud aperte dicit infra consuetudo 21. incipiens, & ne peult. De iure communi Do. Ias. in l. fi. col. 11. vers. item adde ad prædicta. C. de iure emphi. allegat. Bal. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. col. 17. dicentem quod quando renuntiatio feudi fit in persona filiorum, non debet solui laudimium, nisi feudum esset iam ad ecclesiam reuersum & incorporatum: quia ista non est noua acquisitio. vult ergo Bal. quod si alienatio fieret in extraneum, quod deberetur laudimium. Sed in oppositum reperio Præpo. in titulo. quo tempo. mil. inuesti. pete. de. col. 2. qui dicit, quod quando petitur renouatio inuestituræ, nihil solui debet. verum est quod dictum Præpo. intelligi potest quando petitur renouatio ob mortem domini vel uassali: & dictum Bal. quando petitur renouatio propter alienationem. In partibus Pedemontanis princeps solitus erat capere pro alienatione feudi de duodecim solidis, duos de pretio, & sæpe faciebat gratiam de dimidia, secundum qualitatem personarum. Et sic in hoc dubio seruabis communem obseruantiam patriæ: quia illa est obscuritatis optima interpretatio. l. si de interpretatione. ff. de legi. & l. minime. eodem titulo.

In tex. in verbo, si non qu'il appaire du contraire.

5 Nota quia in feudis sunt obseruanda pacta etiam contraria naturæ feudali. c. 1. de feu. non hab. prop. feu. natu. Amplè Do. Iaco. in li. feu. in verbo, & cū pacto quod de ipso feudo possint ipsi uassali inuestiti testari, &c.

ARTICLE XVIII.

La chose feudale ne se confisque au proufit du seigneur feodal si n'est en deux cas: l'un par felonnie, l'autre par faulx adueu.

SVM. IN GLO. ART. XVIII.

2 Quid dicatur feloniam.

3 Quatuor casus, quibus priuatur feudo uassalus. & nu. 4. 5. 6. & 7.

8 Quintus est si amicitiam uassalus cum inimico domini contrahat: quod quomodo intelligendum sit, pulchre ostendit. & nu. 9. & 10.

11 Additur & sextus, septimus & octauus. & nu. 12. 13. & 14.

15 Nonus uero est, si uassalus impudicè aliquid egerit cum uxore domini: quod quomodo accipiendum sit, latè explicat. & nu. 16. & 17.

18 Obiter an per osculum uxor dote priuetur, differit. & nu. 19. & 20.

21 Mulieri impudicè uiuenti nõ esse dandū curatorem, contra comunem sententiam multis rationibus euincit. & nu. 22.

23 An mulier impudica bonus priuetur parafernalibus, sicut dote.

24 Vtrum eadem in carcerari possit.

25 Quæ in muliere impudica statuuntur, an in nupta locum habeant. & nu. 26. & 27.

28 An uidua adultera dote priuetur & nu. 29. 30. 31. & 32.

33 Vltra iam dictos nouem casus, septemdecim breuiter recitat, quibus uassalus priuatur feudo. & nu. sequentibus.

1 Confiscatio feudi duobus tantum casibus locum sibi uendicat: quando committitur feloniam, aut negatur feudum.
In tex. in verbo, par felonnie.

2 Quæro unde dicatur feloniam? dicitur à felle: quia omnis qui committit feloniam id facit ex cõtemptu aut ex uindicta: & sic habet malum fel, ex quo ira suscitatur: iuxta illud: Pulmo loquitur, fel suscitatur iram. vel melius, à fide rupta: quia omnis uassalus committens feloniam dicitur fidem fallere. Quæro ex quibus causis dicatur feloniam committi, & veniat feudum confiscandum? Do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feud. in verbo, dictique uassali promiserunt non committere feloniam. emunerat 26. Et quia non omnes habent librum illum sub breuitate eas prestringam. Primò dicitur committi quando uassalus alienat feudum sine sensu domini: sed ista tollitur per istam consuetudinem in hac patria. Secundò si uassalus infra annum & diem non petierit inuestituram. Ista etiam non habet locum in hac patria: quia si non faciat infra quadraginta dies, dominus facit sasinam & fructus suos, usquequo uassalus debito suo satisfecerit. Tertio quando filius vel domesticus offendit dominum: quia debet uassalus eum consignare domino aut à se separare. Fallit in uxore. Et est in electione uassali aut filium domino exhibere, aut à se separare. Et sic habes quod quando filius offendit dominum, pater non tenetur præcisè eum domino exhibere. ratio est, quia non debet pater filium etiam in crimine læsæ maiestatis offerre ad supplicium. l. miles. §. desertorem. ff. de re mili. Et per illum

per illum tex. dicit Sali. in l. propter insidias. C. qui accu. non pos. quod si pater dubitat ne filius patiat ac-
cusationem criminis læsæ maiestatis, cautela est, quod eum præsentet superiori, & obtinebit filius indulgentiam, ne pater filium occidere videatur. Et licet Fely. in c. 1. col. 2. vers. limita quod non habet locum. de offi. deleg. & Deci. ibi col. 5. simpliciter transeat cum dicto Sali. Ego adduco rationem decisionis. Nam is qui reuelat, obtinet gratiam. tex. in l. quisquis. in fi. C. ad l. Iul. maesta. Si igitur pater id faciat, videtur filius fecisse: quia pater & filius censentur eadem persona. l. si. C. de impu. & aliis. substi. & ibi dicitur per doc. quod vox patris censetur vox filii. Contra prædicta, quod reuelans non debeat consequi gratiam, facit deci. Bar. in l. idem si. §. si tibi. in fi. ff. de condi. ob. turp. cau. ubi dicit quod stante statuto quod præmium detur reuelanti occisorem, quod tale præmium non dabitur conscio homicidii & participi criminis. Si igitur non datur participi, ergo multo minus principali malefactori. Pro solutione dicas, quod decisio Bar. non procedit in reuelante tractatum proditionis vel mortis contra principem, aut rem publicam propter publicam utilitatem. Et istam limitationem ad Bar. tradit Fely. in c. 1. in 2. col. de offi. deleg. ubi dat exemplum de reuelante tractatum de morte summi pontificis. Quarto quando uassalus uassali offendit maiorem dominum. Quinto quando uassalus copulauit amicitiam cum inimicis domini, seu cum eis fecit confederationem: declara-
tamen hoc procedere quando uassalus faceret talem amicitiam in damnum vel iniuriam domini: quia alio modo contrahere amicitias non est de genere prohibitorum, imo est uirtuosum. l. latæ culpæ. §. amicos. ff. de verbo. signi. imo hoc sapit præceptum diuinum, ubi dicit facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Et ideo quando dominus uult priuare uassalum, non sufficit quod probet eum copulasse amicitiam cum inimicis suis, nisi probet quod id fecit in damnum & iniuriam suam, ut aduersarius redderetur potentior. Ratio est, quia in dubio est capienda præsumptio delicti exclusiua. l. merito. ff. pro socio. Ultra do. Iaco. id tenet do. Ias. in l. si non fortem. §. libertus. col. 1. ff. de condi. inde. Et nota istum casum, quia plures tangere potest. Nam ego ex tali occasione infinitas passus fui molestias, & usque ad relegationem, eò quod falsis testimoniis fuit suggestum me cum inimicis regis habuisse semel colloquium: carebat ueritate informatio talis: & ulterius si uera fuisset, erat capienda præsumptio alia quam quod quidquam sinistri tractassem, eò maxime quia adhuc durabat treuga inter potentatus, quæ continebat articulum quod subditi possent reciproce conuersari, ac si esset pax. Non propterea doleo quod regius senatus Taurinen. me constituerit in tranquillitatem, quæ dedit causam his meis glosellis & à locis tumultuosis bellorumque discriminibus adeò infectus & infectis me separauerit, ubi postquam, non ex delicto, sed sola suspitione conuersationis contigit à patria me exulem factum. Deo duce, spero cum bona gratia regis maiestatis, quæ semper habuit benignitatem ante oculos, quod cessantibus bellis plenam restitutionem & liberationem ab hac relegatione & priuatione propriæ patriæ, qua nil dulcius, obtinebo. Nolo omittere in materia quod tex. in l. liberi. iuncta
glo. C. de inoffi. testa. uidetur uelle quod sola copulatio amicitie cum inimicis aut confederatio sit digna feudi priuatione. & ita ibi tenet do. Ias. & credo malè: bene fateor quod illa copulatio vel confederatio arguit suspitionem ob quam posset quis repelli, ne esset iudex vel testis. per dictam l. liberi. & per notata per cano. in c. repellantur. & in c. cum oporteat. de appel. & per Fely. in c. insinuante. col. 1. de offi. deleg. Sed ad priuationem feudi, quæ est magni præiudicii, esset necesse probare quod talem amicitiam copulauit vel confederationem fecit in domini damnum vel iniuriam: iuxta ea quæ prædixi. Et nota in proposito nec
vnquam obliuioni tradas, quod si uassalus copularet amicitiam cum inimicis domini, iusto timore ductus, excusaretur à priuatione feudi. Idem est si fecisset fidelitatem. Ita dicit Marti. de Lau. in c. 1. in titulo quibus mod. feud. amitt. per tex. in l. nouissime. ff. quod fals. tuto. Et istud contingit nunc sapius in partibus Pedemontanis, ubi regia maiestas tenet medietatem Pedemontis, & aduersarii aliam medietatem. Et quandoque pars regia est potentior, & cogit plures nobiles ad faciendum fidelitatem, qui si uellent resistere, exponerent se periculo facci & mortis: certè ex præstatione fidelitatis nõ sunt digni priuatione feudi: & econuerso, idem in imperialibus. Redeundo ad propositum, is dicitur committi feloniam quando uassalus occidit fratrem suum, ut obtineat feudum vel hereditatem: secus si occidat fratrem domini, non tamen in iniuriam domini vel nisi prædatorie. Et ibi habes qui dicatur prædator. Septimò quando uassalus non fecit iustitiam domino, intellige quando non fecit iustitiam domino in re feudali: quia tergiuersatur: vel in causa criminali quando est iudex domini in aliquo loco, puta quia dominus deliquit in loco ubi uassalus fungebatur munere iudicis. Octauò quando uassalus reuelat secretum domini, intellige tamen hoc procedere quando uassalus reuelauit animo damnificandi dominum, secundò quando ex tali reuelatione dominus fuit passus detrimentum: & onus probandi quod non reuelauit animo nocendi domino, incumbit uassallo: quia dedit operam rei illicitæ: & tunc cessat præsumptio, de qua in l. merito. ff. pro socio. Nonò quando uassalus concubuit cum uxore domini sui, vel cõcubere procurauit, vel posuit sibi manus ad mammillas, vel ad barbam inferiorem, vel si iacuerit cum filia domini, vel cum sorore quandiu sunt in domo ipsius domini, vel cum nepte, vel cum nuru: hæc omnia probantur in tex. & glo. in c. 1. §. item si fidelis. in titulo quibus mod. feud. amitt. & in c. 1. §. rursus. in titulo. quæ sit prima cau. benefi. amit. Et in dicta nona causa habes per dominum Iaco. Quid si uxor aliàs domini sit uidua, & quid si sponsa nondum transducta, quid in concubina domini quid in pedifeca, & quid si cum domina tantum habuit turpe colloquium, sed non processit ad actus inhonestos? Dum dicitur quod uassalus qui concubuit cum uxore domini, aut cum ea turpiter lusit, perdit feudum: declarat Decius in rubrica de iudi. col. 2. id procedere quando ex turpi lusu potest argui adulterium: & idem posset dici in osculo. Sed quando omnino constaret nullum fuisse secutum adulterium, tunc secus, secundum eum. dictum tamen Deci. difficile posset sustineri, quoniam ex osculo & turpi lusu, quæ sunt preparatoria adulterii, arguitur & probatur adulterium. l. & si amicus. in fi. iuncta l. quia ait. in princ. & ibi in glo. in verbo, in ipsis rebus. ff. de adult. Et generalis consuetudo feudalis non tantum punit actum adulterii, sed etiam oscula & turpes lusus, per quos dominus grauitur offenditur. Et sic ita punit preparatoria ad adulte-

38 natio importat priuationem beneficiorum. Quartadecima, si vassalus efficiatur clericus, vel ingrediatur
 39 religionem, intellige tamen de clerico in sacris, secus si tantum susceperit ordines minores. Et ibi habes
 quid si efficiatur miles Hierosolymitanus. De milite Hierosolymitano memor sum vidisse disputatam ma-
 teriam per Cursum iuniorum, in tracta. feud. licet non recordor de loco loci, & liber non sit nunc penes me,
 ni fallor, concludit quod est in facultate domini feudi talem militem repellere vel admittere, nec si admittat,
 fit iniuria agnato: & ita semel practicaui apud Sabaud. ducem in vno milite de comitatu Plozafchi in Pede-
 40 montio, vnde ego originem traxi. Quintadecima quando vassalus dimittit dominum in prelio, non mortuum,
 41 neque mortiferum vulneratum. Sextadecima est si vassalus fuerit in consilio quod dominus amittat vitam
 42 vel recipiat aliquam laesionem in persona vel contumeliam. Septimadecima causa est si vassalus sciat ali-
 quod magnum periculum imminere domino, & vltro se non offerat ad occurrendum illi periculo cum pos-
 sit. Et ista est limitatio ad regulam quod vassalus non tenetur realiter prestare seruitium domino, nisi ab ip-
 43 so requisitus. Dum dicitur quod vassalus tenetur realiter obuiare periculo domini, si potest, vtrum
 istud sit generale in omnibus personis? Bartol. in l. vtrum. ff. de parrici. dicit quod istud tantum procedit in
 personis subiectis. de veritate. vide amplius Felyn. columna secunda. & Deci. columna quinta, in capitulo pri-
 44 mo, de offi. delega. Sed restat alia dubitatio, vtrum subditus seu vassalus sciens tractatum conspirationis
 contra dominum vel rem publicam teneatur manifestare, alias incurrat poenam l. quisquis. C. ad l. Iul. maies-
 Bartol. in dicta l. vtrum. tenuit quod sic: plures doctores tenent oppositum, quos referunt Felyn. & Decius
 in loco praallegato: & dicunt quod nulla lege cauetur quod celans & occultans puniatur poena capitis: fa-
 tentur tamen ipsi quod opinio Bartol. obseruatur in practica. Deci. columna quinta, allegando Bald. voluit
 quod dicta decisio tantum procedat quando sciens conspirationem habet testes vel probationes: tamen ego
 credo quod illa limitatio non sit vera: quia non reperitur quod ille qui reuelat & manifestat teneatur proba-
 re reuelata, cum non sit accusator nec instigator, & minus faciat manifestationem, vt fiat processus vel con-
 demnatio contra conspirantes: sed tantum vt satisfaciatur debito subiectionis, & vt dominus periculum eua-
 dat. Et ideo ista necessitas probationum non est in consideratione, cum attendatur quod principaliter agi-
 tur. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. Et limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquir.
 re. domi. Nam ratio manifestationis est (teste Ouidio) quod prauius minus laedere tela solent. Ex praemissis
 inoleuit practica in patria Pedemontana, quod vassalus quando facit fidelitatem promittit domino suo,
 quod si intellexerit aliquid tractari in damnum & prauius eius, quod obuiabit si poterit: & si non po-
 terit, id domino manifestabit. Ex illa enim obligatione non sequitur quod manifestando teneatur proba-
 tiones facere: promittit enim factum suum tantum de manifestando, non autem de probando: cum similia so-
 45 leant tractari occulte, & sint difficilium probationis. Octodecima causa est, si vassalus impias manus
 46 iniecerit in personam domini, vel aliquam grauem vel inhonestam sibi iniuriam intulerit. Nonadecima cau-
 47 sa est, si vassalus fuerit insidiatus vitae domini gladio, veneno, vel aliter. Vigesima causa est, quando vassa-
 lus alienat feudum irrequisito domino, & de ista fuit dictum in principio. Et hoc intellige quando vassalus
 processit ad realem traditionem rei feudalis, vel constituit eam se tenere & possidere nomine emptoris: quia
 48 ex solo contractu non transfertur dominium. l. traditionibus. C. de pact. & sic non incidit in poenam. Vi-
 gesima prima causa est, si vassalus pro causa feudali trina vice citatus non comparuerit: quia dominus post
 trinam citationem mittetur in possessionem feudi. Et si vassalus perseverauerit in contumacia per annum,
 dominus poterit eum priuare feudo. Et intelligatis hoc quando tres citationes emanarunt per interualla tem-
 49 porum, nec sufficeret vna pro tribus. Vigesima secunda est, si vassalus commiserit contra dominum ali-
 quam ex illis causis, ex quibus donator potest donationem reuocare. Vigesima tertia est, si vassalus com-
 50 miserit contra dominum aliquam ex illis causis, ex quibus potest pater filium exheredare: de quibus in §.
 causas. in authen. vt cum de appel. cogno. & habetur in §. praedictis autem modis: in capitulo primo. quae sit
 pri. cau. benefi. amit. & habetur in capitulo fin. de dona. Et vt breuiter perstringas causas ingratitude, ex
 quibus filius potest exheredari, nota versus sequentes: Percutit insidians, accusat male versans. Insidia coitus
 defert, non cauet inde: sed prohibet minis Mulier peccans furor atque captiuus, quae fides propriam sobo-
 lem remouent haec. de his habetur in §. si. insti. de inoffi. testamen. Vigesima quarta est, si vassalus vocaue-
 51 rit dominum in ius sine venia. Ista opinio non placet domino Iacobo de sancto Georgio, qui allegat pro se
 Bald. Et istam opinionem tenent multi allegati per do. Ias. in l. generaliter. columna secunda. ff. de in ius vo-
 can. tamen ipse Ias. ibi dicit, quod intrepidè tenet opinionem contrariam, & conatur respondere motiuis fa-
 ctis in oppositum. Et ad euitandam disputationem consulere vassalo quod veniam impetraret: quia in du-
 52 bii opinionibus tutior pars est eligenda. Vigesima quinta causa est, si vassalus eleuauerit manum vt percu-
 teret dominum, licet eum non percussisset. Ista non tenet dominus Iacob. quia pro leui iniuria non est vas-
 salus priuandus feudo. Innuit ergo dominus Iacob. quod si dedisset alapam, fuisset iniuria grauis, & digna pri-
 uatione feudi. Et licet ipso hoc non dicat: ego tamen id probo auctoritate Bald. in capitulo primo. §. iniu-
 ria. in principio de pace iura. fir. vbi dicit, quod si quis daret alapam potestati, posset potestas eum facere fur-
 cis suspendi: quanto magis si daret domino feudi, maxime habenti iurisdictionem super ipso vassalo?
 Et vt perfectius intelligatur haec materia quam declarat dominus Iacobus de sancto Georgio, refrico in
 dubium vtrum eleuatio manus contra dominum feudi dicatur grauis iniuria. Et in hoc putarem distin-
 guendum: Si vassalus tantum eleuauit manum vt percuteret sine armis, tamen statim eum poenituit
 & retrahit manum: tunc talis iniuria non dicitur grauis, & digna feudi priuatione. textus est ad litteram in
 capitulo primo, §. si voluerit. de capi. qui curiam vendit. in vltibus feudorum. & ibi glos. in verbo, non ad-
 mittit. dicit, quia forte poenituit: tamen tenetur vassalus actione iniuriarum, & hoc modo puto procedere
 dictum domini Iacob. Aut eleuauit manum vt percuteret, sed fuit impeditus per tertium, & per eum non
 stetit

stetit quin percussisset: & isto casu puto quod sit idem ac si percussisset, postquam processit ad actus pro-
 pinquos, & per eum non stetit. Istud probo per bonum text. in l. is qui cum telo. C. ad l. Cor. de sicca. vbi is
 qui admenauit ictum cum ense vt occideret, tamen impeditus non potuit perficere, puniatur ac si hominem
 occidisset: quia in istis atrocioribus puniatur affectus, licet non sequatur effectus, quando est processum ad
 actus exteriores. Felyn. ample in capitulo primo, de praesump. & in tractat. quando puniatur conatus: & sic
 postquam is qui voluit occidere puniatur ac si occidisset: ita qui voluit dare alapam, ac si dedisset, quando
 per eum non stetit. Et si dixeris sola eleuatio non sapit crimen graue, id verum est si fiat contra priuatum: sed
 secus si contra dominum vel officialem: vt in exemplo Bald. ibi, propter qualitatem personae receditur a re-
 gulis communibus. Vigesima sexta est si vassalus efficiatur surdus, mutus, vel aliter imperfectus: ista ta- 53
 men non est feloniam, quia vassalus culpa caret. Et ista declaratio non est passim vera: & ideo si casus eueni-
 ret, recurre ad notata in capitulo primo, §. fin. in titulo, episcop. vel abba. & in capitulo, vnico, in titulo, an
 surdus, mutus, vel aliter imperfectus. Notate diligenter in hac materia quod licet regulariter in omni actu 54
 sufficiant duo testes. l. vbi numerus. ff. de testi. tamen ad probandum quod aliquis commiserit feloniam ad
 effectum priuationis feudi, requiruntur quinque integre fama & opinionis. text. ad litteram in capitulo vnico,
 in fine. in titulo quot sunt testes necesse ad probandum. Et licet in dubio testes praesumantur idonei, non
 tamen tanta fama & aestimationis vt exigatur in hac priuilegiata probatione: & ideo bonus aduocatus de-
 bet articulare quod quinque testes producti sunt integre fama & opinionis. Hanc practicam multum com-
 mendat dominus Iacob. in loco praallegato, col. decima quinta, versi. nunc quare quot testes requirantur.

Ibi etiam ponit an dominus in libello teneatur specificare locum & tempus feloniam commissam. Et co- 55
 lumna decima sexta versiculo nunc. ponit cui applicetur feudum quando vassalus illud amittit propter deli- 56
 ctum suum. Et ibidem columna decima sexta, versiculo, sed hodie. dicit quod in feudo succedunt agnati
 in infinitum: licet alias iura feudalia dicerent vsque ad septimum gradum. Et ibidem columna decima- 57
 octaua, versic. videamus nunc generaliter. ponit quando in materia feudali delictum patris noceat filii.

Item ibidem columna decima nona, versic. ecce. quod magis communis opinio est quod confiscatis bo- 58
 nis non intelligitur feudum confiscatum, hoc est vt transeat ad dominum: sed bene transit ad agnatos, nisi
 feudum esset haereditarium. Et potest ex pacto transire ad haerem extraneum: quia eo casu feudum transi-
 ret in fiscum, restituendum tamen post mortem vassali priuati iuxta text. notabilem in l. Statius Florius. §. Cor-
 nelio felici. ff. de iur. sis. Item ibidem columna finali tractat not. quaestione, si dominus remiserit vassalo fe- 59
 lodum, aut illud feudum quod prius erat antiquum, vtrum nunc censeatur nouum. Item in si. tradit qua- 60
 stionem, si vassalus est priuandus feudo, quia rem feudalem apud tertium existentem inuasit, cui feudum ap-
 plicetur, domino, agnatis, vel iniuriam passus? Et ex his est summatim expedita materia feloniam, & sic priua-
 tionis feudi in primo casu consuetudinis de feloniam.

In tex. in verbo, par faulx adueu.

Id est per negationem. hic bene cadebat materia negationis, tamen postquam iam plenè de ea dixi in tit. 61
 des emphiteoses. artic. 6. non repeto.

ARTICLE XIX.

Mais si par autre crime le vassal confisque ses biens, la chose tenue en fief est
 confisque au seigneur iusticier en la iustice duquel elle est situee & assise: ou au
 roy es cas esquelz la confiscation appartiendra audict seigneur.

SVM. IN GLO. ART. XIX.

- 2 Quomodo & in quibus haec consuetudo iuri conueniat, aut ab eodem diffideat, late hic docetur. & nu. 3. 4. 5. 6. 7.
& 8.
- 9 An conuicto vassalo ecclesiastico criminis laesa maiestatis feudum regi applicetur. & nu. 10.
- 11 An & quando factum patris filio noceat, & e conuerso, egregia distinctione ostenditur. & nu. 12. & 13.
- 14 Statumne ualeat ut pater pro filio teneatur, remissiuè.
- 15 An feudum iure communi ob delictum quodlibet applicetur regi, an domino iusticiae. & nu. 16. & 17.

Quotiens bona vassali confiscantur ex alio crimine quam feloniam, illa pertinent domino iustitiano, ubi res feudalis est si-
 ta, aut regi in casibus in quibus confiscationes sunt reseruatae.

In tex. in verbo, par autre crime.

Consuetudo satis indicat quod quando ex crimine feloniam res confiscatur, tunc pertinet domino feudi
 confiscatio, vt habeat iniuriam sibi factam vltionem. Et licet remissiuè aliquid dixerim in praecedenti con-
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968

6 modis, vt per dominum Iaco. columna decima septima. Si occurrerit casus, recurre ad eum. Quando autem confiscatio procedit ex alia causa, quam ex delicto commissio contra dominum, ista est materia presentis consuetudinis, quae vult quod admittatur dominus iustitiarum, aut rex. Sed de iure communi si feudum sit nouum, consuetudo & ius commune non discrepant: sed si sit patrum vel antiquum, de iure communi exclusis descendibus admittantur agnati. Ita dominus Iacob. columna decima septima. Ista distinctioem laicis descendibus admittantur agnati. Ita dominus Iacob. columna octaua & sequenti. ff. de dam. infect. sequitur prosequitur Alexand. in l. si finita. §. si de vestigialibus. columna octaua & sequenti. ff. de dam. infect. sequitur Deci. consilio 48. columna quarta, in secundo volumine. Vult ergo consuetudo duo. Primo, quod in confiscatione bonorum veniat feudum. Item & quod delictum patris noceat filio. Circa primum qualiter procedat ultra dicta in praecedentibus, vide Bartol. vbi mouet quaestionem in l. si finita. §. si de vestigialibus. columna secunda, versic. feudatarius commisit delictum. ff. de damn. infect. vbi determinat quod non. Et intelligit quod quando priuatur vassalus feudo propter delictum, illud reuertitur ad dominum feudi, aut transit in agnatos, secundum distinctionem praecedentem, secundum Alexand. in dicto §. si de vestigialibus. & in consilio 23. columna secunda & tertia, in primo volumine. Circa praedicta moueo elegantem quaestionem, quae potest saepius occurrere. Laicus tenet feudum ab ecclesia, & ob crimen laesae maiestatis eius bona confiscantur per iudicem laicum: vtrum in illa confiscatione comprehendatur feudum ecclesiasticum, & cui pertinebit confiscatio dicti feudi? Quod non comprehendatur, videtur tenere Fely. in capitulo, quanto. columna secunda & tertia. de iudi. per rationes & auctoritates quibus mouetur. Maxime eo quod in tali confiscatione non comprehendatur ius patronatus: tamen credo quod in puncto iuris teneretur ad id quod confisuluit Sali. ibi per eum relatus, videlicet quod feudum ecclesiasticum reuerteretur ad ecclesiam. Et de iure patronatus ultra Fely. adde dominum Ias. in l. 2. C. de in ius vo. tenet quod non venit in confiscatione facta per laicum: & idem tenet Fely. in dicto capitulo, quanto. contra Abba. qui voluit quod ius patronatus possit confiscari cum vniuersitate bonorum, sicut transit ad heredem extraneum. Ponit tamen modos quibus dicit posse procedere opinionem Abba. Circa secundum dubium quando delictum patris noceat filiis, vide de dominum Iaco. in dicto verbo, qui quidem vassal. promi. non committ. felon. col. antepenultima, versicu. videamus nunc generaliter. Et in materia quando delictum patris noceat filiis, breuibus agendo distinguendum est, vtrum loquamur secundum ius diuinum, & tunc aut loquimur quantum attinet ad animam, & in eo casu delictum patris non nocebit filio: nec filius portabit iniquitatem patris, sed vnusquisque onus suum portabit. Aut loquimur quo ad prosperitatem vel felicitatem bonorum fortunae fallacis, & in eis filius quandoque deo disponente portat iniquitatem patris. patet Exodi capitulo vigesimo, in principio incipiente, loquutus est dominus. vbi dicitur: Ego sum deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filiis in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me: & faciens misericordiam his qui diligunt me, & custodiunt praecipua mea. Et in proposito vide consilium Ang. 53. incipiens, nobilis miles. vbi examinat dictum sacrae scripturae: Patres vestri comederunt vvas acerbas, & dentes filiorum obstupescunt. Si vero loquimur secundum ius commune, filius non portat iniquitatem patris: vt patet toto titu. C. ne filius pro pat. & authent. bona damnatorum. C. de bo. dam. fallit in casibus a iure expressis, vt in casu criminis laesae maiestatis, de quo in l. quisquis. C. ad l. lul. maies. & aliis de quibus in cap. cum secundum. de haereti. libro sex. to. Nota tamen quod valet statutum vel consuetudo quod pater teneatur pro filio, & confors pro conforte, villa pro delinquente, & sic quod vnus teneatur pro alio pecunialiter, sed non corporaliter: vt plene declarat dominus Ias. in l. de quibus. columna decima quarta, versicu. iuxta praedictam regulam. ff. de legi. Idem Ias. in §. actiones. columna decima & vndecima, in §. de actio. Idem in l. si quis in suo. §. legis autem. C. de inoffi. testa. Soci. consilio 31. in quarta col. in primo vol.

In tex. in verbo, au roy es cas, &c.

15 Quoniam superius dixi quod confiscationes sunt fructus iurisdictionis, quae veniunt in concessione meri imperii, & sic competunt vassallo: Quae quo casu possint competere regi: quando feudum mouetur immediate ab ipso rege, nulla est difficultas: sed facit dubium: sed facit dubium, quando vassalus regis, puta aliquis dux, marchio vel comes regius infeudauit alteri, & vassalus committit feloniam vel delictum contra regem, dignum confiscatione: cui applicatur feudum, regi an vero domino immediato? Ista quaestio dependet ab his quae traduntur in capitulo, imperialem. §. illud. de prohi. feud. alie. per Fede. & per dominum Iacobum de sancto Georgio in libro feud. in verbo, & promiserunt eidem domino suo praestare debita seruitia. columna quinta, versic. nono quae, &c. vbi disputat cui sit magis obligatus vassalus domino directo feudi, vel domino supremo, puta regi: & quem in bello debeat praestare in praestando auxilium, quando non potest duobus seruire. Dico vterius, quod confiscationes pertinent principi quando de iure communi non est locus confiscationi, sed tantum ex decreto & statuto regis: quia in inuestituris quando rex concedit merum imperium, licet videatur concedere confiscationes debitas de iure communi: tamen eas quas ipse induxit ob aliquam inobedientiam, potest dici quod de eis non cogitauit, sed tantum de ordinariis & consuetis. Sicut dicimus quod in generali concessione princeps non praesumitur concedere regalia, nisi expresse dicat. 17 capitulo primo, vbi doct. in titulo, quae sunt regalia. Et sic potest dubitari quando feudum confiscatur ob homicidium, vtrum sit applicandum domino directo ipsius homicidii, an regi: quia de iure communi propter homicidium non confiscatur feudum, sicut nec confiscantur alia bona patrimonialia. authent. bona damnatorum. C. de bo. damn. & sic, quia confiscatio fit ex regia constitutione, possit dubitari si intelligatur concessa in inuestitura facta cum mero imperio. Multa possent dici in hac materia, sed quia est casus decisis longa consuetudine, ab ea non est recedendum, quae est optima legum interpretatio. ff. de legi. Et dicit lex minime. ff. eodem titulo, quod minime sunt immutanda, quae semper certam formam habuerunt:

runt: ideo non insisto, ne disputatio pareat lites & processus. Ista consuetudo satis declarat quod confiscationes pro homicidio pertineant domino iustitiarum, quando homicidium non respicit iniuriam directi domini feudi.

ARTICLE XX.

Le seigneur feodal ne peut auoir par retenue la chose vendue tenue de son fief, en payant le sort principal & loyaux coustemens: & ce dedans trois mois, à les compter du iour de la possession reale prise par l'acheteur & non plus tost. Laquelle possessio l'acheteur ou autre pour luy prendra en la presence de deux tesmoins du lieu & iustice ou la chose est situee.

S V M M A.

Expositionem trium articulorum sequentium alio remittit.

Dominus directus aduocat ab emptore rem feudalem uenditam, offerendo iustum pretium infra tres menses, currentes a die adeptae realis possessionis ab emptore: & quam capere tenetur coram duobus testibus de eodem loco & iustitia ubi est res sita.

Quod hic dicitur in feudo, idem dictum fuit in emphiteosi, in titulo, des emphiteoses. artic. 2. incipiente, a este aduise. Saluo quod ibi in fi. dicitur quod illud tempus est continuum, & currit contra minores & ignorantibus: & hic nihil de hoc dicitur: ideo casus hic est omissus, qui remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. §. commodissime. ff. de libe. & posthu.

ARTICLE XXI.

Et ne peut ledit seigneur pour raison de l'alienation ou mutation de la chose feodale demander aucuns lotz & ventes n'autres droitz, fors la retenue de la chose feodale, en venant dedans le temps dessus dit: si n'est que ledit fief fust charge de cens en directe portant lotz & ventes par la nature d'iceluy fief.

Directus dominus nihil potest consequi propter alienationem & mutationem feudi: & habet solum ius prelationis, si ueniat infra tempus praefixum: nisi ex pacto feudum sit affectum oneri laudimij & uenduarum.

De materia huius consuetudinis ample dictum fuit supra arti. 17. incipiente, quand il y a mutation.

ARTICLE XXII.

Et si plusieurs choses ainsi tenues du fief d'aucun seigneur sont vedues ensemble & par mesme prix, ledit seigneur feodal ne peut demander la retenue de l'vne ou de partie de ladite chose, mais doit demander le tout tenu de son fief, si non que l'acheteur y consentist.

Dominus feudi non potest partem feudi sui alienati aduocare, nisi accedat emptoris consensus.

Idem in re emphiteotica dicit, supra in titulo, des emphiteoses. articulo octauo, incipiente, si plusieurs. & ideo ad ibi dicta me remitto. Ista consuetudo cum duabus sequentibus continet idem cum descriptis in titulo, des emphiteoses. articulo octauo, nono, & decimo. in re emphiteotica. & ibidem articulo, incipiente, & idem iam dixerat tales consuetudines locum habere in feudis, vt tamen liber sit perfectus, eas referam & nihil addam.

ARTICLE XXIII.

Aussi n'est tenu ledit seigneur feodal retraire les autres choses qui ne sont de son fief, pose qu'elles ayent esté vendues avec la chose feodale: mais pourra auoir ledit seigneur feodal par retenue ce qui sera de son fief, en rendant le sort principal & loyaux coustemens pro rata.

Quando venditio continet res feudales, & equidem diuersas, dominus potest aduocare solas ab eo mouentes soluendo iustum pretium: & omittre res quae ab eo non mouentur.

ARTICLE XXIII.

Toutefois si l'acheteur offre la totalité des choses vedues par vne vente & prix, sera tenu le tout prendre pour le prix qu'il aura cousté à l'acheteur.

Dominus directum iustum tantum pretium, non quale emptor prestat, in retentione rei offerre debet. Per totum.

1 *Quando emptor offert rem totam remittere, directus dominus tenetur totam accipere, & tunc non habet locum precedens consuetudo.*

In tex. in verbo, qu'il aura cousté à l'acheteur.

2 **Quæro** de valde notabili quæstione & quoticiana: Pone quod dominus directus dicat, ego nolo tibi dare quantum tu soluisti, quia res vendita tantum non valet: sed offero tibi iustum pretium, facta æstimatione per eligendos aut per iudicem, aut volo admitti ad probandum iustum pretium. an sit audiendus? Ias. in l. fin. col. 107. vers. septimo quæro principaliter. C. de iure emphi. mouet quæstionem, & simpliciter transit: sed in l. qui Romæ. §. cohæredes. circa finem. ff. de verbo. oblig. eam disputat ad vtranque partem: & finaliter concludit quod si conuentio vel statutum dicat, quod consors teneatur vendere consorti, & non possit aliter vendere, nisi consors recusauerit emere, eo casu consors tenetur dare iustum pretium, & non est curandum quod ab alio plus inueniatur. Secus est si dicat, quod in alienatione teneatur præferre consortem alius: quia eo casu soluendum est quod ab aliis reperitur. Et in istis terminis in materia feudali proprie loquitur tex. in cap. 1. §. sed & res. cum glo. vbi Bal. in tit. per quos si. inue. vbi tex. dicit quod si vassalus vult alienare feudum, debet illud agnato maus pretium offerenti, aut illud quod ab alio potest habere expedire. Idem in emphiteotica vult tex. in l. fi. C. de iure emphi. declarat Oldra. consi. 34. in fi. vbi loquitur quando directus dominus vult retrahere & habere rem ab emphiteota alienatam, quod debet offerre pretium ab emptore solutum. & in hoc concordat cum iure communi consuetudo nostra. Et istud multo fortius procedit quando vassalus vel consors vult aduocare & accurrere rem venditam: quia debet tantum dare quantum emptor exburfauit. Ratio est, quia quando mediante oblatione vult aliquis ius aliquod consequi, tantum debet afferre, quod venditor & emptor immunes conferuentur. Ita vult do. Ias. licet non adeo explicitè in d. §. cohæredes. in fi. Et non tantum tenetur offerre pretium, sed & omnes expensas propterea factas etiam in proxenetis: vt declarat Bar. in l. sed si hoc. §. i. ff. de condi. & demonst. Quia illud dicitur iustum pretium, non quod soluit emptor, sed quod remanet apud venditorem, deducta omni impensa. Intellige tamen præcedentes conclusiones procedere quando non committitur fraus in quantitate pretii, puta quia partes fingunt pretium esse de 50. & erit tantum de 40. quia tunc haberetur recursus ad iustum pretium. Ita do. Ias. in d. §. cohæredes.

ARTICLE XXV.

Le seigneur feodal n'est tenu recevoir son vassal à fief, si n'est au lieu dont depend le fief, s'il ne veult.

SVM. IN GLOS. ARTIC. XXV.

2 *Ratio consuetudinis à simili sumpta. & nu. 3.*

Inuestitura feudi est requirenda in loco ubi feudum dependet, aliàs dominus non tenetur inuestituram recipere.

1 **Ratio** est quia interpellatio debet fieri congruo loco & tempore, vt latè per Bar. in l. non solum. §. morte. ff. de ope no. nun. Idem in oblatione solutionis quæ debet fieri congruo loco & tempore, aliter creditor non cogitur recipere: do. Ias. in l. quidam æstimauerunt. col. 4. vers. istam regulam cōprobo. ff. si cert. petat.

4 **Et ille locus** à quo fundum dependet, dicitur congruus: quia ibi dominus præsumitur habere iura & instrumenta que tangunt ipsum feudum. nam valet argumentum à solitis, l. vel vniuersorum. ff. de pign. actio. glo. in l. fi. C. de fideiuf. Et in specie quod vassalus debeat adire dominum congruo loco & tempore: vt obtineat inuestituram, sentit Bald. in l. fi. C. de condi. infer.

ARTICLE XXVI.

Aussi le seigneur feodal n'est tenu ne contraindre recevoir par procureur son vassal à foy & hommage.

SVM. IN GLO. ART. XXVI.

Quibus casibus iure communi procurator in fidelitate præstanda admittitur. & nu. sequentib.

Dominus non tenetur inuestire vassalum petentem inuestituram per procuratorem.

1 **Quid** de iure communi, vtrum fidelitas possit præstari per procuratorem? Bal. in hac quæstione fuit sibi contrarius. Nam in l. i. ff. de reru diu. determinat quod non: mouetur quia tale iuramentum habet annexam exhibitionem reuerentia, quæ personaliter debet fieri. Eandem opinionem tenuit idem Bald. in cap. 2. de ordi. cogn. vbi dicit quod homagium requirit corporalem præsentiam: sed idem Bald. in l. vnica. §. ne autem. in 3. col. C. de cadu. tol. tenet oppositum. & pro ista opinione quæ est communis, est tex. in cap. 1. §. sed vtrū. in ti. per quos si. inuesti. **Ista opinio** recipit duas restrictiones. Prima est, quod vassalus constituat procuratorem cum speciali mandato ad se præsentandum coram domino, & ibi præsentandum iuramentum fidelitatis, requirendum & obtinendum inuestituram seu renouationem inuestituræ: quia iste est actus qui requirit speciale mandatum in indiuiduo. Secunda est restrictio, quod si dominus dicat se velle alloqui vassalum, & vult præsentiam suam, isto casu potest repellere procuratorem quantumcunque specialem. **Ista fuit decisio** Bal. perpetuo notanda, in suis conclusionibus, quas posuit in fi. operis feud. in penul. cōclusionione ti. quo tēpo. miles. **Istas duas restrictiones** sequitur do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feud. in verbo, quiquidem inuesti. præstiterunt iuramentum fidelitatis. col. 3. vers. nunc quæro vtrum iuramentum fidelitatis. **Ista quæstio** exorta fuit

ta fuit in partibus Pedemontanis, inter marchionem Saluciarum, & primum Carolum Sabaud. ducem: quia idem marchio misit specialem procuratorem ad præstandum fidelitatem: sed dux dixit, quod volebat eum al loqui, & habere eius præsentiam: quod marchio recusauit, allegando quod habebat in curia dicti ducis aliquos barones suspectos: tandem fuit exortum bellum quod postea per morte dicti Caroli cessauit: & ex post, nūquam fuit facta fidelitas ducibus Sabaudia.

ARTICLE XXVII.

Durant le temps de souffrance & respit de faire hommage, le seigneur feodal ne fait les fruidz siens.

SVM. IN GLO. ART. XXVII.

Duplex consuetudinis ratio elegans redditur. Per totum.

Durante dilatione ad faciendum homagium dominus directus non facit fructus suos.

1 **Duplex** est ratio huius consuetudinis. Prima quia durante dilacione cessat mora & contumacia, quæ præstat causam lucro fructuum: & sic succedit regula quod cessante causa cessat effectus. cap. cum cessante. de appel.

2 **Secunda ratio** est quia dilacione pendente omnia debent quiescere. l. sine pars. C. de dila. declarat Panor. vbi ponit casum illius legis in cap. cum tu. col. 4. vers. item præfixio termini. de re iudi. Et qualiter procedat dicta regula, vide Bar. in l. 2. col. fi. & ibi Ias. col. penul. & fi. ff. de re iud. vide omnino do. Ias. in rub. C. de success. edic. col. 2. **Et quod innouata dilacione** pendente sint ipso iure nulla, vide Ias. in d. l. 2. Imo plus dilatio data à iudice de consensu partium non possit ab ipso reuocari, licet suam interlocutoriam possit iudex reuocare. Ita declarat do. Ias. in l. quod iussit. vers. quinto limita. ff. de re iudic.

ARTICLE XXVIII.

Et est tenu le seigneur feodal bailler souffrance & respit à son vassal s'il est mineur iusques à l'aage de vingt ans, en faisant diligence suffisante par son tuteur ou administrateur d'auoir ladicte souffrance.

SVM. IN GLO. AR. XXVIII.

- 2 *Ex consuetudine tutori imputandum dilacionem inuestituræ præstandæ non petenti.*
- 3 *An tutor fidelitatem præstare possit, & cogatur. & nu. 4.*
- 5 *An tempus inuestituræ petendæ iure communi currat minori.*
- 6 *Tempusne præscriptionis legitimum statuto aut consuetudine arctari, aut protrahi possit. & nu. 7.*
- 8 *Beneficium statuto vel consuetudine competens, an teneatur impartiri iudex si non petatur. & nu. 9. & 10.*
An iudex loci secundum consuetudines non citatas vel secundum ius iudicare debeat: & in quibus ultro debeat impartiri officium suum, remissuè. & nu. sequentib.

Ad instantiam tutoris aut administratoris minoris viginti annis tenetur directus dominus concedere dilacionem ad obtinendam inuestituram, usquequo ad dictos viginti annos minor peruenerit.

In tex. in verbo, à son uassal s'il est mineur.

2 **Aduerte** quia consuetudo implicite videtur velle quod directus dominus possit eo modo procedere contra minorem, ac si esset maior, nisi petatur dilatio. Et ideo bene aduertant tutores & curatores, ne possit eis ascribi talis negligentia, quia tenerentur ad interesse passum per minorem eorum culpa, & ad restitutionem fructuum quos minor amisit: quia esset talis tutor vel administrator in lata culpa, nec possit allegare ignorantiam generalis consuetudinis, sicut nec legis: quia error iuris non excusat, quando potuit consulere peritiores. tex. in l. 1. & in l. 2. ff. de iur. & fact. igno. **Sed quæro** vtrum tutor possit præstare iuramentum fidelitatis pro pupillo: quod sic, quia habet mandatum generale cum libera. Ita decidit Bald. in cap. 1. §. si qui incipit, nulla. in tit. per quos si. inuesti. **Et nota** quod licet possit, tamē non necessitatur secundum Iaco. Alua. in cap. si minor. in tit. si de feu. defunct. fue. contro. do. Iaco. in verbo, quiquidem inuesti. præsti. iura. fide. col. 6. vers. sed nunquid tutor. **Sed quid iuris** de iure communi, vtrum minori viginti quinque annis currat tempus diei & anni præfixum ad obtinendum inuestituram? dic quod si sit impubes, ei non currit tempus, etiam si sit proximus pubertati, vel doli capax. præallegato §. si minor. si verò sit pubes, currit tempus: & nisi petat inuestituram, perdit feudum: sed ei succurritur beneficio restitutionis in integrum. glo. in cap. imperialem. §. si quis maior. de prohi. feu. alie. per Fede. plene do. Iaco. in d. verbo, quiquidem inuesti. præsti. iur. fide. col. 6. vers. quid si impubes.

In tex. in verbo, iusques à l'aage de vingt ans.

6 **Ecce** quod consuetudo succurrit minori vsque ad vigesimum ætatis annum: & tamen lex vsque ad vigesimum quintum. **Quæro** vtrum per consuetudinem poterit abrenuare tempus legis & iuris communis? dic quod sic: quia id à principe potest. l. fi. C. de his qui ven. æta. impe. Et consuetudines Alueruicæ fuerunt regia autoritate confirmatæ: vt patet in pandectis, hoc est primis scriptis, in quibus fuerunt consuetudines redactæ. **In tex. in verbo, en faisant diligence suffisante d'auoir ladicte souffrance.**

8 **Consuetudo** obligat dominum ad concedendam dilacionem, si petatur: ex isto dicto potest colligi regula, quod beneficium legis, statuti vel consuetudinis non impartitur non petenti. **Istam regulam** per quatuordecim auctoritates declarat & comprobatur do. Ias. in l. vniuersa. C. de preci. impe. offe. Et eā plenè attingit Fely. in cap. sin autem. col. 2. & 3. de rescrip. **Volo** commēdes duas memoria, quæ possunt in practica sæpe occurrere.

curre, quæ non specificantur per do. Iaf. Prima est, quod iudex iurauerit seruare statuta loci: tamen intelligitur si à parte petatur: quia aliàs poterit facere sententiam secundum ius commune. Nam beneficium statuti (vt profit) debet allegari coram iudice loci, qui præsumitur ea scire, & coram iudice appellationis, qui potest statuta probabiliter ignorare, illa sunt producenda. Ita declarat Bart. in l. omnes populi. circa ff. de iust. & iur. Et quo ad consuetudines quæ sunt quæ facti, licet in scriptis redactæ, illæ sunt producendæ & extrahendæ seu exemplandæ à proprio originali approbato: nec sufficeret producere libros impressos. Istam decisionem probauit supra in tit. des tuteurs. arti. 5. num. 6. vide quæ sequuntur. Post scripta occurrit in facto casus coram domino locutente generali regino verè secundum ætatem docto, me assistente, in vno processu fuerat allegata vna consuetudo & designata, sed non extracta de processu originali: fuit quæsitum, an obstat processus fulminatus, in quo dicitur quod volens probare aliquid per consuetudinem, debet eam exemplari facere de processu fulminato parte vocata. Ego interpretatus fui illum processum quod ex quo consuetudines publicas & notorias iudici non licet ignorare, aliàs ignorantia esset crassa & supina, quæ non excusaret. cap. 1. de constir. lib. 6. l. ff. de decre. ab ordi. facien. quod dum processus dicit de probando, intellexit quando materia consuetudinis tractaretur coram iudice appellationis, aut alio qui probabiliter posset ignorare tales consuetudines: nam eo casu quia agitur de probando, debent exemplari parte vocata, & produci. Sed quando iudex habet notas tales consuetudines redactas in scriptis, quia ordinarius, & quæ habentur pro legibus, tunc sufficit eas allegare, nec exigitur alia probatio: sicut dicit Bartol. de statutis. in l. omnes populi. in ff. de iust. & iur. Et facit ratio quia notoria indigent allegatione, & non probatione. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adult. Et hoc modo intelligendo processum concordat cum iure communi, secundum quod sufficit allegare statuta & consuetudines notorias iudici loci. Et in dubio omnis dispositio debet interpretari vt concordet cum iure communi. l. conficiuntur. ff. de iure codi. Et minus detrahatur iuri communi quam fieri possit. cap. cum dilectus. de consue. Et secundum istam declarationem fuit communi voto consiliorum iudicatum 12. Augusti. 1545. Et ad præmissa facit notabilis decisio do. Iaf. in authen. iubemus. C. de iudi. vbi dicit quod licet iudex non teneatur sequi statuta & consuetudines non allegatas: potest tamen si vult, quando sunt notoriæ, vt sunt in casu isto, iudicare secundum statuta vel consuetudines notorias, etiam supplendo de facto parte non petente. Ita do. Iaf. in d. authen. iubemus. col. 1. C. de iudi. Alexand. in apostil. ad Bartol. in l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adult. Et generaliter in quibus iudex possit supplere ex officio parte non petente, vide Panor. in cap. 1. in 2. notabili. de libel. obla. Et nota quod supplet in notoriis: Item ex actis & processu, secundum Ro. consil. 227. in fin. Et etiam ex officio supplet repellendo testem minus idoneum accusatorem, & procuratorem illegitimum. Et generaliter in omnibus respicientibus publicam utilitatem, rectitudinem processus, & dignitatem iudicis: vt latè per exempla probant Panor. & Fely. in cap. nulli. de accu. post glo. & Bart. in l. filiusfam. §. veterani. ff. de procur. Et adde quod supplet de facto ad defensionem rei in criminalibus. Bart. in l. libellorum. in ff. de accusa. Quando possit supplere circa præsumptiones non allegatas, vel notoria non proposita, vide latè Fely. in cap. afferte. col. 2. & 3. de præsump. In quantum dixi supra de procuratore non legitimo, recurre ad Fely. in cap. causam quæ. col. 1. de iudi. Pro confirmatione prædictæ regulæ, facit quod licet usufructuarius non facit fructus suos, nisi præstita cautione: vt habetur insti. de usufruct. & in tit. ff. de usufruct. quæ ad. ca. tamen intelligitur si fuerit petita. Ita Paul. de Cast. in l. peto. ff. de leg. 2. Soci. consil. 131. in 4. vol. Qualiter procedat decisio cum sua limitatione, tradit Chassaneus in rub. des droitz. in verbo, & sera tenue. fol. 155. Et ibi secutus doctores in l. vxor. ff. de usufruct. lega. distinguit: Aut fructus sunt percepti à proprietario vel ab alio quam usufructuario ante præstitam cautionem, & tunc usufructuario non debentur: Aut ab ipso usufructuario, & tunc aut proprietario sciente, & facit fructus suos, si cautio petita non fuerit, secundum declarationem Paul. de Cast. de qua supra. Aut ignorante, & tunc non facit fructus suos. Chassaneus ibidem format plures quæstiones de usufructuario: quas remissiuè tradam in titulo, des tailles. ca. 25. artic. 9. nume. 5. vbi opportuniùs cadunt.

ARTICLE XXIX.

Et ausi au vassal qui est malade ou necessairement absent.

SVM. IN GLOS. ART. XXIX.

- 2 Quare morbus hic vassalum excuset.
- 3 Quæ dicatur absentia necessaria.

Eadem dilatio est concedenda infirmo, aut absentem ex causa necessaria, si petatur.
In tex. in verbo, malade.

Certè infirmitas debet excusare duabus rationibus: vna quidem quia fidelitas est præstanda personaliter secundum consuetudinem: & altera, quia peti debet in loco vbi feudum dependet, & sic continet maximam difficultatem, quod infirmus possit implere ista duo, quando est infirmitas grauis: scilicet si esset leuis, puta febricula, vel verus quartana, vt declarant doc. in l. quæsitum. ff. de re iudi. Et sic ista consuetudo simpliciter loquens de infirmo debet intelligi de infirmitate quæ potest præstare impedimentum vassallo eundi ad dominum: quia verba debent intelligi cum effectu. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. vbi quando fit mentio de sententia intelligitur de valida: & de his plenè tradit dom. Iaf. in l. ff. de iur. omnium iudi. vbi dicit quod appellatione manus non venit manus arida. Item dicitur vidua quæ habet maritum inutilem.

In tex. in verbo, ou necessairement absent.

3 Quæro pro declaratione consuetudinis, quando absentia dicatur necessaria? dic quædo causa militiæ rei publicæ,

publicæ, aut infirmitatis. quando dicatur probabilis? dic quædo quando causa studiorum. Tertio quando necessaria tantum? quando causa relegationis. Quarto quando est absentia sine contumacia, puta in eo qui abest ex causa voluntaria gratia utilitatis, puta in mercatore. Quinto, quando absentia committatur contumacia. Et de istis quinque generibus absentiarum, & qualiter eis succurratur, vide Bartol. in l. fin. ff. de integ. resti. Quæro, quid si quis sit absens, quia iuit ad sanctum Iacobum, vel ad aliam peregrinationem, qualis erit hæc absentia? dic quod probabilis & fauorabilis, secundum Alexand. in dicta l. fin. allegant Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando. iud. in prin.

ARTICLE XXX.

Le seigneur feodal n'est tenu ne contrainct recevoir son vassal à foy & hommage qu'il n'ait preallablement payé les fructz encouruz s'aucuns en sont deuz.

SVM. IN GLO. ART. XXX.

2 Ratio regulæ affertur, adiecta regulæ. & nu. 3.

potest denegari inuestitura vassallo qui primò non soluit fructus decursos.

Quia aliquando dominus directus facit fructus suos per moram & negligentiam vassali: si velit vassalus moram purgare, & inuestituram obtinere, debet prius offerre fructus decursos & debitos. Ratio consuetudinis est, quia quando contractus est vltro citroque obligatorius, ille qui primò implet ex parte sua, constituit aduersarium in mora. Ita Bartol. in l. de diuisione. col. 1. ff. sol. mat. Et facit optima regula quotiens oblatio ordinatur ad originem petitionis, illa debet præcedere. text. est in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. Idem dicit Deci. consil. 57. col. 3. in secundo volumine. Et ista regula habet locum etiam in distractu: quia ille qui vult recedere à contractu, debet primò restituere quæ accepit: ex eo. text. in l. non solum. C. de præd. mino. Ancha. consil. 34. in. fi.

ARTICLE XXXI.

Mais si ledict seigneur feodal & sondict vassal ne s'accordent de la valeur desdictz fructz, ledict vassal est tenu consigner en main tierce le dictz fructz, selon qu'ilz peuent annuellement monter & valoir par commune estimation, sans preiudice du plus ou du moins, quâd le dictz fructz feront deuement congneuz & verifiez.

SVM. IN GLO. ART. XXXI.

- 2 Oblatio quando desideratur, & quid operetur remissiuè.
- 3 Quomodo libellus in petitione fructuum proponatur, & valor eorum probetur remissiuè. & nu. sequentib.

Dominus & vassallo discordantibus circa ualorem fructuum, consignabit vassalus in tertiis manibus fructus, secundum estimationem communem singulorum annorum, citra præiudicium ueri ualoris, super quo fiet cognitio & uerificatio.

In tex. in verbo, consigner en main tierce.

Quando sufficiat oblatio, & quando requiratur consignatio, recurre ad dominum Iaf. in l. quidam estimauerunt. col. 2. ff. si cert. pet.

In tex. in verbo, congneuz & uerifiez.

Qualiter debeat formari libellus in petitione fructuum præteritorum, præsentium & futurorum, recurre ad Bart. in l. ex diuerso. col. penul. versic. vtrum teneatur. & per eundem in 2. lectu. in dicta l. ex diuerso. in princip. & §. 1. ff. de rei vendit. ad Iaf. in l. 1. col. 3. in princip. C. de iudic. plenius Fely. in ca. inter dilectos. col. 2. versic. in text. ibi, cum omnibus fructibus. de proba. Et aduerte inter cætera quod tantum peti possunt fructus qui supersunt, deducta impensa: quia illi tantum dicuntur fructus. Idem si petantur redditus. Idem si fiat mentio de valore beneficii: quia ille dicitur valor qui superest deducta impensa & oneribus: licet secus sit in solutione decimæ, qua debetur simpliciter, non deducta impensa. Fely. in cap. ad aures. col. 8. versic. duodecima conclusio. de rescrip. Et valor fructuum qualiter debet verificari, puta frumenti, vide Bart. in l. prætia rerum. §. 1. versic. quæro qualiter probatur aestimatio frumenti. ff. ad l. falci. Et generaliter valor rei mobilis vel immobilis qualiter possit probari, & vtrum in re mobili, puta frumento, attendatur valor qui potest haberi domi, aut in loco publico. Et vtrum testis debeat reddere rationem sui dicti, quando deponit de valore rei, an sufficiat quod dicat rem tantum valere secundum suam opinionem. Adde Fely. in cap. ad aures. col. penul. versic. an autem tales testes. de rescrip. Et in re immobili, vtrum valor possit probari per plura instrumenta, per quæ apparet quod in tali regione fundus fuit venditus certo pretio. de his recurre ad do. Iaf. post Ang. de Areti. ibi. in §. plus autem. col. 1. & 2. in situ. de actio. Item quando agitur de probando valorem beneficii, cui incumbat onus probandi, vide Fely. in cap. ad aures. col. 3. versic. tertia conclusio. de rescrip. Et quid debeat articulare, qui dicit quod impetrans beneficium non expressit verum valorem, Fely. ibidem col. penul. versic. limita secundo.

ARTICLE XXXII.

Et en ce faisant ledict seigneur feodal sera tenu recevoir sondict vassal à foy &

hommage, & ne fera deslors en auant les fructz siens.

SVM. IN GLOS. ART. XXXII.

Ratio huius consuetudinis redditur.

- 1 *Premisus impletis per uassalum, dominus feudi tenebitur cum inuestire, & decetero non faciet fructus suos.*
 2 Ratio est, quia ille qui implet ex parte sua, constituit aduersarium in mora, si non etiam impleat, l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. & plenè dixi in præcedentibus. Et cessante causa lucri fructuum, debet cessare ipsum lucrum. cap. cum cessante. de appella. plenè de ipsa regula & qualiter procedat, quòd cessante causa cessat effectus, vide do. Iaf. post ceteros in l. i. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd.

ARTICLE XXXIII.

Les fiefz sont tenuz & reputez biens patrimonialx, & se peuuent alierer à quelque tiltre que ce soit en tout ou en partie par le vassal, sans le congé du seigneur feodal.

SVM. IN GLO. ART. XXXIII.

- 2 *Hanc consuetudinem restringendam ad casum de quo loquitur.*
 3 *Contrariam esse iuri communi. & nu. 4.*
 5 *An idem de parte quod de toto dicendum sit.*
 1 *Feuda reducta sunt ad instar bonorum patrimonialium, & possunt quocunque titulo alienari, sine consensu domini.*
 2 *Ista reputatio est quo ad effectum, de quo hic, & quo ad ceteros, de quibus fit mentio in consuetudinibus. In aliis verò feuda retinent suam naturam, secundum ea quæ notentur in cap. i. de feud. non habent. pro feud. natu. Et quòd sit verum, patet supra consuetudine 18. incipiente, la chose feodale. vbi propter feloniam vel falsam negationem feudum confiscatur: quod non habet locum in bonis patrimonialibus. Item ista reputatio non facit feudum esse quid patrimoniale, sed haberi pro tali. Et aliud est quid esse tale, aliud haberi pro tali, l. mercis. ff. de verbo. signi. Ideo statutum loquens de bonis patrimonialibus non haberet locum in feudis: quia in statutis fit stricta interpretatio, & tantum habet locum statutum quando proprietatis sermonis cõgruit: vt plenè declarat Bar. in l. liberorum. ff. de verbo. signific.*

In tex. in verbo. se peuuent alierer sans congé du seigneur.

- 3 *De consuetudine feudorum dicitur contrarium in cap. imperialem. §. i. de prohib. feud. alien. per Feder.*
 4 *Nisi sit dictum in inuestitura, quod vassali possint alienare. Et quid importet illa concessio, vide plenè do. Iacob. de sancto Geor. in lib. feud. in verbo, & cum pacto de non alie. & in verbo, ita quod de ipso feudo possit si vassa. inuesti. testa. & per vltimam voluntatem disponere.*

In tex. in verbo, en tout ou partie.

- 5 *Quomodo procedat regula, idem iuris est de toto, quo ad totum, quòd de parte quo ad partem: de qua in l. quæ de tota. ff. de rei vendi. die quòd procedit quando subest eadem ratio. Bald. post glo. in cap. i. §. ex eadem lege. de lege Conra. in vsib. feudo.*

ARTICLE XXXIII.

Aussi ledict seigneur feodal peut vendre & alierer son fief sans le consentement de son vassal.

SVM. IN GLOS. ARTIC. XXXIII.

- 2 *Ratio redditur.*
 3 *An iure communi procedat, & nu. 4.*
 5 *An quoque dominus directus aliquid uassalo præstare tenetur.*

Directus dominus potest ius directi domini, alienare sine consensu uassali.

- 1 *Ratio est, quia contrariorum eadem est disciplina. Nam sicut ex consuetudine vassalus alienare potest vti le dominium sine cõsensu domini, ita dominus directus dominium directum. Quæro quid de iure communi: quæstionem mouet Bald. in cap. i. §. eadem lege. de lege Conra. Et vtrum directus dominus possit pignorationem proprietatem feudi, ponit Bal. in cap. i. col. 2. de prohib. feud. alien. per Feder. Et dum ista consuetudo æquiparat vassalo dominum, quo ad casum alienationis, opportunè quæro, vtrum dominus sit obligatus vassallo in aliquo: dic quòd non tenetur præstare iuramentum, in aliis tenetur præstare pares vices. cap. i. §. dominus quoque. in tit. de for. fide. Et tenetur adiuuare vassalum quãdo habet iustam causam, & cõtra domesticos suos, aliàs priuatur proprietate feudi. glof. est communiter approbata in cap. fin. §. contra omnes. in tit. hic finitur lex. & incip. consuet. reg. vide do. Iaco. in verbo, & promiserunt eidem domino suo præsta. debi. ferui. col. 7. versic. an autem e contra.*

ARTICLE XXXV.

Toutefois quand partie de la chose feodale est alienée par quelque contract que ce soit, le fief demeure entier & indiuisible au seigneur feodal iur toute la chose

chose feodale & chascune partie d'icelle.

Si pars feudi alienatur ius domini directi remanet integrum super toto feudo & qualibet parte ipsius.

Vult dicere quòd per alienationem partis nõ excusatur vassalus ab integro seruitio feudi, ac si totum feudum possideret. Ratio est, quia dominus non cogitur accipere particularia seruitia, sicut nec creditor particularem solutionem. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. Et ratio est, quia particularis solutio non minima incommoda solet afferre. l. plene. ff. famil. hercisc. Et quando hoc procedat, vide amplè do. Iaf. in l. quidam æstima- uerunt. col. 4. versic. in ea glo. ad fi. ff. si cert. petat.

ARTICLE XXXVI.

Mais celuy qui ainsi vent portion de ladite chose feodale demeure chargé de foy & hommage du totage de fief, sauf son recours contre celuy ou ceulx qui ont de luy acquis l'autre partie dudit fief, iceulx deument sommer & requis.

Vassalus alienans partem, remanet pro toto obnoxius, salvo recurso contra emptorem partis, debitè interpellatum. Et sic eo ipso quòd vassalus compellitur ad integrum seruitium, debet interpellare emptorem partis feudi, vt satisfaciatur pro rata: & si non fecerit, habebit vassalus ius compellendi dictum emptorem.

ARTICLE XXXVII.

Et au contraire ceulx qui ont acquis auront leur recours contre ledict vendeur de tous leurs interetiz & dommages à faulte d'auoir faitz les foy & hommage, apres sommation deument faicte.

Si emptor partis feudi non faciat debitum erga dominum directum, venditor consequetur ab eo interesse, præuia tamen debita interpellatione.

ARTICLE XXXVIII.

Pareillement quand la chose feodale est diuisee entre aucuns freres ou coheritiers, le frere ou coheritier ainsi en cas de partage demeure chargé des foy & hommage & des seruitices requis à cause de tout ledict fief, sauf son recours contre celuy ou ceulx qui tiendront l'autre partie de la chose feodale, apres qu'ilz aurõt esté deument sommer & requis de respondre dudit fief.

SVM. IN GLO. AR. XXXVIII.

- 2 *Iure non procedere hanc consuetudinem. & nu. 3.*
 4 *An feudum diuidi possit, cum aliquot limitationibus. & nu. sequentibus.*

Fratri uel coheredi seniori tenenti partem feudi diuisi onus incumbit præstandi fidelitatem & debita seruitia: habet tamen recursum contra coheredem, præuia debita interpellatione.

De iure communi actiones hæreditariæ actiue & passiuæ sunt diuisæ à iure, l. pro hæreditariis. C. de hæredita. actio. & sic quilibet tenetur facere fidelitatem pro rata feudi, & ad seruitia. text. est ad literam in ca. imperialem. §. aliud. de prohib. feud. alien. per Feder. Et licet regula sit quòd ex mutatione hæredis non debet immutari obligatio, tamen in feudo aliquando contingit contrarium, quia aliter fieri non potest: vt in notabili exẽplo declarat dominus Iaco. in d. verbo, & pro. eidem domino suo præst. debi. ferui. col. 12. versic. vltra quæro de pulchra quæst. Quando debeo fidelitatem vni domino pro vno feudo, & succedo fratri in feudo se mouente ab alio domino, tunc illi secundo domino nõ faciam fidelitatem, vt faciebat frater meus: sed referuabo in fidelitate obedientiam & iuramentum præstitum priori domino.

In text. ibi, est dimisè.

Quæro vtrum feudum diuidi possit: dic quod feuda regulariter sunt diuisibilia, & sunt transitoria ad omnes descendentes æqualiter. cap. i. §. cum verò. in ti. qui feud. da. poss. Ista regula modificatur vt procedat etiã in feudis iurisdictionalibus, quando omnes consortes concordant, & aliter non. Ita dicit text. in cap. imperialem. §. aliud. ibi, si consortes voluerunt. in tit. de prohib. feud. alien. per Feder. Item fallit in duobus casibus. Primò in feudis habentibus annexam dignitatem, puta in feudis ducatus, marchionatus, & comitatus, quæ non recipiunt diuisionem cap. imperialem. §. præterea. in tit. de prohib. feud. alien. per Feder. Bart. in l. inter tutores. ff. de admi. tut. per Panor. & cano. in cap. prudentiam. de offi. deleg. & ibi Fely. col. 2. versic. vbi verò est dignitas. dicit, quòd in tali feudo primogenitus succedit. Fallit secundo dicta regula, vbi est consuetudo quod primogenitus in feudo succedit: & talem consuetudinem attestatur Iacob. de Bellou. in procem. feudo. esse in tribus partibus, in Francia, Anglia, & Sicilia. In quantum tamen dicit de Francia, in ea sunt diuersæ prouinciæ, & diuersæ consuetudines: & in hac patria Aluerniæ habet tantum primogenitus principalem plateam, cum volitu caponis, & delationem nominis & armorum: vt patet supra in tit. des successions. arti. 51. incipiente, en succession de nobles. Et in principali proposito quando feudum sit diuisibile & quando transitoriu ad hæredes, vide do. Iaco. in verbo, in feudum. col. 4. versic. vndecima diuisio. & versic. duodecima diuisio.

ARTICLE XXXIX.

Aufsi fauf le recours desdictz freres & coheritiers contre l'ainné frere ou coheritier, de leurs interestz & dommages à faulte de faire par luy lesdictz foy & hommage, apres sommation deuement faicte.

1 Est saluum ius ad interesse fratri seu cohæredi contra seniore[m] fratrem, præuia interpellatione, si non fecerit fidelitatem & hommagium.

ARTICLE XL.

Et si lesdictz freres & coheritiers tiennent & portent vn fief ensemble sans diuision, l'ainné d'iceulx est aufsi tenu respondre de la foy & hommage dudit fief & des deuoirs pour ce deuz, tant pour luy que pour les autres, sauf son recours cõtre eulx: & esdictz freres & coheritiers contre luy respectiuemét, comme dessus est dict.

1 Si fratres seu cohæredes habent feudum indiuisum, senior tenetur ad hommagium & ad integra seruitia, saluo recurfu contra fratres & cohæredes: & idem recurfus competit aliis ad interesse, si senior defecerit implere sibi incumbentia.

ARTICLE XLI.

Et si le seigneur feodal consent à la diuision ou alienation particuliere de son fief, chascun des tenanciers de la chose feodale sera tenu faire les foy & hommage & seruces deuz pour la part & portion qu'il tiendra dudit fief.

SVM. IN GLO. ART. XLI.

2 Iuri conuenire declarat.

1 Quando directus dominus consentit diuisioni aut alienationi particulari, quilibet uassalorum tenetur ad fidelitatem & ad debita seruitia pro rata.

2 Ista est declaratio præcedentis consuetudinis, quæ habet locum quando fit diuisioni aut alienatio in scio domino, hic quædo consentiente. Et pro ista consuetudine est text. in ca. imperialem. §. aliud. de prohi. feud. alie. per Fede. qui determinat quod quilibet uassalorum diuidens tenetur ad fidelitatem: quia talis præstatio est indiuidua: & quo ad seruitia pro rata, est præstatio diuidua.

ARTICLE XLII.

S'il y a plusieurs seigneurs feodaux communs par indiuis d'vn mesme fief, & que les portions soyent inegalés, le uassal peult faire hõmage à celuy qui a la plus grande portion, tant pour luy que pour les autres conseigneurs feodaux.

SVM. IN GLOS. ARTIC. XLII.

2 An uassalus plures recognoscere cogatur.

3 Et econtra plures heredes uassali utrum teneantur omnes ad fidelitatem.

4 Vtrum uassalus iure communi in alienatione omnium dominorum consensum debeat exigere.

5 An ius huic consuetudini repugnet, disputat. & nu. sequentibus.

1 Si ex pluribus dominis habentibus feudum indiuisum unus habeat maiorem partem, uassalus potest illi soli fidelitatem pro se & aliis condominis facere.

2 Hic cadit notabilis quæstio utrũ vnus uassalus pro eodem feudo teneatur recognoscere plures dominos, puta fortè quia decessit dominus superstitibus pluribus filiis: utrum teneatur uassalus omnibus facere fidelitatem? tex. est in cap. imperialem. §. aliud. de prohi. feud. alie. per Fede. qui dicit quod vnus uassalus pro eodem feudo plures dominos habere non est compellendus. quomodo ergo fiet quin inferatur damnum aliquibus ex filiis? Siue dixerimus quod primogenito sit fidelitas præstanda, siue quod sit in electione uassali vnum ex pluribus eligere. vide D. Iaco. in verbo, qui quidem inuestiti præsti. iur. fide. col. 7. versic. quid autem. Econtra si uassalus decedat relictis pluribus hæredibus, utrum omnes teneantur ad fidelitatem, mouet quæstionem, & arguit ad pares, allegando diuersitatem opinionum. glo. & doc. & tandem facit duas conclusiones. Aut plures domini concesserunt idem feudum, & tenetur uassalus omnibus fidelitatem facere. Idem iuris quando dominus decessit relictis pluribus hæredibus, & uassalus semel omnibus fecit fidelitatem. Sed si nolit omnibus facere fidelitatem particulariter, potest eam facere cui ex eis voluerit pro se & aliis. Et similiter quando vult alienare feudum, sufficit quod requirat consensum illius tantum cui fidelitatem præstitit, aut si eam non præstitit, vnus ex ipsis condominis & cohæredibus. Et istud est notandum obseruatoribus consuetudinum imperialium: quia est maxime utilitatis, vt in alienationibus uassalus non teneatur requirere consensum omnium dominorum. Nam secundum consuetudines Aluerniæ talis consensus non exigitur.

In tex.

In tex. in verbo, qui à la plus grande portion.

Secundum consuetudinem is qui est dominus maioris partis censetur habere prerogatiuam vt præferatur cæteris: & tamen de iure communi videtur oppositum: quia dominus partis rei dicitur dominus rei quantum ad dispositionem suæ partis. l. serui electione. ff. de leg. 1. Et idem iuris est de parte quo ad partem, quod est de toto quo ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. sed potest responderi, quod vbi quilibet potest habere ius suum saluum, ita habebit dominus partis minoris in parte illa, sicut dominus maioris in illa maiori: sed vbi est locus gratificationi, tunc minor pars cedit maiori. Hoc probatur optimo simili. Nam licet diuisioni inter cohæredes de iure sit fienda sorte, tamen quando vnus ex cohæredibus habet maiorem partem altero, tunc habet minorem partem diuidit, & habenti maiorem dat electionem. deci. est Bal. in l. 2. §. si duobus. in fine. C. comuni. delega. Et in duobus legentibus in studio præfertur qui habet maiora stipendia. Ita Panor. in c. clerici. de iudi. Nolo hic attingere materiam legis quod maior. ff. ad municip. quia non cadit in proposito consuetudinis, quæ nõ loquitur de maiori parte respectu minoris personarum, sed ratione portionis in re.

ARTICLE XLIII.

Si les portions sont egales, & est entre freres ou enfans, le dict uassal est quitte en faisant hommage à l'ainné.

SVMMA. IN GLO. ART. XLIII.

Quomodo hic ius commune discrepet. per totum.

1 Quando fratres uel filii sunt æquales in feudo, uassallo sufficit quod seniori faciat fidelitatem.

2 De iure communi feudorum, aliqui tenuerunt quod datis pluribus hæredibus vnus domini, seniori & primogenito sit præstandum homagium. Istam refert Bal. in c. imperialem. §. præterea. de prohi. feud. alie. per Fede. arg. l. si. ff. de fide. instru. tamen do. Iaco. in d. verbo, qui quidem inuesti. præsti. iura. fide. col. 7. versic. quid autem econtra. in fi. concludit quod electio sit uassali: quia in alternatiuis electio est debitoris. allegat. l. plerunque. ff. de iure do. & nihil plus. Iudicio meo illa lex non bene conuenit huic decisioni: quia ibi obligatio erat in re dotali tantum, sed quia fuerat pretiata, erat in electione debitoris soluere pretium: quia ita appetiando rem dotalem, videbatur tacite actum inter partes quod restitueretur res vel pretium. Sed hic uassalus est obligatus omnibus dominis cohæredibus: & consuetudo feudorum quæ admittit uassalum vt faciat fidelitatem vni nomine omnium, est interpretanda secundum dispositionem iuris communis, quæ est vt quando in persona vnus tantum actus fieri potest, deferatur seniori. Ita in electionibus officiorum & cæteris. not. Iaf. in l. cum quid. col. 3. versiculo, in eadem glo. ff. si cert. pet. Et ex rationibus supradictis arbitrator consuetudinem hanc bona ratione introductam, quod data æqualitate portionum in feudo, sufficiat seniori homagium facere.

ARTICLE XLIIII.

Et s'ilz sont autres que freres enfans ou coheritiers par commun, il suffit se transporter au lieu & place d'ou depent ledict fief, & illec faire sa foy & hommage à celuy desdictz seigneurs feodaux qui se trouuera sur le lieu, ou en leur default, à la porte dudit chastel.

SVM. IN GLO. ART. XLIIII.

2 Ratio differentie huius articuli à superiore.

1 Quando est præstandum homagium aliis quam filiis & fratribus cohæredibus habentibus feudum indiuisum, satisfaciunt uassalus se transferendo ad castrum unde feudum dependet, & faciendo fidelitatem domino quem reperiet. Et nullo reposito, satis est quod eam faciat ante portam dicti castri.

2 Ratio differentie inter hanc consuetudinem & præcedentem, quæ defert seniori, est, quia in fratribus ius primogenituræ est in magna consideratione, vt supra notauimus, quæ ratio cessat in diuersis dominis, in quibus non cadit ordo, nisi ratione maioris partis: vt dictum fuit supra articulo 42.

ARTICLE XLV.

Ont lieu les choses susdites quant à la foy & hommage: mais quant es proufitez & droit de fief, cõme de commises de la chose feodale, ou fruietz d'icelle, ou autres proufitez diuisibles, ilz se departét entre les cõseigneurs feodaux, pro rata.

SVMMAR. IN GLO. ART. XLV.

2 Remissuè quæstionem proponit.

1 Quicquid de homagio supra dictum fuerit, cætera emolumenta diuisibilia pro rata omnibus pertinent.

2 Quoniam hic fit differentia inter seruitia diuisibilia & indiuisibilia, cadit notabilis quæstio. Pone decedit uassalus qui tenebatur ad vnum seruitium indiuisibile, puta vnam operam, seu roydam, relictis pluribus hæredibus, utrum omnes sint obligati condominis ad vnam roydam tantum, an quilibet in solidum? vt studeam breuitati, recurratis ad do. Iaco. in titulo de royd. col. 1. & sequentibus.

ARTICLE XLVI.

Le vassal qui veult faire foy & hommage à son seigneur apres, requisition ou mainmise se doit transporter au lieu d'ou depent le fief, & illec se mettre en deuoir selon la nature & qualité du fief.

SVM. IN GLO. ART. XLVI.

- 3 *Quomodo uassalus in mora per consuetudinem constituatur.*
 1 *Vassalus requisitus per interpellationem uel manummissam, debet adire locum ubi feudum dependet, & ibi secundum feudi naturam & qualitatem, fidelitatem & homagium offerre.*
 2 *Item vult hæc consuetudo in effectu, quod consuetudo de qua supra arti. 25. incipiente, le seigneur feodal. In tex. in verbo, apres requisition.*
 3 *Habes ex consuetudine quod vassalus non constituitur in mora in petitione inuestituræ, nisi fuerit requisitus, aut fuerit manus domini missa super feudo. Sed de iure feudorum non expectatur requisitio: quia datur tempus anni & diei, quod interpellat pro homine. c. imperialem. §. præterea si quis infeudatus. in titu. de prohi. feu. alie. per Fede.*

ARTICLE XLVII.

Et s'il ne trouue ledict seigneur, ou le trouue, & ledict seigneur le refuse sans cause raisonnable, ledict vassal se peult presenter deuant la porte d'iceluy lieu & place d'ou depent ledict fief, & illec en la presence de notaire & tesmoins faire ses foy & hommage come il feroit s'il trouuoit son seigneur feodal, ou autre pour luy.

- 1 *Si in loco à quo feudum dependet, non reperiat vassalus dominum, aut recuset dominus sine rationabili causa eum inuestire, poterit ante portam dicti loci coram notario & testibus ipse vassalus homagium facere.*

ARTICLE XLVIII.

Toutefois ledict vassal est tenu attèdre son seigneur feodal audict lieu ou place d'ou depent ledict fief, l'espace de vingt quatre heures, s'il est requis de ce faire par les gens & officiers dudit seigneur feodal.

- 1 *Quando admittitur exhibitio homagij ante portam, dominus est spectandus per uiginti quatuor horas à uassalo, si ab officariis aut seruatoribus domini fuerit requisitus.*
 2 *Istæ formalitates consuetudinum sunt ad vnguem obseruandæ: quia dicuntur esse de forma authen. quæ supplicatio. C. de precib. impe. offe. nec indigent suffragio glossarum.*

ARTICLE XLIX.

Neantmoins ledict vassal est tenu en faisant ledict fief à la porte dudit lieu & place d'ou depent ledict fief en l'absence dudit seigneur feodal, ou des ges de par luy commis, notifier son deuoir & diligence à sondict seigneur feodal dedans les quarante iours qu'il est tenu bailler sa nommée: afin que ledict seigneur feodal soit asseuré de son fief: & de ce en bailler instrument contenant le serment de fidelité requis & acoustumé.

SVMMA. IN GLO. ART. XLIX.

Restringitur consuetudo.

- 1 *Eo casu quo fit homagium ante portam, est per uassalum infra quadraginta dies domino notificandum cum traditione præstitæ fidelitatis: ut dominus habeat instrumenti de ipso homagio plenam notitiam.*
 2 *Istæ consuetudo tantum loquitur quando fit homagium ante portam, domino nec alio pro eo recipiente: & non in alio casu, quando dominus sine rationabili causa inuestituram facere recusauit. Ratio est, quia maior est culpa in recusante, quam in absente: cum absentia possit multis ex causis excusari, & non iniusta recusatio. Sicut in simili tradunt doc. maximè do. Ias. de contumace ficto, & vero, in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi.*

ARTICLE L.

Et si le vassal veult faire ses foy & hommage de son gré & volonté & sans y estre contrainct par mainmise ou empeschement, il est tenu chercher son seigneur feodal en personne, ou qu'il soit, dedans le pays ou le fief & assis & situé. Et en default de ce le vassal peult faire sa foy & hommage à la porte dudit chasteau comme dict est.

SVMMA.

SVMMAR. IN GLOS. ART. L.

2 *Explicatur notabili, & questione. & nu. 3*

Si uassalus uelit facere fidelitatem non expectato aliquo impedimento, debet facere diligentiam ut dominum personaliter adeat, si sit in patria ubi feudum dependet: aliàs eo non inuenio faciet fidelitatem ante portam, modis prædictis.

Nota quod si uassalus uult impedire manumissam domini, debet eum requirere in loco ubi personaliter reperiri possit, si sit in patria vel in loco à quo feudum dependet: & si eum non inueniat, faciat fidelitatem ante portam. Ista duo impediunt manumissam. Quid si dominus ignoras diligentiam uassali, ante tamen quadraginta dies, intra quos est necessaria notificatio, fecerit manumissam? dic qd est nulla: quia fit ut excitetur uassalus ad faciendum debitum suum. Et ideo si iam fecerit, licet dominus ignoret, red detur manusmissio nulla. Ita uult hæc consuetudo in effectu. Et est iuris: quia cessante causa debet cessare effectus c. cū cessante. de apel.

ARTICLE LI.

Quand le seigneur feodal a saisi son fief, & fait assigner iour certain à son vassal pour faire son deuoir au lieu & place d'ou depent son fief, ou ailleurs dedans la chastellenie, le vassal est tenu le trouuer audict iour & lieu pour faire ses foy & hommage: autrement à faulte de foy y trouuer, le vassal est tenu faire le fief en la personne de son seigneur feodal, ou qu'il soit dedans le pays.

SVMMAR. IN GLO. ART. LI.

2 *An dominus uassalis possit præstitere tempus petendæ inuestitura sub pœna, doctè & utiliter disputat. & nu. 3.*

Si uassalus interpelletur à domino ad diem certum & locum à quo feudum dependet aut alium in castelania, tenetur eo die & loco comparere. Quod si non fecerit, non audietur uolens præstare homagium, nisi coram domino, si sit in patria.

Quæro circa hanc consuetudinem de notabili questione. Vtrum dominus possit præcipere uassalo quod infra certum tempus præstet fidelitatem & homagium sub pœna priuationis feudi: secundum consuetudines Aluerniæ uidetur qd non: quia quando uassalus est in negligentia vel mora faciendi debitum suum, est prouisum domino, quia lucratur fructus: & sic prouisio consuetudinis debet facere cessare prouisionem legis, cum legi per consuetudinem intelligatur derogatum: iuxta amplè notata in l. de quibus. ff. de legib. In contrarium uidetur veritas. Nam consuetudo quæ prouidet domino circa lucrum fructuum, non tolit vinculum inuestituræ & recognitionis, quæ debetur domino: & ideo dispositio iuris communis, de qua dicitur statim, nõ est sublata: quoniam posteriora derogant prioribus quando sunt contraria. l. & posteriores. ff. de legi. secus si diuersa: quoniam stare non prohibetur quod nõ reperitur expressè immutatum. l. præcipimus. C. de appel. Et ex separatis nihil inferitur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Circa istam materiam uidi in facto qd quidam domini canonici fecerunt publicari præceptum, in quo continebatur qd subditi acquirentes prædia se mouentia de directo dominio eorum, tenerentur infra quadraginta dies se inuestire sub pœna solidorum sexaginta. Consultus quid sentirem circa validitatem dicti præcepti, consului cum docto iureconsulto domino Rondichardo, qd inuestitura per consuetudinem non erat sublata: tamen quia acquirentes talia bona emphiteotica habent annum ad obtinendam inuestituram. l. si. C. de iure emphi. qd receperant grauamẽ ex dicto præcepto, abreuiantem tempus iuris, cum inferior nõ possit tollere legem superioris. c. cum inferior. de maio. & obe. bene potuissent domini canonici cominari subditis, qd infra annum obtinerent inuestituram, & pœnam adicere. Nam id de iure fieri potest. Istam questionem mouet Io. blancus, de Marsilia. in sua summa feu. in titulo qui. mo. feu. amit. circa si. in versi. quæro de questione. & dicit quod ista quæstio frequenter contingit in prouincia: quia domini præcipiunt uassalis vel emphiteotis quod ueniant infra certum diem ad præstandum fidelitatem aut ad recognitionem aut ad præstandum debitum seruitium sub pœna priuationis feudi: & ibi determinat qd tale præceptum quod fit in respicientibus naturam feudi vel emphiteosis, ut in præmissis exemplis, ualet, & potest pœna exigi, si non pareatur præcepto. Dictam decisionem sequitur do. Iaco. in lib. feud. in verbo, dictique uassa. prom. recog. dictum feu. speci. parti. & distinct. col. 4. versicu. insuper quæro de alia pulchra & quoti. questione. Et ibidem declarat quando pœna adiecta præcepto fit exigibilis.

DE RETRAICT OV RETENVE.

TIT. XXIII.

ARTICLE I.



Ombien que par cy deuant par la coustume dudit pays le lignager peult retirer la chose prouenante de son estoc vendue par lignager, dedans quarante iours à iceulx compter du temps du contract de la vendition, ou que le lignager eust sceu ou peu scauoir ladicte vendition: qui estoit à entendre pour tel temps que ledict lignager eust peu estre certifié de ladicte vendition, veue la distance des lieux, & le temps que len eust peu demourer à aller & venir du lieu ou ladicte vendition auroit esté faite iusques au

X ii

lieu ou ledict lignager demouroit, comme dessus a esté recité. Toutefois pour raison de l'incertitude dudit temps, & obuier es procès qui sen pourroyent ensuyure, a esté aduise par les estatz, que si aucun vend heritage ou chose immeuble, le lignager du costé & estoc d'ou prouient ledict heritage ou chose immeuble au vendeur, peult auoir & retraire icelle chose vendue de l'acheteur ou detenteur d'icelle, non obstant pactions resolutoires.

SVMMA. IN GLO. ART. I.

2 Quid dicatur pactum resolutorium.

Incipit hæc consuetudo tractare de retractationibus venditionum, quas Pedemontati communi vsu appellant, accurrimenta. Et consuetudo primò recitat infra quantum tempus olim licebat retractare: sed quia nunc est immutatum, tantum sumam caudam consuetudinis decisiuam.

1 Est locus retractiõni & accurrimento etiam interueniente inter contrahentes pacto resolutorio.

2 Quæro qualiter pactum dicatur resolutorium? dic quod dicitur quando venditio est pura, adiecto pacto, quod si alius attulerit meliorem conditionem res sit inepta: vt habetur toto titulo ff. de in diem adiecti. vel si dixero sic: si restituam tibi pretium datum infra mensem, res sit inepta. l. si à te comparauerit. C. de pact. inter emp. & vendico. Ista consuetudo cum duabus sequentibus fuerunt glossatæ suprâ, in titulo. des emphyteoses articulo primo, & duobus sequentibus.

ARTICLE II.

Et ce en payant le prix & fort principal pour lequel icelle chose immeuble a esté vendue par ledict lignager, avec les loyaux coustemens dedans le temps de trois mois, à iceulx compter du iour de la possession reale prinse par l'acheteur, & non plustost: laquelle possession l'acheteur ou autre pour luy prendra en la presence de deux teimoings du lieu & iustice ou la chose est située.

SVM. IN GLO. ART. II.

An iure communi consuetudo hæc sustineatur, remissiuè.

1 Proximior admittitur ad retractandum & accurrandum, soluendo principale & debitas expensas, infratres menses, inchoandos à die adeptæ realis possessionis per emptorem: quam dictus emptor accipere debet coram duobus testibus de loco & iustitia ubi res uendita est situata.

2 Nota quia ista consuetudo videtur auferre liberam dispositionem, quod quis non possit rem suam per venditionem transferre in quem voluerit. Et de iure communi ista consuetudo videtur posse reprobari, ea ratione qua fuit reprobata consuetudo, quod quis teneatur prius vendere cõsortibus: vt tradit Bar. Soci. in consi. 272. col. 4. versiculo, confirmatur quod sit. in 2. vol.

ARTICLE III.

Ledit temps de trois mois est continuel, & court contre toutes personnes mineurs de vingtcinq ans, femmes mariées, & autres personnes quelconques sçachans ou ignorans.

1 Tempus retractationis trium mensium est continuum, & currit omnibus personis & tam scientibus quam ignorantibus. de hac & duabus præcedentibus plenè dictum fuit suprâ des emphyteoses. arti. primo & secundo.

ARTICLE IIII.

Le droit du lignager qui veult retraire ou retenir la chose vendue par son lignager, est conseruè & perpetuè en consignat par luy dedans ledict temps de trois mois iudicielement ou en main tierce hors iugement partie presente ou appellée en personne ou domicile, le fort principal, & quelque somme pour les loyaux coustemens, par protestation de supplier ou recouurer.

1 Conseruatur ius retractationis proximiori per consignationem principalis, debitis expensis in iudicio aut extraiudicium parte presente aut legitime euocata, cū protestatione supplendi, aut recuperandi, si quid minus vel plus debito fuerit consignatū. In tex. in verbo, & consignat.

2 Quando sufficiat oblatio, & quando requiratur consignatio, puto dixisse suprâ in titulo des siez, articulo 31. incipiente. mais si ledict seigneur.

ARTICLE V.

Et si ladicte consignation est faite hors iugement en main tierce, elle se fera derechef entre mains de iustice dedans ledict temps de trois mois au iour de l'assignation

signation donnée sur ladicte retenue à l'acheteur ou detenteur de la chose, à la requeste du lignager.

Facta consignatione extraiudiciali in manibus tertii, illa est iudicialiter infra trimestre reiteranda, cum i deposito, vocato & citato ad certum diem emptore.

ARTICLE VI.

Laquelle dicte assignation sera posee dedans ledict temps de trois mois: & doit le depost demourer iusques en diffinitue.

SVM. IN GLO. ART. VI.

Quare depositum usque ad diffinitiuam hic duret.

Ista assignatio debet continere duo, vt emptor compareat recepturus sortem principalem cum debitis & consuetis expensis, aut visurus fieri depositum: item & relaxaturus rem emptam, attento quod ipse offerens est proximior de agnatione & stochò, ex quo res alienata prouenit. forma hæc citationis colligitur ex præcedentibus cõsuetudinibus. Quæro quare depositum durare debeat vsque ad diffinitiuam? dic quod ideo quia per exitum ipsius apparebit cui sit depositum relaxandum, videlicet emptori vel deponenti: quia forte talè ius ei non competat: aut fecerit depositum defectuosum & non admissibile.

ARTICLE VII.

Autrement à faulte de consignation par la maniere & choses dessusdictz le lignager est debouté de l'effect de ladicte retenue: combien que d'ancienneté par ladicte coustume ladicte cõsignation se deust faire dedans lesdictz quarâte iours, à les compter comme dessus.

SVMMA. IN GLO. ART. VII.

Iure hic articulus confirmatur.

Proximior deficiens consignare & deponere secundum formam consuetudinis, repellitur à petitis, licet ante hanc consuetudinem depositum infra quadraginta dies foret sciendum.

Commodat cum l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. vbi habetur quod qui non facit quod debet, non consequitur quod oportet: de qua materia plenè dixi in præcedentibus.

ARTICLE VIII.

Et ne feront les depostz ainsi faitz par lesdictz lignagers ou seigneurs feodaux ou directz mis & consignez entre les mains des iuges, ne leurs peres, enfans ou freres. Et si de fait les deniers sont consignez entre les mains des dessusdictz, lesdictz depostz seront reputez nulz par ladicte coustume: sauf au lignager & seigneur leur recours contre le iuge qui les prendra ou fera consigner entre les mains des dessusdictz, de tous interestz & dommages.

SVMMAR. IN GLO. ART. VIII.

- 2 Iure communi pro iudice semper esse præsumendum. & nu. 3. & 4.
- 5 An uerò iudici asserenti in decreto cognitionem causæ interuenisse, aut aliquod aliud impedimentum, credatur. & nu. 6. 7. & 8.
- 9 Quid uerò asserenti factum tertij.
- 10 Duabus ingeniosis rationibus explicatur hæc consuetudo. & nu. sequentib.

Ad ualiditatem depositi exigitur quod fiat in manibus alterius quam iudicis aut patris, filiorum, aut fratrum: & si tales recipiant depositum erit nullum, salvo iure proximiori aut domino agendi contra iudices contrauenientes consuetudini, ad omne damnum & interesse.

Videtur prima facie hæc consuetudo ratione carere, quæ magis confidit in priuato quàm in iudice: Et tamen habemus quæ lex in multis plurimè de iudice cõfidit: vt patet in sequentibus exemplis. Et primo præsumitur quod iudex qui tulit sententiã bene pronũtiauert. l. Herennius. ff. de euic. Item præsumitur pro decreto iudicis. glo. est in l. 1. C. de fide. instru. & iur. hast. fil. lib. 10. quam glo. multum cõmẽdat do. las. post Bar. & Bal. in locis per eum allegatis in l. sciẽtiã. col. 4. vers. & inquatũ Bar. & c. ff. de verbo. oblig. Et licet materia decreti nõ cadat in proposito huius cõsuetudinis, tamẽ nolo prætermittere vnã difficultatẽ nõ paruã, & tamẽ quotidianã. Certũ est quod in alienatione rerũ immobilium minoris iudex debet interponere decretũ, causæ cognitione præambula, aliàs nihil ualet alienatio, toto titu. C. de prædiis mi. pone quod iudex in instrumento decreti attestetur fuisse habitã causæ cognitionẽ, & alienationẽ fieri ex causa necessaria: vtrũ ei sit credendũ, dato quod aliter non constat de dicta necessitate & causæ cognitione? do. las. secutus Paul. de Cast. quem allegat in d. l. sciẽdũ. & in l. ne quicquam. §. vbi de decretũ. col. 13. & 14. ff. de offi. procõsul. tenet quod nõ creditur iudici, & sic nõ ualet alienatio, per regulã, quod quotiès actus liberè ab aliquo fieri nõ potest, sed requiritur aliqua solẽnitas, tunc non creditur iudici asserenti illam solẽnitatẽ interuenisse: sed de ea aliter debet cõstare. Alex. tamen

in d.l. sciendum tenet oppositum, & dicit quod illa regula procederet in priuatis, & non in iudice, qui potest attestari de solennitatibus & aliis requisitis, etiam quod interuenerint de præterito, do. Alex. sequitur Deci. in c. quoniam contra falsam. col. 22. de proba. vbi multa addit ad demonstrandum effectus decreti: & consi. 5. col. 1. in 2. vol. Est verum quod do. Iaf. sequendo semper suam opinionem tenuit in l. 1. col. 13. verficu. sed queritur. ff. de offi. eius cui est man. iurisd. quod iudici asserenti se delegare causam ex causa necessitatis absentia, non creditur: quia non habet liberam facultatem delegandi, & sic obstant dicta Bar. in l. & si forte. ff. de castrensi pecul. Tamen communis opinio ibidem est in contrarium. & ipse Iaf. in finalibus verbis videtur dubitare, ea ratione quia lex, & si forte. habet locum in priuatis, non in iudice, de quo lex multum confidit ob iuramenti præstationem: quia nemo præsumitur immemor salutis æternæ. l. fi. C. ad l. Iul. repe. Reperio in hoc difficili articulo & quotidiano Fely. in c. si pro debilitate. col. 3. verfi. queritur vtrum. de offi. delega. tenentem opinionem do. Iaf. supra relata, quod impedimentum sit probandum aliter quam per assertionem iudicis: per regulam, quod qui allegat impedimentum teneatur illud probare, quia non præsumitur. Deci. autem qui vidit omnia scripta antiquorum & modernorum, in d. c. si pro debilitate. col. 4. in fi. verfi. ad prædicta querunt. hic tenet cum Alex. quod stetur dicto iudicis, per rationes de quibus prædixi. Et dicit istam esse communem, quam etiam tenet Fely. sibi contrarius in c. pastoralis. col. 2. verfi. nota singularem glo. de offi. deleg. vbi dicit idem in notario dicente se impedire. Et in fi. addit vnum notabile verbum quod admittitur probatio contra talem assertionem impedimenti. Quid iuris quando iudex seu officialis attestatur de facto alieno, puta concedit literas, sicut talis qui recepit talia instrumenta, est notarius, vel talis est is qui est nominatus in instrumento, vtrum sit ei credendum? Fely. in c. coram. col. fi. de offi. delega. dicit quod non, nisi consuetudo esset in contrarium: & vidi Romæ quod talibus literis sigillatis sigillo episcopi quæ deferebantur ex partibus Pedemontanis, credebatur. Redeundo ad principale propositum consuetudinis, si lex adeo confidit in iudice propter officii auctoritatem & iuramentum, quare domini consuetudinarii prohibuerunt sequestrum pecuniæ fieri in manibus iudicis, & non priuati? Puto quod bonis sit rationibus fulcita consuetudo. Primò quia iudex vt diutius retineret depositum, fortè retardaret expeditionem diffinitiuæ. Et licet sit capièda præsumptio exclusiua delicti. l. merito. ff. pro socio. fuit tamen bonum occurrere malis que possent obuenire: quia non omnes iudices habent duos sales, de quibus per do. Iaf. post Bal. in l. certi iuris. C. de iudi. videlicet alteri scientiæ, ne sint insipidi, & alteri conscientiæ, ne sint diaboli. Secunda fuit ratio, quia si sequestrer esset iudex, oporteret adire superiorem iudicem qui eum compelleret ad restitutionem. Et si essent alii etiam prohibiti, eadem esset ratio, quia iudex non debet in causa propria vel suorum ius dicere. l. qui iurisdictioni præst. ff. de iur. om. iudi. Et si dicatur stantibus præmissis cessat confidentia quæ est habenda in iudice: responderi potest, quod depositum non fit in manibus iudicis tanquam iudicis, quoniam fieri potest in manibus priuati. Et confidentia de qua iura loquuntur, habet locum in his quæ respiciunt iudicem tanquam iudicem, & ad quæ eius iuramentum extenditur, & non tanquam priuatum.

In tex. in verbo, *lesdictz depositz seront reputex nulz.*

12 Licet consuetudo procedat annullando actum, tamen si id non fecisset etiã actus fuisset nullus: quia prohibitio consuetudinis comparatur prohibitioni legis, de qua in l. non dubium. C. de legi.

ARTICLE IX.

Et afin de sçauoir au vray le prix que les lignagers doyuent deposer, a esté aduisé par les estatz que par cy apres le lignager qui voudra retraire la chose vendue, pourra faire adiourner l'acheteur par deuant le iuge, pour luy faire declarer le vray prix de la chose vendue, afin de le configner certainement, ensemble les loyaux coustemens, qui par ledict acheteur seront declarez.

1 Propter incertitudinem pretii potest proximior euocari facere coram iudice emptorem iustum pretium declaratum, vt illud, cum debitis & consuetis expensis, possit consignare.

ARTICLE X.

Et ou ledict acheteur seroit refusant ou delayant de declarer ledict prix & loyaux coustemens, ledict lignager pourra configner telle somme de deniers que bon luy semblera, tant pour ledict prix, que loyaux coustemens, soubz protestation de supplier, si plus y fault.

2 Recusante aut diferente emptore iustum pretium declarare, proximior consignabit quod sibi iustum vi debetur, tam pro principali, quam consuetis expensis, cum protestatione supplendi, si erit supplendum.

ARTICLE XI.

Si l'acheteur disoit ledict prix & loyaux coustemens estre plus grandz qu'ilz ne sont, ledict lignager retirera l'oultreplus desdictz deniers, avec l'interest d'ice-luy, à sept pour cent.

SVMMA.

SVM. IN GLO. ART. XI.

2 Quæ poena fraudatori laudimiorum infligantur. & nu. 3.

4 An rectè usura uel interesse conuentione uel pacto promittatur, uariis exemplis & regulis in materia usurarum explicat. & nu. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

11 Quinque resolutionibus quomodo interesse & usura peti possint, declarat & nu. 12.

An iure communi hæc consuetudo præstituens modum interesse subsistere possit. & nu. sequentibus.

Si emptor denuntiauerit maius pretium contra veritatem, proximior recuperabit id plus enuntiatum & consignatum, cum interesse ad rationem de septem pro centenario.

Hic cadit notabilis quæstio de his qui, vt fraudent dominum laudimiorum & tertiis venditionibus, describi faciunt in instrumento minus pretium: quia iustum pretium erat de centum, & faciunt scribi in instrumento de quinquaginta, vt minus soluant pro laudibus & venditis: qua poena erit puniendus hic emptor? Aliqui volunt quod priuatur re feudali vel emphyteotica propter mendacium, & allegant tex. in c. imperialem. §. calidus. de prohi. feud. alie. per Fede. Aliqui dicunt quod debet puniri in quadruplum, & pro eis facit tex. in l. qui in contractibus. C. de iure fis. lib. 10. & ita dixit Zacchæus: Domine, si aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Quæ sit verior opinio non determinatur per D. Iac. licet per eum moueatur quæstio in titulo de roydis. seu ope. col. 11. verfi. ita ponamus vt dominus terræ, &c. Sed ne remaneat quæstio ipsa indecisa, videtur primò dicendum quod sit locus priuationi: exemplo eius qui negat rem feudalem scienter: quia est dignus priuatione, vt vult consuetudo supra, in tit. des fiefz. arti. 13. incipiente, *le uassal.* & ibi plenè dixi. In contrarium videtur, quia mendacium in parte pretii non debet puniri in tota re, aliàs poena non commensuratur delicto. Et sic secunda opinio, quod puniatur in quadruplum, videtur verior & æquior: quia interpretatione legum poenæ sunt molliendæ, & non exasperandæ. l. interpretatione. ff. de poen. Ad motiuum de quo supra, de negante feudum, potest responderi, quod negatio ibi respiciebat totum feudum, hic fraus tantum partem pretii. Item ibi negatio fuit facta directo domino, hic proximiori venditoris, cui emptor non talem debet reuerentiam. verum quia ista retractatio etiam pertinet directo domino, in quo cessaret secunda ratio: ideo adhareo primæ quod ibi negauit totam rem & in indiuiduo, hic verò partem rei diuiduæ.

In tex. in verb. *sept pour cent.*

Ecce quod consuetudo hic taxat interesse à principio, & tamen illud posset esse de maiore vel minore summa. Quæro de quæstione notabili & quotidiana: In contractu dotis pater puellæ promittit centum seu ra pro dote soluèda infra annum: & casu quo deficiat soluere, promittit interesse pro futuro tempore, ad rationem de sex vel septem pro ipsis centum, soluendorum singulo anno vsquequo ipsa centum persoluerit: vtrum valeat talis conuentio, & illa sex seu septem exigi possint? prima facie quilibet bene sentiens diceret quod sic, quia certum est quod dos debet deseruire oneribus matrimonii: & nisi soluatur, petetur per maritum interesse, quod est exigibile etiam de iure canonico. Sicut etiam dicimus in emptore qui non soluit pretium rei emptæ, tenetur ad interesse. l. curabit. C. de actio. empt. Idem in mercatore qui petit interesse lucri cessantis, quando non fuit sibi satisfactum in tempore. D. Iaf. in l. 1. col. 10. C. de sum. tri. & fi. cath. in prima lectura: & ibi ponit quando usura possint peti tanquam interesse: addo Soci. consil. 25. col. fin. in 4. vol. Ro. consil. 101. Et in hoc non est difficultas. Sed in eo vtrum à partibus à principio possit istud interesse antequam euenerit taxari: in hoc passu malem discere quam docere: quia inuenio Decium, qui solitus est bene enucleare difficultates, in hoc casu titubasse, & quasi (si dicere auserim) sibi ipsi contrariari. Nam in consil. 39. col. 3. in primo vol. allegat doctores & Io. And. in c. salubriter. de vsur. tenentes quod in casibus in quibus debentur usura loco interesse, non potest à principio à contrahentibus taxari: quia est quid incertum, & debet expectari tempus, quo de vero interesse constare possit: & illud tunc debet verificari. Idem voluit Decius consil. 116. in primo vol. sed in consil. 111. vbi plenius quàm alibi explicat istam materiam, col. 2. in princip. idem dicit quod supra: sed col. penult. in fi. verficu. non obstant quædam responsiones. & verficu. secundò non obstat. dicit quod conuentio & taxatio valet, dummodo non excedant verum interesse, de quo debet constare aliter quàm per confessionem partium: si verò taxa excederet, saperet usuram. Et aduerte quod licet in consiliis præallegatis vbi que tenuerit quod non possit considerari interesse, vbi non est mora: tamen in dicto consil. 111. dicto verfi. non obstant quædam responsiones. voluit post Paulum de Castro per eum allegatum, quod etiam non interueniente mora: quando potest subesse interesse, potest à contrahentibus ordinari, & disponi quod certum quid soluatur pro interesse. exemplum: venditor dedit terminum anni emptori ad soluendum pretium: emptor durante anno, & sic termino, non tenetur ad interesse pretii non soluti. iuxta l. curabit. C. de actio. empt. Valet tamen conuentio facta eo casu, quod durante anno emptor certum quid soluat pro interesse pecuniæ non solute. Idem voluit Panor. in c. salubriter. de vsur. Et ponit exemplum quotidianum: Socer promittit soluere dotem infra annum: & interim certum quid pro oneribus matrimonii. dicit Panor. quod valet talis conuentio. Quicquid dicatur in hoc articulo, videtur mihi concludendum, quod aut conuentio certæ taxæ fit in contractu, in quo certum est deberi interesse: vt in duobus exemplis præcedentibus, in re vendita & in dote. Et in istis valet certa taxa à principio: quia fit non vt fors accedat sorti, sed vt venditor damnus non patiat in fructibus rei venditæ, aut maritus in oneribus matrimonii. Et ideo intentio partium non est deprauata, sed optima: ne alter locupletetur, & alter damnus sentiat. Et hoc quando taxa non excedit iustum interesse: quia posset esse adeo excessiua, quod saperet dolum & usuram. In contractibus verò vbi potest versari probabile dubium, si debeatur interesse, vel non, puta quando promitto mercatori, si non soluero infra annum, decem pro ceterario: credo quod non valeat talis taxatio, quia si soluisset, vtrum mercator fuisset superlucratus, an non, potest versari dubium, quia non semper lucratur.

X iiii

tur mercatores quorum negotiationes mille periculis subiiciuntur: vt patet illis versibus Horatii: Impiger extremos fugit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignem. Et sic quia dubietas non tantum versatur in quota interesse, sed in ipso principali: & mercator, vt possit consequi tale lucrum, debet articulare quod toto anno quo cessauit solutio sibi debita negotiatus fuit emendo & vendendo: & qd si dictam pecuniam cessatam habuisset, tantum potuisset secundum communem estimationem aliorum mercatorum superlucrari. certe isto casu est expectandus euerus & exitus temporis, vt sciat si fuisset locus lucro, & quanto. Et si taxetur à principio, id videtur fieri in fraudem vsurarum, & obligare promissorem ad id ad quod inspecto exitui non fuisset forte obligatus: quia forte mercator decoxisset, vel illo anno stetit infirmus, aut in carceribus: & si habuisset pecuniam debitam, non fuisset aliquid verisimiliter superlucratus. Et licet à nemine reperiam enucleatam istam materiam, tamen iudicio meo hæc distinctio sapit iustitiam & equitatem, & per eam possunt contrarietates doctorum bene concordari. Inuenio tamen Fel. in c. cum Abbas. de except. qui facit in materia omnes sequentes conclusiones. Prima, quod interesse tam damni emergentis, quam lucri cessantis, potest peti de iure canonico. Et ibi tradit qualiter tale interesse taxari debeat, & formam libelli super interesse, maxime in criminalibus, tradit Fely. in c. quoniam contra. col. 9. vers. & in quantum dominus Abb. de proba. Secunda conclusio, quod tantum debetur interesse post moram. Tertia conclusio quod quando quis dat impedimentum lucro alterius, quod sufficit aliquis recompensa iudicis arbitrio: nec requiritur quod fiat integralis restitutio. Quarta conclusio, quod morosus non tenetur restituere lucrum factum, eo quod non soluit, quando is cui quantitas debebatur verisimiliter lucraturus non fuisset, si ei pecunia soluta fuisset. Quinta conclusio & ista est contra distinctionem quam supra feci, quod non licet contrahentibus in casum moræ, à principio taxare certum interesse. Non puto tamen recedendum à distinctione facta, quæ videtur rationalis & æqua. Item ibidem tradit qualiter interesse sit probandum. Aliquid etiam de materia tetigit Fely. in c. P. & G. col. 1. de off. deleg. Nunc in proposito consuetudinis vtrum valeat consuetudo disponens quod soluantur septem pro centenariis? Ista quæstio dependet ab illa: vtrum valeat statutum idem disponens: quia par est virtus statuti & consuetudinis, & de vtroque, tam de statuto, quam consuetudine mouet quæstionem D. Iaf. in l. 1. lectura prima. col. 9. vers. ultra prædicta, an statuta vel consuetudines, & c. C. de sacrosan. eccles. Ibi & vers. quid autem in causa dotis, mouet quæstionem: an valeat statutum disponens quod si mortuo marito, hæres sit negligens in restituendo dotem, teneatur soluere ad rationem de decem pro centenariis. allegat Bal. in l. si. §. præterea. C. de iure dot. concludentem quod sic. Sed contrarium concludunt idem Bal. & Paul. de Cast. in dicta l. 1. C. de sum. tri. & fid. cath. moti quia laici non possunt permittere vsuras, prohibitas de iure diuino. cum eis tenet Panor. quem D. Iaf. non allegat, in c. falubriter. col. 2. de vsur. Et facit decisio similis quod testator non potest disponere quod quandiu hæres non restituet dotem teneatur soluere quinque pro centenariis, vel teneatur dare tot fructus, secundum Bar. in l. 2. ff. de his quæ pæ. no. Alex. in l. diuortio. col. 7. ff. sol. mat. & in l. insulam. col. fi. eo. tit. Ex his forte dici posset, quod adiectio dictæ pænæ de iure non valeat, sed defendi potest consuetudo quod illa pænâ fit adiecta potius loco pænæ, quam interesse, licet fiat expressio dicti interesse: & istud fieri potest iuxta §. tripli & quadrupli. in ff. de actio.

ARTICLE XII.

Ladictæ retenue a lieu alencontre du second acheteur ou autre quelconque tenant & possédant l'heritage vendu par ledict lignager.

SVM. IN GLO. ART. XII.

- 2 Consuetudinis ratio.
3 *Quam in pacto de retrouendendo non habere locum ostendit.*
- 1 *Retractio rei habet locum etiam contra secundum rei uenditæ possessorem.*
2 Ratio consuetudinis est, quia militat eadem ratio contra secundum sicut contra primum: & sic eadem dispositio. lita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Hic cadit notabile dubium, pone Titius vendidit Gaio fundum, & ipse infra annum promisit eodem pretio retrouendere. clarum est quod pactum valet. l. 2. C. de pact. inter empt. & ven. & competit Titio actio personalis contra Gaium emptorem, vt retrouendat. dicamus quod anno durante Gaius vendiderit dictum prædium Sempronio: vtrum competat Titio actio contra Sempronium, vt illud prædium sibi retrouendat, circumscripto statuto vel consuetudine? de iure communi certe non: quia obligatio personalis non transit contra singularem successorem: realis, sic. l. 1. §. si eas. ff. ad Trebel. Decius consil. 2. col. 1. in primo vol. Et ideo si vis impedire emptorem ne pendente dilatione ad rachandum alteri vendat, debes vti cautelis, quas supra tradidi, quod emptor promittat rem emptam non alienare sub speciali hypotheca, & cum clausula annullatiua.

ARTICLE XIII.

Quand la vendition est faite par le lignager soubz faculté de rachapt, ledict temps de trois mois court du iour de la possession reale prinle de ladict chose vé due, & non du iour du rachapt: & le prendra ledict lignager à la charge dudict rachapt.

SVM. IN GLO. ART. XIII.

Ius hic repugnare.

si uenditio

Si uenditio sit facta adiecto pacto de retrouendendo, tempus trium mensium currit proximiori à die possessionis realis adeptæ: & transit res in proximorem cum dicto onere retrouendendi.

Ex hac consuetudine habes quod pactum de retrouendendo afficit rem, & transit etiam contra singularem successorem: contrarium est de iure communi, vt dixi in præcedente consuetudine.

ARTICLE XIII.

S'il se trouue que le lignager transporte à aucun ledict droit de retenue, ou en face poursuite au proufit d'autre que de luy, il en est debouté par ladict coutume.

Proximior ad retractandum uenditionem ad propriam tantum utilitatem admittitur.

Consuetudo vult quod ius retractandi cedi non possit: quia est personalissimum.

ARTICLE XV.

Le lignager est preferé au seigneur feodal & direct audiect droit de retenue, finon que le seigneur feodal ou direct achetaist ledict heritage, mouuant de luy, comme dessus est dict.

SVM. IN GLO. ART. XV.

2 *Elegans consuetudinis ratio traditur. & nu. seq.*

Proximior præfertur in retractando domino feudali aut directo, nisi dominus feudalis aut directus uelit emere quæ de eius mouentur dominio, ut superius dictum fuit.

Si queratur quare præferri debeat directus dominus proximiori, facile est respondere: quia maius ius habet directus dominus, qui habet directum dominium, quam proximior, qui nullum ius habet præter facultatem à consuetudine concessam: ideo est facilius consolidare utile dominium cum directo, quam illud in alium transferre: patet quia directus dominus habet prærogatiuam in re emphiteotica, vt præferatur ceteris, & expectetur per duos menses. l. si. C. de iure emph. Et in re feudali quod res non alienetur sine eius consentu. c. imperialem. §. 1. de prohi. feud. alien. per Feder. ex his sequitur quod bona fuit ratio consuetudinis præferendi directum dominum proximiori. Et nota quod magis dignum facit succubere minus dignum. Iam regulam tradit cum multis exemplis D. Iaf. in l. imperium. col. 3. vers. nota ex isto tex. ff. de iurisdic. om. iud. Fel. in rub. de off. delega. col. 1.

ARTICLE XVI.

Aussi sont preferéz les lignagers l'un à l'autre, selon la proximité & prerogatiue de degré, en venant dedans ledict temps de trois mois, à les compter comme dessus.

SVM. IN GLO. ART. XVI.

- 2 *Pluribus explicatur regula l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerbo. signific. remissiuè. & nu. 3. & 4.*
5 *Licentia data bannito ueniendi uerificatur in prima uice.*

Inter proximos proximior præfertur.

Sicut hic quando fit mentio de persona, intelligitur de prima: ita quotiens fit de actu, intelligitur de primo. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerbo. signific. ubi quando fit mentio de nuptiis, intelligitur de primis. Ex ista regula infero quod ius istud tantum cõpetit proximioribus iure proximitatis. Et consequenter qd etiã si proximior noluit ea uti, non aperitur via sequentibus in gradu. Et quia per istam regulam, quod sermo simpliciter prolatus uerificatur in primo actu, deciduntur quæstiones infinitæ: quando occurrer casus, poteritis uidere dominum Iaf. in l. si duobus. in princ. ff. de iure iur. per eundem plenè in l. diuortio. §. quod in anno. col. 2. & sequentibus. ff. sol. mat. plenè & ordinatè per Fel. in c. 2. de treug. & pace. aliquid per Decium, in consil. 83. col. 2. in primo volu. ubi dicit quod hæc regula tantum habet locum in dispositione hominis: & ibi dicit Fel. in d. c. 2. quod hæc regula est famosa: & quod uidit omnia scripta modernorum, quæ in sua curiosa bibliotheca habet, & quod omnia aliorum dicta ibi collegit & ordinatè per regulam confirmatam pluribus similibus, & demum per septem fallètiis illustratam: ideo ad eum te remitto, vt fugiam uerbo statem. Hoc solo post alios ad memoriam commendato, quod licentia data bannito ueniendi & redeundi uerificatur in prima uice qua uenerit & redierit, nisi sit præfixum tempus, infra quod possit uenire & redire: vel dictum fuerit quod possit uenire & redire ad tractandum pacem: quia durante tractatu durabit licentia.

ARTICLE XVII.

Et quand il y a plusieurs lignagers en mesme degré concurrens en mesme temps & diligence, chascun d'iceulx par egale portion aura la chose vendue par ledict lignager, en venant dedans ledict temps.

SVM. IN GLO. ART. XVII.

- 2 *An & quando priuilegiatus contra priuilegiatum utatur suo priuilegio, remissiuè. & nu. 3. & 4.*

5 *Adiunctum adiuncti privilegio non gaudere.*

1 *Concurrentibus pluribus in eodem gradu & eodem tempore ad retractandum rem uenditam, quilibet admittitur pro rata.*

3 Ratio, quia sunt omnes æqualiter priuilegiati, & est res diuisibilis. Dicitur in hac consuetudine quod priuilegiatus non utitur priuilegio contra priuilegiatum, qualiter procedat hæc regula, declarat Bart. in authen. quas actiones. col. 2. C. de sacrosan. eccles. & magis explicitè Decius in c. causam quæ. col. 4. versic. non omitto. de iudi. ubi dicit quod priuilegiatus in specie in vna causa utitur priuilegio contra priuilegiatum in genere, qui si haberet similem causam, posset uti tali priuilegio. Ex hoc sequitur quod minor læsus habet priuilegium contra alium minorem, licet in genere priuilegiatum. & idem in ecclesia, ut ibidem Decius dicit. De prædictis vide plenè Decium in c. in præsentia. col. 23. versic. & retenta communi conclusione. & sequentibus. de proba. Item adde quod non priuilegiatus adiunctus priuilegiato non gaudet beneficio priuilegiati. Ita probat tex. in l. hac. §. ex imperfecto. C. de testa. ubi Iaf. col. 7. versic. & sic noto ex isto tex.

ARTICLE XVIII.

Mais si l'un desdictz lignagers qui est en pareil degré preuient à son autre lignager dudiçt degré, celui qui preuient est preferé à l'autre par ladicte coutume.

SVM. IN GLO. ART. XVIII.

2 *Variis modis præuentionem fieri. & nu. 3. & 4.*
4 *Quomodo sola præuentione iurisdictionis inducatur.*
5 *An citatio realis potentior sit uerbali præcedente realem.*
6 *An regius iudex possit uassalum cogere ut primam cognitionem faciat: & multa de presumptione prioritatis actus, uel posterioritatis. & nu. 7. & 8.*

1 *Inter plures proximos eiusdem gradus est locus præuentioni.*

In tex. in verb. preuient à son autre lignager.

2 Præuentione seu prioritas potest fieri multis modis: quandoque per anticipationem actus, in quo plures habent par ius. de ista vide infra, nu. 3. & 4. aliquando per ordinem scripturæ. de ista vide infra, nu. 7. aliquando propter excellentiam concedentis. de ista vide infra, nu. 8. Circa primum habemus tex. ubi gl. dat plura exempla in c. qui prior tempore, prior est in iure. de reg. iur. lib. 6. Et circa talem prioritatem sola hora est in consideratione. Ita dicunt Bar. & Bal. in l. de rebus. C. de dona. ante nupt. & quando dubitatur qualis actus fuerit prior, & qualis posterior, vide D. Iaf. in l. 1. col. 1. ff. sol. matr. Fely. in c. 2. de off. delega. eundem in c. pastoralis. col. 2. versic. ratione vnus horæ. de rescrip. Et in hac materia præuentionis notetis, quod quoniam quis habet plures iudices ordinarios, ille qui præuenit in citando excludit alios, per regulam l. ubi cæptum. ff. de iud. & sola citatio sufficit ad perpetuandam iurisdictionem præuenientis: licet per eam non inducatur litispendentia. gl. in cle. fi. ut lite penden. Et istam exceptionem poterit conuentus deducere iuxta l. ubi cæptum. ff. de iud. si coram altero iudice comparuerit, & eam non deduxerit, ualebit uterque processus: quia ambo habent iurisdictionem, secundum Fely. in c. cum M. Ferrariensis. col. 11. versic. extra gl. de constit. ubi tractat materiam præuentionis. Si autem fuerit contumax coram utroque, non: ut declarat Bar. in l. sepulchri. ff. de sepul. viol. Aret. in tract. malefici. in verbo, hæc est quædam inquisitio. col. 10. versic. quidam Aretinus, & c. Fely. in d. c. cum M. Ferrariensis. col. 12. versic. quartum adde.

Sed moueo notabilem quæstionem: pone quod ex pluribus ordinariis iudicibus vnus fecit me citari in causa criminali, comparui: postea alter me detinuit personaliter: coram quo tenebor procedere? Alex. in d. l. sepulchri. dicit quod citatio realis est potentior, & sic uult quod illa præualeat. Si verum esset dictum Alex. certè esset de directo contra regulam præuentionis: sed illud per plura impugnat Maria. Soci. in c. proposuisti. col. 8. versic. octauo quæro. de foro compet. 6 Quæro de alia notabili quæstione, utrum regius iustitarius possit facere citari subditum uassali regis pro prima cognitione? dic quod non: quia ille tantum potest adiri per uiam appellationis, nullitatis, uel recursus. nam rex inuestiendo uassalum cum mero & mixto imperio, abdicauit a se primam cognitionem, & eam transtulit in uassalum, taliter quod de causis subditorum dicti uassali pro prima cognitione amplius cognoscere non potest. decisio est Bal. in l. 1. quæ. 43. ff. de rerum diu. eam sequitur D. Iac. in suo lib. feud. in verb. vicariusque perpetuus. col. 1. in fi. versic. addo uobis. ordo enim confunditur cum sua iurisdictione cuique non seruatur, ut inquit Archid. in c. de persona. 11. quæst. 1. valde est laudanda Gallia circa obseruantiam primarum cognitionum: quia habet eam commendatam, ut patet in regis constitutionibus publicatis 1539. arti. 9. incipiente, nous defendons. ubi inhihet literas concedi in præiudicium primarum cognitionum & ordinariæ iurisdictionis. Aliquando ordo scripturæ inducit prioritatem, puta si rex rescribat duobus in dignitate constitutis, qui est prior in ordine, censetur dignior. Et talis ordo dicitur esse de forma. amplè Fel. in c. cum dilecta. col. 3. versic. ordo scripturæ. de rescript. ubi dat quinque modos ad intelligendum qualis actus præsumatur prior & posterior. Inter cæteros nota illum de ordine scripturæ in prothocolo, quando idem notarius recepit duo instrumenta sub eodem die, & non apparet quod fuerit prius, illud tamen de prioritate ordinis in prothocolo limitat Fely. non procedere. in d. c. pastoralis. col. 4. versic. limita, quando ex ordine intellectus apparet instrumentum. Secundo loco scriptum debuisse præcedere, quia præsumitur error. dat exemplum in duobus instrumentis, quando vnum est donationis factæ per patrem filio, & alterum emancipationis: item quando ex duobus instrumentis, aliud ponit, aliud priuat: priuatio posterior præsumitur. Fely. in dicto

dicto c. pastoralis. omisit vnum modum, quem posuit in c. capitulum. col. 15. versic. de concursu. ibi, & dicit Bal. de rescrip. quando ex duobus prouisis alter est in possessione. Nam ille præsumitur prior vel posterior, prout magis ei expedit: quia præsumitur pro possessore. Et licet Fely. & doctores videantur loqui quando duo instrumenta sunt facta eodem die in fauorem duorum: tamen eadem uidetur ratio, quando duo instrumenta sunt facta eodem die ab eodem notario, & coram eisdem testibus in fauorem vnus, ut illa prouisio dicatur prius facta, quæ est prior in ordine scripturæ, vel cuius virtute fuit adepta possessio. Exemplum dare possum in proprio facto filii mei. Nam quidam archipresbyter Bennarius patriæ Pedemontanæ constituit procuratores in curia ad renuntiandum dictum archipresbyteratum, ex causa permutationis: & statim coram eodem notario & testibus constituit ad renuntiandum simpliciter, post cõsensum præstitum per procuratorem in curia super vtraque renuntiatione, renuntiationem ex causa permutationis non reuocata, & malè: tamen apposuit impedimentum expeditioni bullarum super dicta permutatione non reuocata, & processu fulminato, fuit per filium dicti archipresbyteratus adepta possessio. Exorta causa & lite coram dominis Rotæ, quæ adhuc pendet per reuerendissimum & integerrimum auditorem Rotæ dominum Marcellum de Crescentiis, ciuem Romanum, fuit mihi datum dubium, quod ex quo non apparebat de prioritate dictorum mandatorum ad renuntiandum quod vtraque erant nulla. per l. duo sunt Titii. ff. de testa. tut. & allegabatur decisio Bal. in terminis, de qua nunc non occurrit. Ego respondi quod ex quo filius meus fuerat missus in possessionem virtute simplicis renuntiationis, quod illa renuntiatio erat præsumenda posterior, & sic derogatoria primæ: & erat pro possessore iudicandum. Ista responsio placuit aliquibus dominis, & aliquibus non. Et ex tali discordia non potui habere expeditionem, potuissem me adiuuare ex ordine prothocoli, sed illud erat in Pedemontio: item ex dicendis per testes qui interfuerant. Sed inopinatus casus belli me à prosecutione dictæ causæ, & aliis meis honorabilibus officiis & negotiis distraxit & distrahit. Aliquando dignitas concedentis operatur prioritatem, & hoc habet locum quando non apparet de prioritate vel posteritate: ut in hoc exemplo: duo contendunt de collatione beneficii, quia alter eam habuit ab ordinario, alter à pontifice: si appareat de prioritate datæ, res est clara, quia prior data præfertur, & illa regulariter attenditur. Fely. in c. eam te. col. 17. versic. tempus datæ. de rescrip. licet aliquando attendatur tempus presentationis, ut ibi habes. sed si non apparet, collatio pontificis præsumitur prior. c. si à sede. de præb. in 6. Idem iuris est si ex duobus alter habet collationem ab episcopo, alter ab eius vicario. de istis vide D. Iaf. in l. 1. col. 2. versic. ista regula. ff. solu. matr.

ARTICLE XIX.

Et n'a lieu audiçt cas de retenue droit de representation, ains est preferé le plus prochain lignager, comme dict est, quand la vente est faicte à vn lignager: combien qu'en matiere de succession le dict droit de representation ait lieu.

SVM. IN GLO. ART. XIX.

2 *Ratio consuetudinis.*
3 *Quando & in quibus representationi locus sit. & nu. 4.*
5 *Quam in feudis locum habere ostenditur.*
6 *In qua tamen in stirpes, & non in capita succeditur.*

Istud beneficium retractandi concessum proximiori est adeo personale, quod non transit in filium: & sic non est locus representationi, quæ in successione vniversalibus sibi locum uendicat.

Ista consuetudo ponit duo dicta: primum est, quod representatio non habet locum in prerogatiua retractionis: quia est personalissima, & personam non egreditur, & cum ea extinguitur, iuxta c. priuilegium personale. de reg. iur. lib. 6. Secundum dictum quod representatio habet locum in successione vniversalibus. Et hinc aduertite, quia istud procedit de iure communi quando agitur de successione ascendentium, aut patruorum tantum: in aliis qui est prior gradu, cæteros excludit. §. hoc autem addendum. instit. de legi. agna. succes. & §. cum filius filiaue. insti. de hære. quæ ab intest. defer. Et dum dixi, ascendentium, intellige de directo ascendentibus, & non de transuersalibus, puta si ageretur de successione patris magni, qui est frater au. Ita declarat Decius consil. 1. in primo vol. Ibi etiam ponit quod ista representatio tantum habet locum in successione legali, & non in successione testamentaria, puta in fideicommissis: quia in illis habet locum gradus prerogatiua: & non est locus representationi declarando glo. in l. cum ita. §. in fideicommissis. ff. de lega. 2. Vtrum habeat locum in feudis hæc representatio? dic quod sic, in casibus in quibus habet locum de iure communi. Ita affirmat D. Iac. in lib. feu. in verb. præsentis & recipientes. col. fi. Et in materia istarum successioneum, aduerte, quia quando est locus representationi, tunc succeditur in stirpes & non in capita: quia omnes representant vnum. Sed quando non est locus representationi, quia non succeditur ascendentibus vel patruis, tunc succeditur in capita, & non in stirpes. Ita dicit D. Iac. ubi supra, quæ omnia veniunt ad declarationem dictorum per Bar. in authen. cessante. C. de legi. hære. ubi Alex. dicit vnum verbum ad declarationem præcedentium, quod filii succedunt loco patris quoad gradum, & non quoad alia.

ARTICLE XX.

Aussi n'a lieu droit de lotz & ventes au seigneur direçt ou feodal, en droit de retenue par proximité de lignage.

- 2 Ius commune prima fronte hic esse contrarium tribus similibus egregius ostendit. & nu. 3. 4. & 5.
6 Consuetudinis tamen elegans ratio redditur.

1 In casu retractionis per proximiorum non est locus laudibus & uentis.
2 De iure communi videtur quod deberentur duo laudimia, & essent requirendae duae inuestiturae: una à primo emptore, in quo fuit dominium translatum: altera à proximiorum, in quo etiam est translatum dominium: iuxta l. fi. C. de iur. emph. Et istud videtur probari tribus similibus. Primo vnus vendit alteri praedium obnoxium laudibus & vendiis, & perfecto contractu partes vadunt ad notarium, & iubent contractum & prothocolum cancellari: & ita de consensu partium facit notarius. certè non obstante tali cancellatione contractus, erunt soluendae laudes & vendiis: quia partes non potuerunt praedudicare domino directo in iure ei quaesito. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. & l. alteri per alterum non potest iniqua conditio afferri. ff. eo. tit. Ita decidit Ang. in l. iurisdictionum. §. adeo. ff. de pact. in simili & in specie D. Iac. de sancto Georgio, in tractatu de rodydis. col. 7. vers. habent etiam domini terrarum. limitat, nisi partes incontinenti recederent à contractu, antequam diuerterent ad extraneos actus. Ista decisio bene probatur per sequens simile, quod est tale statuto cauetur quod de omni contractu soluatur gabella: contractus fuit perfectus, & coram partibus publicatus. Ex modico interuallo iubent partes notario quod cancellat instrumentum, & ita facit notarius: talis cancellatio non habebit praedudicare fisco, cui ius est quaesitum super gabella. Ita determinat Ang. & Imo. in l. acta. ff. de re iud. Tertium simile & quotidianum: Titius vendit praedium subiectum, cum pacto de retrouendendo infra decem annos: & infra dictum tempus rachatat rem venditam pro qua iam à primo emptore laudes fuerant solutae: utrum iste reemens teneatur pro isto contractu soluere vendiis? videtur distinguendum secundum dicta Bar. & doc. in l. ab emptione. ff. de pact. aut partes dicunt sic: quod si venditor obtulerit pretium infra tempus rachati: quod res sit inepta, & tunc non sint soluendae laudes: aut quod emptor teneatur retrouendere, & tunc secus: quia ibi fiunt duo contractus, & duae traditiones, & duae inuestiturae, & sic debent solui duo laudimia. de praedictis tribus quaestionibus vide D. Iac. in tit. de rodydis. col. 10. vers. addo aliam quaestionem quam vidi saepe in practica. Redeundo ad propositum consuetudinis, potest dici, quod ideo in retractione quam proximior facit de re vendita, non debentur laudes: quia talis alienatio fit à primo emptore inuito: & ideo laudes non debentur de contractu facto per necessitatem, sicut dicunt doct. in diuisione, quod ex quo sapit alienationem necessariam non debetur laudimium, in l. fi. C. de iure emph. D. Iac. in d. tit. de rodydis. col. 10. vers. quid de diuisione. Et certè in casu huius consuetudinis emptor videtur emere sub illo pacto, ut transferat rem emptam in proximiorum, si voluerit: quia ad id scit se teneri, ut recuperet pretium: & ideo ille contractus primus censetur conditionalis. Et sicut ille qui sic soluit ut cito repetat pretium non dicitur soluisse. l. qui sic. ff. de solu. ita qui emit, ut cito remittat alteri, non dicitur proprie & absolute emisse.

ARTICLE XXI.

Droit de retenue n'a lieu en venditions faites de lignager à lignager du costé d'ou la chose vendue procede: car lignager sur lignager n'a droit de retenue par icelle coustume.

SYM. IN GLO. ART. XXI.

- 2 Consuetudinis syncerus intellectus & ratio. & nu. 3.
1 Proximior non utitur iure retractionis contra alium proximiorum qui rem subiectam emit.
2 Intellige hanc consuetudinem quando ambo proximiores sunt in pari gradu: secus si primus emptor esset in gradu inferiore, etiam quod esset de agnatione. Et ratio huius consuetudinis dependet à ratione consuetudinis, de qua supra, art. 18. incipiente, *mais si l'un, & c.* Nam sicut ibi diligentior proximior praefertur ceteris ob eius praeventioem: ita hic qui praeventioem rem emendo & acquirendo excludit ceteros.

ARTICLE XXII.

Les descendants, soyent emancipez ou non, peuuent retraire l'heritage vendue par leurs pere & mere & ascendans. Et au contraire lesdictz pere, mere, & ascendans peuuent ausi retirer l'heritage vendue par leurs enfans, & autres descendants.

SYM. IN GLO. ART. XXII.

- 2 Quare hic de ascendentibus & descendantibus agatur.
1 Ascendentes habent ius retractionis in bonis uenditis per ascendentes, & e converso.
2 Postquam posuit consuetudo de agnatis & cognatis voluit facere specialem mentionem de ascendenti- & descendantibus, in quibus subest maior ratio: quia ea quae speciali nota digna sunt, nisi specialiter fiant, censentur neglecta. l. item apud Labonem. §. hoc edictum. ff. de iniuriis.

ARTICLE XXIII.

En choses meubles, noms, debtes, & actions retenue n'a point de lieu, ne aussi en vendition de succession vniuerselle.

SYM.

- 2 Quare hic de nominibus & actionibus separata fit mentio.
3 Quare in uenditione successionis non fit locus retractui.

Ius retractionis & retentionis in mobilibus, nominibus, debitis, & actionibus, nec in uenditione uniuersalis successionis locum sibi uendicat.

In tex. in verb. *noms, debtes, & actions.*

Ideo de istis separatam facit mentionem à mobilibus: quia nomina, iura & actiones constituunt tertiam speciem inter mobilia & immobilia. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. doct. maxime D. Iac. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. & in l. fina. C. de pact. vbi in donatione mobilium & immobilium non veniunt iura & actiones.

In tex. in verb. *de succession uniuerselle.*

Ratio est diuersitatis in hac venditione ab ea quae fit de re immobili, quia haec est venditio iuris, quae complectitur mobilia, immobilia, iura, & actiones. toto tit. C. de haere. vel act. ven. Et in consuetudine dicitur quod ius retractionis non habet locum in venditione iuris.

ARTICLE XXIII.

Si l'heritage vendu est du costé paternel, ceulx du costé maternel ne peuuent auoir droit de retenue: & au contraire, si c'est du costé maternel, ceulx du costé paternel ne l'auront: mais l'auront les lignagers du costé & estoc d'ou les choses vendues prouiennent, & esquelles lesdictz lignagers peuuent & douent succeder ab intestat.

SYM. IN GLO. ART. XXIII.

- 2 Consuetudine agnationis & cognationis differentiam non esse sublatam.

Secundum ordinem successionis ab intestato defertur ius retractionis, uidelicet ut agnati bona prouecta ex parte patris, & cognati ex parte matris possint iure proximitatis retrahere, & uendicare.

In tex. in verb. *succeder ab intestat.*

Nota quod licet de iure communi sit sublata differentia agnationis & cognationis quantum ad succedendum ab intestato, ut notat Alex. in authen. cessante. C. de legi. haere. tamen de consuetudine Aluerniae agnati succedunt in bonis paternis, & cognatis in bonis maternis: ut declaratur hic, & clarius supra, in tit. *des successions. art. 4. incipiente, audiet pays coustumier.* Et ibi habes bene declaratum intellectum huius consuetudinis, qui dicantur agnati, & qui cognati, & consequenter quae bona dicantur paterna, & quae materna.

ARTICLE XXV.

Acquestz sont reputez du costé paternel: parquoy quant à iceulx les lignagers du costé paternel ont droit de retenue, & non les maternelz.

Acquisita computantur inter paterna: ideo ius retractionis competit agnatis tantum.

Ista consuetudo repetit quod dixerat supra in tit. *des successions. articu. 6. incipiente, tous biens acquis.* Et quando bona filiorum intelligantur acquisita de bonis patris, & bona vxoris de bonis mariti, bona tutoris de bonis pupilli, bona officialis de fructu officii, & bona praelati de bonis ecclesiae, aut patrimonii: ad ibi dicta me remitto.

ARTICLE XXVI.

Quand il y a plusieurs heritages vendues par mesme vendition qui sont d'un mesme estoc, le lignager n'est admis ne recreu à demader le retraict ou retenue de l'un ou de partie desdictz heritages & biens immeubles veduz: mais fault qu'il retraye ou recouure le tout.

SYM. IN GLO. ART. XXVI.

- 2 Ratio consuetudinis redditur, & ex eadem infertur. & nu. 3.

Quando unica uenditio continet plures res ab eodem stoco prouenientes, tunc proximior non auditur uolens partem retrahere.

Ratio huius consuetudinis est, quia si emptor existimasset quod proximior tantum partem rerum emptarum fuisset retracturus, aut non emisset, aut non pro tanto pretio. Ista ratio optimè probatur per argumentum legis, quæro. ff. de actio. empt. vbi si venditor vendidit quod habebat intra certos confines specificatos, & sciebat quod intra dictos confines erat una pars quam possidebat, & non notificauit emptori: certè habet emptor actionem contra venditorem: quia si emptor sciisset, non fuisset empturus, aut saltem minus daturus & soluturus. Et sic habes quod venditor debet emptori exprimere ea quae emptorem retraxissent, ne tantum solueret, vel quod rem non emisset. Et quia istud est iuris, infero quod si venditor sciens rem affectam aliquo seruitio, vel censu, vel aliqua magna seruitute, eam vendat tanquam liberam & fracam,

Y

aut taceat seruitutem & ea quæ verisimiliter retraxissent emptorem ab emptione, vel quod tantum non soluisset: tenetur rem retrotradere, aut interesse soluere ad electionem emptoris. Et pro ista decisione facit gl. in l. pacisci contra. ff. de pact. vbi latè D. Ias. qui dicit quod venditor debet certiorare dominum in specie, & non in genere: vt faciunt vendentes equos, qui dicunt quod vendunt cum omnibus spinelis & mangoniis: quia illa generalitas quædo venditor scit vitium vel defectum, non recusat à redhibitoria, vel quanto minoris. Et idem bene declarat, maxime quando dictæ actiones, redhibitoria, & quanto minoris, competant. Abbas in c. iniustum. de rerum permu.

ARTICLE XXVII.

Et ou les choses vendues seroyent de diuers estocz, chascun des lignagers desdictz estocz respectiuemēt & en son endroit peult retenir les choses vèdues procedans de leur estoc, en venant dedans le temps deu, & faisant ce que dessus.

1 Quando venditio continet plures res prouenientes partim à latere patris, partim à latere matris, ius retractionis pertinet agnatis & cognatis respectiue, veniendo infra tempus, & prædicta adimplendo.

ARTICLE XXVIII.

Et si le lignager de l'un desdictz estocz veult recouurer les choses vèdues prouenans de sondict estoc tant seulement, & que le lignager de l'autre costé & estoc ne vueille recouurer les choses qui prouiennent de son estoc, l'acheteur sera tenu rendre audict lignager les heritages venues de sondict estoc, posé que le lignager de l'autre costé ne demande reuente des choses prouenues de sondict estoc.

SVM. IN GLO. ART. XXVIII.

2 *Introducendæ consuetudinis ratio.*

1 *Quando possunt duo respectiue concurrere ad retractandum uenditionem, pnta agnatus & cognatus, etiam quod alter nihil petat, alteri permittitur retrahere.*

2 *Ratio est, quia agitur de retractanda uenditione diuersarum rerum à diuerso fonte procedentium & à diuersis: quia alter venit tanquam proximior ex latere patris, alter ex latere matris. Et ideo non requiritur concursus: quia separatorum separata ratio reddi debet. Et ex separatis nihil infertur. l. in agris. ff. de acquirend. rerum domi.*

ARTICLE XXIX.

Et ou l'acheteur offrirait faire reuente audict lignager requerant icelle de toutes les choses par luy acquises par mesme contract, tant de son estoc que d'autre, ledict lignager sera contrainct prendre toutes lesdictes choses vendues, soit de son estoc ou d'autre, & payer le sort principal, ensemble les loyaux coutemens comme dessus.

SVM. IN GLO. ART. XXIX.

Pulchra hic ratio traditur.

1 *Emptore offerente totalitatem omnium acquisitorum ex eodem contractu, etiam quod proueniant ex diuersis lateribus, proximior tenetur totum capere & retrahere.*

2 *Ratio huius consuetudinis est, quia emptor non fuisset empturus, aut minus, nisi sperasset aut totum remittere, aut retinere. arg. l. quæro. ff. de actio. emp. Et eorum quæ prædixi. supra art. 24.*

ARTICLE XXX.

Droit de retenue a lieu en contract de permutation faicte d'heritage avec biens & choses meubles, en consignat par le lignager dedans le temps de l'uidict la valeur & estimation desdictes choses meubles: car tel contract est reputé vendition par ladicte coutume.

SVM. IN GLO. ART. XXX.

2 *Iuri communi hunc articulum contrarium.*

3 *Quando permutatio in qua pecunia interuenit migret in speciem uenditionis. & nu. 4.*

1 *Est locus retractui in permutationibus, quando pro re immobili dantur res mobiles, si proximior consignauerit estimationem rerum mobilium: quia de consuetudine talis contractus reputatur emptio & uenditio.*

2 *De iure communi non potest talis contractus reputari venditio: quia de substantia contractus est pretium. §. pretium. instit. de empr. & vendi. Et quando datur species pro specie, tunc est vera permutatio. iuxta*

3 *tex. in l. 1. ff. de rerum permu. vbi dicit, vtilia inutilibus permutabant. Sed quia aliquando vna ex rebus permutatis*

mutatis plus valet altera, & pro pluri valentia datur pecunia: potest dubitari illo casu, an dicatur venditio vel permutatio. Pro resolutione in primis debemus considerare animum contrahentium: si enim principaliter intendunt permutare, erit contractus permutationis, quanuis accessorie interueniat pecunia, vt res ad æqualitatem reducatur. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Bar. in l. Aristo. ff. de dona. Si vero non constat de animo contrahentium, tunc recurrimus ad coniecturas. Et si pretium sit maius quam valor rei permutatæ, iudicabitur contractus venditionis: & contra, contractus permutationis. arg. l. quæritur. ff. de statu homi. & c. quod in dubiis. de consecra. eccle. vel alta. Ista fuit distinctio Panor. in c. ad quæstiones. de rerum permut. quam dicit notandam propter statuta quæ disponunt quod de contractibus venditionum soluantur gabella. Et de ista regula quod quando aliquid participat de duobus, actus attribuitur potentiori: vide Bal. & Ang. post Bar. in d. l. quæritur. & Bal. in prælud. feud. col. 4. vers. circa primum. vbi declarat quando feudum sapiat gratiam, prout est de sui natura: & quando contractum: quia interuenit pecunia. Cui addo Soci. consil. 4. col. 2. in primo vol. Soci. consil. 22. col. 2. in 4. vol. Est & alia similis regula, quod magis dignum trahit ad se minus dignum. Et quod mixtum sequitur naturam simplicis dignioris: ideo aliquando laicus est conueniendus coram ecclesiastico ratione clerici adiuncti. De materia vide amplè per D. Ias. in l. imperium. col. 3. vers. nota ex isto tex. ff. de iurisd. om. iud. Mathes. suo notabili 144. & aliquid per Fely. in c. 1. col. 4. de præscript. Fely. in rub. col. 1. de offi. delega.

ARTICLE XXXI.

Mais contract de permutation faict d'heritage à heritage ou autre chose immeuble, posé qu'en iceluy contract y ait deniers ou soultes excedans la valeur de la chose baillée en contr'eschange, droit de retenue à cause de proximité de lignage n'a lieu, quand ledict contract est faict & passé sans fraude ne fiction.

Ius retractionis non habet locum in permutatione de re immobili ad rem immobilem, facta sine fraude & fictione, etiam quod interuenierit pecunia excedens valorem rei data in scambium. Materia huius consuetudinis fuit in præcedenti consuetudine plenè explicata.

ARTICLE XXXII.

De laquelle fraude & fiction seront tenuz les permutans à la requeste du lignager quand question en sera, respondre deuant iuge competent, & par serment, si requis en sont.

SVM. IN GLO. ART. XXXII.

2 *Quot modis iudex competens dicatur.*

3 *Conuentus coram iudice incompetenti quam exceptionem habeat, & quando opponi possit. & nu. 4.*

5 *Quando & in quibus casibus iurisdictio prorogari possit. & nu. 6. 7. & 8.*

9 *Ratio quare hic iuramentum deferatur. & nu. sequentibus.*

Ad requisitionem proximioris tenentur permutantes super fraude & fictione coram competenti iudice respondere, & iuramentum suscipere.

In text. in verb. deuant le iuge competent.

Iudex dicitur competens ratione originis, ratione domicilii, ratione contractus delicti, & ratione situationis rei. Et de istis habetis in titulis C. vbi in rem act. & vbi quis conue. qui cert. lo. pro. & vbi de cri. agi. oportet. & toto tit. de fo. competen. Et si quis conueniatur coram iudice incompetente, habet fori declinatoriam. l. si quis ex aliena iurisdictio. ff. de iurisd. om. iud. Et exceptio proueniens ob defectum iurisditionis potest quocumque apponi, etiam post tres sententias conformes. l. si C. si à non competen. iudic. ponunt doct. maxime D. Ias. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. pulchrè Mar. suo sing. 10. Intellige tamen prædicta vera quando iurisdictio iudicis non foret prorogata: quia ratione prorogationis, iudex incompetens efficitur competens. tex. in l. 1. C. de iurisd. om. iud. Et quædo possit iurisdictio prorogari, & intelligatur prorogata tacitè vel expresse, vide omnino Paul. de Cast. in d. l. 1. & vtrum possit prorogari in delictis, & in causis meri & mixti imperii, tradit gl. fi. in d. l. 1. de qua vide Panor. in c. si diligenti. de for. compet. & in c. ad petitionem. de accusat. Fely. in c. P. & G. col. 3. vers. in causa autem criminali. de off. deleg. Item vtrum in prorogatione sufficiat tacitus consensus, vide Fely. in c. cum olim. in princ. de off. delega. Et iurisdictio iudicis delegati quando possit prorogari, plenè Fel. in c. P. & G. col. vers. gl. in verbo, nulla. de off. delega. Et ibidem col. 3. vers. potest autem prorogari. dicit vnum verbum notandum in materia prorogationis iudicis: quod tantum habet locum prorogatio quando dubitatur de iurisditione iudicis.

In text. in verb. & par serment.

De iure communi ille qui habet intentionem suam fundatam non tenetur suscipere iuramentum. c. 1. de 9 proba. Sed hic quia in permutatione interuenit pretium & maioris valoris quam esset res data in scambium, ideo de iure poterat præsumi contractus venditionis. verum est, quia etiam isto casu de iure si animus contrahentium erat permutare, dicitur permutatio: vt supra dixi. Et animus non potest directè probari: ideo est locus delationi iuramenti in his quæ in animo vel conscientia nostra consistunt. Ias. amplè post glo. ibi in §. sed iste. instit. de actio.

ARTICLE XXXIII.

Pareillement sera tenu le vendeur à la requeste de son lignager affermer par ferment s'il veult la chose pour luy & pour demourer à sa famille: & ausi l'acheteur sur la verité du prix pour lequel la chose aura esté realement vendue: & par lesdictz sermens ainsi deferez seront decidez lesdictz procès, sans ce qu'on y puisse contreuenir.

SVM. IN GLO. ART. XXXIII.

Ratio tantum affertur.

Dubito ne sit error in tex. consuetudinis qui debet sic dicere: sera tenu le lignager à la requeste de l'acheteur. cætera bene procedunt.

1 Proximiior ad requisitionem emptoris tenetur iureiurando affirmare quod rem retrahit pro se, ut in sua familia remaneat: & econuerso emptor super veritate pretij. & secundum iusiuranda ita præstita processus sunt decidendi.

2 Ratio est, quia proximiior potest pro se tantum rem aduocare, nec potest tale ius alteri cedere: vt patet supra, artic. 14. incipiente, s' il se trouue.

ARTICLE XXXIII.

Toutefois si ledict lignager veult faire apparoir de son fait autremét que par ferment parauant qu'il soit fait, faire le pourra.

si proximiior uult de ueritate pretij edocere antequam emptori iusiurandum deferatur, id facere potest.

1 Ratio est, quia de iure communi quando aliquis iurat super his quæ consistunt in eius conscientia, adhuc pars aduersa admittitur ad probandum contrarium: vt declarat D. Iaf. in d. §. sed iste. inst. de actio.

ARTICLE XXXV.

Quand en aucun contract de vendition d'heritage ou chose immeuble y a donation de plus value, & que ladicte donation de plus value n'excede la valeur & estimation de la chose vendue, ladicte donation n'altere ne change la nature dudict contract de vendition: parquoy droit de retenue a lieu au proufit du lignager du védeur, en payant l'estimation de ladicte plus value, ensemble le fort principal & loyaulx coustemens.

1 Quotiens in venditione interuenit donatio de pluri valore non excedente ipsam rem venditam, potest proximiior retrahere soluendo æstimationem illius pluri valoris, cum sorte principali, & cõsuetis expensis.

ARTICLE XXXVI.

Mais ou la plus value excéderoit le prix de la chose vendue, ledict contract sera iugé donation, & non vendition: & en ce cas droit de retenue n'a lieu.

Quando donatio excedit ualorem rei uendite, iudicatur donatio, & non habet locum ius retrahit.

1 Ratio consuetudinis est, quia actus attribuitur illi parti de qua magis participat. l. quæritur. de statu ho. de qua materia plenè scripsi supra: ideo non repeto.

ARTICLE XXXVII.

En vente faite par criées droit de retenue a lieu, & comméce courir le temps de trois mois, introduictz par ladicte coustume, du iour que le decret est deliuré.

In subhastatis rebus est locus iuri retractus, & tres menses ad id præfixi incipiunt currere à die decreti.

1 Ratio est, quia ratione decreti incipit esse emptor verus dominus & possessor: vt habetur plenè in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. & toto titulo. C. de rebus mi. sine decre. non alie.

ARTICLE XXXVIII.

Le lignager, seigneur feodal, ou direct, & chascun d'eulx respectiuellement, qui veulent retirer la chose védue par proximité de lignage ou prelation, sont tenuz dedans le temps introduict par la coustume consigner & déposer realement & de fait le prix & fort principal de la chose vendue en deniers comptans & argent monnoyé: autrement lesdictes consignations & depostz serót nulz, & de nul effect & valeur.

1 Ius retractionis siue cõpetat iure proximitatis, siue prælationis, non habet locum, nisi retractans cõsignet & deponat pretium fortis principalis in pecunia numerata, & infra tempus à consuetudine præfixum.

ARTI-

ARTICLE XXXIX.

Les lieux & chastellenies dudict pays d'Auergue ou il y a droit de suriect, ledict temps de trois mois ne court que du iour de la possession prinse par le dernier acheteur de l'heritage, auquel il aura esté deliuré par suriect.

Quando ultimo offerenti est res expedienda, tempus retractionis incipit à die adeptæ realis possessionis per vltimum possessorem plus offerentem.

ARTICLE XL.

Ausi es lieux ou les ventes se font pour foy & son mieulx, ledict temps de trois mois ne court si n'est du iour de la possession par celuy qui fera subrogé audict mieulx.

SVM. IN GLO. ART. XL.

Consuetudinis intellectus. Per totum.

Quando emptio fit pro me & offerente meliorem conditionem, tempus trium mensium incipit currere à die adeptæ realis possessionis per subrogatum meliorem offerentem conditionem.

Iudicio meo hæc consuetudo intelligenda est quado primus emptor non fuit adeptus realem possessionem, aliàs haberet locum consuetudo de qua supra, quod tres menses inciperent currere à die adeptæ realis possessionis per primum emptorem.

In tex. in verb. & son mieulx.

Valet venditio facta tibi, nisi alius meliorem attulerit conditionem: quo casu res sit inepta: vt patet in tit. ff. de in diem addict.

ARTICLE XLI.

Pareillement touchant les seigneurs feodaux & directz, le temps courra cõme dessus est dict, audict lignager.

Dicta in proximiore quoad facultatem vendicandi ratione proximitatis, habent locum in directo domino ratione prælationis.

DES EXECUTIONS, VENTES, & subhastations.

TIT. XXIII.

ARTICLE I.



Le creancier ou son heritier pour le payement de son deu, commandement & sommation preallablement faitz à son débiteur de payer, peult à son choix cõmencer son execution sur leurs biés meubles ou immeubles, noms, debtes, & actiõs de son débiteur ou de son heritier, declaratiõ preallablement faite d'estre heritier, sans sur ce garder l'ordre de droit.

SVM. IN GLO. ART. I.

2 Quando interpellatio iure communi necessaria sit: & cuius effectus: & inde duo inferuntur. & nu. 3. 4. & 5.

6 In casu uerò consuetudinis perpetuò esse necessarium quatuor rationibus considerate quidem euincit.

7 Ordinem iuris in executione non esse necessarium. & nu. 8. & 9.

10 Qua forma hæres debitoris sit interpellandus.

11 Hæredem uerò ex consuetudine proximum esse intelligendum.

Nec declarationem hæredis consuetudine, nec interrogatorias actiões iure communi esse necessarias, ostendit. & nu. sequentib.

Creditor habet electionem intentandi executionem super mobilibus, immobilibus, & iuribus & actionibus, ordine iuris non obstante.

In tex. in verb. commandement & sommation preallablement faitz.

Quæro vtrum talis interpellatio de iure communi sit necessaria? distingue aut debitor non potest argui de mora, & tunc interpellatio est de necessitate: quia per eam constituitur in mora, puta quando solutioni dies adiectus non fuit. Aut est debitor in mora, quia dies & tempus solutionis celsit, & tunc interpellatio fit de urbanitate & honestate tantum. textus est in l. quidam hyberus. ff. de seruitu. urbano. prædi. quem bene declarat Panormitanus & Felynus in cap. 2. de accusat. Et quanti sit effectus extra iudicialis interpellatio, declarat dictus Felynus in capitulo, nouit. columna finali. de iudiciis. Et in materia aduerse ad duo notabilia dicta. Primum est, quod si debitor non morosus nec interpellatus in prima citatione confiteatur debitum, non patietur condemnationem expensarum: fecus si iam moram contraxisset. Ita Bal. in authen. contra qui propriam. col. fi. C. de non nu. pec. quem refert & sequitur Dec. in c. quoniã contra falsam. col. 11. vers. si uerò reus. de proba. Idem dicit Fel. in d. c. quoniã contra falsam. col. 12. vers.

au debte, & le sixiesme pour les fraiz, il y sera receu, & surferont lesdictes criées.

SVM. IN GLO. ART. III.

- 2 *An aliud pro alio inuito creditore solui possit, remissiuè.*
3 *Sensus horum uerborum, & le sixiesme pour les fraiz.*

1 *Si debitor deponat quantum debet & sextam de pluri pro expensis, erit à subhastationibus supersedendum.*
In tex. in verbo, *de biens meubles.*

2 *Consuetudo uult quòd debitor quantitatis possit dare res mobiles insolutum. Vtrum istud procedat de iure communi, quòd species pro quantitate inuito creditore solui possit? regula est probata per tex. in l. 2. §. mutui datio. in fi. ff. si cert. pet. quòd aliud pro alio inuito creditore solui non potest: quæ recipit limitationes & declarationes, de quibus per glo. ibi Bar. in fi. & ceteros doc. maxime do. Ias. in 2. col.*

In tex. in verbo, *& le sixiesme pour les fraiz.*

3 *Consuetudo per hæc uerba non intendit quòd expensæ intelligantur taxatæ ad sextam: sed quòd fiat depositum de illa sexta, saluo iure addendi vel diminuendi, taxatis expensis.*

ARTICLE V.

Et peult le creancier proceder par criées sur les heritages de son debteur ou son heritier, declaration preallablement faite qu'il est heritier du defunct. Et iceulx heritages faire saisir, ensemble les fruitz d'iceulx sans ce que ledict debteur ou son heritier en ioyffe pendant lesdictes criées: car l'exploit tiendra en la propriété & fruitz, pendant lesquelles criées seront lesdictz fruitz baillez à ferme au plusoffrant & dernier encherisseur en deduction & diminution du deu.

1 *Contra debitorem aut heredem præuia declaratione quòd sit heres, potest creditor procedendo leuari facere omnia bona immobilia, unà cum fructibus, de quibus debitor durantibus subhastationibus se non intromittet: sed illi incantabuntur, plus offerenti, & expedietur pretium quòd dabitur creditori in diminutionem & deductionem debiti principalis.*

2 *Consuetudo uult quòd fructus qui percipiuntur crydis & subhastationibus pendentibus, cedant lucro debitoris: quia est adhuc dominus, sed illi expediuntur insolutum seu eorum pretium creditori & sic extenuant fortem principalem.*

ARTICLE VI.

Toutefois le debteur ou son heritier qui aura déclaré estre heritier cõme defus, sera receu à la ferme des fruitz desdictz heritages, lesquels luy seront baillez & laissez, s'il est dernier encherisseur & metteur, en baillant par luy caution suffisante de rendre & payer le prix que lesdictz fruitz luy auront este acenlez s'il est dict en fin de cause.

SVMMA. IN GLO. ART. VI.

- 2 *Cautionis uerbo quando comprehenditur fideiussoris datio. & nu. 3. & 4.*
5 *Quomodo uerò accipiendum sit in hac consuetudine.*

1 *Debitori plus offerenti aut eius heredi locabuntur fructus bonorum subhastatorum, media idonea cautione de restituendo pretio dictorum fructuum si iudicabitur.*

In tex. in verbo, *caution suffisante.*

2 *Cautio dicitur quando est nuda promissio, sine fideiussore. Satisfactio uerò cum fideiussore. l. sancimus.*

3 *C. de verbo. signi. Et in nuda cautione non solum debet interuenire stipulatio, sed etiam bonorum obligatio. Ias. in l. 2. circa fi. C. de transact. Et quòd cautio intelligatur sine fideiussore, fallit primò, quando persona quæ debet cauere est suspecta: quia tunc tenetur dare fideiussorem. Ita Bal. in d. l. sancimus. col. 1. uerficulo, sed quid si uerbum. Secundo fallit quando adiicitur qualitas idonea: quia tunc intelligitur datus fideiussoribus vel pignoribus. tex. ad litteram, in l. si mandata. l. 2. §. fi. ff. manda. fallit tertio si adiiciatur uerbum sufficiens: quia intelligitur cum fideiussore, secundum Bal. in d. l. sancimus. in 2. oppo. Et aduerte quia Anto. de Butr. in c. fi. de resti. spol. uult quòd si ista uerba idonea vel sufficiens adiiciantur uerbo cautionis, in materia in qua non requiritur fideiussio, tunc nihil operentur: illa deci. est de directo contra tex. in d. l. si mandata. §. fi. ff. manda. ubi si mando procuratori quòd accipiat cautionem à debitore, tunc non est dandus fideiussor: quia uerbum cautionis simpliciter probatum intelligitur de nuda, quantum ad dationem fideiussoris: & tamen quia ibi fuit dictum quòd acciperet cautionem idoneam, quia eam accepit sine fideiussore vel pignoribus. tex. dicit quòd non satisfecit mandato, ergo de directo contra prædictam decisionem. Et sic in proposito consuetudinis, quia dicitur sufficientem cautionem præstandam, intelligitur cum fideiussore.*

5 *Et hoc confirmatur, quia quando à statuto requiritur cautio, intelligitur cum fideiussore, secundum Bal. in d. l. sancimus. in 3. oppo. C. de verbo. signi. Et eadem est ratio in consuetudine.*

ARTI-

ARTICLE VII.

Si le creancier procede p criées sur les heritages d'un tiers possesseur, & fruitz d'iceulx, ainsi que permis luy est par ladicte coustume, & sans aucune discussion comme dict est, il iouyra des fruitz desdictz heritages pendant lesdictes criées, sans d'iceulx estre desfaisi: en baillant par luy caution, à tout le moins iuratoire, deuant l'executeur des criées, d'iceulx rendre & restituer depuis le temps de ladicte mainmise, s'il est dict en fin de cause.

SVMMA. IN GLO. ART. VII.

- 2 *Explicatio restrictiua consuetudinis.*
3 *Quare creditor præstet tantum hic cautionem iuratoriam, & de natura copulatiuorum, remissiuè. & nu. 4.*
5 *Qui dicatur executor merus, & quid differat à mixto. & nu. 6. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Sex esse species executorum, remissiuè.*
12 *An executor manu militari recte uti possit.*
13 *Executori postquam recepit opponentem iuste resisti potest. & nu. 14.*
15 *Vtrum eadem referenti se aliquid fecisse, credatur.*

Creditor contra tertium possessorem procedendo per subhastationes interim capit fructus media cautione, saltem iuratoria, coram executeure præstanda de ipsis restituendis, si ita fuerit sententiatum.

Ista consuetudo intelligitur procedere quando creditor plus offert & est ultimus incantator, ne videatur contrariari quintæ consuetudini, de qua supra, quæ dicit quòd fructus plus offerenti conceduntur. Item sextæ consuetudini, quæ dicit quòd conceduntur debitori plus offerenti.

In tex. in verbo, *en baillant caution, à tout le moins iuratoire.*

Quæro, quare sufficit creditori præstare iuratoriam cautionem, & debitor tenetur dare fideiussorem, ut dixi supra consuetudine sextæ ratio est, quia creditori assignatur pretium fructuum in deductionem & diminutionem fortis principalis: ut patet supra consuetudine 5. in fi. Ideo omni modo utriusque parti est cõsultum: secus est in debitore percipiente fructus: quia non est cõsultum creditori, nisi mediante idonea cautione. Et licet correlatiuorum eadem sit disciplina: quia dictum in emptore, habet locum in venditore, dictum in creditore habet locum in debitore. l. i. C. de cupres. lib. 12. tamen illud habet locum quando militat eadem ratio: secus si diuersa, ut in casu isto. Ita declarat Fely. in proce. decretalium, in verbo, Gregorius. col. 3. uerfi. secundo modo. do. Ias. in l. i. C. de in ius voc. ubi tractant materiam correlatiuorum: & eandem plenius Fely. in loco præallegato.

In tex. in verbo, *deuant l'executeur des criées.*

Consuetudo dat facultatem executori recipiendi hanc cautionem: sed si consuetudo hoc non diceret, talis cautio esset coram iudice præstanda: ut apparebit ex sequentibus. Sed primò quæro, quis dicatur executor? secundum Bal. in l. executorem. in princi. C. de exe. rei iudi. dicitur omnis qui ad aliquod officium necessitatur. vel specialius dicas, quòd propriè executor dicitur qui habet exequi factum discussum & decisum per superiorem: ut facit nuntius, quando exequitur sententiam. glo. est not. in c. super questionum. in princi. in verbo, executorem. de offi. dele. quam ibi do. Abbas notat. in 5. col. Ad statuta loquétia de executeure, quæ intelligi debent secundum propriam significationem, vel dicas secundum Bar. in rubrica C. de spor. quòd est qui executioni causa discussa sententiam mandat. Itè quid differat merus executor à mixto: uide glo. in c. pastoralis. §. quia uero. de offi. deleg. plenè Panor. & Fely. in c. de cetero. de re iudi. Et inter cetera nota unum, quòd si commissio dicat exequaris uocatis euocandis: tunc executor dicitur mixtus, secundum Panor. in c. exhibita. in ultimo not. de iudi. quòd dictum intelligo procedere quado mandatur exequi quòd adhuc non est decisum, ut concordet cum præcedentibus. Et idè in simili dicit Abbas in c. de cetero. de re iudi. quòd si mandatur quem mitti in possessionem amoto quolibet illicito detentore: si adhuc non fuit cognitum, illa commissio importat cognitionem: sed si iam sit cognitum, contra eos contra quos fuit cognitum importat meram executionem. Verum est quòd Fely. in d. c. de cetero. col. 2. in fi. uerfi. ad illud sequitur Panor. in utroque dicto, & amoto quolibet illicito detentore. & in clausula uocatis euocandis, dicens in col. 3. uerfi. quid de clausula uocatis euocandis. quòd illa semper facit merum executorem mixtum: & sic assumeret partes iudicis. Et mixtus executor de quibus cognoscere possit, recurre ad Fely. in c. pastoralis. §. quia uero. col. 2. uerfi. glo. in verb. & si fiat. de offi. delega. Item nota quòd sex species executorum ponit do. Abbas in d. c. pastoralis. §. quia uero. de offi. deleg. In hac consuetudine quæ loquitur de nudo executeure, cadunt tres notabiles quæstiones. Prima est utrum nütius seu executor possit adiuuare de facto partem, pro qua exequitur, etiã manu armata, si expedierit? Fely. in hac quæstione in d. c. de cetero. col. 2. uerfi. executor merus. distinguendo dicit, quòd ordinarius iudex & eius executor possunt hoc facere, non autem delegatus, etiam à principe, & eius executor: quia isti debent implorare manum militarè iudicis ordinarii. Hanc decisionem limitant Fely. & Decius in c. significasti. de offi. delega. ubi uolunt quòd delegatus principis & eius executor possint exequi manu armata, quando executio fit super re de qua fuit sententiatum. Secundo quæro merus executor exequi uult aliquid iniuste, prout contingit in hac patria, dum vnus executor fecisset quoddam præceptum, nulla præuia causæ cognitione: & pars se opposuisset, & nuntius admisisset oppositionem, assignando opponentem ad certam diem coram iudice. Ecce quibus non obstantibus, executor uolebat de facto

dinem suam: vt in festo apostoli Bartholomei, dicit tex. in c. 2. de obser. ieiui. Et istam questionem vidi de facto in hoc insigni oppido Montisferrandi, vbi festum presentationis habetur in honore non paruo.

ARTICLE XIII.

Toutefois au hault pays des montaignes d'Auergne, pour cause que les villages dudit pays sont grandement separez & distinctz les vns des autres, lesdictes crieés se feront & passeront les iours des dimenches, à l'issue de la grande messe de paroisse, ou le peuple afflue, comme par cy dedant a esté obseruè.

SVM. IN GLO. ART. XIII.

- 2 An statuto festorum solennitas induci aut abrogari possit.
- 1 In montibus Aluernie, quoniam villagia sunt separata, mandantur fieri crida die dominico in exitu magnæ missæ, ubi populi affluit multitudo, iuxta antiquum morem.
- 2 Vidimus in præcedenti consuetudine quòd quando festa non sunt passim & indistinctè de præcepto, tunc attenditur consuetudo patriæ: sed hic certum quòd dies dominicus est omnibus indistinctè de præcepto, & tamen consuetudo admittit fieri eo die proclamata, contra formam. l. fi. C. de feriis. vbi tex. dicit, si leat horrida vox præconis. Quæro vtrum statuto vel consuetudine possit derogari festis introductis in honorem dei? Et vtrum feriæ solennes aliquorum sanctorum possint induci consuetudine, tractat Alex. in l. præfides. vbi etiam do. Iaf. remisiuè. ff. de feriis. Vtrum possit dictis feriis consensu partium renuntiari, habes tex. quòd non, in c. fi. de fer. Bar. in l. fi. feriatis. ff. de arbi. Iaf. in l. i. ff. de fer. col. 1. licet introductis fauore hominum, puta mesium vel vindemiarum possit consensu expresso vel tacito renuntiari: vt habetur in locis præallegatis.

In tex. in verbo, pour cause.

- 5 Vides quòd ex quo consuetudo admittit talia proclamata die dominico, quod est contra ius commune, item consuetudinarium bassæ Aluernie: ideo allegat causam. Et sic facio regulam, quòd à regulis communibus non est recedendum, nisi ex causa, & illa causa est exprimenda: vt alibi notauit.

ARTICLE XV.

Les criées doreseuauât se feront à iours certains & determinez sans ce qu'on les puisse prolonger n'abreger.

SVMMAR. IN GLO. ART. XV.

- 2 De prorogatione termini & diei remisiuè. per totum.
- 1 In citatione seu assignatione fienda in proclamatibus de catero erit præfigendus dies certus, qui non poterit abreuiari, nec prorogari.
- 2 De materia prorogationis hoc est quando tempus præfixum possit prorogari: item quando sit fienda prorogatio, & de effectibus prorogationis termini, vide Fely. in c. de causis. col. 1. de offi. deleg. Deci ibide col. 3. vers. postremo Fely. in c. consuluuit. eo. titulo. vbi col. 1. declarat materiam l. aut qui aliter. §. fi. ff. quod vi aut clam. vbi habetur quòd actus factus alio die aut alia hora quàm fuerit fiendus, dicitur clam factus, nisi tempus fuerit à iudice prorogatum, quod facere potest inuito actore. d. c. consuluuit.

ARTICLE XVI.

Cest à sçauoir que du iour de la prinse à la vente, y aura quinze iours.

- 1 Inter leuationem rei subhastandæ & venditionem, debent esse intermedii dies quindecim.

ARTICLE XVII.

Et du iour de la vente iusques au premier peremptoire, autres quinze iours.

- 1 A die venditionis vsque ad primum peremptorium, interfedere debent alii quindecim dies.

ARTICLE XVIII.

Et dudit premier peremptoire au second, & du second au tiers, & du tiers au quart, à chascun d'iceulx quinze iours.

- 1 Ex istis tribus præcedentibus consuetudinibus colligitur quòd dantur quinque termini: tamen ex his tantum dantur quatuor loco peremptorii, iuxta l. ad peremptorium. ff. de iudi. Et sic in summa termini quindecim dierum quinquies multiplicantur: qui sunt in summa dies septuaginta quinque.

ARTICLE XIX.

Les prinse, vente, ensemble les quatre criées seront signifiées par mesme adiournement & notification au débiteur ou à son heritier, s'aucun en y a apparent audit pays, & au tiers possesseur des heritages criez en personne ou domicile.

SVMMA. IN GLO. ART. XIX.

- 2 Eleganti ratione dubitandi explicatur consuetudo. & nu. 3.

Leuatio

Leuatio de gagio, & uenditio, cum quatuor peremptorijs debitori aut heredi seu tertio possessori personaliter, aut in loco domicilij eodem contextu significabuntur.

Quæro quare requiratur significatio, cum præsumantur scire tales personæ quibus est fienda significatio, ea quæ publicè fuerunt proclamata? glo. in l. si tutor petitus. C. de peri. tut. Et ille qui certus est, amplius certiorari non debet. l. eum qui certus. de reg. iur. li. 6. Potest responderi, quod aliquando denuntiatio seu significatio fit vt quis habeat notitiam tantum: & tunc sciens, non est certificandus, aut vt inuitetur ad aliquid faciendum: & tunc sciens debet certificari, vt hic: quia licet debitor sciat vel scire debeat leuationem de gagio, & cetera expleta executoralia: tamen ei significantur, vt excitetur ad solutionem. Et pro ista solutione habes bonum exemplum Bar. in l. non solum. §. morte. col. 9. versic. ex prædictis satis constat. ff. de ope. no. nun. vbi ponit quòd venditor etiam si sciat litem motam emproni, tamen adhuc ab emptore certificari debet, vt assumat defensionem: quia tunc denuntiatio fit vt sciat & defendat: secus est quãdo fit ad solam causam scientiæ. Ita dicit Bar. in d. §. morte. col. penul. in fi. & fi.

ARTICLE XX.

Et lesdictes quatre criées parfaites, ledict débiteur ou son heritier & tiers possesseur & chascun d'eulx seront adiournez en particulier, en personne au domicile sur la confirmation desdictes criées par autre adiournement separè, à iour competent, par deuant le iuge, par autorité duquel lesdictes criées sont faites: sans ce qu'il soit besoing à chascune desdictes quatre criées ne à la vente faire particuliers adiournemens & diuerses significations, comme lon auoit accoustumé faire par cy deuant.

Expletis quatuor proclamatibus & peremptorijs, debitor aut hares siue tertius possessor personaliter aut in domicilio citantur ad diem competentem, auditori confirmationem expletorum, reiectis antiquis solennitatibus.

Circa istas formalitates nihil cadit glossandum, nec disputandum: quoniam ea quæ sunt de forma, debent præcisè obseruari. authentic. quæ supplicatio. iuncta glo. C. de preci. impe. offe.

ARTICLE XXI.

Fault esdictes matieres de criées garder l'ordre & solennité qui s'ensuit.

Ordo subsequens in subhastationibus est obseruandus.

ARTICLE XXII.

C'est à sçauoir que le sergent executeur desdictes criées en vertu des lettres obligatoires ou de condamnation de court seculiere passée soubz seel authentique, & des lettres de commissiõ sans autre pouoir, peult & doit prendre, saisir & mettre en la main de iustice les heritages obligez au creancier, ensemble les fructz si requis en est, apres le commandemēt fait par le sergent executeur de payer en la personne au domicile du débiteur, ou son heritier apparent audit pays.

SVM. IN GLO. ART. XXII.

- 2 De quibus literis obligatorijs intelligenda sit hæc consuetudo.
- 3 An & quando scriptura priuata fidem faciat. & nu. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.
- 10 Vtrum consuetudo hæc in epistola locum habeat: & quid recepta epistola operetur. & nu. 11. & 12.
- 13 Instrumentum hic munitum sigillo esse.
- 14 Quod etiam sufficit si sit iuratum. & nu. 15.
- 16 Aliquet casus recitat, quibus instrumentum habet paratam executionem. & nu. 17. 18. & 19.
- 20 Sententiam quando executioni mandari possit parte non citata. & nu. 21. 22. & 23.
- 24 Quando sigillum probet. & nu. 25. & 26.

An notario, iudici, aut executori non exhibentibus commissiõnem credatur. & nu. sequentib.

Ordo est procedendi ut prius executor uirtute literarum obligatarum aut condemnationis à seculari iudice emanata, & authentico sigillo sigillata, seu commissiõnis sibi factæ faciat præceptum de soluendo debitori aut eius heredi personaliter, aut in domicilio: deinde bona obligata cum fructibus ad manus iustitiæ reducat, alio non expectato mandato.

In tex. in verbo, en uertu des lettres obligatoires.

Quæri potest de quibus literis obligatorijs loquatur. Et primò vtrum ista verba possint verificari in apocha, in qua quis confitetur se debitorem alicuius manu propria, ex certa causa, & sub certo termino: certè nõ: quia non facit fidem nisi sit confessata ex aduersario. Et ideo in primis agendum est coram iudice vt pars eã confiteatur: quia de se est scriptura priuata, quæ fidem non facit regulariter. In tribus tamen casibus apocha facit plenam fidem, in quarto semiplenam, in quinto qualem qualè præsumptionem: & ne transcribã dicta doct. vbi nihil est addendum. videatur doct. Bartol. in repeti. l. admonendi. col. 6. versic. circa primam: vi-

delicet circa apocham. ff. de iureiurand. Et ibi Ias. col. 44. versic. circa primam speciem. & col. 46. quando est de antiquo, aut habet sigillum negantis, vel reperitur in actis: quando est scriptura priuata mariti in fauorem vxoris: item quando est consuetudo vt ei credatur, vel est reperta in archiuo publico. Secundo queritur vtrum possit verificari in libris mercatorum? certe non: quia etiam sapiunt scripturam priuatam. Et quando probent, vide Bartol. in d. repet. col. 6. versic. circa secundum: videlicet circa librum rationum: & D. Ias. col. 49. in fi. versic. secundo principaliter. Et ibidem col. 52. versic. tertio principaliter limita. Vtrum valeat statutum vel consuetudo quod credatur libris mercatorum, saltem in certa summa? Item ibidem col. 53. versic. quarto principaliter, &c. Vtrum credatur libro tutoris, curatoris, aut alterius gerentis officium pro alio. Et ibidem col. 54. versic. addo quod singulariter. ponit vnam decisionem memoria dignam, quod liber rationum continens verisimilia facit fidem pro scribente, vt ei credatur cum iuramento, quando concurrat difficultas probationis: & maxime hoc procedit quando quantitas non est magna. Et secundum hanc decisionem fuit iudicatum me assistente in causa vnus apothecarii. Ibidem etiam col. 55. habes quando scriptura vel confessio possit pro parte acceptari, & pro parte impugnari. Et col. versic. tenuit etiam do. Matthe. ponit notabilem decisionem, de eo qui petit edi librum mercatoris, vt eo vtatur. certe habet ei stare in omni parte. Quero tertio, vtrum verba istius consuetudinis possunt verificari in epistola que mandatur absenti? certe non: quia est etiam scriptura priuata, & de eius qualitate & potentia: vide Bartol. in dicta repe. l. admonendi. col. 7. versic. de tertio genere. & dominus Iaso ibidem col. 6. versic. tertio & vltimo. Et ibidem col. 61. versic. & nota. Ponit dominus Ias. vnam notandam decisionem de illo qui recipit literas seu epistolam, in quibus continetur aliquid preiudiciale ipsi recipienti: debet contradicere & non tacere, alias sibi preiudicat. iuxta tex. in l. filiussa. ff. ad Macedo. Limitat tamen quando in ipsis literis aliquid continetur quod facit pro recipiente: quia tunc presumitur eas recepisse sine contradictione, vt possit se iuuare ea parte que facit pro eo, non quod consenserit facientibus contra eum. Illam decisionem bene explicat dominus Ias. in l. que dotis. col. 16. versiculo, decimoseptimus & vltimus casus est. ff. solut. matrimo. Et per illam decisionem respondi in facto in hoc oppido, quod ex quo certæ literæ, quibus continebatur: sicut Titius scribebat Seio quod vellet aliqua pro eo negotiari in certis nundinis, & quod propterea mandabit sibi certam summam pecuniarum descriptam in illis literis: & defuncto Seio post modicum tempus, repertæ fuerunt illæ literæ in escarcella seu gibaceria, qua utebatur quando ibat ad nundinas, & in quo literas reponerebat quod presumebatur Seius dictas pecunias habuisse, & sic eius hæres tenebatur eas restituere: quia acceptatæ fuerunt per Seium: vt apparebat: quia presente hærede & exhibente gibaceriam, fuerant in ea repertæ cum aliis literis dicti Seii. Posset tamen dici quod eas retinuerat vt posset fidem facere de mandato de negotiando secundum limitationem prædictam: sed iterum posset replicari, quod sicut ille qui exhibet librum mercatoris pro se tenetur ei stare, etiam contra se: quod idem sit in exhibente literas priuatas, si eis tamen vti velit. adhuc tamen sub iudice lis est: quia à parte plura opponuntur, quod non constat quod epistola sit Titii: quod talis exhibitio non fuit facta parte presente, & acceptante: sed quibusdam testibus, & forte singularibus: quæ omnia reddunt causam non parum dubiam: & maxime quia is qui literas recepit eis non utitur. Nunc quero, vtrum hæc consuetudo verificari possit in instrumento publico? dic quod sic, quando habet sigillum: & ita obseruatur. Secus tamen est de iure communi, de quo instrumentum publicum non habet executionem paratam. text. est in l. minor viginti quinque ann. cui fideicommiss. ff. de mino. vbi habetur quod si minor qui habet iudicatum pro se, super eo transigat, dicitur læsus: quia vbi habebat executionem, nunc tantum habebit actionem. dicit ibi text. ad initium nouæ petitionis redegerat. Sed dubium est quid si instrumentum sit iuratum? dominus Ias. in l. 2. ff. de iureiur. sequitur opinionem Barto. qui tenuit quod tale instrumentum habet executionem paratam, & eam attestatur communem, licet habeat plures contradicentes. Eam tamen col. 4. versic. tenendo tamen opinionem Bartol. limitat sex modis. Et in quarta limitatione dicit quod iuramentum adhibitum in contractu tunc habet executionem paratam, quando est decisionem litis præteritæ, vel futuræ: quia tunc æquiparatur sententiæ. Secus quando est prouisorium vel simpliciter appositum in contractu: quia in eo casu non habet executionem paratam. Et dicit ibidem quod aduocati qui credunt contrarium ducuntur errore. Quatuor alios casus in quibus instrumentum habet executionem paratam tradit Ias. in l. edicto. col. 2. versic. quinto nota. C. de edict. diui Adri. tol. Primus casus est, quando petitur possessio ex testamento non abolito, nec cancellato: de quo loquitur tex. in d. l. edicto. Secundus est, in executione depositi. text. in l. penultima, in verbo, ilico & modis omnibus. C. depositi. vbi Bart. Tertius quando legatarius vel fideicommissarius agit contra hæredem pro eis relictis. Quartus, & secundum ordinem do. Ias. est quintus, quando quis producit scripturam in iudicio, & est à iure vel statuto imposita pœna producenti: quia statim fiet executio pœnæ sine processu. Ratio huius decisionis est, licet dominus Ias. non dicat: quia acta iudicii faciunt notorium. l. gesta. C. de re iudi. Et tale notorium resultans ex actis non indiget allegatione. Nam quando ex actis aliquid constat iudici, potest ipse in notorio supplere, etiam si pars non peterat. Ita Fely. in c. cum ordinē. col. 7. versic. ad glos. in clemen. appellanti. de rescri. Limitat tamē ibi col. 1. versic. sed si exigant. id non procedere quando tacitus consensus partis posset efficere quod illud notorium non esset in consideratione. Dat exemplū si constat ex actis quod testis fuit procurator vel proxeneta in materia in qua depositus, non potest eū iudex repellere, si pars presens tacuerit: quia nescit si velit eum repellere: cum talis repulsio pertineat parti, si eam velit. Et in notoriis executiue proceditur. glo. in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infra. Et si feratur sententia super notorio, licet omissa fuerit causæ cognitio, tamen tenet: vt notat Fely. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 9. versic. tertio limita. de constit. vbi plus dicit, quod in notoriis non requiritur causæ cognitio: imo nec solennitas sententiæ, sed sufficit præceptum. Ita probat glos. secundum vnam lecturam in l. ictus fustium. in princ. ff. de his qui notantur infamia. An autem in notoriis aliquis ordo requiratur? Fely. ibi, versic. an autem aliqualis ordo. se remittit ad Innocentium, vt ibi per eum.

Et idem

Et idem est quando iudex reperit aliquem deferentem arma contra prohibitiones, vel in fragranti crimine in leuibus delictis: quia illud est notorium iudici: potest punire sine processu, prout plene declarat do. Ias. in l. prima, col. 8. ff. si quis ius di. non ob. quando tamen aliquid dicitur notorium, vide quæ plene dixi supra in tit. 8. des obiect. art. 5. nu. 32. 33. 34. 35. & 36. Addo quintum casum, quando instrumentum est garentigiatum: quia tunc habet executionem paratam, secundum Bartol. in l. a diuo Pio. §. 1. in fin. ff. de re iudi. Et ibi plus dicit, quod tale instrumentum potest exequi à quocunque iudice, etiam non requisito ab ordinario, ad quem pertinet executio. Decius tamen in cap. significasti. col. fi. de offic. deleg. tenet dictum Bartol. tantum habere locum quando in loco iudicis requisiti militat statutum, quod instrumenta garentigiatata habeant executionem paratam: quia secundum eum in executiuis attenditur statutum vel consuetudo loci, vbi fit executio. Item plus dicit, quod iudex requisitus de non exequendo non tenetur exequi, quando sententia vel instrumentum meretur executionem de aliquo iure speciali, puta statuti & non de iure communi in loco iudicis requisiti, ratione de qua supra. Ego puto posse assignari aliam. Iudex requisitus non exequitur quando videt subesse iustam causam non exequendi. Ita do. Ias. in dicta l. a diuo Pio. §. 1. col. 2. & fin. ff. de re iudi. Sed quando iudex requisitus videt sententiam fundatam, fortè super statuto non producto, quod ipse probabiliter potest ignorare. cap. 1. de constit. libro 6. Bartol. in l. omnes populi. col. fi. ff. de iusti. & iure. si nolit exequi, excusatur, quoniam sententia non est fundata de iure communi: secus esset si statutum esset in actis productum & exemplatum: quia tunc diceretur de actis & de processu, quæ faciunt notorium. l. gesta. C. de re iudica.

In tex. in verbo, ou condemnation de court seculiere.

Consuetudo vult quod vt sententia mandetur executioni, sit authenticum sigillo sigillata. Et aduerte quod licet procedatur ad executionem sententiæ parte non citata, poterit tamen pars opponere exceptiones quæ impugnant sententiam: de quibus per glos. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. & per doc. maxime do. Ias. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Puta de nullitate aut euidenti iniquitate quæ æquiparantur: vt plene per Fely. post cæteros in cap. quo ad consultationem. de re iudic. Item & eas quæ non impugnant sententiam, sed aut differunt, aut in totum tollunt executionem: de quibus per glos. & doct. in l. 1. C. de iur. & fact. ignoran. Panor. ac Fely. in cap. de cætero. de re iudi. do. Ias. in l. a diuo Pio. in princ. ff. de re iudi. Et quando inferior superferere possit ab executione præcepti superioris: vide Fely. in cap. si quando. col. 2. versic. superferedi. de rescrip. De iure communi non est deueniendum ad executionem, quin procedat citatio: quia post sententiam multa possunt opponi: & maxime exceptio solutionis factæ post iudicatum. Tamen secundum Fely. & cæteros quos ipse allegat in cap. ex ratione. col. fi. de appel. tantum in tribus casibus requiritur citatio. Primo quando tractatur de executione sententiæ à qua fuit appellatum. Secundo nisi executio sit fienda contra successorem. Tertio nisi executio sit fienda à successore eius qui iudicauit. Et ista habent locum quando executio fit in rebus adiudicatis per sententiam: quia non requiritur citatio nisi in prædictis casibus. Si verò fiat executio in aliis rebus, semper requiritur citatio, secundum Fely. in loco præallegato.

In tex. in verbo, seel authentique.

Materia sigilli in pluribus partibus tractatur: sed quia est diffusa remissiuè procedam. Et primò circa sigillum priuatum vtrum probet contra sigillantem, Ias. in repetition. l. admonendi. col. 47. ff. de iureiurand. tenet quod non. & iudicio meo dicit verum: quia sicut apocha subscripta non probat nisi sit recognita, idem est in sigillo quod non probat nisi sit recognitum: quia non debet esse maioris potentie sigillum quam propria subscriptio. In sigillo autentico dominus Ias. ibidem tenet quod probat in his quæ pertinent ad officium sigillantis. doct. vbi etiam Ias. in l. pacta nouissima. C. de pact. amplè loquuntur. Item in capitulo post celsionem. de proba. maxime Fely. & Decius qui in hoc articulo in 7. col. & sequenti facit tres conclusiones cum suis limitationibus: & ad eum, si emergat disputatio, est recurrendum. Et ibidem dicitur quod authenticum sigillum dicitur quando est ad publicam vtilitatem designatum, ab eo appositum apud quem sigillandi officium residet.

In tex. in verbo, des lettres de commission.

Nota secundum consuetudinem quod non creditur executori attestanti se habere aliquam commissiōnem. Nam de ea debet fidem facere per literas patentes. decisio est Angel. in terminis. in l. si vacantia. versic. item ex isto tex. primo sume argumentum. C. de bo. vacan. libro decimo. Idem est de iure communi in quocunque commissario, cui non est parendum nisi fidem faciat de sua commissiōne. textus est in l. prima. C. de manda. princip. Et in specie loquendo non creditur delegato nisi fidem faciat de delegatione & commissiōne sibi facta. Alexander consilio 199. col. fin. in primo volumine. Et non sufficit delegato quod literas ostendat, sed etiam tenetur dare copiam. Decius consilio decimo. col. 2. in secundo volumine, vbi tractat materiam d. l. 1. C. de manda. princip. quam Angel. limitat duobus modis. consilio 182. vbi ponit de simplici & tumultuaria præsentatione literarum. Et notario attestanti de commissiōne sibi facta, vtrum credatur, vide de Fely. in capitulo, quoniam contra. col. 20. de proba. Et in specie quando attestatur esse sibi commissam testium examinationem, vide Deci. in dicto capitulo, quoniam contra. col. 5. versic. & notario non creditur. eodem titul. & eundem consil. 42. col. 3. in primo volumine. Vidimus quod non creditur commissario: vtrum papæ vel alio superiori asserenti se fecisse commissiōnem, de qua tamen non apparet, est materia cle. 1. de proba. vbi dicitur quod creditur papæ. Nam elementinam limitat Decius in ca. quæ in ecclesiarum. col. antepenultima, de consti. non procedere in præiudicium tertii. Ista limitatio videtur contra tex. de directo, ideo eam intelligo quando attestatur aliquid quod principaliter sapit gratiam alicuius, licet in cōsequentiā damnū tertii, quia attendimus quod principaliter agitur, & tunc creditur papæ. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. eodem modo Deci. limitat d. clemen. 1. suo consil. 407. in 3. vol. in fine. Et etiam aliis duobus modis quando agitur de interesse ipsius papæ, puta quia asserit aliquem proditorem: & ideo priuat

eum feudo. Item non habet locum in principibus laicis, & sic multominus in aliis iudicibus, secundum De-
 30 cium confi. 410. col. 2. in fi. in 3. vol. Quoniam supra dictum fuit quod non creditur executori, commissario,
 vel delegato, nisi fidem faciant de literis, ut probant text. in l. 1. C. de manda. prin. & in c. cum in iure. vbi Pa-
 nor. & Fely. de offi. delega. illa regula habet locum si copia vel visio fuerit petita: aliis si delegatus proceffe-
 rit vsque ad sententiam, nulla facta fide de sua commissione, valebit sententia. decisio est Bald. in l. ne quic-
 quam. §. vbi decretum. ff. de offi. pro consul. eadem ratio militat in executore & similibus. Item stringit di-
 ctum Bar. in l. 1. C. de rela. vbi vult quod in iudicialibus presentia cum taciturnitate habeatur pro consensu.
 Et illud dictum dicit menti tenendum Fely. in d. cap. cum in iure. col. 3. vers. secunda conclusio. Illud etiam
 refert & sequitur do. Iaf. in l. patre furioso. col. 5. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vltra eos addo plenè Cepol.
 31 cautela 123. incipiente, est dubium, & alia 226. incipiente, si fit. Ibidem tractat de actibus iudicialibus,
 qui fiunt à iudice vel à parte: & an sufficiat simplex contradictio, an verò sit appellandum.

ARTICLE XXIII.

Et significera à iceluy debteur ou à son heritier apparent & tiers possesseur en
 personne ou domicile, ladicte mainmise, ensemble les vétes & criées es iours in-
 troductz par ladicte coustume telz que dessus est dict.

1 *Executor debitori sue heredi aut tertio possessori personaliter aut in domicilio manumissam, uenditionem & procla-*
mata infra tempus à consuetudine prefixum, significabit.
 2 Nota quia executor eodem tempore quo exequitur contenta supra antecedenti articulo, pariter & con-
 tenta in presentia, quia sunt actus compatibles, qui possunt eodem tempore fieri. l. siue pars. C. de dila.

ARTICLE XXIII.

Aussi significera lesdictes prinse & assignation de vente à ceulx qui pretendent
 auoir interestz en general à la place publique du principal lieu de la iustice ou les
 heritages criez sont situez à cry public & à haulte voix, & aux lieux accoustu-
 mez à faire criées & proclamations, afin que s'il y a aucun qui se vueille opposer
 esdictes criées, & y pretendre droit, qu'il n'en puisse auoir cause d'ignorance.

SVM. IN GLO. ART. XXIII.

Citatio generalis quibus in casibus sufficiat, & in quibus specialis desideretur. Per totum.

1 *Leuatio & assignatio ad causam uenditionis uoce preconis in platea & locis consuetis ubi res leuata sunt situate ge-*
neraliter omnibus pretendentes interesse significabuntur, ne de eis causam iustam ignorantia pretendere possint.
 In tex. in verbo, qui pretendent auoir interest en general.
 2 Quæro vtrum sufficiat ista generalis proclamatio & significatio? videtur quod non debet sufficere: quia in
 præcedentibus consuetudinibus dicitur quod fiat talis significatio in persona aut domicilio: ut veritatem habeas
 quomodo in citationibus de iure sit procedendum, dic quod aut persona quæ est citanda cui debet aliquid in-
 timari, est certa: & tunc prius est requirenda persona, quæ si reperiri non possit, tunc sufficiat citationem vel
 intimationem fieri in domicilio. Bar. in l. damni infecti. ff. de damn. infec. Et nuntius in referendo sit cautus
 quod dicat se fecisse diligentiam de reperiendo citandum in persona, sed quia non potuit, eum citauit in do-
 mo in persona alicuius de familia. Si autem persona cui aliquid significandum est sit incerta, tunc sufficiat fie-
 ri proclama in loco consueto, generaliter contra omnes interesse pretendentes. & hoc procedit quando actus
 sit principaliter contra vnum: quia tunc ille est nominatim citandus. Et sufficiat citare alios quos in consequen-
 tiam negotium tangere potest per proclama. Ita declarat Bar. in l. si eo tempore. C. de remis. pig. latè Fely. in
 cap. humilis. de maio. & obe. per eundem in ca. exhibitis. in 2. col. de iudi. & plenè in cap. cognoscentes. col.
 5. vers. & possent ista. de constitu. Decius in cap. gratum. col. 1. de offi. delega. do. Iaf. in l. §. 1. col. 3. C. de iu-
 re delib. vbi reprobatur Bart. in d. l. si eo tempore. dum voluit quod in confectione inuentari sufficiat citare credi-
 tores uoce crida, dicit Iaf. id verum, quando sunt incerti: secus si certi. Idem Iaf. aliquid tangit in l. controuer-
 3 sia. ff. de transac. in l. cum seruum. C. de iudi. Et quando sufficiat citatio per edictum, vide plenè per Bar.
 in tracta. ad reprimen. in verbo, per edictum. col. penul. & si. per Alexan. confi. 5. in 2. vol. amplè per Fely. in
 cap. cognoscentes. col. 5. de confi. Et quando rex facit citari vassallos ut veniant ad obtinendam inuestituram,
 vtrum sufficiat citatio generalis, an requiratur specialis, vide Cardi. Zabar. confi. 74. quod non: quia vassalli sunt
 certi. Eum sequitur Fely. in d. cap. cognoscentes. col. 5. vers. & possent ista. de constitu.

In tex. in verbo, à haulte voix.

4 Debet proclama fieri alta & intelligibili uoce: ideo dicit tex. in l. fi. C. de feriis. Sileat horrida uox precon-
 nis. dicit eam horridam: quia preco debet acclamare cum omni uehementia, ut audiatur & intelligatur.

In tex. in verbo, cause d'ignorance.

5 Nota quod non licet allegare ignorantiam proclamationum, quæ fiunt in loco publico. glof. & Bar. in l. si tu-
 tor petitus. C. de peri. tut. Et quando fiunt proclamata, nuntius tenetur ire per totam ciuitatem, sed satis est
 quod ea faciat in locis eminentioribus ciuitatis, puta in platea publica. ita Fely. in cap. cognoscentes. col. fin.
 vers. vltèrius in quantum. de constitu. Et talia proclamata non ligant absentes, tam ex voluntate quam ex ne-
 cessitate, puta carceratos vel bannitos quado per eos allegatur ignorantia: nam eo casu illa probatur per iura-
 mentum.

mentum. Ita Fely. vbi supra, col. 6. in fi. vers. aduertendū. & glo. quæ loquitur de bannitis super Fely. col. fi.
 in verbo, sufficit. Et ad confirmationem prædictorum videri possunt quæ dixi de absente citato in domo, quod
 non præsumatur habuisse notitiam citationis. in tit. 1. des adiournemens. art. 3. nu. 12.

ARTICLE XXV.

Et esdictes prinse & vente & à chascune des criées dont cy apres sera parlé, &
 significatiós d'icelles, fauldra appeller par le sergent qui fera lesdictes criées deux
 tesmoings pour le moins s'il est lettré, & s'il n'est lettré, vn notaire & vn tesmoing.

SVM. IN GLO. ART. XXV.

2 *Acta omnia tam iudicialia quam extraiudicialia scriptis mandari debere. & nu. 3. 4. & 5.*
 6 *An notarius tanquam testis examinari possit.*
 7 *Quandoque acta ab alio actuario quam deputato excipi possent.*

*In expletis leuatiõis uenditiõis & cridaum corumque significatiõibus, si seruiens sit literatus, adhibendi sunt duo
 testes: si secus, unus notarius cum uno teste.*

In tex. in verbo, un notaire & un tesmoing.

Habes quod acta executionis sunt probanda per scripturam: patet quoniam non sine ministerio consue-
 tudo dicit, si nuntius sit literatus. quia satis innuit quod teneatur acta in scriptis redigere: aliàs illa qualitas litera-
 turæ esset superflua. Item melius declarat: quia si nuntius non sit literatus, vult quod notarium adhibeat: & sic
 concludenter elicitur quod semper sit fienda scriptura. Et in hoc concordat cum iure scripto, de quo in ca.
 quoniam contra falsam. de proba. vbi Fely. col. 1. vers. noto primò. ampliatur regulam, quod acta debent con-
 fici in scriptis, procedere, etiam in extraordinariis & in summaris in quibus non proceditur in figura iudicii.

Et quod vniuersa acta sint scribenda, declarat Decius in dicto cap. quoniam contra. col. 3. vers. sexto noto.
 Et ibi nititur sustinere quod illa regula habet locum etiam in causis breuioribus & minimis, contra opinio-
 nem Bart. ibi relata. Nam officium notarii circa tria versatur. Primò ut vniuersa iudicii acta conscribat.
 Et acta dicuntur scripturæ quæ fiunt coram iudice. glo. & ibi Bald. in l. illud. in verbo, actorum. C. de sacrosan.
 3 eccle. Et nomine actorum continetur quicquid est factum in presentia iudicis, etiam non in figura iudicii. Ita
 Bal. in l. interrogatam. C. de liber. cau. De aliis duobus quæ pertinent ad officium notarii: itè notarius à quo
 eligi debeat: item vtrum mutari possit: item vtrum alius notarius possit recipere acta quam deputatus. post
 Fely. in d. cap. quoniam contra. col. 2. vide Decium ibidem col. 45. & 46. Item quoniam dicitur in con-
 4 suetudine quod si nuntius sit illiteratus, quod adhibito notario sufficit habere vnicum testem. Ratio est, quia
 eo casu nuntius habetur loco testis. Et quotiens quis de actu per eum facto possit tanquam testis examina-
 5 ri. vide text. & ibi Fely. in cap. in omni negotio. de testi. Nunc quæro vtrum notarius possit examinari tan-
 6 quam testis de actu de quo ipse recepit instrumentum: exemplum. si notarius apposerit in testamento tan-
 tum sex testes, cum de iure requirantur septem. l. si vnus. C. de testa. vtrum ipse notarius possit supplere nu-
 merum septimi testis deficientis? distinguitur secundum Bar. in l. Domitius Labeo. ff. de testa. aut quis vult pro-
 bare testamentum per testes, & tunc notarius poterit examinari tanquam testis: & sic in effectu erunt septem
 testes. aut vult probare per scripturam testamenti, & tunc notarius non potest tenere locum testis, & proba-
 tio erit nulla de iure ciuili. Et istum casum habui de facto in hoc oppido. Si ita sit quod notarius possit depo-
 nere de gestis coram eo, erit ergo melioris conditionis quam iudex, qui non potest de gestis à se vel coram se
 idoneè testificari: ut declarat Fely. in cap. cum à nobis. col. 2. vers. secunda conclusio. de testi. vbi tradit regu-
 lam cum nouem fallentis. Soluitur motium ex præcedentibus: quia acta facta coram iudice vel arbitro
 sunt per scripturam probanda, in casibus tamen exceptuatis, saluo quando agitur de declarando, de quo vbi
 supra col. 3. vers. fallit quinto. in quibus iudex admittitur. credo quod alii testes essent admissibiles. Et quan-
 do credatur testi deponenti de facto suo, dicit Fely. vbi supra col. 3. vers. videlicet, nunquam adhibendam fi-
 dem quando laudem vel vituperium ex sua depositione potest reportare. exempla tradit col. fi. de aduocato,
 procuratore, & proxeneta. Si ergo testis ex sua depositione laudem vel vituperium non reportat, idoneus re-
 putatur. Sumendo argumentum à contrario sensu, & quia testi vtilitas, laus, vel vituperium obici non potest:
 itè & si ei obici non possit, quod tractet de se exonerando: ut in exemplo Bar. in l. deferre. ff. de iur. fise. quan-
 do aliquis dicit se detulisse pecuniã alteri. Bar. sequitur Deci. cõsi. 52. in 2. vol. De proxeneta tractat Bar. vbi
 supra, vbi etiã Alex. in aposti. ad Iaf. in l. dictantibus. C. de testamentis. Fely. in ca. dilectorum in principio. de
 testi. cog. melius quã alibi. Et dum supra quæsitum fuit vtrum acta facta coram iudice possint scribi per aliũ no-
 7 tarium, quod deputatum ab ipso iudice, facias conclusionem quod non, etiã de consensu partium, ex dictis Decii in
 d. c. quoniam contra falsam. col. 5. vers. & ista acta. nisi concurrat alterum de duobus, aut quod notarius sit im-
 peditus, aut absens & non breui reuersurus: & ista nota, quia vidi in partibus Pedemontanis aliquos quando
 interponunt appellationem coram iudice, vel aliquid coram eodẽ proponunt, habentes notarium paratũ, quẽ rogãt
 de dictis actis. Nam eo casu iudex poterit inhibere dicto notario non deputato, ne acta conficiat sub pena
 nullitatis actus. & parti sub pena pecuniaria, ne dicta acta ab alio quã à notario deputato recipi faciat. Nec di-
 ctæ conclusioni aduersari potest si dicatur quod talia acta non sunt propriè iudicialia: quoniam appellatione actorũ
 veniunt omnia quæ coram iudice fiunt, licet non in figura iudicii. ut superius plenè probatum fuit.

ARTICLE XXVI.

Au iour prefix sur ladicte vente, qui est le quinziesme iour apres ladicte prinse,
 à compter comme dessus, conuendra passer icelle vente à cry public en la place

publique & lieux accoustumez du lieu principal de la iustice ou les heritages sont situez, en la presence ou absence des appelez en particulier, & ausi des appelez en general: & extrouffer les heritages venduz au plus offrant & dernier encherisseur, & y peult mettre prix le creancier & son procureur à la requeste duquel les criées sont faictes.

¹ Die quindecimo post leuationem & manumissionem in platea publica & loco consueto, vbi bona leuata sunt situata, voce cridē, presentibus siue absentibus vocatis, fiet venditio plus offerenti, etiam creditor ad offerendum admittitur.

ARTICLE XXVII.

Après laquelle dicte vente faulta à cry public assigner deslors iournée tant aux appelez en general que particulier, sur le premier peremptoire à la quinzaine ensuyuant, non compris en ce le iour de la vente.

¹ Facta uenditione ordo est quod uoce crida in consueto loco assignentur ad quindecimam diem sequentem modo premissa citati ad primum peremptorium. Et in dicto die quindecimo dies uenditionis non comprehenditur.

² Vtrum dies termini computetur in termino? iam dictum fuit. & in istis subhastationibus ponuntur certę formalitates, quę glōsationem non admittunt.

ARTICLE XXVIII.

Et au iour du premier peremptoire ledict sergēt le passera au lieu principal accoustumé de la iustice du lieu ou les heritages sont situez, à cry public en presence ou absence des appelez en particulier ou en general. Et assignera iournée pour le second peremptoire à la quinzaine ensuyuant, non compté le iour du premier peremptoire.

¹ Die assignato ad primum peremptorium, & eo sortito effectum suum in loco consueto & uoce cridē, fiet assignatio ad secundum peremptorium ad quindecimam sequentis, non computato dicto die primi peremptorii.

ARTICLE XXIX.

En semblable qualité, forme & maniere de quinze en quinze iours, serōt passez lesdictz tiers & quart peremptoires.

¹ Huiusmodi modis & formis quibus supra ad tertium & quartum peremptorium procedendum est.

ARTICLE XXX.

Cōbien que d'ancienneté en ladicte matiere de criées entre les tiers & le quart peremptoires conuient faire estime des heritages saiziz & criez, appelé sur ce le debteur ou son heritier, & le detenteur des heritages en personne ou domicile, & icelle faicte notifier ausdictz debteur & detenteur & autres appelez en general par cry public aux lieux accoustumez, qui estoyēt despens & fraiz frustratoires. pour y obuier, au prouffit de la chose publique, & soulagemēt des subiectz, a esté aduise par les estatz que doreseuuant ne sera faicte aucune estime des heritages criez.

¹ Pro bono publico & expensis euitandis estimū rerum proclamarum, quod inter tertium & quartum proclama solitum erat fieri, hodie ex ordinatione patrię fuit sublatum.

² Ratio est quia interest rei publicę q̄ lites abreuientur. l. properandum. in princip. C. de iudi. Item non est inconueniens quod corrigatur ius antiquum & noua fiat constitutio: vt habetur in pluribus titulis insti. maximē in tit. de satisfda. & ferē in toto tit. insti. de hered. quę ab intest. deferun.

ARTICLE XXXI.

Et ledict quart & dernier peremptoire parfaict & paracheué, doibt le sergent executeur assigner iournée aux parties appellées tant en particulier qu'en general: c'est à sçauoir audict debteur, son heritier ou detenteur s'aucun en y a autres que lesdictz debteur & heritier, en personne ou domicile, & aux appelez en general

neral es lieux & places publiques, comme dict est, à iour competent, par deuant le iuge, par l'autorité duquel les criées seront conduictes, pour venir veoir confermer lesdictes vente & criées, & à icelles veoir mettre & entreposer le decret dudict iuge, proceder sur l'adiudication du prix prouenu de la vente desdictz heritages venduz: & à la deliurance d'iceluy entre les opposans s'aucuns en y a, cōme de raison.

¹ Post perfectum quartum peremptorium, erit officium executoris assignare debitorem, aut heredem, siue detentorem in persona aut domicilio, & ceteros generaliter citatos, uoce crida, in loco consueto, ad diem competentem, coram iudice subhastationum, iusuros fieri confirmationem uenditionis & cridarum, auditorisque interpositionem decreti super ipsis expletis, & ultra iusuros fieri ad iudicationem & deliberationem pretij opponentibus, secundum iustitiam.

² De autoritate & effectu decreti, ceterisque uerbis, quę ex hac consuetudine elici possunt, satis in precedentibus dictum fuit.

ARTICLE XXXII.

Le sergent executeur desdictes criées doibt receuoir tous opposans, & suspendre leur opposition iusques au quart peremptoire: & apres iceluy donner assignation aux opposans à iour competent par deuant le iuge par autorité duquel se font les criées, pour dire leurs causes d'opposition.

SVM. IN GLO. AR. XXXII.

² Ratio consuetudinis.

³ An & quando mulier ratione dotis se opponens, impedire possit creditorum executionem.

¹ Executor omnem opponentem debet recipere, & tenere oppositiones usque ad quartum peremptorium in suspensō. Et obque expleto assignare opponentes ad diem competentem coram iudice executionis, suarum oppositionum causas dicturos.

² Ratio huius consuetudinis est quia executor dicitur merus, & non habet aliquā cognitionem, sed tantum nudum executionis misterium: iuxta notata per Bart. & doc. in l. i. in princ. ff. de re iudic. per Panor. Felyn. & ceteros in ca. de cetero. de re iudi. & ideo remittit opponentes coram iudice. Circa istā consuetudinem querō de quotidiana quæstione: Vxor videns bona mariti peremptorari, comparet & se opponit, & producit instrumentum dotis: vt impediatur peremptoria, in quantum dotes suę valent? breuiter concludendum videtur, aut simpliciter mulier se opponit, & non impedit: quia tametsi bona mariti sint sibi tacite aut expresse hypothecata, ex eo ipso bonorum distractio non impeditur, nec concurrunt mulier cum creditoribus, ad quorum instantiam proceditur ad peremptoria: quia constante matrimonio actio pro dote repetenda non est. Sed eo casu mulieri cōsultur si proponat coram seruiente, & post remissionem coram iudice offerat probationes in promptu, sicut maritus vergit ad inopiam, & ideo petit dotem sibi restitui, aut saltē in bonis mariti assignari & collocari, vt deseruiat oneribus matrimonii: iuxta l. vbi adhuc. C. de iure dot. nam isto casu constante matrimonio actio incipit competere: & sic ipsa mulier poterit concurrere cum aliis creditoribus secundum prioritatem hypothecę, & fiet assignatio mulieri de dote sua in bonis mariti: quod autem maritus vergat ad inopiam, satis probatur, eo ipso q̄ bona mariti à creditoribus lacerantur & peremptoriantur: per ea quę Bar. tradit in l. si constante. ff. solu. ma. Et ista locum habent quando confessio de dote recepta, fuit facta ante matrimonium, aut tēpore contracti matrimonii: quia si fieret constante, bene præiudicaret marito & heredibus suis, non autem creditoribus: quia præsumeretur ficticia & fraudulenta: iuxta authen. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. Plenē declarat do. Iaf. in §. fuerat. insti. de actio. Et de ista assignatione dotis quę fit constante matrimonio, quando maritus vergit ad inopiam, aut in aliis casibus à iure permisis, plenē tradit Ioannes Pet. Ferre. in sua practica, in tit. de for. libel. quo vxor agit ad dotem. in verbo, vxor quondam domini, &c. Et redeundo ad principalem quæstionem, vt vxor impediatur creditores agentes & facientes peremptorari bona mariti. Chassaneus mouet quæstionem in verbo, des droits & appartenances. §. 17. versi. sed pone. & versi. sed quæro. fo. 183. Et ibi allegat Bal. nouel. & Ioannem Petrum Ferre. qui quæstionem mouet in loco præallegato, col penul. versic. item queritur vidimus qualiter, &c. potuit allegare Bar. ab aliis non ponderatum in l. si constate. versi. septimō quæro. in ff. solu. mat. vbi decidit q̄ licet soluto matrimonio secundus creditor offerendo vxori dotem suam, excludat eam ab hypotheca bonorum mariti, iuxta l. cum tibi. C. qui potio. in pigno. habent. Secus tamen est si offerat quando dos repetitur constante matrimonio, ratione de qua ibi per eum. Ecce ergo q̄ Bar. vult quod isto casu vxor excludat creditores, non tantum litigantes, sed etiam offerentes, & nullus in hoc discrepat: sed in dicto Bar. vt ius offerendi competens secundis creditoribus excludat vxorem repetentem dotem constante matrimonio: quod non. cum Bart. tenet Paul. de Castr. in l. 2. in princ. ff. solu. matrim. Bar. idem tenet in d. l. cum tibi. Contrarium tamen tenet Alex. in d. l. 2. col. 17. ff. solu. mat. Ego arbitror opinionem Bar. veriorē: quia illa assignatio quę fit vxori non est vera restitutio: item quia fit vt deseruiat oneribus matrimonii. Et est plenius consultum coniugibus & eorum liberis, quod dos consistat in bonis immobilibus fructum afferentibus, quam in pecunia, quę est facilis perditionis, & vix afferre potest fructum, sine vsura. Et redeundo ad principalem quæstionem, vt vxor impediatur creditores: dum Chassaneus in d. §. sed quæro. allegando Bal. nouellum, dicit, q̄ si maritus constante

In tex. in verbo, *euiction n'a point de lieu.*

3 Ecce q̄ quartum debitum ratione euictionis, hodie est sublatum: quia sublata est euictio: & cessante cau-
4 sa, cessare debet effectus. c. cum cessante. de appel. Ratio rationis, quare cesset euictio, est, quia in delibera-
tione rerū subhastatarum euocantur omnes quorum interesse potest: & si non opponant, excluduntur: & si
fiat oppositio, discutuntur causæ oppositionis. Et sic deliberatio redditur tuta, & sine periculo euictionis
respectu citatorum, specialiter vel generaliter, respectu eorum quibus citatio generalis potest præiudicare.

5 Sed pone casum, q̄ in subhastationibus fuerūt facta proclamata, tamē vnus minor vigintiquinque annis,
qui erat prior creditor & prior in hypotheca bonorum, etatis facilitate omisit deducere de suis iuribus, nunc
maior factus, & non decurso tempore restitutionis in integrum, impetrat dictā restitutionē aduersus omis-
sam exceptionē, vt facere potest, iuxta tex. in l. minor 25. annis ob omisam. ff. de mino. aut fortē erat maior,
tamen absens tempore cridarum ex causa militiæ, aut rei publicæ, quo casu datur ei in integrum restitutio ex
clausula prætoris, si qua mihi iusta causa. vt declarat Bart. in l. ff. de in integ. resti. si beneficio literarum re-
giarum, vt fieri consuetum est in Gallia, obtinet se admitti ad aduocandum rem ab emptore ratione priori-
tatis hypothecæ. Nonne videtur iustum & æquum q̄ emptor habeat euictionem cōtra debitorem? certē sic:

6 Quia regula est, quod ex quacunque causa onerosa res in alium transferatur, debetur euictio. l. sciendum.
7 ff. de euict. Et facit in simili vna decisio, quod quando executor testamenti aliquam rem hæreditariā alie-
nat, si euincatur, agitur de euictione contra hæredem defuncti. Ita tenet Ioan. Pet. Ferre. in tit. de for. libel. ad
8 red. ra. tut. in verbo, executores. col. 8. versic. item quæritur quid si hæc res vendita. Et dum dicitur in hac
consuetudine q̄ euictio non habet locum in bonis emptis via subhastationum, intellige hoc verum regulari-
ter: quia habemus regulam, q̄ lex, statutum, vel consuetudo aliquid generaliter disponens, nō cōplectitur ca-
sus habentes speciale fauorē. gl. est in l. sciendū. in prin. vbi Bar. & alii. ff. qui satis da. cog. eam sequitur do. Iaf.
in l. 1. col. 3. in prin. versic. & est ratio. ff. solu. mat. eam declarat Deci. cōsil. 5. in 1. vol. Iaf. in l. cum ii. ff. de trāfac.
& in l. postquam liti. cap. fi. C. de pact. aliquid per Areti. consil. 1. col. 1.

ARTICLE XXXIX.

L'acheteur soit creancier ou autre, sera tenu assigner realement & de fait le
prix pour lequel lesdictz heritages luy seront adiugez & deliurez es mains du
greffier de la court, par autorité de laquelle lesdictes criées se font, en deniers
comptans & nombrez: en luy declarant le decret desdictes choses vendues, au-
trement non.

SVM. IN GLOS. ARTIC. XXXIX.

Quando procurator constitutus ad uendendum de pretio fidem habere recte possit. Per totum.

1 Quicumque sit emptor tempore decreti tenetur in manibus greffarij iudicis exequenti pretium realiter exbursare &
numerare.

In tex. in verbo, *assigner. iunctis illis verbis, comptans & nombrez.*

2 Habes q̄ in consignatione pecuniæ requiritur numeratio: & illud procedit de iure, quotiens pecunia cō-
signatur tanquam pretium vel quantitas: secus si vt species. vt plenē notatur per Bar. & doct. in l. quod te. ff. si
cert. petat. Habes in cōsuetudine q̄ in subhastationibus requiritur numeratio pretii, & sic sequitur quod
3 seruiens vel iudex nō posset habere fidē de pretio. Iuxta dictū consuetudinis formo questione, vtrū si con-
4 stituam procuratorem ad vendendum, idem procurator possit vendendo habere fidem de pretio? regula est
q̄ sic: quæ limitatur tribus modis. Primō quādo pretium esset limitatum in mandato seu procuratione: quia
tunc concedendo tempus ad soluendum, diceretur minus vendere. Et istam rationem nota, q̄ dicitur minus
vendere qui dat terminum ad soluendum. Et eam probat tex. in l. si prædico. in fi. ff. de in diem addictio. Secū-
dō limita quando mandatur rem vendi ex certa causa, puta pro satisfaciendo creditoribus: quia tūc si habe-
retur fides de pretio, non impleretur forma mandati, iuxta l. diligenter. ff. manda. Tertiō fallit in procurato-
5 re ecclesiæ vel fisci. Prædicta tradit Fely. in cap. cum olim. col. 2. versic. procurator ad vendendum. de offi. de-
leg. Et ibi etiam tangit quid in executoribus vltimarum voluntatum.

ARTICLE XL.

Sinon que ledict acheteur fut creancier, & que ledict prix ou partie d'iceluy
eust esté adiugé, & preferé aux autres: auquel cas ne fera tenu assigner que ius-
ques à la somme que montera sondict deu, pour lequel il est preferé.

1 Quando creditor præfertur tanquam plus offerens, satis ei est consignare quantum sibi debetur.
2 Licet verba consuetudinis videantur recte intuenti sonare secundum præmissum summarium: tamen ve-
reor ne verba sint corrupta, & velit dicere consuetudo quod deducto eo in quo emptor est creditor, quod
sibi intratur, teneatur idem creditor residuum pretii consignare vt de eo alijs solui possit.

ARTICLE XLI.

Et se fera la vente desdictz heritages criez à la charge des droitz & devoirs
feodaux & de directe seigneurie anciés precedens les obligations des creanciers:
posé

posé que les seigneurs feodaux ne directz n'y soyent opposez.

SVM. IN GLO. ART. XLI.

Quando præfens & tacens pro consentiente non habeatur. Per totum.

1 Emptori rerum proclamarum cum onere satisfaciendi iuribus domini feudalis aut aliter directi eisdem tempore hypo-
thecæ aut ante debitis fiet expeditio: posito quod dominus feudalis aut directus se non opposuerit.

In tex. in verbo, *n'y soyent opposez.*

2 Ecce quod etiam si domini directi nihil dixerint, tamen non excluduntur prætextu cridarum, quarum ef-
fectus tantum extenditur contra eos qui possunt impedire, ne pecunia alijs soluatur, cum sint priores tem-
pore. Et in istis terminis procedit lex qui patitur. ff. man. Quando quis potest contradicendo actum impe-
dire, tacendo sibi præiudicat: sed directus dominus non poterat impedire actum distractionis pignorum: ideo
tacendo sibi non præiudicauit, & maxime quia sciebat ius suum etiam durare post distractionem: vt pa-
tet sequenti articulo. Item ex facto alterius ius nostrum à nobis euelli non potest. l. alteri. & l. ius nostrum.
ff. de regu. iur. Et ex his habes casum, in quo tacens non habeatur pro consentiente: alios casus plenē tradunt
Bart. & do. Iaf. in l. quæ dotis. ff. solu. mat. Fely. in cap. cum omnes. col. 6. versic. ex his resultat. de consti.
Idem Fely. in cap. nonne. de præsump. & plenius in cap. cum M. Ferrarien. col. 4. versic. quarta conclusio.
de consti. vbi tradit regulam negatiuam cum quinque fallentiis.

ARTICLE XLII.

Et quant à la distribution du prix desdictz heritages criez, serot premieremēt
& auat toute oeuvre prins & payez les fraiz des criees, & apres les arrerages des
cens des heritages criez, s'aucuns en sont deuz & demandez.

SVM. IN GLOS. ART. XLII.

1 Actione personali emptorem non esse cogendum censum præteritum præstare, idque iure communi. Per totum.

2 In distributione pretij rerum uenditarum primò habetur ratio expensarum à creditore factarum, & demum arreragio-
rum debitorum directo domino, si quæ debeantur & petantur.

3 Circa hanc consuetudinem non ab re quæri potest: posito quod directus dominus tempore distributio-
nis pretij nihil peterit, vtrum possit alio tempore petere ab emptore? Hec quæstio soluitur per præceden-
tem consuetudinem, in qua dicitur quod venditio fit cum onere soluendi arreragia. Sed quid de iure com-
muni, vtrum ista arreragia afficiant rem, ita quod ad quemcunque res emphiteotica trāseat, ille teneatur sol-
uere arreragia sui authoris? dic quod nō: quia illa debentur obligatione personali tantum, quæ non transit in
singularem successorem. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. Et ista fuit vna de causis & rationibus quia is ad quem
peruenit res emphiteotica, tenetur inuestituram petere: quia res non sunt obligatæ pro censibus: & ideo eas
possidens accipiendò inuestituram se obligat ad soluendum fructus seu censum. Ita declarat do. Iaf. in l. fin.
col. 109. versic. secundò propter obligationem canonis. C. de iure emphi. allegat duas glo. vnam in l. si usufru-
ctus nomine. §. 1. ff. usufruct. quemad. ca. & alteram in l. 2. in verbo, repellere. C. de iure emphi. Est tamen
4 notandum vltra do. Iaf. quod licet res emphiteotica non sit directò affecta oneri solutionis census pro futu-
ro, est tamen obligata pro censibus præteritis, quando emphiteota qui alienauit promiserat soluere censum
directo domino, sub obligatione bonorum suorum: & sic licet de iure communi non posset directus domi-
nus agere actione personali contra nouum possessorem, tamen posset agere hypothecaria, quæ sequitur sin-
gularem successorem, cum sit realis: vt notatur in dicto §. si hæres. Quod procederet de iure communi fa-
cta prius excusione contra principalem debitorem, & non aliter: & secundum consuetudinem Aluer-
niæ excusione non facta.

ARTICLE XLIII.

Touchant les autres debtes pretendues par les creanciers, sera ledict prix di-
stribué entre eulx selon l'ordre de priorité & posteriorité, eu regard à la quâtité,
priuilege & qualité desdictes debtes ainsi que raison veult.

SVM. IN GLO. AR. XLIII.

Quando mulier in dote ius prelationis habeat. Per totum.

1 Deductis de quibus in præcedenti consuetudine, fiet pretij distributio cæteris creditoribus, consideratis prioritate tempo-
ris, priuilegio, & qualitate debiti secundum regulas.

In tex. in verbo, *selon l'ordre de priorité.*

2 Quod tamen profit prioritas temporis etiam horæ vel momenti: item prioritas in scriptura, dixi supra.

In tex. in verbo, *priuilege.*

3 Non sine ministerio consuetudo vsa est hoc termino: quia sunt aliqui casus priuilegiati, in quibus poste-
rior obligatio priori præfertur. Exemplum in causa dotis, in qua mulier præfertur habentibus tacitam hypo-
thecam: vel in actione personali. glo. in l. 1. C. de priui. dot. tex. & glo. in l. fi. C. qui poti. in pigno. haben. am-
plè do. Iaf. in §. fuerat. col. 18. & sequentibus, vbi post amplam disputationem quādo mulier habeat ius præ-

lationis in causa dotis, & præferatur cæteris creditoribus, facit infra scriptas conclusiones. Prima, qd mulier præferatur in dote realiter recepta & numerata, creditoribus habentibus tacitas hypothecas & non expressas. Secunda, qd ubi creditores & mulier non faciunt fidem de debito, nisi per confessionem mariti, eo casu idẽ est in dote confessata quando est renuntiatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, in casibus in quibus valet renuntiatio: aut sunt lapsa tempora opponendi dictam exceptionem: idem tunc iuris est in dote confessata, quod est in reali & vera. Sed si creditor faciat cõstare de numeratione, & vxor de cõfessione, nõ habet eo casu ius prælationis. Et qui sint illi casus in quibus valet renuntiatio exceptionis nõ nu. pecu. ponit Iaf. in d. §. fuerat. col. 2. in fi. & maximè quando interuenit iuramentum. instit. de actio.

ARTICLE XLIII.

Si pendant les criées le creancier debteur ou detenteur des heritages trespasse, le creancier ou ses heritiers en vertu du premier pouoir pourrõt cõduire & mettre à fin le sdictes criées contre le debteur ou detenteur ou leurs heritiers, sans autre nouuel pouoir ou adiournement: en assignât iournée sur la confirmation desdictes criées audict debteur ou heritier: sans ce qu'au moyen des trespas des desditz ou aucun d'eulx y ait interruption desdictes criées.

SVM. IN GLOS. ARTIC. XLIII.

- 2 Ratio consuetudinis.
- 3 Interdum mitius cum hærede, quàm cum defuncto agi, & e contra.
- 1 Si pendentibus crias interuenit creditoris mors, seu debitoris, aut eius hæredis, nulla fiet interruptio criarum: & citabitur debitor seu hæres eius, ad uidentum fieri confirmationem.
- 2 Ratio consuetudinis est, quia ex persona hæredis obligatio non immutatur, & censetur hæres eadem persona cum defuncto. l. fi. C. de impu. & aliis subst. Et si creditor faciat citari aliũ quàm verum hæredem, patitur condemnationem expensarum erga citatum, & actus vero hæredi non præiudicabit. l. aut qui aliter. ff. qd vi aut clam. & toto tit. C. res inter alios ac. vel iud. al. non no. Et aduerte aliquando mitius agitur cũ hærede q̃ cum defuncto ex beneficio legis: exemplum, quando hæres confecit inuentarium. nam licet defunctus posset conueniri in solidum, tamen hæres nisi quatinus facultates defuncti patiuntur, iuxta l. fi. C. de iur. delibe. Aliquando mitius agitur cũ defuncto quàm cum hærede: patet in his, qui etiã beneficio legis nõ possunt conueniri vltra q̃ facere possunt, deducto ne egeant: iuxta notata in l. miles. ff. de re iudi. Nã illud beneficium est adeo personale, qd non transit ad hæredem. l. maritum. iuncta l. sequenti. ff. solut. matrim.

ARTICLE XLV.

Les peremptoires encommencez par vn sergent, peuuent estre paracheuez & cõduictz par vn autre sergent, sans qu'il y ait interruption ne omission en iceulx à cause de mutation des personnes.

SVM. IN GLO. ART. XLV.

- 2 Iure communi aliud esse statutum.
- 3 Quod in iudicialibus locum habere ostendit.
- 1 Expleta criarũ inchoata per unũ seruitẽ possunt per aliũ perfici, & mutatio executorũ nõ interrumpit expleta criarum.
- 2 De iure contrarium habetur in l. i. C. de sportu. vbi dicitur qd executor adhibitus in principio litis debet persistere vsque ad finem: dicit tamen ibi Bar. qd hoc de consuetudine non seruatur. Et hæc consuetudo Aluerniæ concordat cum generali consuetudine de qua Bart. attestatur. De iure communi vtrum hoc procedat in omnibus habentibus potestatem in solidum, qd per vnum cõceptum erit, alius perficere non possit? dic qd sic: & ita exẽplifica in duobus iudicibus ordinariis, quia vbi cõceptum erit iudicium, ibi finem accipere debet. l. vbi cõceptum. ff. de iudi. Fallit quando primus est impeditus. Idem in duobus notariis vnus iudicis. Idem in pluribus executoribus: vt dixi de iure, licet in eis seruetur contrarium. Ista tradit Felyn. in cap. prudentiam. col. 3. versicu. & nota qd cõcepta ab vno. de offi. deleg. Et quia de materia executoris plenè dixi supra in verbo, deuant executeur. & ar. 2. in verbo, des lettres de commission. non repeto.

ARTICLE XLVI.

En execution de biens meubles sommation & commandement de payer preallablement faitz au debteur en personne ou domicile: & au refus ou delay de ce faire, le sergent en vertu de son pouoir doit saisir & prẽdre des biens meubles du debteur: & ladicte prinse faite, assigner iour pour passer la vête à la huitaine ensuyuant, ou autre plusloing iour que bõ semblera au creancier, selon la distance des lieux: pourueu qu'il n'excede vn mois.

SVM. IN GLO. ART. XLVI.

- 2 Quid appellatione mobilium comprehendatur.
- 3 In mobilibus consuetudine ordinem iuris non esse seruandum.

In executione

In executione mobilium præuia iniunctione & præcepto de soluendo facto debitori personaliter aut in domicilio, & eo recusante uel differente, fit bonorum mobilium leuatio, & assignatio ad diem octauam & ulterioiorem, si creditori videbitur, dummodo mensẽ non excedat, ad uidentum fieri uenditionem.

In tex. in verbo, des biens meubles.

Appellatione mobilium veniunt animalia & pecuniæ. glo. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. Et generaliter in legato mobilium quæ veniant, an animalia, fructus percepti, nomina debitorũ, & mercantiar: vide Decium consi. 55. in secundo volu. Quæro vtrum in mobilibus debeat seruari ordo, vt primo capiantur illa quæ minus sunt nocitura debitori: secundum consuetudinem dic quod non: quia creditor habet electionẽ inchoandi executionem in bonis magis placibilibus, omisso iuris ordine: vt supra vidimus. de iure verò communi glo. in d. §. in uenditione. vult quod sic: & si bene memini, eam sequitur ibi do. Iaf.

ARTICLE XLVII.

Au iour assigné sur ladicte vente s'il n'est ferié, ou s'il est ferié au iour non ferié prochain ensuyuant, fault passer ladicte vente par le sergent au lieu & place publique du lieu ou ledict debteur fait son domicile, & vendre lesdictz gages & meubles au plusoffrant & dernier encherisseur: & assigner iournée au debteur en sa personne ou domicile sur la confirmation de la vente desdictz biens meubles, & à l'acheteur pour deposer le prix. Laquelle confirmation de vente & deliurance réelle sera faite doreseuuant par le iuge, & non par le sergent.

Die assignationis super uenditione si non sit feriatas, aliàs, die proximo non feriato, in platea publica ubi debitor est domiciliarius, fiet uenditio plus offerenti: item & assignatio ad aliam diem debitori personaliter uel in domicilio, ad uidentum fieri confirmationem, & emptori ad deponendum pretium. Et per iudicem, non autem per seruientem, fiet realis expeditio.

Nota quod non posset haberi fides de pretio. Bar. in l. i. C. de fi. instrumen. & iur. hastæ fil. lib. 10.

ARTICLE XLVIII.

Et ne pourra ledict sergẽt apres la vente par luy faite, faire deliurace actuelle desdictz gages au proufit de l'acheteur, iusques à ce que ladicte vente aura esté confirmée par le iuge.

SVM. IN GLOS. ART. XLVIII.

- 2 Ratio traditur.
- 3 Ante confirmationem plus offerentem esse audiendum, & aliqua de materia confirmationis, remissiue.

Post uenditionem realis expeditio emptori fieri non poterit ante factam à iudice confirmationem.

Ratio consuetudinis est, quia facta confirmatione dicitur causa executionis discussa: & executor tantum discussa exequitur negotia: vt supra plene dixi de executeure. Et nota quod si ante confirmationem veniat alius plus offerens, auditur, non obstante uenditione facta: qui intelligitur habere tacitam conditionem, nisi alius plus offerat. Bar. in l. si tempora. C. de fid. instru. & iure hastæ fil. lib. 10. col. 2.

In tex. ibi, esté confermée.

Nota quod confirmans aliquando de nouo dat, aliquando confirmatio stat in suis terminis. Et si valet confirmatũ, valet confirmatio: aliàs secus. Et quia saepe principes cõfirmant priuilegia subditorum, & originalia priuilegia non reperiuntur: breuibus perstringe materiam, si princeps dicat se vidisse originale priuilegium, aut seriose, & ad longum in confirmatione narret priuilegium, his casibus valet confirmatio, & sufficit eius productio in iudicio: aliàs est necessaria productio originalis priuilegii. Et istud maximè procedit quando princeps confirmat ad instar, vel secundum quod sui antecessores fecerunt. Ista est doctrina do. Iaf. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. col. penul. & fi. Panor. & Fely. in c. inter dilectos. de fide instru. Et quia de materia plenè dixi in meo consilio, vbi tractaui materiam confirmationis priuilegiorum Montisferrandi, ideo ad ibi plenius dicta me remitto.

ARTICLE XLIX.

Et ne sera receu le creancier ou son procureur s'il est plusoffrant, mettre prix esdictz biens meubles, qui seront vendus à sa requeste.

Creditor seu eius procurator plus offerens auditur offerendo pretium super mobilibus subhastatis.

De iure communi in mobilibus vendi consuetis in foro non est necessaria subhastatio. Alex. in apostil. ad Bar. in l. i. circa fi. C. de fi. instru. & iur. hastæ fil. lib. 10.

ARTICLE L.

Le creancier depuis la prinse faite desdictz meubles sera tenu faire proceder à la vête d'iceulx dedãs vn mois apres ensuyuat: autremet les executiõs sont nulles, & serõt les gages ou meubles relachez par le iuge ordinaire, partie appellée.

2 Quod tempus in subhastationibus iure civili desideretur.

- 1 Intra mensem à die leuationis, creditor tenebitur facere procedi ad pignorum uenditionem: aliàs leuatio erit nulla: & ordinarius partibus uocatis pignora restitui iubebit.
- 2 Quæro quantum tempus requiratur in subhastationibus reru ciuitatis vel priuatorum? Bar. in l. 1. & in l. si tempora. C. de fid. instru. & iur. hastæ fil. lib. 10. determinat quod tempus est arbitrium: tamen ad minus debent stare res vanales viginti diebus: consuetudo hinc determinat quod iudex non differat ultra mensem. Et etiam si consuetudo non annullaret actum, processus esset nullus, si procederetur non seruata statuti seu consuetudinis forma. Bal. in l. ordo. col. 2. versiculo. nota tamen. C. de exe. rei iudi.

ARTICLE LI.

Si le débiteur se portoit appellant du seigneur des commandemens de payer ou fournir de biens meubles, le sergent ne doit differer à garnir la main de iustice de biens meubles, sinon que de ce faire fust inhibé expressement parties oyes.

SUMMA. IN GLO. ART. LI.

- 3 Supplicatione non suspendere iudicatum.
- 4 An appellatio extinguat iudicatum, uel tantum suspendat: & hæc inuestigatio cuius sit effectus. & nu. sequentib.
- 1 si à præcepto executoris de soluendo aut consignando mobilia debitor appellauerit, à leuatione bonorum mobilium executor non desistet, nisi à iudice partibus auditis ei fuerit inhibendum.
- 2 Consuetudo ponit casum in quo appellatio non suspendit actum à quo est appellatum, licet regulariter contra, toto titulo. ff. nihil no. appel. pend. & extra. vt lite. pend. nihil inno. Alius est casus quotidianus quando sententia est lata ab eo qui habet vim præfecti prætorio: quia tunc non appellatur, sed supplicatur: & habet sententia executionem media cautione: iuxta formam authen. quæ supplicatio. C. de preci. impe. of. feren. Ex dictis consuetudinis pertinenter quæri potest, vtrum appellatio extinguat aut suspendat iudicatum, adeo quod ea pendente non præsumatur pro sententia, nec pro processu? Decius in c. quoniam contra falsam. col. 16. versiculo, in glo. in fi. de proba. dicit communem esse opinionem quod sic. Ipse tamen post cæteros per eum relatos restringit communem, vt tantum procedat respectu executionis: quia ea pendente nihil est innouendum: non autem respectu præsumptionis, quin præsumatur pro sententia quod fuerit iuste lata propter iudiciariam autoritatem. Et ista præsumptio licet non habeat effectum iuris simpliciter, habet tamen effectum facti, vt pro eo præsumatur, & transeat onus probationis in aduersarium allegantem ipsum factum non valere: patet in eo qui dicit emancipationem non rite factam: quia probare debet. l. ab ea parte. ff. de proba. Et idem in eo qui dicit testatorem fuisse inhabilem ad testandum, vel contrahentem ad contrahendum, & sic de similibus. Nam præsumitur habitus nisi contrarium probetur: plenè Fely. in c. in præsentia. col. 4. de proba. Et ibidem Deci. col. 6. vers. decimo noto. Item quod præsumatur pro sententia, facit regula quod quotienscunque actus est æquiuiocus, ita quod trahi potest in bonam partem vel malam, semper capienda est præsumptio exclusiua delicti. l. merito. ff. pro socio. Et sic vt euitetur delictum in iudice, & periurium, cum iurauerit iustitiam facere, iuxta l. fi. C. ad l. Iul. repet. necessariò præsumendum est, quod sententia fuerit iuste lata. Reperio quod ex dicta præsumptione resultant aliqui effectus substantiales. Et primò si possessor agri condemnatus ad restituendum dilapidet fructus, illi poterunt sequestrari appellacione pendente: iuxta tex. in c. ab eo. de sequest. fruct. & posse. Et licet glo. ibi opponendo de titulo. ff. nihil deb. inno. appell. pend. dicat quod ibi est casus specialis, & idem glo. in l. imperatores. §. fi. ff. de appel. tamen negari non potest quin illa specialitas fuerit inducta propter præsumptam iustitiam partis appellatæ ex sententia ortam: quoniam talis sequestratio non concederetur ante sententiam. Item ratione dictæ præsumptionis resultantis ex sententia transfertur onus probandi in appellantem, quod sententia fuerit male lata: & ad id probandum dicitur producere excessum, & acta super quibus sententia lata extitit: nisi defectus notorius appareret ex lectura sententiæ, qui induceret euidentem nullitatem: iuxta notata in c. quo ad consultationem. de re iudi. & quantum præsumatur pro sententia, declarant glo. & doc. licet non ita explicitè, prout ego supra feci, in l. Herennius. ff. de euctio.

ARTICLE LII.

Meuble n'a point de fuyte quant au droit d'hypothèque par la coustume du pays, tellement que si le débiteur a aliéné aucuns de ses biens meubles, le créancier ne les peut poursuyuir sur le détenteur d'iceulx, posé que le débiteur luy eust de parauant ladicte alienation hypothéqué tous & chascuns ses biens tant meubles que immeubles.

- 1 Tertius possessor pro mobilibus ante acquisitionem hypothecatis molestari non potest.
- 2 Ecce quod quandiu mobilia sunt penes debitorem, sunt sub onere hypothecæ: sed statim cum transeunt in singularem successorem, extincta est hypotheca, saltem ope exceptionis causatæ ex consuetudine: nam aliàs de iure, quia hypothecaria est realis, transit contra singularem successorem.

ARTI-

ARTICLE LIII.

Preuention à lieu entre les créanciers en execution de meubles en la maniere que le premier créancier qui est saisy par volonté du débiteur, ou qui fait saisir par iustice, sera preferé à tous autres créanciers, iacoit qu'ilz fussent priuilegez ou precedens en hypothèque audict créancier qui est premierement saisy.

In executione mobilium est locus præuentioni, & nõ prioritati hypothecæ. Ita quod creditor etiam posterior in hypotheca, qui rem mobilem habuit ex uoluntate debitoris aut uia iustitiæ, non potest ab anterioribus creditoribus molestari.

Ista consuetudo rectè intuenti nihil addit præcedenti, sed eam declarat: quia per præcedentem dictum 2 fuit quod contra tertium non datur hypothecaria pro re mobili.

ARTICLE LIIII.

Le créancier peut commencer son execution si bon luy semble, sur les dettes, noms, & actions de son débiteur, & faire arrester sur le débiteur de son débiteur par vertu de son obligation ou condamnation tout ce que ledict débiteur de sondict débiteur peut deuoir à son débiteur, & ce en personne ou domicile. Et ledict arrest fait, le fault signifier au débiteur principal en sa personne ou domicile.

SUM. IN GLOS. ART. LIIII.

2 Contrarium ius commune.

Executio potest initium sumere in nominibus debitorum: & ideo potest inhiberi debitori debitoris, ne ei soluat, persona- liter aut in domicilio. Et talis inhibito est debitori principali personaliter aut in domicilio significanda.

Secundum iuris ordinem nõ deuenitur ad nomina debitorum, nisi excusis mobilibus & immobilibus, quorum appellatione non ueniunt nomina & debita, quæ constituunt tertiam speciem. tex. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudica.

ARTICLE LV.

Arrest & notification faitz, doit estre assigné iour competent par deuant le iuge par autorité duquel ledict arrest & execution est faite à la requeste du dict créancier, au débiteur de sondict débiteur, en personne, pour affermer ce qu'il peut deuoir audict débiteur, & en deliurer ses mains: & aussi à son débiteur en sa personne ou domicile comme dessus, pour veoir ladicte debte à iceluy créancier iusques à la somme qui luy sera deue.

Arresto & significationibus exactis, assignabitur dies debitori debitoris ad affirmandum coram iudice ueritatem debiti, & ad exbursandum ipsum debitum. Et debitori principali ad præmissa fieri uidentum: & ambæ citationes fiant in persona aut domicilio.

Ista consuetudo uidetur prima facie iniqua quod debitor contra seipsum confiteri cogatur, contra l. nimis graue. C. de testi. sed verè æqua est: quia non confitetur contra seipsum, sed principalem debitorem. Et istis interrogationibus uti potest iudex, quando æquitas eum mouet, per tex. in l. vbicumque. ff. de interroga. actio.

ARTICLE LVI.

Si au iour assigné y a default contre le débiteur principal, le default emporte finalité & gain de cause: car ladicte debte sera adiugée audict créancier. Et le débiteur dudict débiteur contrainct de poser ce qu'il aura affermé dedans le temps qui luy sera prefix par le iuge, ayant regard à la nature & qualité de ladicte debte & desdictes parties.

Si patietur debitor principalis defectum, fiet creditori adjudicatio pecuniæ confessatæ: & debitori debitoris præfixio temporis ad soluendum pro iudicis arbitrio, qualitate & natura debiti, ac partium pensatis & consideratis.

ARTICLE LVII.

Et seront les despens de la premiere assignation dudict débiteur du débiteur principal adiourné pour affermer, prins sur le débiteur quand il sera trouué deb-

teur: & ou il ne fera debteur, lesdictz despens seront prins sur le creancier, comme follement ayant fait faire ledict adiournement.

- 1 *Assignatio facta debitori debitoris ad affirmandum debitum, intelligenda est facta expensis suis, si debitor comperietur. Si secus, expensis creditoris ob stultam & temerariam assignationem.*
 2 *Ecce quod secundum consuetudinem habetur ratio expensarum in interlocutoriis, ita & de iure communi: vt haberetur in l. non ignorat. & in l. terminato. C. de fructib. & lit. expens. & quia alibi dixi, non repeto.*

ARTICLE LVIII.

Mais ou le debteur dudit debteur principal adiourné pour affermer ce qu'il doit, seroit default au premier iour, par vertu d'iceluy sera condemné es despés, & r'adiourné à la peine telle que le iuge arbitrera.

SVM. IN GLO. ART. LVIII.

- 2 *Quare in debitore solo edicto eremodiciu contrahatur, & secus in debitore debitoris.*
 3 *Quid post secundum edictum iudici faciendum sit.*
 1 *Si debitor debitoris ad affirmandum assignatus defectum passus fuerit, condemnabitur in expensis illius assignationis & iterato citabitur sub pena à iudice arbitrandi.*
 2 *Possit quæri, quare solus defectus sufficiat in debitore principali, & in debitore debitoris exigatur duo? ratio est, quia de debito principalis debitoris constat ex literis obligatoriis, aut ex sententia: sed de debito debitoris non apparet. Consuetudo non aperit quid iuris si debitor debitoris patitur secundum defectum, cum poenarum declaratione: quid erit sciendum, arbitror quod iudex poterit bis iterum multare dictum debitorem, vt veniat affirmaturus: quia licitum est iudicibus poenalibus præceptis compellere subditos ad parendum. l. i. ff. si quis ius dicen. non obtem. Poterit etiã creditor edocere de debito debitoris: & tunc non obstante sua contumacia, fiet adiudicatio creditori, & executio contra dictum debitorem, ne sit melioris conditionis contumax, quam obediens: quod esse non debet: vt notat Bar. in l. edita. C. de eden.*

ARTICLE LIX.

Quand aucun est obligé par prinse de corps enuers aucun creancier, il peult commencer son execution à le faire constituer prisonnier pour le payemét de: mais en fournissant deniers ou gages exploictables, le debteur sera eslargy.

SVM. IN GLO. ART. LIX.

- 2 *Iuri communi conuenire ostendit.*
 3 *An fideiussor conueniri possit ante capturam personæ debitoris, eleganter discutit.*
 4 *Iure civili utrum corpus obligare liceat.*
 1 *Quotiens cantat instrumentum quod debitor capi possit, poterit executio à captura personæ inchoari. Sed debitor deponendo pecuniam aut pignora expeditibilia, relaxabitur.*
 2 *Consuetudo innuit quod primò est fienda executio in bonis, antequam sit locus captura: concordat cum iure communi: de quo per glo. in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tut. & illam glo. sequitur Bar. ibi bono fundamento, & dicit: si de iure prius est fienda excusio mobilium quam immobilium, & omnium horum antequam deueniatur ad iura & actiones. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. quanto magis hæc omnia præcedere debent antequam ad capturam deueniatur? Et Alex. in apostil. ad Bar. ibidem addit vnum valde notabile, quod non solum sunt excutienda bona debitoris, sed etiam fideiussoris antequam debitor capi possit. allegat tex. pro singulari in l. si plures. §. præterea si quaratur. ff. de fideiuss. Istam decisionem Alex. post Bal. quem ipse allegat, sequitur Hypoli. de Marfi. suo singulari 3. Contra Bar. tenet Paul. de Cast. in l. i. C. qui bo. cede. pos. Iaf. in l. nulli. col. 3. C. de iudi. vbi vult quod quando agitur de excusione sententiæ, possint capi persona & bona simul. Idem Iaf. in l. i. in principio. col. 7. & in §. i. col. i. ff. si quis ius dicen. non obtem. tene cum Bar. cum quo post longuam disputationem videtur transire Fely. in c. quo ad consultationem. col. 7. de re iudi. quando sunt bona in sufficientia: aliàs si incepti executionem super bonis, & non sunt reperta in sufficientia, potest redire ad aliud remedium executionum, videlicet capturam personæ, donec sit integraliter factum. Ita loquitur. Ang. & bene in l. nemo carcerem. in principio. C. de exact. tribu. lib. 10. & in l. qui restituere. ff. de rei vendi. Et ita videtur sentire Bar. recte intuenti, quem do. Iaf. allegat. pro opinione sua in l. consentaneum. col. fi. verficulo, quæro secundo. C. quomodo & quando iudex. & istud dictum probat tex. in c. quoniam frequenter. §. si. vt lite non contest. Et circa illud quod dictum est de fideiussore, credo procedere quando fideiussor renuntiauit beneficio excusionis: sed si non renuntiauit, non puto verum: quia eo casu primò debet excuti debitor in bonis, & demum in persona, antequam sit aperta via contra fideiussorem: quia excusio non dicitur perfecta facta contra debitorem, nisi persona eius capiatur. verum est quod si cecidit bonis, tunc dicitur excusio perfecta, & erit aperta via contra fideiussorē. Ista est declaratio mea quam non repeto ab alio tacta: & eam puto veram: quia fideiussio est stricti iuris, & non intelligitur fideiussor se voluisse obligare, nisi in subsidiū quādo facta integra excusione contra debitore, non possit haberi debitum. Contra principale dictū consuetudinis, dū vult quod quis possit obligare personā suā, videtur posse argui in contrarium: quia nemo*

quia nemo est dominus membrorum suorum & personæ suæ. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. hinc est quod in criminalibus quis non potest renuntiare defensionibus suis. Iaf. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. potest responderi quod illud procedit quando agitur de mutilatione membri, vel poena sanguinis: secus de carcere qui non datur ad poenam, sed ad custodiam. l. i. §. interea. C. de custo. & exhi. reo. Item potest responderi, quod directo quis non potest, si sit innocens, se obligare ad poenam: sed si vult, bene potest delinquere, & consequenter se obligare ad poenam mortis: quia illa poena venit ex legis dispositione in consequentiam delicti, non autem infligitur ex proposito & intentione delinquentis, sed facto & opere suo ultra propositum & intentionem.

ARTICLE LX.

Et ou le debteur est obligé à prinse de corps & de biens, & autres compulsiōs avec clause, qu'une execution n'empêche l'autre, le creancier peult faire constituer prisonnier le debteur: & neantmoins proceder à prinse de biens.

Quando in obligatione continentur corpus & bona, ita quod una excusio aliam non impediatur, utraque potest cumulari: quia non obstante captura, ad bona poterit procedi.

Et in istis terminis potest procedere decisio Iaf. & doc. quos allegat in d. l. nulli. col. 3. C. de iudi.

ARTICLE LXI.

Et ne pourra en iceluy cas le debteur estre eslargy qu'il ne configne reament & de fait la debte, & ne suffira garnir de biens meubles ou gages exploictables & surferont routes executions en consignat la debte en deniers.

Quando sunt obligata persona & bona, consignatio & depositum est fiendum actualiter in pecunia numerata: nec releuaret illud facere in rebus mobilibus etiã expeditibilibus. Et sic consignatio mobilium admittitur quando tantum bona sunt obligata.

ARTICLE LXII.

Les allés & venans es foires & marchez publiques ou en court pour expeditiō de leurs causes, dont ilz seront creuz par leurs sermens, ne doyuent estre prins, arreste ne detenuz, en corps n'en biens, pour aucune debte ou matiere ciuile.

SVM. IN GLO. ART. LXII.

- 2 *Securitam hic & pro accessu, & pro reditu, & pro mora censetur data. & nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*
 10 *In casu consuetudinis debitorem non posse à domo extrahi.*
 11 *Egregia consuetudinis restrictio.*

Euntibus & uenientibus à nundinis, mercatis publicis, & à curia pro sollicitatione causarum, datur immunitas ne capiuntur pro civili debito: & de prædictis quod his de causis ierint aut uenierint eorum creditur iuramento.

In tex. in verbo, allans & uenans.

Quæro, vtrum securitas data venienti intelligatur data etiam recedendi, si dictum non fuit. Bar. in l. vti. ff. de sepul. viola. decidit quod sic: quia non dicitur tunc posse venire, qui non potest recedere. Consulo tamen vt in saluo conductu exprimas accessum & regressum, ne tibi obiciatur, quod de proprietate sermonis aliud est venire, aliud recedere. Et tales concessiones quia fiunt delinquenti non sunt ampliandæ: vt declarat Fely. in hac materia & quæstione, in c. innouamus. col. 4. de treug. & pac. Et ibidem etiam ponit vtrum talis licentia veniendi & redeundi intelligatur de vna vice, vel de pluribus: & in hoc considerantur petitio, concessio, & subiecta materia: vt ibidem per Fely. & Bar. in l. i. ff. ad l. Iul. maiesta.

In tex. in verbo, es foires.

Talis immunitas seu securitas tam pro personis quam bonis in accessu, regressu, & in mora datur à lege. tex. in l. i. C. de nundi. Bar. in d. l. i. ff. ad l. Iul. maiesta.

In tex. in verbo, & marchez publiques.

Eadē est ratio in mercato, quæ est in nundinis, & eadem dispositio: per tex. in d. l. i. qui ponit nundinas & mercatum tanquam diuersa, tamen eodem modo priuilegiata. Et in quo differant nundinæ à mercato, declarat Bar. in d. l. i.

In tex. in verbo, en court pour expeditiō de leurs causes.

Ecce quod sicut publica utilitas versatur in nundinis & mercantiis, ita & quod lites bene & diligenter sollicitentur, vt citò sine capiunt. inst. de poena teme. litig. in princ. & l. properandum. in princ. C. de iudi. Habes quod his casibus quis conueniri nec arrestari potest in accessu, regressu, nec in foro: aliis verò casibus permittitur arrestatio, siue realis citatio, etiam pro debito civili secundum consuetudinem. Circa hoc non impertinenter quæro, vtrum in casibus in quibus pro civili debito, potest executor incipere à captura: vtrum poterit extrahi debitor de domo? dic quod non: quia consuetudo ita debet interpretari vt minus lædat ius commune quam fieri possit. c. cum dilectus. de consue. Et quia regulariter pro civili debito de iure communi debitor de domo extrahi non potest, idem obseruabitur in patria consuetudinis: & econtra in casibus in quibus quis de iure extrahi potest, qui plenè traduntur per do. Iaf. in l. plerunque. ff. de in ius voc. Idem poterit fieri in patria consuetudinis.

In tex. in verbo, pour aucune debte.

11 Istud non habet locum in obligationibus in nundinis aut mercato contractis : quia si ibi promiserit quis statim soluere mercantiam quam accepit, & postea vellet recedere non facta solutione, posset arrestari : per tex. & ibi notata in l. hæres. §. proinde. ff. de iudi. Aut si vellet recedere non satisfacto hospite. Ita voluit dicere glo. in l. i. C. de nundi. Et illud quod dicitur in consuetudine de debito ciuili, intelligi debet alibi aut alio tempore quam nundinarum & mercati contracto.

ARTICLE LXIII.

En matiere de criées garand formel n'a lieu quant au débiteur ou son heritier, ne au tiers detenteur, ou il y aura sentence de declaration d'hipotheque precedet contre luy donnée, ains seulement sommation.

2 Ad defensionem debitoris seu heredis aut tertij detentoris non admittitur tertius ad impediendam executionem, nisi ubi præcesserit declaratoria hypothecæ contra detentorem: quæ si non præcesserit, tertio se opponenti pro conuento fit summatio seu præceptum de soluendo.

3 Qualiter tertius admittatur de iure communi ad impediendum executionem sententiæ in rebus immobilibus, vide Bar. & doc. maximè do. Iaf. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi.

ARTICLE LXIII.

Mais ou il n'y aura declaration d'hipotheque precedent, contre ledict tiers possesseur, garand formel aura lieu.

1 Vbi non præcedet declaratio hypothecæ, tertius formalis contradictor pro conuento audietur, & impedit executionem.

ARTICLE LXV.

Pendant le procès de criées, si le débiteur ou detentur des heritages criez appointe avec le creancier qui fait conduire lesdictes criées : ou que le creancier dissimule icelles pour suyuir les autres creanciers opposans & chascun d'iceulx pourront reprendre les procès des criées : & sera tenu le débiteur ou deteueur proceder avec eulx nonobstant l'appointement fait avec le creancier, à la requeste duquel lesdictes criées auroyent esté conduictes.

SVM. IN GLOS. ART. LXV.

2 Ostenditur consuetudinis æquitas. per totum.

1 Subhastationibus pendentibus si creditor auctor earum appunctuauerit, aut dissimulando superfederit, ceteri creditores eorum quilibet poterunt inchoatas crias perficere. Et cogitur dictus creditor perfectioni earum assistere.

2 Hæc consuetudo videtur dura: quia in re propria quilibet est moderator & arbiter. l. in re madata. ff. manda. etiam in abutendo. Et tamen non vult consuetudo quod creditor possit à lite desistere: & si vellet, posset quod plus est totum debitum donare & remittere: veritate tamen inspecta est æqua: quia non negat si sit solus creditor, quin possit donare, remittere, renuntiare subhastationibus & superfedere. Sed id sibi negatur quod superfedeat, si sint alii creditores quibus esset præiudicium, nisi executio suum fortiretur effectum. Et ideo cogitur cum aliis auctor cridarum assistere: quia est informatus de retrò gestis. Item forte alii non intenderent executionem, nisi ipse præuenisset: & ius executionis est indiuiduum, & debet perfici in eo statu in quo est inchoatum.

ARTICLE LXVI.

Et ou le débiteur est obligé par prinse de corps & de biens avec la clause qu'il ne soit admis à rien dire sans configner la debte, ledict débiteur ne sera admis ne receu à rien dire, s'il ne configne realement & de fait la debte, ou de biens meubles exploictables iusques au deu.

1 Quando debitor obligauit se ad capturam personæ & bonorum, adiecta clausa quod non possit audiri nisi debito consignato: tunc consignatio potest fieri in pecunia aut mobilibus expedibilibus: & aliter non auditur.

2 Nota quia clausula de qua supra articulo 61. quod vnus modus exequendi alium non impediatur, est potentior clausula de qua in hac consuetudine: quia in illa non admittitur consignatio in mobilibus, sed in pecunia tantum: in hac verò in vtraque sorte.

ARTICLE LXVII.

Si n'est qu'il iustificast promptement par acquit vallable des payemens, ou que par l'inspection de l'obligé apparust la debte prescrite: ou que d'iceulx payemens en voulust ester au serment du creancier.

Tribus casibus debitor auditur sine consignatione. Primò, quando fidem facit in promptu de soluto. Secundò, quando obligatio non habet formam publicam, & indiget liquidatione. Tertio, quando debitor super soluto creditori iusiurandum offert.

Nota quòd statutum reiiciens exceptionem non intelligitur reiicere eam quæ offertur in promptu. de materia plenè habetur in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & in l. 2. C. de edict. diui Adri. tollen.

ARTICLE LXVIII.

Le seigneur iusticier peult faire proceder par execution par son sergent & sur ses subiectz, pour auoir payement de ses exploictz & emolumens de sa court verifiez & signez par son greffier: mais ne peult proceder par arrest ou detetion de personne, si n'est à faulte de biens meubles, inquisition deuement faicte d'en trouuer.

Dominus iustitarius executiuè procedere potest per seruientem suum contra subditos suos, ut consequatur emolumentum expletorum & scripturarum debitarum, & per suum grapharium signatarum: non tamen ad arrestum personæ, nisi in subsidium, quando facta debita inquisitione mobilia non reperiuntur.

Iste casus est priuilegiatus à consuetudine de qua supra, artic. 59. quæ à contrario sensu probat quòd non capitur persona quando obligatio id non dicit: sed executio incipit in bonis. Et tamen hîc si desint mobilia, conceditur arrestum personæ.

ARTICLE LXIX.

Et ne sera tenu le subiect aucune chose payer pour l'entrée & issue d'iceluy arrest.

Quando arrestatur subiectus ad domini instantiam pro emolumentis scripturarum, pro ingressu & egressu nihil soluere tenetur.

Quæro quid iuris quando arrestatur persona pro aliis causis? consuetudo inuuit quòd tenetur soluere: vt exceptio sit de regula, de iure non reperio cautum quòd pro tali ingressu & egressu quicquam solui debeat. tamen ita se habet generalis consuetudo maioris partis prouinciarum, quæ est seruanda. l. minimè. ff. de legi.

ARTICLE LXX.

Le seigneur ne peult proceder par execution alencontre d'aucun comme heritier, s'il n'est preallablement declaré tel.

Dominus non potest contra aliquem ad executionem procedi facere tanquam contra heredem alicuius, nisi prius eo tale declarato.

Ratio consuetudinis est, quia quotiens aliqua qualitas tribuit ius alicui, is qui vult eo iure vti, debet prius qualitatem probare. Iaf. in l. non solum. §. sciendum. col. 2. ff. de ope. no. nun. Felyn. in c. quoniam contra. col. 2. de proba. Dec. consil. 18. in primo volu. Intellige consuetudinem procedere quando contentus se negat heredem.

ARTICLE LXXI.

Iceluy seigneur, peult pour ses exploictz & emolumens de court, proceder contre le forain & estranger trouué en sa iustice par arrest & detention de sa personne, iusques à ce qu'il ait fourny de meuble, ou baillé caution subiecte dudict seigneur.

SVM. IN GLOS. ART. LXXI.

Secundum ius cõmune quando quis ratione contractus fortiatur forum, eleganti distinctione declarat. Per totum.

Dominus pro emolumentis scripturarum potest capere forensen in sua iurisdictione reperimentum, & retinere donec consignauerit mobilia, aut cautionem subiectam domino dederit.

In tex. in verb. forain & estranger.

Quæro, quis propriè forensis dicatur? dic quòd ille qui non est de corpore loci vel ciuitatis. Ita Decius consil. 32. col. 2. in 3. vol.

In tex. in verb. trouué en sa iustice.

Pone, forensis contraxit in loco iudicii, quia ibi sunt factæ scripturæ & ibi debitum est contractum, quæro an ratione contractus fortiatur forum, vt ibi possit conueniri? distingue, aut promisit in loco contractus soluere, & tunc est clarum quòd in loco destinatæ solutionis conueniri potest: aut non fuit expressus locus certus vbi solutio esset fienda, & tunc si reperiatur in loco contractus ibi conueniri potest. c. Romana. §. cõtrahentes. de foro compe. libro 6. & in his terminis loquitur hæc consuetudo. Aliquando & tertio est adiectus locus solutioni alibi quàm in loco contractus, & in isto casu laborant doct. tamen Bar. in l. i. ff. de bon. auth. iudi. possi. & in l. quæro. ff. de solu. tenet in loco contractus non fortiatur forum, sed in loco destinatæ solutionis. Idem tenet gl. in d. c. Romana. §. nec etiam. in verbo, respondere. de foro compe. libr. 6. Limitatur tamen ista vltima conclusio, quando contrahens haberet domicilium in loco contractus: quia tunc

ibi conueniri potest secundum Bal. quem refert & sequitur Alexan. in apostil. ad Bartolum in dicta l. quero. ff. de solut.

ARTICLE LXXII.

Et pour les cens deuz audict seigneur il peult proceder par assenement & mainmise sur les heritages subiectz audict cens : & ausi par execution sur ceulx qui ont recongneu sondict cens ou ses heritiers apres declaration faicte comme dict est.

- 1 *Respectu censuum dominus potest capere bona affecta oneri censuum: & etiam executiue procedi facere contra eos qui censum recognouerunt, aut eorum heredes, prout declaracione quod sint tales.*
 2 *Vtrum res emphiteotica sit obligata pro preteritis censibus vel futuris: & quod pro futuris non, & pro preteritis tantum hypothecaria agi possit, dixi supra: ideo non repeto.*

DES TAILLES, GVETZ, ET AV-
tres seruitudes.

TIT. XXV.

ARTICLE I.



Le seigneur hault iusticier a droit & faculté de tailler ses hommes re-
leans & subiectz en sa iustice & pour raison d'icelle en quatre cas.

SVM. IN GLO. ART. I.

- 2 *An princeps pro arbitrio populo munus reale possit indicere pluribus tractat. & nu. 3. 4. 5. 6. & 7.*
 8 *Quis dicatur subditus.*

- 1 *Nota quod in partibus Pedemontanis & Sabaud. tales subditi appellantur talleabiles.*
 2 *Dominus iustitarius ratione altæ iustitiæ quatuor in casibus subditos talleare potest.*
 3 *Quero, vtrum sit idem de iure communi? In principe clarum est quod potest imponere superindicta. l. in fi. ff. de iusti. & iure. querit de tali questione: Vtrum quando principes subditis suis imponunt collectam, ex tali impositione subditi naturaliter obligentur ad eam soluendam: & concludit quod si talis collecta imponatur ob publicam necessitatem, quod sic: secus si sit imposita ex effrenata principis voluntate. Deinde Bal. subiicit hæc verba formalia: hodie verò, pro dolor, principes exigunt & extorquent vsque ad sanguinem, & pellem subditorum excoriant, & vix dimittunt eis precarium spiritum. Dicit Alber. de Rosa. in l. de quibus. in penul. col. ff. de legi. quod princeps nedum à vassalis tenentibus feuda, sed etiam ab aliis subditis suis potest exigere charitativum subsidium pro defensione patriæ. Item dicit Ang. consi. 2. & 4. incipiente, inter ordinamenta. quod princeps potest à subditis etiam inuitis exigere præstantias. Et quia diximus quod princeps ex causa potest petere charitativum subsidium: quero an sint alii superiores qui id facere possint, & ex quibus causis? Hanc materiam plenè tractat Chassaneus in tit. des iustices. §. 4. vers. iuxta superius dicta. fol. 34. & ibi concludit id esse concessum archiepiscopis, episcopis, patriarchis, seu primatibus, in suis diocesis. De papa dicit post Hostien. non esse dubium: de quo ego sic distinguendum puto, licet tactum non reperiam, quod aut loquimur de charitativo subsidio per papam super ecclesiis imponendo, & eo casu Hostien. verum dicit: quoniam papa est dominus omnium ecclesiarum, & in beneficialibus habet liberam potestatem. c. 2. de præben. lib. 6. plenè Dec. in c. quæ in ecclesiarum. col. 11. vers. secundus casus. de constitu. vbi concludit quod papa potest ius quæsitum in aliqua ecclesia sine causa auferre. ex quo correlariè inferri potest quod multò fortius potest subsidium imponere: secus tamen est in terris in quibus habet temporalem iurisdictionem, in quibus ad instar principum secularium nō potest subsidium imponere, nisi prius excussa propria bursa, & ex causa necessitatis. Ratio est, quia principes temporales non possunt subditis suis res eorum auferre, nisi ex causa publicæ necessitatis vel utilitatis: vt plenè tradit Decius in dicto c. quæ in ecclesiarum. col. 9. vers. & ex ista. de constitu. Et pari ratione non possunt per modum subsidii voluntarium pecunias extorquere. Tradit etiam ibidem Chassa. vtrum archiepiscopus & patriarcha possint exigere charitativum subsidium extra suam diocesim in terris suarum provinciarum: & concludit quod non, per text. in c. Romana. in fi. de pœni. & remiss. lib. 6. Nisi consuetudo esset in contrarium. Tradit etiam ibi quid de episcopo confirmato & non consecrato. Item ibidem fol. 35. tractat quid de cardinalibus in beneficiis, in quibus habent collationem. Item quid in commendatario perpetuo. Nam talis, licet non habeat titulum, habet tamen legitimam administrationem sicut titulus. Adde tamen vltra Chassaneum, quod talis commendatarius teneretur restituere omnes fructus perceptos deducta impensa: nisi diceretur in bulla, quod faceret*

ceret fructus suos, ac si esset titulus: & ita communiter cantant bullæ. Item ibi tradit quid de administratore dato ecclesia vacante. Quid in coadiutore dato episcopo. Item & de legato papæ. Et in versiculo, quid autem. folio 35. tradit de prælatis inferioribus episcopo: & in specie de abbatibus: item de generali alicuius ordinis, quid de capitulo, sede vacante: & ibi quando episcopus vult exigere, an requiratur consensus capituli? quod sic. Item in vers. quæ autem sit iusta causa. fol. 35. enumerat causas in quibus est licitum exigere charitativum subsidium. Item ibidem fol. 36. vers. sed iuxta prædicta. mouet quæstionem, si inter episcopum & clerum sit controuersia, si charitativum subsidium sit impositum ex iusta causa: quis erit iudex competens. Nunc se offert maior dubitatio, vtrum princeps possit imponere talleam subditis vassalorum? concludit quod regulariter non, nisi subsit necessitas pro defensione patriæ. vide D. Iacob. de sancto Georg. in tit. de homagiis. col. 10. vers. sed hic cadit alia dubitatio. Nobiles autem habentes merum & mixtum imperium non possunt imponere talleas nec collectas: quia ista sunt de regalibus & supremo principi reseruata. c. 1. in tit. quæ sint regal. Ita determinat Bal. in l. cum multa. in fi. C. de bo. quæ liber. Et sic nobilis non potest cogere subditum ad præstandum sibi adiutorium quando maritat filiam, vel ducit uxorem, nisi sit consuetudo in contrarium. Ita determinat Bal. in c. 1. §. similiter. in titu. de capi. Contra. Et de præmissis vide D. Iac. de sancto Georg. in lib. feud. in verb. cum mero & mixto imperio. col. 4. vers. quero vterius vtrum habens, & c. Circa hæc dicta insurgit quæstio difficilis: vtrum princeps possit concedere vassallo inuestito cum mero & mixto imperio priuilegium talleandi suos subditos? Chassaneus in rub. des iustices. §. 4. vers. hodie. in fi. fol. 29. mouet quæstionem, & allegat Bar. in l. ii. qui. in fi. ff. de iure immu. cuius dicta ad decisionem quæstionis prædictæ parum conferunt, allegat etiam Lucam de pen. quem non vidi. Iudicio meo videtur dicendum, quod licet regalia possint concedi vassallo, vt Bal. dicit in c. vnico. in princip. in titu. quæ sint regalia: tamen secus videtur in isto iure collectandi: quod non semper competit principibus, sed tantum in casu publicæ necessitatis: vt supra in princip. plenè declarauimus. Et ideo videtur cedi non posse, cum alia sit necessitas principis respiciens publicam utilitatem, alia vassalli respiciens priuatam. Et sic limitata causa publicæ necessitatis, limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. Nec obstat si dicatur, videmus quod vassalli habent ius collectandi in quatuor casibus in hac consuetudine expressis: quia respondetur quod talem facultatem non habent beneficio inuestiturae principis, sed virtute consuetudinis, de consensu subditorum introductæ in casibus limitatis: & volentibus non dicitur inferri iniuria nec dolus: vt patet in regula iuris.

In tex. in verb. subiectz.

Dicitur subditus suppositus iurisdictioni alterius, etiam ratione iurisdictionis tantum. Panor. in c. signifi- casti. in 4. col. de foro compe. Et tales subditi seu habitantes in territorio alicuius domini tenentur præstare iuramentum fidelitatis ratione iurisdictionis, etiam quod nihil teneant ab ipso domino. Ita dominus Iac. in tract. de homagiis. col. 7. vers. tertia species iuramenti est.

ARTICLE II.

C'est à sçauoir quand il se fait cheualier, quand il va en voyage oultre mer visiter la terre sainte, quand il est prisonnier des ennemis, & quand il marie ses filles en premieres nopces.

SVM. IN GLO. ART. II.

- 3 *Variis modis ius aureorum annulorum impetrari: & in quibus propriè intelligatur hæc consuetudo.*
 4 *An in doctore rectè intelligi possit.*
 5 *An etiam militi in dignitatis gradu præferendus sit.*
 6 *De quibus hostibus accipienda sit consuetudo. & nu. 7. 8. & 9.*
 10 *Quare de primis nuptiis tantum hic agatur. & nu. 11. & 12.*
 13 *An ad filiam quæ religionem ingreditur extensio hic rectè fiat.*
 14 *Vtrum etiam ad filiam naturalem tantum, uel spurcam late.*
 15 *Ad fratrem quoque dotem sorori constituens extendetur.*
 16 *Quid si ante legitimam ætatem pater filiam uiro collocet.*

Nobilis quando militiam auream assequitur, potest subditos collectare.

Aduerte diligenter, quia aliqui milites adeo extrenuè militant, quod à principibus equites aureati fiunt, in remunerationem virtutis. Et de istis non est dubium quin consuetudo loquatur. Aliqui prece, pretio, aut alio suffragio tali honore condonantur sine præcedentibus meritis: & tamen appellantur milites aureati. Vtrum consuetudo in istis possit verificari, fuit quæstio de facto in partibus Pedemontanis, in comitatu sancti Martini: quæ adhuc sub iudice est. dicamus quid iuris, quia quæstio frequens esse potest: breuiter priuilegia data militibus habent locum in his qui militant, vt loquitur tex. in l. licet. ibi, ad belli discrimen pergentes. C. de pact. Et non habent locum in militibus discurrentibus per plateas, nec in militibus aureatis, qui rei militari non incumbunt. Ita dominus Iac. in l. 1. col. 2. vers. sed nunquid priuilegium. C. de iur. & fact. igno. cui addo consilium in terminis Ang. consi. 177. incipiente, visis instrumentis prædictis. Alex. in l. milites. C. de quæsti. Bar. & Iac. in l. militem. C. de procur. Bar. in l. filii familiaris. §. veterani. ff. de procur. dicit expressè, quod iura loquentia de militibus non habent locum in militibus nostri temporis, qui discurrunt per plateas. Contra istam decisionem videtur facere quod decidit Bart. in d. l. milites. C. de quæstio. & Salic. in d. l. 1. C. de iur. & fact. igno. Iac. in l. miles. ff. de re iudic. vbi dicunt quod sicut milites militantes non possunt torqueri, ita nec ceteri milites, & sic etiam aureati: Solue sic, quod quantum ad honorem & dignitatem isti

sicut cæteri sunt honorandi respectu creantis, & dignitatem conferentis, hinc dicitur is honorabitur quem princeps voluerit honorari: sed ubi agitur de lucro captando in præiudicium tertii, vt in hac consuetudine ubi agitur de talleandis subditis, tunc ista dignitas equestus verificatur tantum in his qui habent administrationem militiæ, & non in honorariis: & ita puto concludendum ex alio etiam fundamento, quia dignitas affectata gratia lucri non prodest: vt dixi in præcedentibus. De ista quæstione vide D. Iac. de sancto Georg. in lib. feu. in verbo, quiquidem inuestiti præstiterunt iura. *fideli. col. 21. versic. ad præmissa allegat Io. Blan.* De materia vide plenè Fel. in proce. decre. in verbo, Gregorius. col. 8. versic. hanc conclusionem limita. ubi tradit de milite militiam exercente, & de mercatore mercantiam, & de scholare discurrente. Quæro quid si habens altam iustitiam efficiatur doctor, vtum possit subditos collectare? videtur quod sic: quia miles & doctor æquiparantur à lege. *tex. not. in l. aduocati. C. de adu. diuer. iud. & priuilegia concessa militibus censentur concessa aduocatis: ne possint personaliter capi pro debito vel pro delicto torqueri. l. milites. C. de quæsti. Iaf. in l. miles. ff. de re iud. col. 2. versic. secunda parte gl. & sequenti. plenè Alex. in l. centurio. in 1. 2. & 3. col. ff. de vulg. & pup. in contrarium videtur veritas: quia consuetudo tantum disponit quantum cantat. Iaf. in l. de quibus. ff. de legi. sed dum loquitur de milite, est intelligenda de eo, & non de doctore. Item licet videatur eadem ratio priuilegii, quia ambo certant pro re publica. d. l. aduocati. tamen est maior ratio in milite, quam in doctore: quia se exponit periculo mortis, vt dicit *tex. in l. licet. C. de pact. ibi, ad belli discrimen pergentes.* Et dicit *tex. inst. de excu. tuto. in fi. princip. qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur.* quod de aduocatis non legitur. Item doctor dietim lucratur: iuxta dictum gl. dat Galienus opes, & sanctio Iustiniana. Sed miles, vt experientia rerum magistra docet, c. quam sit. de elect. lib. 6. horatim subiicitur discrimini & periculo vitæ, perditionis armorum & equorum, aut captiuitatis: & sic cum sint diuersæ rationes inter militem & aduocatum, non procedit argumentum: iuxta l. illud. ff. ad l. aquil. Item istud priuilegium collectandi non conceditur simplici militi, qui æquiparatur aduocato: sed militi qui ob virtutem strenuæ pugnæ à principe miles aureatus creatur: & sic in eo inest maior qualitas, quam simplicis militiæ. Nec obstat si dicatur stante hac ratione, si aduocatus efficeretur præses vel cæcellarius, videtur quod posset collectare: quod non conceditur. quia non militant rationes præcedentes, maxime quia isti assequuntur dignitates & officia cum minori periculo vitæ & bonorum. Et consuetudo de eis non loquitur. Et quia in pluribus doctor & miles æquiparantur, quæro, quis eorum habeat præcedentiam in actibus communibus? dic quod doctor. Ita Decius in c. clerici. col. 6. versic. an autem doctor. de iud. & ibi plenè de materia præcedentiæ. Et quod ars literaria sit plus existimanda quam militia, nos docuerunt reges Aegypti, quos citat Patritius Senensis in epistola ad Sixtum papam, in principio libri secundi, de reipublicæ institutione, ubi recitat formalia verba: Aegypti reges longè maiorem gloriam disciplinarum bonarum artium esse dixerunt, quam rei bellicæ. Proinde omnes studiis sapientiæ mira quadam diligentia incumbere, nec quisquam se satis dignè imperare arbitratur, qui non præter cæteros in aliqua doctrina excelleret, & operam suam aliis compluribus nauaret. Et ibidem recitat Platonicam illam felicitatem, qui affirmabat tunc beatas fore respublicas, cum à sapientibus & doctissimis viris regerentur. Certè Plato non dixit à fortissimis & bellicosissimis. Et ideo vulgare inoleuit dictum: Ingenium vires superat. Et profectò nostris temporibus securior est vita disciplinatus in artibus & doctrinis, quam in militia, teste experientia rerum magistra. c. quam sit. de elect. lib. 6. Ea maxima ratione, quia non sunt contenti milites suis stipendiis, vt præcipit sacra scriptura: & etiam si vellent ob exiguitatem stipendorum & temporum infelicitatem id facere, non possent. Accedat alia ratio, quod doctor debeat præferri militi: quia doctoratus nobilitat hominem, non militia, secundum Chassaneum: cuius dicta nolo transcribere, ubi non expedit, in verb. *des droitz & appartenances. §. 19. in textu, entre gens nobles. fol. 186.**

In *tex. in verb. quand il va en uoyage.*

6 Quando peregrinatur in Hierusalem, quæ dicitur terra sancta. Nam dicit Psalmista: Illie ascenderunt tribus tribus Israel, ad confitendum nomini domini. Et ratio consuetudinis fuit in illa visitatione: quia non potest fieri sine magna impensa, vt experientia docet.

In *tex. in verb. quand il est prisonnier des ennemis.*

7 Quando detinetur ab hoste. Ecce quod consuetudo non considerat capturam quæ fit à superiore gratia iustitiæ: quia non debet habere beneficium qui culpa sua in damnum incidit. l. damnum. ff. de reg. iur. Et de materia regulæ, quod non subueniant ei qui culpa sua incidit in danum vel paupertatem, vide plenè Fel. in c. quæ in ecclesiarum. col. 20. de constit. Et ex ibidem dictis posset soluere quæstionem, si casus occurreret: quid iuris in eo qui vadit ad militiam, ad seruiendum alteri domino, quam superiori suo gratia lucri, & non ex utilitate vel necessitate domini sui superioris: si captiatur ab hostibus, vtum possit talleare subditos? Ex ibidem dictis credo quod non. Item hæc consuetudo declarat seipsam, quando est captus ab inimicis, & sic in bello. Et vtum si esset captus pro debito aut delicto, esset locus collectioni, quod non, quia ageretur de præiudicio subditorum, & sic tertii. vide quæ plenè notauit in tit. 14. *des donations. arti. 7. nu. 40.* Post scripta reperi Chassaneum in tit. *des iustices. §. 4. in verb. pour s'arçon. fol. 34.* qui mouet quæstionem, quando liceat domino collectam imponere suis subditis pro sua redemptione.

In *tex. in verb. quand il marie ses filles en premieres nopces.*

10 Quando in primis nuptiis filiam nuptui tradit. Consuetudo quare dicit in primis nuptiis? dic quod gratia minoris declarationis: quia etiã si non dixisset, ita esset interpretanda consuetudo. l. bonæ. §. hoc sermone. ff. de verb. signifi. ubi si aliquid fuerit relictum filiæ quando nupserit, intelligitur de primis nuptiis. de materia dictæ regulæ vide plenè Fely. in c. in nouamus. de treuga. & pa. Et habet locum ista consuetudo, etiam si pater filiæ nihil exegerit à subditis in primis nuptiis. in secundis exigere non poterit: quia non sunt secundæ nuptiæ adeo fauorabiles sicut primæ: vt apparet in tit. C. de secun. nup. Item quia consuetudo dicit de primis

de primis nuptiis, in materia consuetudinis non fit extensio, cum sit stricti iuris: vt latè notant Bar. & doct. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. 1. C. quæ sit longa consue. Et quod primæ nuptiæ sint fauorabiles secundis, vide plenè Fel. in rub. de spon. Quæro quid si dominus faciat filiam monacham, vtum ei debeat 13 dos, & sit locus talleæ? D. Iac. de sancto Georg. in lib. feud. in verb. quiquidem inuestiti præsti. iura. fide. in fi. concludit quod sic: & quod ita consuluit. Aduerte si consuetudo diceret simpliciter quod subditi teneantur ad talleam quando dominus tradit filiam nuptui, credo quod procederet decisio D. Iac. quia non minus fauoris debetur matrimonio spirituali, quam temporali: sed quia dicit in primis nuptiis, ecce consuetudo intellexit de temporali matrimonio, quod est solubile & repetibile: non autè de spirituali, quod tantum soluitur morte filiæ, & non potest repeti: ideo non habet locum consuetudo. Post scripta discurrendo Chassaneum, reperi quod mouet formaliter quæstionem in rub. *des iustices. §. 4. in text. mariage d'une fille. col. 1. fol. 31.* & refert Fel. in c. ecclesia sanctæ mariæ. de constit. tenentem quod consuetudo loquens de dote, habet locum in monacha dotanda. Non reperi Fel. formaliter mouentem hanc quæstionem in terminis nostris: verum est quod in d. c. col. 29. versic. cæterum quia communiter. mouet quæstionem notabilem, si statutum dicat quod stantibus masculis filiæ sint exclusæ ab hæreditate parentum: sed debeant ipsæ filiæ dotari. dicit Fel. quod monacha non excludatur à successione, nisi dotetur. Et sic in effectu vult quod statutum vel consuetudo loquens de dotanda verificetur in monacha: licet contra istam decisionem faciant, quæ idem Fely. recitat in fi. quæstionis. Chassaneus dicit quod si casus sibi eueniret, consuleret contra Fel. nullam rationem allegat: potuisset allegare rationes quas tradit Fely. in d. col. 29. post Petrum de Perusio, quem refert: quod statutum loquens de dote verificatur pro matrimonio temporali, rationibus de quibus ibi: quicquid sit in consuetudine Burgundiæ, de qua loquitur Chassaneus, in consuetudine Aluerniæ quæ loquitur in primis nuptiis nullum cadit dubium, quod talis consuetudo non loquitur de monachanda. Quæro de notabili 14 quæstione quæ sæpius contingere potest: Nobilis habens talleas, quando maritat filias, tradit nuptui vnam naturalem vel spuriam, vtum subditi teneantur contribuere domino? videtur quod sic: quia etiam spurii de iure canonico sunt alimentandi. c. cum haberet. in fi. de eo qui dux. in ma. quam polu. per adul. Sed causa dotis & alimentorum à pari procedunt: vt notant doct. in l. 1. ff. sol. matr. & Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonst. ergo sicut filiæ sunt alendæ, ita & dotandæ: tamen in contrarium facit, quia argumentum de alimentis ad dotem procedit quando subest eadem ratio: secus si diuersa, vt in casu nostro. Nam *tex. in c. cum haberet. fundatus super solo iure naturali & æquitate, dicit, quod spurii sunt præstanda necessaria: & sic includit alimenta sine quibus viuere non possumus: sed sine dote spuria viuere posset. Et sic non dicitur dos necessaria ad vitam spuriam. Imo voluit Alex. consil. 74. col. penul. in 3. vol. quod pater dicat quod relinquit pro necessitate alimentorum. Item *tex. in l. qui liberos. dicit quod patres tenentur dotare filias quas habent in potestate: & sic non loquitur de spurii, quæ habent patrem incertum. §. vulgo quæsitos. insti. de success. cogna. Item Bar. in l. fi. ff. de his qui. vt indig. dicit, quod pater potest relinquere spuriam pro dote sicut pro alimentis: sed non dicit quod cogi possit. & apertius in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de lega. 3. dicit, quod pater non cogitur dotare filiam naturalem, post gl. ibi quam sequitur, multò minus ergo spuriam: & istam credo veritatem per suprascripta. Et dum Bar. in authen. ex complexu. C. de incest. nupt. dicit quod sine dote filia ali nec nubere potest, istud non videtur verum: quia potest viuere spuria ex relictis pro alimentis absque eo quod nubat: & matrimonium nõ est de necessariis, de quibus in d. c. cum haberet. Et quod hoc sit verum, probò sic: quando assignatur pro dote filiæ legitima & naturali, illud transit ad hæredes: sed dos data filiæ naturali tantum ea defuncta restituitur, & non transit ad hæredes. Ita consuluit Panor. in consilio 50. & plenius consilio 115. in 2. volum. Ecce ergo quod id quod datur semper retinet effectum alimentorum, & non dotis. Istum articulum tangit Alex. in l. 1. col. 6. ff. sol. ma. & plenè ibidem Aret. col. 5. qui dicit quod in practica obseruatur quod spuria sit dotanda, duplici ratione, vt ibi per eum. Ego bene fateor quod potest ei dos assignari, sed non quod pater teneatur, qui est incertus, & non habet spuriam in potestate: & dos non dicitur necessaria sicut dicuntur alimenta. Condescendo nunc ad solutionem quæstionis consuetudinariæ: an subditi teneantur ad collectam, quando naturales vel spuria traduntur nuptui? Reperi quod Chassaneus in tit. *des iustices. rub. 1. in verb. mariage d'une fille. versic. sed iuxta. fol. 31. allegat quosdam tenentes quod sic: & eos simpliciter sequitur. Ego autem teneo oppositum. Et primò, quia consuetudo dicit de filiabus maritandis: sed appellatione filiarum non veniunt bastardæ, nec spuria, etiam in fauorabilibus. Bal. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & subst. & in l. acutissimi. eo. tit. Imò de proprietate sermonis non veniunt etiam bastardæ legitimatæ. Bal. in l. ea quam. col. 16. C. de fideicom. plenè Alex. consil. 2. in 1. vol. Item spurii non sunt in consideratione apud ius ciuile. authen. ex complexu, & in corpore vnde sumitur. C. de incest. nup. Item consuetudo est stricti iuris, vt dicunt doct. maxime Iaf. in l. de quibus. ff. de legi. & ideo est capienda dispositio consuetudinis in stricta interpretatione, de qua bastardi non veniunt appellatione filiarum. Item verba consuetudinis loquentia de filiabus, debent capi in potentiore significato: & sic intelligi de filiabus natis ex legitimo matrimonio. l. 1. ff. si ager veftig. vel emphi. pet. ubi appellatione domini intelligimus de directo, tanquam potentiore. Accedat quod talis consuetudo est contra ius commune, de quo subditi non tenentur ad collectas pro filiabus maritandis, ergo debet fieri interpretatio, vt consuetudo minus lædat ius commune quam fieri possit: iuxta c. cum dilectus. de consue. Et sic intelligatur loqui de filiabus legitimis & naturalibus. Ex suprascriptis arbitror concludendum subditos non cogendos ad collectam, nisi pro filiabus legitimis & naturalibus. me tamen refero communi obseruantia, quæ est legis & consuetudinis obscuræ optima interpretatio. ff. de legi. Idem Chassaneus in loco præallegato, in verb. cre 15 do tamen. fo. 32. mouet quæstionem. Quid iuris quando frater dotat sorores, an debeantur collectæ à subditis? pro resolutione, quia verba consuetudinis Burgundiæ in aliquo discrepant à consuetudine Aluerniæ, dico quod secundum nostram consuetudinem ista facultas collectandi tantum competit patri tempore ma-***

Do. Aymo. gloss. in consue. Aluer.

trimonii filiarum, & non fratri: quia consuetudo tanquam damnosa & onerosa subditis, est strictè capiēda, & quantum sonat: vt per D. Iaf. in l. de quibus. ff. de legi. Et ista conclusio colligitur, quòd est de mente consuetudinis, ex consuetudine quarta, hoc tit. vbi si pater tradidit filiam nuptui, non petita collecta, excluditur. Item ex consuetudine vltima hoc titulo, quæ dicit quòd collecta non petita non trāsīt in areragia. Nec obstat si dicatur frater poterit petere talem collectā tanquam hæres patris, cum actiones tam actiue quàm passiuæ transeant ad hæredes. l. pro hæreditariis. C. de hære. actio. quia respōdetur quòd vt dicatur collecta debita patri, oportet quòd concurrant qualitates infra scriptæ, quòd sit pater, & quòd petierit collectam tempore matrimonii filiar: cum ista igitur cessent, non potest transmitti ius quod non habet. l. nemo. ff. de regu. iur. Bene fateor quòd si tempore matrimonii pater petiisset, exactio tanquam debita patri ad filium trāsferret, in vtilitatem tamen filiar nuptæ. Moueo aliam quæstionem in proposito, quam mouet Chassaneus, in d. rub. 1. des iustices. in verb. per hic. fol. 32. & non plene decidit: vtum pater possit maritando filiam ante legitimam ætatem, collectam exigere? videtur concludendum quòd non: quia collecta exigitur in supplementum dotis: sed vbi non est matrimonium, non potest esse dos. Item verba tex. consuetudinis dicunt, quand marie ses filles. sed non potest dici nupta, quæ ob ætatem imperfectam non potuit matrimonium contrahere. & verba debent intelligi cum effectu. l. tertia. vbi latè D. Iaf. §. hæc verba. ff. q. quis. iur. Item legatum factum filiar pro dote dicitur conditionale, si filia nupserit: & ante peti non potest. Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. col. 3. versi. concluditur ergo. ff. de condi. & demonst. Idem est in obligatione consuetudinis, quæ loquitur de filiabus nubentibus.

ARTICLE III.

Et sont lesdictz deux derniers cas reiterables, les autres non.

1 Duo ultimi tantum casus sunt reiterabiles. Et sic etiam si à duobus principibus quis decoraretur militia aurea, tantum semel consequeretur à subditis collectam. Item & si bis visitaret terram sanctam, & in istis duobus casibus habet locū l. bonæ. §. hoc sermone. ff. de verb. signifi. Si autem sæpius captiuaretur, aut plures filias maritaret, isti casus sunt reiterabiles, quando necessitas suggerit: quia aliàs non esset satisfactū intentioni & effectui priuilegii: per ea quæ notat Fel. in c. innouamus. col. fi. de treug. & pa. vbi tractat materiam plene d. §. hoc sermone.

ARTICLE IIII.

Toutefois si lesdictes filles sont mariées en la maison du pere sans aucune dot particuliere constituée, ledict seigneur ne peut pour raison dudit mariage tailler ses subiectz.

SVM. IN GLO. ART. IIII.

2 Ratio consuetudinis. 3 Vtrum l. qui liberos. ff. de ritu nup. locum habeat in iam nupta sine dote. 1 Si pater tradiderit filiam nuptui nulla dote constituta, eo casu subditos pro causa dicte dotis collectare non poterit. 2 Ratio est, quia dos datur vt inueniat maritum: si ergo iam inuenit, cessat causa dotis constituendæ: ergo cessare debet effectus. arg. c. cum cessante. de appel. vbi habetur quòd cessante causa cessat effectus. tamen in contrarium videtur dicendum, quia dos constituitur non tantum vt filia inueniat maritum, sed etiam vt deseruiat oneribus matrimonii. l. vbi adhuc. C. de iure dot. Et sic quando concurrunt duæ causæ, etiam quòd vna cesset si altera miiuet, militat & dispositio l. si non lex Aelia sentia. ff. de hære. insti. §. affinitatis. instit. de nup. Pro solutione est disputanda quæstio, vtum l. qui liberos. ff. de ritu nup. quæ vult, quòd officium paternum sit dotare filias, habeat locum in filia iam nupta, & tamen sine dote, vt pater teneatur illam dotare? D. Iaf. in l. diuortio. in princi. col. 6. versi. confirmo, & c. ff. sol. mat. tenet quòd non: & secundum istam opinionem bene quadrat consuetudo. Sed idem Iaf. in auth. res quæ. col. 5. C. cõmunia. deleg. decidit contrarium, & vt puto, melius: & secundum istam opinionem cum pater cogatur dotare, adhuc subsistit ratio, vt possit subditos collectare. Et arbitror scriptores consuetudinis inclinasse in primam opinionem: ideo statuerunt non esse locum collectioni: & à verbis consuetudinis non est recedendum. l. non aliter. ff. de lega. 3.

ARTICLE V.

Et est ladicte taille deue pour chascun desdictz subiectz reseans, le fort portāt le foible, à la raison de trente solz pour feu, & au dessoubz: qui doiuent estre eglez par lesdictz subiectz quand ilz en sont requis: ou en leurs refus par les officiers dudit seigneur iusticier, appelle pour ce faire nombre conuenable d'iceulx subiectz.

SVM. IN GLO. ART. V.

2 Hanc impositionem hic magis esse personalem quàm realem. & nu. 3. An verò forensis ratione bonorum tantum, & iure & consuetudine rectè imponi collectis possit. & nu. sequentib. 1 Taille in casibus premisis imponitur pro quolibet firmante ad rationem de solidis triginta, diuite pauperem supportante: & fiet equalatio per subditos repositos: & ipsis recusantibus, per officialem domini, uocato cum eo sufficienti numero subditorum.

Aduertendum

Aduertendum est quòd ista taille non respicit seruitutem bonorum, sed respicit magis iurisdictionem & seruitutem personarum: quia imponitur fumantibus: ideo videtur dicendum, quòd non tenentes focum in loco & iurisdictione alicuius domini non possunt collectari etiam si ibi possideant bona: sicut in simili dicimus de iure, quòd forenses non possunt collectari: quia collecta imponitur personis pro rebus, nisi consuetudo sit in contrarium, secundum Alex. in apostil. ad Bar. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de mu. & honor. Et talis consuetudo valet vt forensibus possit imponi collecta pro oneribus etiam merè personalibus, secundum Dec. consil. 32. col. 2. in 3. vol. Et in casu consuetudinis de qua hic, vtum forenses pro quatuor casibus possint collectari, si habeant bona & non domiciliū, & sic focum, in loco domini? Inspectis verbis consuetudinis videtur quòd non. Et istud videtur clarum inspectis verbis primi articuli huius ti. 25. vbi dicit, tailler ses hommes subiectz, sed isti forenses non sunt homines, nec subiecti: & istud onus est personale, quia imponitur hominibus subiectis: esset tamen recurrendum ad id quòd hætenus fuit obseruatum: quia talis communis obseruantia est optima interpres consuetudinis. l. interpretatione. ff. de leg. Et consuetudo tribuit ius collectandi, vt prædixi secundum Alex. & Dec. in locis præallegatis. Post scripta reperi Chassa. formantē quæstionem in rub. des iustices. §. 4. in verb. & sur les hommes. fol. 34. ibi videtur cõcludere quòd ratione bonorum homines non iurisdictionarii tallari non possunt.

In tex. in verb. appelle pour ce faire nombre conuenable.

Quia consuetudo non determinat numerum, id dicitur relictum iudicis arbitrio. l. i. ff. de iur. del. De iure tamen videtur quod omnes fumantes essent euocandi: quia talis impositio respicit fumantes, vt singulos, & non vt vniuersos: & sic non habet locum l. quòd maior. ff. ad municip. sed regula iuris, quòd omnes tangit, ab omnibus debet approbari: sed postquam consuetudo hoc remittit iudicis arbitrio, dicitur iudex facere sufficientem euocationem, euocando tres vel quatuor ex idoneoribus de quolibet statu, scilicet de ditioribus, mediocribus, & pauperibus. me tamen remitto communi obseruantia, à qua non est recedendum. l. i. nime. ff. de legib.

ARTICLE VI.

Ne peuvent estre taillez à cause de ladicte taille, pupilles, poures femmes veufues, & miserables personnes mendians leur vie: & ne font nombre de tailleables.

SVM. IN GLO. ART. VI.

2 Quis pauper hic rectè dici possit. & nu. 3. 4 Quæ etiam dicatur proprie vidua. In dictis quatuor casibus pupilli, pauperes, fæminæ, viduæ, & miserables, nec personæ eorum uictum mendicantes, possunt tallari.

Consuetudo eximit tres status à solutione collectarum, pupillos, pauperes, viduas miserabiles & mendicantes eorum vitam. Non procedit sine scrupulo hæc cõsuetudo, si velit eximere pupillos, item pauperes, ite viduas miserabiles, mendicantes eorum vitam. Nam consuetudo indigeret appunuatione. Et si eam ita intellexerimus frustra cõsuetudo post pauperes posuit miserabiles: item si intellexerimus quòd loquatur de pupillis pauperibus, & viduis miserabilibus, nullum erit datum priuilegium pupillis & viduis, quid tenendum? Pro declaratione volui videre originale consuetudinum: & reperi quòd post verbum, pupillos, est pũctus, qui significat omnes pupillos esse exemptos. Et vt accipi à docto & experto aduocato, ita obseruatur in pupillis. Et quando subiicit de viduis, est adiecta qualitas, pauperibus: quia diuites viduæ non excusantur.

In tex. in verb. poures.

Quis dicatur pauper: item & quis miserabilis, dic istud consistere in iudicis arbitrio, secundum Bar. in l. 3 vnica. C. quando imper. inter pupill. quem sequitur Fel. in c. significantibus. col. 2. de off. delega. Et ibidem 4 versi. & tu notabis. tradit sex priuilegia paupertati concessa.

In tex. in verb. femmes uefues.

Quæ dicatur vidua strictè & largè. Item quòd vidua inhonestè viuens non gaudeat priuilegiis viduis cõcessis: licet scholaris non studens non gaudet priuilegiis scholarium: vide Fel. in d. c. significantibus. col. 2. in fi.

ARTICLE VII.

Le seigneur hault iusticier qui d'ailleurs & par droit constitué pretend auoir ladicte taille esdictz quatre cas, ne peut leuer qu'une seule taille: mais c'est à son choix de prendre à la raison de trête solz pour feu, qui sont deuz pour raison de la haulte iustice, ou ce que luy est constitué.

SVM. IN GLO. ART. VII.

Variè consuetudo explicatur, addita prius ratione.

Dominus iusticiarius cui in dictis quatuor casibus ius tallandi cõpetit ex alio capite, quod consuetudinis, potest unā tantum tallari consequi: sed habet electionem exigendi solidos 30. pro foco, ad mentem consuetudinis, aut tallari aliter constitutam.

Ratio consuetudinis est, quia non debet quis duplici onere prægaurari, imo qui in vno grauatur, in aliis debet alleuari. l. eum qui. ff. de iure iur. Et qui habet duas vias, alteram eligere debet. l. quòd in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. In tex. in verb. qui d'ailleurs & par droit constitué.

Intellige per pactum: quia, vt superius declarauimus, ius tallandi non competit de iure cõmuni habenti merum & mixtum imperium.

Bb

In text. in verb. *esdictz quatre cas.*

4 Consuetudo vult dicere quod si haberet talis dominus ius talleandi in aliis casibus quam in istis quatuor, tale ius non auferret ius talleandi, datum & concessum a consuetudine: quia essent casus separati. Et ex separatis non fit illatio. l. Papinianus exule. ff. de mino. Alios casus vidi in Pedemontio in comitatibus Valpergiae, & sancti Martini: videlicet quando dominus patitur magnum incendium, & quando facit notabilem & egregiam acquisitionem.

ARTICLE VIII.

Mais celuy qui pretend auoir ladicte taille esdictz quatre cas par droit constitué, comme par reconnoissance, ou terrier, sans estre seigneur hault iusticier, il peult demander ce que luy est constitué.

SVM. IN GLO. ART. VIII.

Additur explicatio.

- 1 Qui habet ex pacto vel recognitione ius talleandi in dictis quatuor casibus, ratione iuris constituti, & non iusticia, potest quod in pacto deductum est consequi.
- 2 Consuetudo vult dicere quod isto casu tallea non est limitata secundum consuetudinem ad solidos triginta pro focis: sed attenditur conuentio. Ratio est quia consuetudo voluit limitare talleas indiscretas, ne effrenata cupiditas dominorum noceret subditis, & non pactio natas, argumento eorum quae dicuntur in l. 2. C. de iur. emph. vbi emphiteota tenetur soluere laudes secundum pacta & conuenta. Et si nihil conuenierit, debetur pars pretii quinquagesima. l. fi. C. eo. titulo.

ARTICLE IX.

La douairiere ou celuy qui est usufructuaire d'une seigneurie ou il y a haulte iustice, ont droit & faculté de mettre ou imposer ladicte taille, & iouir des droitz & reuenuz d'icelle durant le temps de l'usufruit & douaire: tellemet qu'ilz font venir les cas en leurs personnes, & non le propriétaire.

SVM. IN GLO. ART. IX.

- 2 Examinat in quibus ex quatuor casibus possit uerificari consuetudo. & nu. 3. & 4.
- 5 Multa circa usumfructuarium & pensiones, remissiuè quærit.
- 1 Vidua aut usufructuarius si sunt domini iustitiarum, & habent ius collectandi in dictis quatuor casibus, durante viduitate & usufructu habetur consideratio suarum personarum, & non proprietarii.
- 2 In quantum consuetudo loquitur de vidua, loquitur tam de proprietaria & usufructuaria simul, quam usufructuaria tantum: & in casibus qui possunt applicari & conuenire mulieri. Primus enim casus in vidua domina iustitiarum aut usufructuaria non potest applicari: quia militia conuenit hominibus, & non feminis. l. foeminae. ff. de reg. iur. & ibi amplè per Decium. Et licet viuae fuerint mulieres antiquitus accinctae militia: vt patet in Amazonibus, tamen ad ea quae raro accidunt, leges & iura non adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legi.
- 3 Secundus casus etiam de visitatione terrae sanctae, non conuenit mulieribus: quibus, vt testatur Patritius Senienfis, in libr. de regis & regni institutione peregrinatio est periculosa, & muliebri honestati non congruens, maxime ad loca adeò remota. & etiam militat ratio de qua supra, quod ad ea quae raro accidunt iura non adaptantur. Item si scriptores aut introductores consuetudinis fuissent interrogati, verisimiliter respondissent quod non intelligebant talem consuetudinem accommodari mulieribus: ideo hoc habetur pro expresso argumento, glo. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Tertius casus si capiatur ab inimicis, hic casus potest accommodari mulieribus, dum volunt se defendere & custodire eorum castra ab inimicis: & isto casu militat consuetudo. Quartus casus in earum personis non potest locum habere, quia consuetudo dat ius collectandi in primis nuptiis: posset tamen habere locum in filiabus suis nubentibus, quando ipsa vidua haberet proprietatem cum usufructu, aut usumfructum tantum.

In text. in verbo, *usufructuaire.*

5 Habes quod ius collectandi quando vnus ex quatuor casibus potest accommodari usufructuario, ei cõpetit. Circa hanc materiam usufructuarius plures quaestiones incidere possunt. Prima est, an faciant fructus suos ante praestitam cautionem? de qua quaestione vide quae dixi in titulo 22. des fiefz. artic. 28. numero 18. Item vtrum usufructuarius omnium bonorum teneatur soluere onera hereditaria. Item vtrum teneatur satisficere cum fideiussoribus: & si eos non inueniat, vtrum sufficiat iuratoria cautio. Item vtrum cautio per testatorem remitti possit. Item vtrum usufructuarius teneatur stare colono per proprietarium constituto. Item vtrum teneatur ad collectas tam praesentes quam praeteritas. Item an ad decimas vide plenè Chassa. in tit. des droitz & appartenances. rubrica 4. in verbo, *femme mariée.* fol. 154. Et ibi tradit an decimae tantum debeantur de eo quod superest deducta impensa: & quid iuris quando solutus collectis usufructuario nihil superesset. Item ibidem versu. ad iudicium dubitatum fuit. tradit an pensionarii certae summae teneantur pro eorum rata subire onera decimarum papalium, donorum principum, & charitatiuorum subsidiorum: & finaliter concludit quod sic: quia valor beneficii consideratur deducta impensa & onere pensionis. allegat Decium qui idem concludit consil. 156. in 1. volum. Et ista ratione in curia Romana, quando aliquis consentit

consentit quod assignetur pensio sub eius beneficio libera ab omni onere, expressè in bulla dicitur quod pensio sit exempta ab omni onere ordinario vel extraordinario, etiam si onus tale concerneret expeditionem belli contra Turcas. Nam quisque potest in se suscipere periculum omnium casuum fortuitorum. Ita dominus Ias. post Alber. de Rosa. quem refert & sequitur in l. 1. col. 4. versu. limita tamen quatuor modis. C. de iur. emphiteotico. addo vltra eum Alexand. consil. 3. in primo volumine. & ibi quid si reseruauit certos casus, quid erit de aliis non expressè reseruatis? Et circa materiam pensionum, de quibus praedixi, plura tradit Felynus in c. ad audientiam. el. 2. columna 2. versiculo, de impositione pensionum. de rescrip. Et vltra Felyn. nota infra scripta: quod laico potest pensio assignari, & quod nihil habet spiritualitatis. Ita Panormitanus in dicto cap. ad audientiam. in principio. & glosa ibidem dicit quod pensio potest cedi & in alium transferri potest, etiam pensio debita patrono ecclesiae vendi. Panormitanus in c. praeterea. el. 2. de iure patro. Addo vnum singulare, quod non explicant doctores in locis praedictis: quod pensio sola voluntate remitti & cassari potest sine licentia papae. Pro ista conclusione faciunt fundamenta suprascripta: & ita in specie concludit dominus Gomes Hispanus modernus auditor Rota, super regula cancellariae, de infirmis resignantibus. quaestione 16. columna 2. versu. hinc est. vbi etiam concludit quod regula de viginti diebus non habet locum in translatione pensionis.

ARTICLE X.

Et quant es cas qui ne peuent tomber en la personne de la douairiere ou usufructuaire, qui aduient constant & durant l'usufruit ou douaire, le propriétaire ne les peult tailler, ne ausi l'usufruituaire ou douairiere: ains demeurét lesdictz cas au proufit des subiectz en haulte iustice.

SVM. IN GLO. ART. X.

- 2 Expositio breuis.
- Quando occurrit casus qui non potest respicere proprietarium vel usufructuarium, nec viduam, tunc cessat ius talleandi: & cedit utilitati subditorum.
- Ratio est, quia est casus omissus, qui remanet in dispositione iuris communis: quod vult ius talleandi non competere domino iustitiarum. l. si extraneus. ff. de condit. ob cau. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. Nam consuetudo negat ius talleandi competere proprietario, concedit & bene usufructuario vel viduae, in casibus qui possunt eorum cuiuslibet adaptari. Et in quantum loquitur de vidua, intellige quando est proprietaria & usufructuaria simul, aut usufructuaria tantum.

ARTICLE XI.

S'il y a deux ou plusieurs seigneurs iusticiers en haulte iustice, & à l'un d'eulx aduient les quatre cas ou l'un d'iceulx, il peult prédre le proufit & emolument desdictz cas pour la part & portion qu'il est seigneur tant seulement.

SVM. IN GLO. ART. XI.

Exemplo explicatur consuetudo.

Quando sunt plures consortes eiusdem iurisdictionis, & vnus ex quatuor quasibus uni consorti aduenit, is habet ius collectandi pro rata iurisdictionis. Exemplum, si sint tres consortes, poterit vnus imponere talleam ad rationem solidorum decem pro libra tantum. Ratio est, quia licet iurisdictionis sit indivisibilis, tamen fructus, exercitium, & emolumenta iurisdictionis capiunt commodam diuisionem, maxime quando consistunt in pecunia, vt hic. de hoc habes decisionem Bal. in l. seruus communis. per illum tex. ff. de stip. ser. & Bar. in l. inter tutorem. in fi. ff. de admi. tut. Panor. & Innoc. in c. prudentiam. de off. deleg. D. Iac. de sancto Georg. in tit. de roidis. col. fi. versu. quæro etiam, sunt tres domini.

ARTICLE XII.

Toutes fois & quantes que plusieurs desdictz quatre cas aduient en vne mesme année, ledict seigneur hault iusticier ne pourra leuer sur ses subiectz en haulte iustice ladicte année, que pour vn desdictz cas: & l'emolument des autres se payera es années prochaines subsequentes, année pour année.

SVM. IN GLO. ART. XII.

Aequitas consuetudinis aperitur.

Quotiens in uno domino plures casus talleationis eodem anno occurrunt, cõceditur domino praedicto anno vnam tantum talleam imponere, & ceteras sigillatim annis ordinatè sequentibus. Consuetudo non patitur multiplicationem tallearum eodem anno, ne subditi nimis opprimantur, nec aliquid detrahatur dominis, qui singulo anno possunt talleam imponere vsque ad complementum casuum qui obuenerunt. Nota quod sicut consuetudo detestatur multiplicationem onerum, ita lex multiplicationem pœnarum. Ias. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. columna 3. versiculo, similiter

Do. Aymo. gloss. in consue. Aluer.

nō valet præceptum multiplicatiuum pœnæ: similiter lex abhorret multiplicationem pœnarum pro eodem delicto. l. senatus censuit. ff. de accus. l. in l. 1. §. is videtur. ff. si quis ius dicen. non obtemp. col. 1. dicit quod vna contumacia duplici pœna non potest mulctari.

ARTICLE XIII.

L'acheteur de seigneurie ayant droit de haulte iustice soubz faculté de rachapt peult pendant iceluy téps tailler ses subiectz en haulte iustice de ladicte seigneurie quant es cas aduenuz en la personne, pendant ledict temps de remere, & non ledict vendeur.

SVM. IN GLO. ART. XIII.

- 2 Ratio tantum.
- 1 In emptorem iurisdictionis alie habentis ius talleandi, etiam quod ueditor habeat ius redimendi, transit dictum ius durante emptione, eueniente casu in persona emptoris.
- 2 Ratio est in promptu, quia omne ius in talem emptorem transfertur dicto pacto, non obstante l. 2. C. de pact. inter emptorem & venditorem. Et apud venditorem tantum remanet sola facultas redimendi, quæ multis modis potest euanescere, per remissionem, pactum, aut per præscriptionem, quæ causatur spatio triginta annorum: vt in præcedentibus dixi de iure communi, & etiam de consuetudine Aluerniæ, quæ omnes præscriptiones anno trigesimo concludit.

ARTICLE XIII.

Le mary pendant le mariage comme seigneur des biens dotaux de sa femme, doit iouyr de ladicte taille es quatre cas sur les hommes & subiectz de ladicte femme en haulte iustice, les cas aduenans en la personne dudict mary & chascun d'iceulx.

SVM. IN GLO. ART. XIII.

- 2 An filia iustitioria carens patre seipsam uiro tradendo & dotando possit subditis munus imponere, pulchre in utramque partem disputat. §. nu. 3.
- 4 Maritus ne ducens dominam iustitioriam, in collocanda filia primi lecti re. t. onus subditis uxoris imponat. §. numero 5.
- 6 In lucro consequendo ex sententia condemnatoria non tempus de lecti commissi, sed sententia spectandum esse, multis & acutis rationibus euincit, contra Imole opinionem. §. nu. 7.
- 8 Quam tamen eo casu habere locum ostendit quo ipso iure pœna committatur. §. nu. sequentib.
- 1 Constante matrimonio & adueniente aliquo de quatuor casibus in persona mariti uel uxoris, maritus in iurisdictione alta uxoris tanquam dominus dotis habet ius talleandi subditos sue uxoris.
- 2 Cadit hic notabilis quæstio: Consuetudo vult quod pro maritandis filiabus possint subditi collectari. pone quod reperitur vna filia nubilis & domina habens altam iustitiam, capit virum: vtum possit subditos collectare? primo videtur dici posse quod sic: quia si potest imponere talleam pro filiabus, ergo & multo magis pro ipsa quæ est domina: per regulam, qui potest quod plus est, potest quod est minus. Et in quibus terminis procedat dicta regula, vide amplè Decium in regula, non debet cui quod plus est. ff. de regul. iuris. Ad istud argumentum potest responderi, quod ex quo consuetudo loquitur de filiabus, quod non potest extendi etiam ex identitate vel maiori ratione: quia tendit ad correctionem iuris communis, de quo non debentur talleæ, & eo casu non est licita extensio. Bartolus & doctores in l. si constante. ff. solu. matrimo.
- 3 Et secundo potest argui sic: certum est quod pater modernæ iustitiorie si eam in vita matrimonio collocasset, potuisset subditos collectare pro dote ipsius filie: si ergo filia fuit hæres patris, videtur in eo iure quod pater habebat talleandi pro dote ipsius filie eam maritandæ successisse: quia hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis. l. hæreditas. ff. de verborum signific. ad istud argumentum responderi potest, quod illud ius est quædam facultas, qua pater vti potest, si velit adueniente casu matrimonii filiarum: & quia casus ipse in vita patris non aduenit, quia filia matrimonium non contraxit, ideo talis facultas nunquam in actu competit, sed tantum in habitu, ideo transmitti non potuit. Item quia consuetudo dicit pro filiabus maritandis, præsupponit patrem viuentem aut matrem, quæ esset domina iurisdictionis secundum verba consuetudinis, quæ dicunt: *Et quand il marie ses filles*. Ecce quod ius istud datur dotanti filiam. Et quod in casu proposito filia non possit talleam imponere matrimonium contrahendo, facit regula correlatiuorum, in qua habetur quod dispositum in vno habet locum in altero correlatiu. l. 1. C. de cupres. libro 10. sed sic est quod maritus habens altam iustitiam si ducat uxorem, non potest subditos collectare: idem videtur dicendum in filia capiente maritum. Sed re vera istud argumentum nihil facit: quia regula non debet cui, & c. ff. de reg. iur. Sed hic est diuersa: quia maritus uxorem ducendo consequitur dotem: & mulier cõtrario dat dotem, & sic non est par ratio. Habeo istum articulum pro difficili, & recurrendum est ad communem obseruantiam, quæ est optima interpretis consuetudinis, sed in stricto iure arbitror quod non sit in hoc casu locus collectioni. Nam consuetudo dat talem facultatem dotantibus filias, ne parentes nimium grauentur, quorum officium est dotare filias: imo iudicis officio possunt cogi. l. qui liberos. ff. de ritu

de ritu nupt. Sed talis alleuatio grauaminis & oneris non est considerabilis in filia aut filiabus, quæ habent patrimonium parentum: item quia in hoc casu cõsuetudo quæ est stricti iuris, non loquitur, nec nos loqui debemus. l. de pretio. ff. de public. l. præcipimus. C. de appe. Post scripta reperi Chassaneum qui formauit quæstionem in rubrica *des iustices*. in verbo, *d'une fille*. vers. item quæro. fo. 33. vbi concordat cum opinione mea. Quæro nunc de alia quæstione, quam Chassaneus in rubrica prima *des iustices*. in verbo, *mariage d'une fille*. in vers. vltimo in hac materia. folio 33. ponit: quidam accipit in uxorem vnam dominam iustitioriam & priuilegiatam in quatuor casibus, habet filiam ex primo lecto, quam vult tradere nuptui, & collectare subditos vxoris: vtum possit inuitis subditis? Chassaneus dicit credere quod non: quia isti collectandi non sunt proprie subditi, sed improprie: tamen dicit cogitandum. ego attingendo tantum materiam consuetudinis Aluerniæ, dico: prima fronte, videtur quod sit concedenda collecta, quia est de fructibus altæ iurisdictionis, qui pertinent ad maritum pro oneribus matrimonii. l. pro oneribus. C. de iure dotium. Bartolus in l. finali. ff. solu. matrimo. sicut in simili de pœnis & mulctis tradit dominus Iacobus de sancto Georgio, in tractatu feudorum, in verbo, de castro Rubei motis. columna 2. versiculo, quæro etiam mulier dedit viro. & tradunt doctores in l. diuortio. ff. solu. matrimo. Et iste casus videtur euenire in personam mariti qui maritat filiam, vt tenetur, ergo habet locum consuetudo. contrariam videtur mihi verus: quia consuetudo cum sit strictè interpretanda, debet intelligi de casibus qui eueniunt in personam mariti post matrimonium contractum: sed tempore contractus iam erat filia in humanis, quam pater tenebatur dotare de suo. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Et sic illud onus dotandi non superuenit in personam mariti: per contractum secundi matrimonii. Item fructus dotis conceduntur marito pro oneribus matrimonii: & ideo sunt attendenda onera matrimonii pro quo fuit dos constituta, & non alterius matrimonii iam soluti, de quo contrahentes matrimonium non cogitauerunt tempore dotis constitutæ. Bene fateor quod si maritus fuerit captus ab hostibus, vel factus miles post contractum matrimonium, posset esse locus collectioni: vt dixi supra, articulo 1. secus si antè. Quoniam dixi quod maritus tantum potest talleam imponere pro casibus occurrentibus tempore secundi matrimonii, & sic videtur quod emolumenta fiscalia quæ obuenerunt tempore primi mariti non videntur pertinere secundo: ista quæstio dependet ab illa, quam format Alexander post Imo. in l. diuortio. §. si fundum. columna penultima. versiculo, postremò quæsiuit hic Imo. ff. solu. matrimo. Vnus emit redditus iurisdictionis fiscalis pro anno millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, & alius pro sequenti millesimo quingentesimo quadragesimo quinto. In primo anno commissum est maleficium per Titium, in secundo anno fit punitio, quæritur ad quem spectabit exactio pœnæ, ad quam Titius fuit condemnatus? Alexander dicit quod communis conclusio est, quod ad emptorem primi anni. Et licet arguat ad pares, & dicat opinionem sustentabilem quod ad primum non pertineant, tamen finaliter concludit pro primo. eum sequitur dominus Ias. in l. more. columna 5. versiculo, vltimo in quantum. ff. de iurisdic. omnium iudicum. Item Chassaneus in titulo *des iustices*. in verbo, *l'amende*. columna 2. versiculo, iuxta hanc materiam. folio 75. sequitur Alexan. & dicit ita bis fuisse iudicatum. Gulielmus Benedicti, in repetitione cap. Raynutius. in verbo, cætera bona. folio 279. refert formaliter verba Alexand. quem sequitur, & nihil addit. Contrariam opinionem tenet Baldus in l. si. columna 2. C. de fruct. & liti. expens. Et Guido papæ decisione 535. incipiente, baro quidam. & ibi loquitur in fortioribus terminis, quando primus emptor seu areudator fecerat tempore suo processum formari: sed tempore secundi fuit lata sententia: dicit condemnationem deberi secundo, & quod ita obseruatur in pluribus curiis, quas recitat. Ego animaduertens difficultatem articuli quotidiani, volui plenius scrutari veritatem, & videre in fonte iura principaliora, super quibus opiniones contrariæ sunt fundatæ. Et omnibus quantum in me fuit maturè consideratis, opinor opinionem vltimam veriore, & melioribus iuribus fundatam: imo certè dicam indubitatam. Et primo facio regulam, quod in delictis nulla pœna debetur fisco, nisi post sententiam. textus est in l. si qua pœna. ff. de verborum signific. vbi textus dicit statim pœna debetur, cum reus conuictus est. Et dum loquitur de conuictio, debet intelligi de condemnato, qui amplius appellare non potest: & ita seipsum declarat textus, dum dicit à pœna conuictum appellare non posse. Et ita oportet intelligere illum textum, vt concordat cum textu in lex iudiciorum. ff. de accusatio. qui vult quod pœna delicti deberi incipiat post latam sententiam. Nec sufficeret quod super crimine esset lis contestata: vt ibi expressè textus dicit. Idem voluit Bartolus in laufertur. §. fiscus. in fin. ff. de iure fisci. vbi concludit quod pœna non est debita iure obligationis ante sententiam: & ideo ante eam fiscus non habet bona delinquentis hypothecata. Idem repetit Bartolus in l. post contractum. columna 4. versiculo, circa prædicta. ff. de donatio. Et ibi vtitur formaliter his verbis: Veritas est quod ante sententiam nullum ius habet fiscus. allegat dictam legem, ex iudiciorum. quæ hoc bene probat. Idem voluit expressè dominus Ias. in l. rescriptum. in fin. ff. de pact. quod bona non sunt hypothecata ante sententiam, & quando pœna sit exigibilis in foro conscientie, vide plenè Felynum in cap. 1. columna 6. versiculo, tertius casus. de constitutio. Si igitur omnia iura clamant in delictis & pœnis esse attendendam sententiam, & quod tunc tantum deberi incipiant: ergo concludendum est quod fisco, seu causam habenti ab eo nullum ius competit, prætextu maleficij: de quo suo tempore sententia lata non extitit. Et quando pœna incipit deberi, emolumenta & redditus incipiunt competere, & non antè. Nec possunt competere tempore secundi anni: quia primus emptor exclusus est tempore, & non habet amplius illam qualitatem emptoris, vel areudatarii, respectu secundi anni: quia limitata causa, & sic limitatum tempus, limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquirend. rerum domi. Et pro ista parte facit optima ratio: nam in emptione aut conductione seu areudamento omnium reddituum, fructuum prouentuum, & emolumentorum iurium fiscalium certi anni, intelliguntur tantum venire illi qui cum effectu capi possunt: quoniam verba debent intelligi cum effectu. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Et ideo si statutum det præmiu ei qui inuenerit furẽ, intelligitur, & acceperit. l. si. bartolore. C. de fideiuss. & ita in simili, si vè do aut loco oia emolumenta fiscalia certi anni, intelligitur de emolumentis

tis quæ in effectu capi poterunt durante anno: quod hic fieri non potest: quia dicto anno durante bene obuenit quædam spes capiendæ condemnationis maleficii, sed pœna nunquam debita fuit, nec capi potuit cum effectu. Non obstat si dicatur, licet non potuerit capi pœna cum effectu tempore primi anni maleficii perpetrati, ex eo non videtur extinctum ius certo modo quæsitum: & sic poterit capi cum effectu in secundo anno: quia respondetur, quod non potest agi de iure conseruando, quod nūquam fuit quæsitum, nec tempore condemnationis quæri potest. probō sic: valet argumentū de personis ad tempus. Bar. in l. qui plures. la. ff. de vulg. & pupil. Modo sic, si sententia non sit lata contra delinquentem, pœna non potest deberi per hæredem, quæ nunquam fuit in esse deducta. d. l. ex iudiciorum. ff. de accu. ita in tempore cum non fuerit deducta in esse tempore primi emptoris, non potest incipere deberi tempore secundi: quia extrema non sunt habilia ad recipiendum ius dictæ pœnæ: quia cui non conuenit qualitas emptoris vel conductoris, non conuenit dispositio. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. Vis nunc stat in respondendo duobus text. principalioribus, super quibus se fundant Alex. Ias. & ceteri. Et primò, non obstat duo tex. in l. quæcūque actiones. ff. de actio. & oblig. & in l. si is qui in puteum. §. si postea. ff. quod vi aut clam. Nam ibi loquuntur illi tex. de actionibus civilibus quæ incipiunt competere ob maleficium commissum in re mea. Nam licet rem meā alienem, tamen actio iam competes non deserit me, sed durat: ita in casu nostro, si reus commiserit aliquod delictum publicum, quia accusatio competit cuilibet de populo, illud ius accusandi adhuc durat apud primum emptorem, cum non competat ratione emptionis, sed autoritate legis. Item si reus commiserit delictum priuatum in offensam primi emptoris, adhuc lapsō tempore emptionis, durat accusatio: quia prosequitur suum interesse. Sed aliud est actio vel accusatio, vt continuetur in persona alicuius, cum statim maleficio commissio sit orta. Aliud est pœna quæ incipit deberi fisco tempore latæ sententiæ ad vindictam publicam, & non potest prius competere habenti causam à fisco. Ex his satis liquet quod illi tex. non faciunt ad propositum. Nec obstat ratio Alex. q. pœna sit quasi debita fisco, statim commissio maleficio: quia illud non est verum. Nec gl. quam allegat in l. rescriptum. ff. de pact. hoc dicit: & si diceret, prout non facit, diceret falsum: vt infra probabo. Verum est q. conclusio Alex. quam dicit communem, potest saluari in vno casu: quando bona, statim delicto commissio, sunt ipso iure confiscata: de quibus in l. commissio. ff. de publica. & in c. cum secundum. de hære. in 6. nam in eis statim commissio delicto est ius fisco quæsitum, & prohibita alienatio: vt dicit Bar. in l. post contractum. ff. de dona. Et fructus statim debentur, non expectata declaratoria, quæ solum requiritur, & non sententia condēnatoria, in his criminibus. statim est quæsitum ius fisco, & consequenter primo emptori: & habet locum conclusio Alex. vt infra plenius patebit. Et q. prædicta sint vera, patet ex cōmunibus conclusionibus, quas Fel. facit in c. 1. col. 10. ubi, per illam gl. dicit D. Antonius. de const. & ibi col. 11. vers. limitatur secundo. & ibi refert & sequitur beatum Thomam tenentem, quod in pœnis nunquam est acquisitum ius fisco, nisi post cōdemnationem. Idem dicit Dec. teneri communiter à doctorib. in d. c. 1. col. 8. vers. quinta conclusio. & vers. quicquid sit. de consti. vbi faciunt conclusionem, q. lex non obligat delinquentem in foro conscientie ad pœnam, nisi altero de duobus casibus: videlicet quando pœna est imposita ipso iure: secundo, quando secuta est sententia. Et quia Dec. videtur velle mordere cōmunem ex duobus fundamentis. primò, ex dicto Bar. in l. ex hoc iure. col. fi. ff. de iusti. & iur. dum voluit q. delinquens sit naturaliter obligatus ad pœnam: quia obligatio descendit ex delicto respectu pœnæ: vt notat Bar. in d. l. ex hoc iure. ergo in foro conscientie obligare videtur. quoniam lex iusta non nutriendum peccatum obligat in foro conscientie, vt bene declarat Dec. in d. c. 1. col. 7. vers. secunda est. de const. Item quod delinquens obligatur naturaliter, videtur tex. in l. 1. in fi. ff. de furt. qui dicit, quod iure naturali prohibitū est furtum. nam veritas est, q. ex delicto alteri damno oritur duplex actio: vna civilis parti, & ista efficit vt delinquens statim dicatur parti obligatus de iure naturali, gentium, civili, & diuino. Et intelligendus est Bar. in d. l. ex hoc iure. & text. in l. 1. in fi. de furt. secus est quoad pœnam quæ debetur fisco: quam delinquens non tenetur soluere in conscientia, nisi post sententiam: quoniam ante non est etiam naturaliter obligatus. Ita declarat Alex. in apostilla vltima, super Bar. in d. l. ex hoc iure. Et Ias. ibidem col. fi. dum æquiparat obligationes quæ oriuntur ex maleficiis, & eas quæ ex quali maleficiis, quoad pœnam applicandam fisco: quoniam illæ incipiunt competere tantum post sententiam latam. Et ita voluit Fel. secutus beatum Thomam in d. c. 1. in vers. limitatur secundo. de consti. Videtur etiam Decius facere argumentum contra communem de glo. in cle. pastoralis. in verb. per violentiam. de re iud. quæ vult quod captus & in carcere detentus si fugiat, peccet mortaliter: ergo innuit illa glo. quod delinquens erat obligatus ad pœnam, nam vltra responsiones duas, quas Fel. tradit in d. col. 11. vers. & per hoc deueniri potest ad intellectum. do aliam: aut quis est captus pro delicto, in quo tantum agitur de pœna publica: & tunc cum nullo iure detentus ante sententiam sit obligatus, certe aufugere potest sine peccato, cum iura ignoscant ei qui sanguinem suum qualitercunque redemit. l. 1. ff. de bon. eo. qui sibi mor. conser. Aut ex delicto oritur duplex actio: vna criminalis, fisco, & in ea habent locum quæ prædixi, quia nulla est obligatio & licita est fuga. & alia civilis parti, ad restitutionem vel interesse: & tunc quia cōmillo maleficio statim est orta obligatio, & tenetur delinquens in foro cōscientie: tunc procedit gl. prædicta: quia fugiendo solutionem parti fiendā, fabricat contra deū & conscientia. Ex præmissis non potest dubitari quin pœnæ fiscales debeantur semper ei qui tenet locum fisci tempore sententiæ, & non commissi delicti, nisi eo casu quo bona sunt confiscata ipso iure: quia tunc statim est acquisitum ius fisco, ac si sententia lata esset. Ex præcedenti conclusione correlarie infero ad decisionem quæstionis superius formatae, de duobus maritis: quod si tempore primi fuit delictum commissum, & esset locus confiscationi ipso iure, tunc emolumenta fiscalia pertinent hæredibus primi mariti: sed si essemus in casu in quo requiretetur sententia condemnatoria: vt regulariter contingit, & sententia esset lata tempore secundi mariti, eidem dicta emolumenta, & non primo, pertinerent. Et consequenter si sententia non esset lata tempore primi nec secundi, sed tempore viduitatis, ipsi viduæ proprietarie, rationibus prædictis.

Entre les riuieres de chier & fioule par coustume locale gardée esdictz lieux, la taille es quatre cas est deue au seigneur direct: & pour raison de la directe à la raison du double cens en deniers tant seulement, & non au seigneur hault iusticier: car entre lesdictes deux riuieres ladicte taille est deue pour raison de ladicte directe, & non de la haulte iustice: combien que au demourant dudit pays ladicte taille est deue pour raison de la haulte iustice, comme dict est.

Intra duo flumina hic notata talia in quatuor casibus debetur directo domino, & duplicatur censis: quia debetur ratione directi domini, & non alie iusticie: ut contingit in alijs partibus Aluernie.

Hæc consuetudo localis capit vim ab antiqua obseruantia, & ideo succedit regula l. minime. ff. de legi. & minime sunt immutanda quæ semper certam formam habuerunt.

ARTICLE XVI.

Les seigneurs ayans droit de peage doyuent entretenir les chemins, pontz & voyes publiques, pour raison desquelz ilz lieuent lesdictz peages, & tenir en feureté les passans & repassans.

SVM. IN GLO. ART. XVI.

Ingeniosis rationibus ostendit percipientem portoria non esse cogendum ad viarum publicarum refectionem: & ita hic restringendam esse consuetudinem. per totum.

Domini habentes pedagia tenentur manutenere pontes & vias publicas, transientes etiā illos & securos preseruare.

Consuetudo vult quod domini habentes pedagia in eorum territorio teneantur manutenere pontes & vias publicas. Intellige consuetudinem quod domini tenentur curare quod cōmunitas hoc faciat: quoniam de iure communi refectione viarum publicarum & pontium pertinet reipublicæ & cōmunitati, quo ad expensam: & cura, vt id fiat, superiori. tex. est ad literam in l. si in aliquam. §. ædes. in finalibus verbis. ibi, prout viros rei publicæ permittunt. ff. de offi. proconsul. Et similiter cura quod edificia priuata reficiantur, ne vrbs sit deformis, spectat iudici: sed id fieri debet expensa domini domus. tex. est in l. præses provincie. ff. de offi. præsi. Et ita videtur intelligenda consuetudo, vt minus lædat ius commune quàm fieri possit, iuxta c. cum dilectus. de consue. Et satis dicuntur domini facere quando talia de eorum mandato à subditis fiunt: quoniam ea nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur: vt habetur in epistola, inter. claras. C. de vete. iur. enucle. Nec obstat si dicatur, domini capiunt pedagia, ideo pontes reficere & vias publicas manutenere debent: quia pedagia bene soluuntur pro securitate personæ & rerū transientium, non pro alijs causis. Nam quandoque pedagia sunt pauci redditus, & refectiones pontium & viarum exigunt magnam impensam: & sic essent talia pedagia damnosa. Item quia tales refectiones continent publicam vtilitatem, ab omnibus refici debent: secundum regulam iuris, Qui sentit commodum, debet & incommodum sentire. Item quia domini terrarum habent vtilitatem ex redditu pedagiorum, ad eos spectat tenere securos transeuntes. Et si derobentur, domini tenentur ad damna: vt declarat Alex. post Bal. quem refert in l. ne quid. ff. de incen. ruina, naufra. in apostil. ad Bar. illa ramen decisio non habet locum quando robaria fit de nocte, aut per vim hostium: quia tunc dominus villæ non tenetur. Ita Alex. vbi supra & vide in reperto. Bertachi, in verbo damna. articulo. 60. Nec prædictis obstat consuetudo quæ videtur obligare dominum ad vtrunque: id est, ad refectionem, & ad securitatem: quoniam bene intellecta non videtur recedere à terminis iuris communis, dum dicit, quod tunc domini tenentur reficere quando occasione pontium & viarum exigunt pedagia: quia fortè fuerunt inuestiti cum illis oneribus: si vero simpliciter sunt inuestiti nobiles de pedagijs, de natura dictæ inuestituræ non est quod teneantur ad refectionem pontium & viarum, cum de iure talis refectione sit quid diuersum, separatum, & distinctum à pedagio: patet, quia in toto titulo. ff. de publica. in quo fit mentio de pedagijs, nihil dicitur de refectione pontium & viarum. Item quod sit ita intelligenda consuetudo, ne contrarietur iuri communi, probatur, quia illa verba consuetudinis, pour raison desquelles ilz lieuent lesdictz peages. non possunt intelligi restrictiue ad ius commune: quia talis intellectus cōtineret falsum, vt supra probauit: sed sunt intelligenda illa verba demonstratiue, hoc est, quod nobiles teneantur ad refectiones quando earum respectu & cōtēplatione capiunt pedagia. Et iste intellectus probatur per tex. in l. 1. C. de sum. tri. & fi. ca. vbi plenè traditur de natura relatiui, quis, vel qui, quando ster restrictiue, & quando demonstratiue. Post scripta mea discurrendo Chassaneum, virum certè copiosum, reperi in rubrica des iustices. §. 4. in verbo, pedagium. fo. 30. & 31. in princ. tenentem quod domini habentes pedagia tenentur reficere pontes: & dat exemplum in domino de Vitelo. Rectè consideranti dicta Chassaneus non refragatur dictis meis: quia dominus de Vitelo fecerat construi pontem, & ob impensam erat solitus exigere pedagium: ponte destructo, non est licita exactio: quia cessante causa cessat effectus. c. cum cessante. de appel. deci. est Fely. in c. 1. col. 9. versiculo, alius est quando cessat causa. de constitu. & reparato ponte, reassumit ius exactiois. Casus autem consuetudinis nostræ est declarandus hoc modo: Aut dominus habens pedagia, solitus est exigere pedagium ratione viarum & pontium: & tunc casus est clarus: Aut est inuestitus de pedagijs à rege simpliciter: & tunc casus etiam est clarus, quia talia pedagia conceduntur pro conseruatione & securitate personarum & rerum quæ transeunt, per iurisdictionem domini tatum, vt statim infra dicam: & ideo talis exactio non respicit pontes & vias, nisi

domini sint consueti pontes & vias reficere : quia cum secundum ius commune tale onus rei publicae pertineat, profectò dominus id faciendo videtur confiteri se teneri ratione pedagii : & cum nulla alia ratio possit assignari, illa habetur pro expressa. glo. in l. eam quam. C. de fideicom. Itè consuetudo est optima interpres privilegii, ideo obseruari debet. Adduco fundamentum : is tenetur reficere ad quem spectat actum facere. probatur per ea quae dicuntur infra arti. 17. numero 2. ubi habetur quod refectio castri spectat domino, qui illud fieri fecit. Et quod facere & reficere ambulent paribus passibus, probat doc. Bar. in l. nuptiae. per illum tex. ff. de ritu nup. ubi notat, quod ea quae requiruntur in confectioe alicuius actus, etiam requiruntur in eius refectioe. quod qualiter procedat, vide do. Iaf. in l. 1. §. si quis aedificium. ff. de ope. no. nun. plenè Fely. in c. cum accessissent. col. penul. & si. de consti. Si ergo constructio viarum & portuum spectat vniuersitati, vt superius accessissent. col. penul. & si. de consti. Et sic oportet interpretari consuetudinem, quod noluerit derogare iuri communi : sed quod tantum voluerit dominos astringere ad refectioem quando pedagia capiunt ratione pontium & viarum, aliter quam ex iuris communis dispositione. Et circa materiam pedagogiorum, notandum est pedagogium vnde dicatur, à quibus cõcedi possit, & ex quibus causis : de qua quaestione vide post Hostien. in summa, de censibus. in §. ex quibus causis. Chaffa. in rub. des iustices. §. 4. in verbo, pedagogium. fo. 30. & 31. Et etiam ibi tractat de guidagio, & gabella : & ex quibus causis sit licitum fraudare pedagogium, seu gabellam, vide Fely. in c. 1. col. 9. versu. secundus casus. cum aliis versiculis seq. de constitu.

ARTICLE XVII.

Les subiectz guettables d'aucun chastel, & qui ont droit de retraire en iceluy au temps d'eminent peril, & ausi ceulx qui ont leur retraire ordinaire & de leurs biens à vn chastel ou forteresse, sont tenuz seulement aux legeres reparations desdictz chastelz & forteresses.

SVMMAR. IN GLO. ART. XVII.

- 2 Iure civili subditos ad refectioem castri non esse cogendos. & nu. 3. & 4.
- 5 Eodem quoque ad excubias in custodia castri non posse rectè cogi. & nu. sequentib.
- 1 Subditi habentes ius se retrahendi in aliquod castrum seu fortalitium tempore imminentis periculi, item & qui dictum ius retrahendi & eorum bona in aliquo castro vel fortalitio habent, tantum tenentur ad leues & paruas reparaciones dicti castri seu fortalitij.
- 2 Vtrum subditi castri possint cogi ad contribuendum in refectioe castri & fortalitij? de iure communi dicit quod talis impenza est fienda à domino, & subditi non tenentur contribuere. deci. est Ang. in l. turres. per illum tex. C. de oper. pub. quem do. Iaf. in l. sumptus. in 2. lectu. in fi. ff. de lega. 1. sequitur, & dicit se alibi non legisse, & quod ita consuluit in partibus Pedemontanis. Consuetudo hic vult quod subditi teneatur de modicis expensis : intellige de temporalibus, & non de perpetuis : vt declarat Iaf. in d. l. sumptus de expensis factis in re dotali durante matrimonio, aliqua etiam tradit do. Iaco. de sancto Geor. in lib. feud. in verbo, de castro Rubei montis. col. 3. versu. dubitatur legatarius. vide Bar. in l. si. ff. de imp. cir. res dot. fac. Et de impensis que fiunt causa custodiae animalium quod non repetantur, sed compentantur cum fructibus. vide Bar. & doc. in l. cum quaeritur. §. praedictis. ff. de lega. 3.

In tex. in verbo, guettables.

- 5 Dicuntur subditi guettabiles, id est astricti ad faciendum guettum, seu custodias. Quæro, vtrum subditi teneantur ad custodiam castri eorum domini? videtur quod non : quia hoc non reperitur in capitulis fidelitatis. Et ita videtur sentire do. Iaco. de sancto Geor. in titulo de roydis. col. penul. in fi. versu. vltimo quaero, ego habebam castrum, in quo homines loci ex pacto tenebantur mihi custodire illud castrum. tamen illa deci. est diuersa à quaestione formata. Nam ibi do. Iaco. loquitur quando subditi tenebantur ex pacto custodire castrum. Quaestio verò est, vtrum teneantur subditi domino custodiendi auxilium prestare expensis domini? & in hoc puto concludendum quod sic : quia comprehenditur tale auxilium sub illis duobus verbis, de quibus fit mentio in iuramento fidelitatis, videlicet vtile, & tutum : intellige imminente necessitate & nõ aliter. Post hæc scripta reperi do. Iaco. de sancto Geor. in titulo de homagis. col. penul. versu. an autem domini terrarum, & c. ubi format quaestioem in terminis : & post disputationem concludit distinguendo vt ego feci. Nam ibi concludit quod regulariter subditi non tenentur : si tamen immineret domino magum periculum perditionis castri, puta tempore guerrae, & subsit necessitas custodiendi propter imminens periculum, homines tenentur ad custodiam. Nam sicut sunt astricti ex iuramento fidelitatis defendere personam domini, ita debent defendere bona : quia ille qui perdit bona dicitur vitam perdere. iuxta glo. notandam, quam ibi Bal. pòderat in l. aduocati. in fi. C. de adu. diuer. iudi. Et idem Bal. in l. si tuis. C. de ope. lib. dicit quod pecunia est vita hominis. Cessante verò necessitate, concludit do. Iaco. homines non teneri, nisi ex pacto vel consuetudine. Reperio tamen quod Guido Papa quesi. 631. incipiente, supra. col. 6. versu. ad quintum dubium, concludit, quod dominus qui habet merum imperium potest cogere subditos ad guettum seu custodiam : & loquitur indistinctè : tamen arbitror quod ipse intellexerit tempore necessitatis : quia alio tempore dominus non debet frustrare subditos suos expensis manibus, & laboribus superfluis : cum ratio obligationis inter dominos & subditos sit reciproca, saluo quo ad praestatione iuramenti fidelitatis. Et quod tale onus nõ debeat, nisi ex pacto vel consuetudine, apparet ex verbis narratiuis Ludou. regis 12. sub rubr. des ordonnances du guet, in libr. meo. fo. 57. & in lib. antiquis, fo. 91. habui cõsulere in hoc facto anno domini 1547. die 8. Septembris.

ARTICLE XVIII.

Charrois, coruées & manœures à mercy & volonté sont limitées par la coutume

stume à douze l'année, & icelle faire d'un soleil à autre, à usage honneste & licite, soit dedans la chastelenie ou dehors : lesquelles pour la necessité du seigneur se peuent accumuler à en prendre trois pour vn mois, & non plus, à diueries semaines : & ne tombent ledictz charrois, coruées & manœures en arerages, si les habitans ne sont iur ce interpelez.

SVMMA. IN GLO. ART. XVIII.

2 Quo tempore sint prest. and. e. opera. & nu. 3.

4 Aliqua ex consuetudine notanda colligit. & nu. sequentib.

Royde debite cum curribus, aut persona ad nutum & uoluntatem domini, sunt à consuetudine limitate modis infra scriptis. Et primò ad duodecim per singulum annum à solis ortu usque ad occasum, pro causis licitis & honestis, postergata loci ratione : & tantum exigi possunt tres pro mense, & alternis septimanis. Nec cadunt dicte royde in areragia, nisi debita praecesserit interpellatio.

In tex. in verbo, à mercy & uolunté.

Dicit quod si consuetudo non taxaret dictas roydas, essent tantum capiendae à domino cum moderamine secundum equitatem, arbitrio boni viri. Et quando aliquid committitur uoluntati, arbitrio, discretioni, vel conscientiae, quid importeret talis commissio, vide plenè Fely. in c. 1. col. 13. & sequentibus. de consti. aliquid per Iaf. in l. quod iussit. col. 10. de re iudic.

In tex. in verbo, d'un soleil à l'autre.

Habes quod ille qui debet operas, tenetur eas facere per diem artificialem, videlicet ab hora ortus solis usque ad occasum. Concordat consuetudo cum iure cõmuni, in quo actus qui commodè fieri non possunt, sunt explendi intra diem artificialem, non naturalem, qui incipit à media nocte. l. more. ff. de fer. Ita decidit Anto. de Bur. in c. 2. in 2. nota. per illum tex. de treug. & pa. Illam decif. malè obseruant laboratores Montiferrandi, qui exeunt portam hora secunda post ortu solis, & repetunt domum per duas horas ante occasum. Nota in materia, quod omnes actus generaliter possunt fieri de nocte sicut de die, nisi aliter sit dispositu specificè. Et vtrum si actus prohibeatur fieri à statuto de die sub poena, an poena committatur si fiat de nocte. Itè quid sit dies naturalis, & quid artificialis, vltra notata per D. Iaf. & ceteros in l. non minorem. C. de transac. vide plenè Decium in c. consuluit. col. 3. in fi. versiculo, quinto noto. & sequenti. de offi. deleg.

In tex. in verbo, à usage honneste & licite.

Nota quod subditus non tenetur seruire domino, nisi in licitis & honestis : & ideo pracepto notoriè iniusto siue fiat à patre filio, siue à domino seruo, vel famulo, siue à superiore subdito, non est parendu. Card. Zab. in cle. 1. §. penul. 2. q. de foro. compe. Et praceptum superioris iniustum delinquentem non excusat. c. ad aures. de tempo. ordi. Card. Zab. in cle. exiui. §. vtilitatem. de verbo. signi. Itè non excusat à periurio : hinc est quod si debitor iurauit soluere creditori qui postea fuit damnatus ad mortem, & iudex praecipiat debitori ne ei soluat, certè creditor non soluendo non excusatur à periurio. Ita Fely. in c. constitutus. col. 8. versu. limita tertio. de rescrip. nisi bona fuissent confiscata, vt ibi per eum : quia tunc praceptum non esset iniustum. Et in proposito facit lex vindicari. C. de poenis. ubi habetur quod si princeps mandet officiali suo quod aliquem puniat, debet officialis differre per triginta dies, nisi habeat secundam iurisdictionem. Item optimè facit 5 alia deci. quod dominus castri non potest praecipere subditis quod mandent eorum filias aut vxores ad corrisandum & tripudiandum in castro : quia ista sunt contra bonos mores, & sic talia pracepta non dicuntur licita. Et regula est quod ab omni superioritate ius honestatis intelligitur semper exemptum. Ita dicit Bal. 6 in l. quod ex libera. C. de ope. liber. Si tamen dominus inuitaret subditas ad associandū confortem, tenentur ire : quia cessat causa inhonestatis. Ita Marti. de Laude. in tractatu de principibus. c. 16. vtrum tamè pracepta legis, statuti, vel principis si sint iusta sint obseruanda sub poena peccati mortalis : & quando verba important praceptum, & quando consilium, vide diffusè Fely. in c. nam concupiscentiam. de constitu.

In tex. in verbo, dedans la chastelenie ou dehors.

Consuetudo vult quod subditi cogantur facere roydas, etiam extra territorium. Et nota quod istud non procedit de iure communi, secundum quod dominus non potest cogere subditu vt vadat ad faciendū roydas extra territoriu & iurisdictione. Ita dicit se cõsuluisse do. Iaco. de sancto Geor. in lib. de roydis. col. 3. versu. an autem dominus possit, & c. & ibi dicit se allegare optimum tex. in l. quod nisi. cum l. sequenti. ff. de ope. liber.

ARTICLE XIX.

Et sont chariables à la raison dessusdicte ceulx qui ont beufz, à charrois ou iournée de beufz : ceulx qui n'ont beufz, mais beste à batz, à coruée : & ceulx qui n'ont ne beufz ne beste à batz, à manœure à bras, au seruice du seigneur ayant ledict droit. Lequel est tenu leur administrer pain raisonnable pour la nourriture de l'homme la iournée qu'il fera ledict seruice.

SVM. IN GLOS. ART. XIX.

2 Cuius expensis operæ à subditis praestentur. per totum.

Subditi habentes boves praestant roydas cum bobus, habentes equos ad talia consueta cum equos, & aliis deficientibus, in propriis manibus. Et in diebus roydarum dominus tenetur subditis rationabilem panem ministrare.

In tex. in verbo, est tenu leur administrer pain, &c.

Quero cuius expēsis sint fiende roydæ, domini an subditi? Bal. in l. liberti. C. de ope. liber. in 5. col. distin-
guit: aut opera præstatur ex curialitate, & tunc subditus debet habere recōpensam in alimentis: arg. l. in reb.
§. possum. ff. commo. Aut opera præstatur ex necessitate, & tunc debet præstari sumptibus & expensis ip-
sius subditi. l. suo victu. ff. de ope. liber. nisi cōsuetudo sit in cōtrariū, vt hic, de dando panē. Et in pluribus lo-
cis est cōsuetudo q̄ dantur integræ expēse. de materia habetur in l. si nō fortē. §. libertus. ff. de cōdi. inde. &
in specie quæstionē mouet & soluit sequēdo Bal. do. Iaco. in titu. de roydis. col. 3. versi. cuius autē sumptib?

ARTICLE XX.

Celuy qui a fait l'vne desdictes choses ou seruice n'est tenu à l'autre.

Subditus non potest grauari diuersitate roydarum.

ARTICLE XXI.

La bohade ou vinade deue sans auoir lieu determiné par tiltre ou iouyffance
suffisante à prescription est deue au plusprochain vinoble, si en iceluy n'y a batu-
re ou gelée, auquel cas ladicte bohade ou vinade se ferōt aux autres plusprochains
vinobles: en fournissant par lesdictz seigneurs ayant ladicte vinade les choses a-
coustumées.

seruitia debita pro vineis ex titulo aut præscriptione in loco indeterminato, intelliguntur debita vineæ proximiori, nisi ibi
sit impedimentum: quo casu sunt præstanda in aliis vineis proximioribus, exhibente domino consuetudine in talibus seruitiis.

Nota quia istud speciale est in roydis debitis pro vineis: quia aliæ debentur tam extra territorium quàm
in territorio, vt dicit consuetudo supra 18. ibi, dedans la chastellenie ou dehors.

ARTICLE XXII.

Tailles, coruées ou manoeures personnelz qui ne sont assis sur fons n'herita-
ge certain, ne tombent en arrerages s'ilz ne sont demandez.

seruitia roydarum personalia que non debentur ratione certi prædij, non transeunt in arreragia, nisi fuerint petita.
Et de istis dicit consuetudo supra 18. in fi. quæ etiam, ne videatur contrariari præsentī consuetudini, intel-
ligitur de personalibus. & arguendo à contrario sensu, hæc consuetudo vult quod si roydæ sint reales, quia
debeantur ratione rei immobilis, tunc cadunt in arreragia.

DES ESPAVES.

TIT. XXVI.

ARTICLE I.

Bestes prinſes par espaue, auant que pouoir estre vendues par iustice
doiuent estre gardées: c'est à sçauoir chieures, pourceaux, brebis, &
autre menu bestail, l'espace de trois iours entiers.

Capre, oues, porci, & talia bestialia reperta in damno, triduo integro custodiri debent, antequam uendantur.
In tex. in verbo, des espaves.

Nota quia hic titu. loquitur de bestia oberrante, de qua loquitur tex. in l. 3. §. Nerua filius. ff. de acqui. pos.

ARTICLE II.

Et les grosses bestes, comme beufz, vaches, iumens & leurs suyans ou leurs
semblables, l'espace de huit iours entiers: afin que les maistres ou seigneurs des-
dictes bestes les puissent recouurer.

Bestie grosse antequam uendantur, octo diebus sunt conseruanda, ut earum captura dominus innotescat.
Nota q̄ licet cōsuetudo faciat differentiam in tempore custodiæ inter bestias minutas, & grossas: quia in
minutis agit de minori præiudicio: tamē quo ad effectū iuris, omnes quadrupedes quæ gregatim pascuntur,
pecudum appellatione continentur: & sic muli, equi, asini, & similes. l. 2. §. vt igitur liqueat. ff. ad l. aquil.

ARTICLE III.

Toutefois si dedans ledict temps il n'appert qu'aucū face poursuyte desdictes
bestes, elles pourront estre vendues apres lesdictz trois ou huit iours passez, au
plusoffrant & dernier encherisseur.

Elapsis respectiue dictis tribus, aut octo dieb⁹ integris, si nullus cōpareat, poterūt plus offerētī expediti.

ARTI.

ARTICLE III.

Et les deniers qui en istrōt & prouiedrōt, auāt que les adiuſer audiēt seigneur
doiuēt estre cōsignez en main tierce autre que dudidt seigneur & de ses officiers.

Pecunie recepta ex dictis bestiis subhastatis, antequam domino expediantur, in manibus tertiis, aut alterius quàm domi-
ni iustitiarij, aut suorum officialium sunt consignanda.

Consuetudo prohibet depositum fieri in manibus officialis, & tamen de iure communi iudex potest re-
tinere apud se depositum aut rem sequestratam. tex. in l. plane. ff. q̄ cuiusque vni. nomi. Itē potest eligere ipse
iudex depositarium. Bal. in l. acceptam. col. 1. C. de vsur. Et tenetur iudex de mala electione, nisi elegerit talē
qui communiter reputabatur idoneus. Bar. in d. l. acceptam. in 9. q. & Bar. in l. solutus. ff. de solu. Et dicit
Bal. in d. l. acceptam. in 10. q. quod. cautela est quod deponēs faciat depositum ad electionem iudicis: aliās si
deponat in loco non tuto, aut apud personam non idoneam, tenetur de omni periculo.

ARTICLE V.

Et neantmoins auant que adiuſer lesdictz deniers audiēt seigneur, seront
criez & proclamez par quatre assises, pour sçauoir si le seigneur ou maistre des-
dictes bestes apparaira, pour luy rendre lesdictz deniers, en payant les pastures
raisonnables sans autres coustz.

Antequam domino adiudicentur pecunia, quatuor sient proclamata. Et si interim dominus bestiarum comparuerit, ad-
iudicabuntur ei pecunie, soluendo tantum pasturam rationabilem.

Licet dicat hæc consuetudo q̄ dominus bestiarum tantum teneatur ad pasturam: dic quod hoc procedit
respectu partis lesæ: domino autem iustitiaro fiet solutio de qua infra loquitur titulus 28. des pasturages.

ARTICLE VI.

Si dedans lesdictes quatre assises apres la vente faicte desdictes bestes, aucun ne
s'appert ou se monstre aucun seigneur d'icelles, les deniers qui en sont prouenez
seront adiuſez audiēt seigneur iusticier, rieres lequel lesdictes bestes espaves
ont esté trouuées.

SVM. IN GLO. ART. VI.

- 2 Elegans consuetudinis restrictio. & n. 3.
- 4 Quid si dominus animalium ueniat hic ante adiudicationem, an sit audiendus?
- 5 Consuetudinis restrictio secundum Bartolum.
- 6 Consuetudine dominium rei acquiri posse ostendit: respondet que difficultati circa eam.
- 7 An consuetudo in omni alia re locum habeat, pulchre disputatur.

Perfectis quatuor proclamatibus post uenditionem bestiarum, nullo comparente pro domino bestiarum, domino iusticia-
rio loci territorij in quo bestia capta fuit, fiet adiudicatio.

Intelligenda est hæc consuetudo satisfacto prius domino: cui per bestias fuit illatum damnum. Nam si
cut si compareret dominus bestiarum infra tempus cridarū, teneretur satisfacere rationabiliter pro pastura
& damno dato: multo fortius si non compareat, de pretio pecuniarum exactarum ex uenditione, est domino
prædij satisfaciendum. Nam certat dominus iustitiarus de lucro captando: & dominus prædij de damno
euitando, ideo est præferendus. Et credendum est quod si scriptores consuetudinis fuissent de eo interroga-
ti, ita declarassent. Ideo habetur hoc pro declarato, iuxta glo. in l. tale pactum. §. si. ff. de pact. Et in dubio
consuetudo non intelligitur tollere ius tertij, sicut nec lex. l. 1. §. merito. ff. ne quid in loco publici

In tex. in verbo, si dedans lesdictes quatre assises.

Moueo quæstionem: Si dominus bestiarum ueniat post dictum terminum, ante tamen adiudicationem
factam domino, an audiatur edocendo res captas sibi pertinere? dic quod non: quia terminus legis vel statu-
ti est peremptorius. l. si. ff. de decre. ab ordi. faci. & tempus dicitur de forma, quæ est ad vnguem obseruanda.
authen. quæ supplicatio. C. de preci. impe. offe. Secus esset in termino à iudice præfixo, quia ante pronuntia-
tionem, & re integra, auditur post terminum lapsum is qui edocet de iure suo. doc. est Fely. in c. cognoscen-
tes. col. 5. versiculo, & ubi est facta talis citatio. de consti.

In tex. in verbo, seront adiuſez.

Contra istam consuetudinem stringere videtur doctrina Bar. in l. falsus. §. si quis alienum. ff. de fur. quam
sequitur Fely. in c. cum dilecti. col. 7. versi. vtrum autem reperiēs. de accu. ubi concludit quod reperiens rem
alienam, si ex iustis causis arbitrabatur eam pro derelicta, eam potest vsucapere, & sic non statim efficitur in-
uentoris: quia non est certum quod esset derelicta: nam eo casu cum in nullius bonis esset, inuentori acquire-
retur. Sed quando non ex iustis causis, arbitratu causa pro derelicta, factis proclamatibus, si non reperiatur do-
minum, eam tenebitur distribuere pauperib⁹ pro anima domini rei inuētæ: vt probabitur in verbo sequenti.
Et tamen hic dicitur q̄ adiudicatur domino: sed istud obiectum tollitur, quia hic cōsuetudo disponit quod
res domino adiudicetur. Nam ex dispositione legis, statuti, vel consuetudinis potest acquiri rei dominium:
patet in vsucapione, & præscriptione: sed hoc tempus statutum ad faciendū proclamatam, habet vim temporis

est in dolo præsumpto: tamen restituitur ad appellandum. allegat l. minor etiam. quæ hoc probat. ff. de mi-
 16 nor. Et ista erit secunda conclusio. Facio nunc tertiam conclusionem: aliquando statuta vel consuetudi-
 nes, aliquid statuunt pœnale in casibus non prohibitis, vt est in casu proposito, vbi disponitur quod fiat ma-
 nifestatio de morte beneficiatorum, quæ nullo iure erat de præcepto. Et in isto casu vtrum talia statuta li-
 gent minores, sunt opinionis variae. Prima fuit opinio Bartol. in l. final. C. in quibus casibus in integrum re-
 stit. necess. non sit. qui facit regulam, licet eam exemplificet in præscriptione statuarum, quod si agatur de au-
 ferendo iure quæsito minori, talia statuta tantum ligant maiores. Bartol. ibi sequitur Alexand. consilio 62.
 col. 3. versiculo, quarto quia tale statutum. in septimo volumine, vbi concludit, quod statuta disponentia q̄
 inter coniunctos fiat compromissum, non ligant minores, maxime quado compromissum esset fiendum de
 iure & de facto: quoniam eo casu arbitratores possunt auferre de iure vnus, & dare alteri. Et facit text. in l.
 si minor viginti quinque annis filiofamil. §. minores. ff. de minor. qui vult quod eo ipso quod compromittit
 dicitur læsus. Et per prædicta Alexand. ibi limitat regulam, quæ habet quod statuta ligant minores, vt non
 procedat quando statutum auferret ius quæsitum minori, aut per ipsum posset inferri damnum. Secus esset
 si auferret lucrum: quia tunc ligaret, licet esset locus restitutioni. Et pro confirmatione dicti sui, allegat de-
 cisionem Gulielmi de Cuneo, in lege ingenium. ff. de stat. homi. qui voluit quod statuta & consuetudines li-
 gent minores sicut maiores, quando earum dispositio ita conuenit minoribus, sicut maioribus. pro isto di-
 cto optime facit textus in l. si sine. §. Lucius. ff. de administrat. tut. & curato. qui vult quod consuetudo quod
 domino prædiorum teneantur ad onera, & non conductores, ita ligent minores sicut maiores. Nam illa
 dispositio refert omnes vniformiter, & ligat. Item cum Bartol. in dicta l. fin. C. in quibus cau. in integrum
 restit. necess. non sit. tenet Panormitanus in capitulo, constitutus. de in integr. restit. qui dicit Bald. idem te-
 nere: tamen re vera Bald. in dicta l. final. dicit, quod opinio Bartol. sibi non placet: & sic vult in effectu quod
 statutum siue tractet de lucro captando, siue de damno euitando, semper liget minores. Et istam opi-
 17 nionem tenuit dominus Alexan. consilio 65. columna sexta, versicu. nono dictum statutum. in sexto volumi-
 ne. Et per dictam decisionem determinat quod si statuta dicant testamenta infra mensem debere regi-
 strari, aliàs non valeant, comprehendant etiam minorem non registrantem. Et ibi dicit, quod dictum Barto-
 in dicta l. fin. communiter reprehenditur. Item etiam ibi reprobatur dictum Gulielm. de Cuneo, allegat plures
 auctoritates, & mouetur ex tribus principalibus fundamentis, quæ de facili tolluntur. primo per text. in di-
 cta l. si sine. §. Lucius. ff. de administrat. tut. sed ille tex. facit pro decisione Gulielm. quia ibi consuetudo respi-
 ciebat actum ita agebatur de lucro captando, prout plenè ibi declarat Panormitanus. Ad tex. in capitulo præ-
 terea. de prohib. feud. alie. per Feder. responderetur quod ideo minor obligatur petere inuestituram infra an-
 num & diem, quia id expresse cauetur: aliàs secundum regulas communes minor non petens infra tempus
 debitum inuestituram, esset excusatus ipso iure, & non egeret restitutionem, quæ sibi debetur secundum gl.
 18 ibi. Et in specie quod minor restituitur aduersus omissam denuntiationem, est text. vbi etiam. Bartolus
 19 in l. 3. §. & si hæres. ff. de minor. posset tamen dici quod minor certabat de lucro. Item pro opinione Bar-
 tol. facit regula quod lex vel statutum generaliter loquens non comprehendit casus habentes specialem fa-
 uorem. glof. est communiter approbata in l. sciendum. in princi. vbi Bartol. & alii. ff. qui satisda. cogun. Et
 ideo statuta generaliter loquentia non comprehendunt causam dotis. Ita plenè dominus Ias. in l. prima, col.
 secunda, versicu. tertio noto. ff. solu. matrimon. vbi plura addit: & inter cetera text. in l. si quando. §. & gene-
 raliter. C. de inoffi. testa. vbi renuntiatio generalis facta per filiam de omnibus bonis paternis non exten-
 ditur ad legitimam. Verum est quod regulam prædictam restringit Philipp. Deci. consilio 50. per totum. in
 primo volumine, vt procedat in casibus in quibus dedit speciale priuilegium, quoniam in illo casu lex ge-
 neralis non habet locum. sed bene in casibus non expressis. Adaptando prædicta ad casum nostrum, quo-
 niam lex fin. C. in quibus casibus in integrum restit. neces. non sit. specialiter prouidit minoribus, ne con-
 stitutionibus legalibus loquentibus de præscriptione ligarentur, volendo consulere eorum idennitati. Idem
 videtur dicendum in casibus similibus: & sic cum minores sint priuilegiati, ne incurant damnum: ergo sta-
 tuta generaliter loquentia non includunt minores habentes specialem fauorem. Et ex his dictum Decii non
 obstat, imo facit pro minoribus. Ex præmissis redditur articulus dubius: tamen quia iura loquentia de ap-
 pellando: item de producendis defensionibus, exceptionibus, & allegationibus, ligant minores ipso iure: li-
 cet eis restitutio concedatur. Ideo tutior videtur opinio contra Bartol. in dicta l. final. de appellation. patet
 in l. nam & postea. §. quod si minor. vbi Bartol. & dominus Ias. de iur. iuran. Item de exceptionibus & alle-
 gationibus omissis, patet in l. minor viginti quinque annis ob omissam. ff. de minor. Omnes enim doctores
 fatentur & concludunt quod in casu proposito competit minori in integrum restitutio. Nam postquam mi-
 nor restituitur aduersus dolum præsumptum de præterito, vt plenè declarat Bartol. in l. prima, C. si aduer-
 delict. in l. si ex causa. §. nunc videamus. ff. de minor. quanto magis erit concedenda restitutio vbi minor ali-
 quid facere omisit, per iniuriam vel negligentiam: in quibus terminis loquitur text. in dicta l. minor viginti
 20 quinque annis ob omissam. Et ista decisio optime congruit ad constitutionem regiam, de donationibus
 insinuandis. publicatam 1539 articulo. 14. & sequenti: quia si minor cui fuit facta donatio, omiserit eam in-
 sinuare, restituetur in integrum ad insinuandum infra tempora petendæ in integrum restitutionis. Ex præ-
 dictis in casu principaliter proposito dixi, amplectendo viam magis tutam, quod minores poterant con-
 demnari, quia non manifestauerat mortem beneficiati: si tamen obtinerent à regia maiestate literas, resti-
 tuerentur ob omissam manifestationem, & consequerentur plenam liberationem. Si tamen essemus in pa-
 tria vbi seruaretur ius commune, posset peti talis restitutio coram ordinario, & non essent necessariae literæ
 regie. Quod tamen minor non possit restitui aduersus omissam manifestationem, videtur ob stare, quia
 res nō

res non est integra, vt possit restitui. Declaro quid proderit certificatio quando mors iam est deducta ad no-
 titiam ecclesiæ, & corpus est humatum. certè nihil ideo videtur superfluum quod minor restituatur vt possit
 certiorare. Ad tollendum motium nota, quod aut agitur de lucro captando, & tunc re non integra non
 datur restitutio: aut de damno euitando, vt in casu proposito, & tunc etiam re non integra conceditur resti-
 tutio. Et sic restitutio fiet aduersum moram commissam in non manifestando, etiam quod res non sit inte-
 gra, quoniam manifestatio redderetur superflua. Ita vult Panormitanus in cap. ex parte. columna quinta, ver-
 siculo, ratio sua. de resti. spoliat. allegat l. in causæ. §. interdum. ff. de minor. Item pro excusatione minorum
 22 accedat quod possunt iuris ignorantiam allegare, & est talis allegatio admissibilis. Alexand. in consilio 126.
 columna tertia, versiculo, præterea. Bald. in septimo volumine allegat glof. in authentic. de incest. nupt. circa
 princ. in verbo, sciens. & Ang. ibi. Et generaliter quando statutum liget ignorantes, vide Felyn. in capitulo,
 cognoscentes. columna 2. versiculo, circa primum. de constit. Expedita quæstione de minoribus, quero
 23 vtrum constitutio regia liget mulieres domesticas, quæ non manifestarunt mortem? Bald. in l. ne passim. C.
 de iur. & fact. ignor. quam Ias. ibi columna fin. sequitur, dicit, quod statuta & consuetudines ligant mulieres.
 Idem copiose tenet Alexand. consilio 63. columna octava, volumine sexto. Si tamen statutum pœnale loque-
 retur in masculino, non comprehenderet feminas, secundum doct. relatos per Chaff. in rubric. des iustices. in
 verbo, si aucun. fo. 40. Videretur etiam dicendum, quod rusticus & mulier essent excusandi à iuris ignorantia,
 propter eorum simplicitatem: tamen text. in dicta l. ne passim. dicit, quod mulieres tantum excusantur in ca-
 sibus in iure expressis. Idem dicit ibi dominus Ias. de rustico. verum est quod doct. in l. iuris ignorantia. vbi
 plenè do. Ias. C. qui admit. dicunt, quod si mulier & rusticus non potuerunt consulere peritiores, excusantur:
 aliàs secus. Et credo quod talis excusatio admitteretur etiam in maiore via restitutionis in integrum, ex
 24 clausula generali, Si qua mihi iusta causa. per ea quæ in simili tradunt glof. & doct. in l. 2. C. de iure emphit. de
 eo qui per ignorantiam cessauit canonem soluere. Nam si sit maior viginti quinque annis, & habeat iustam
 causam ignorantie de subiectione rei emphiteotice, puta quia successerit in ius alterius, iuxta l. qui in alte-
 rius. ff. de regu. iur. aduersus omissam solutionem obtinebit in integrum restitutionem, ex dicta clausula ge-
 nerali. Idem iuris est in omnibus prætendentibus iustam ignorantiam facti alieni. Vt clarius aperiam quan-
 do iuris ignorantia præstet excusationem, breuibus perstringam dicta Fely. in cap. quoniam. col. 2. versiculo,
 vltimo nota. de symo. Et prima sit conclusio quod ignorantia iuris regulariter neminem excusat. Fallit pri-
 mo quando agitur de damno euitando. quia tunc succurrit erranti per iuris ignorantiam. dat Fely. exem-
 plum in e mente ab ecclesia in casu à iure non permisso, qui tenetur rem restituere, & non fructus industria-
 les. Et magis in specie excusatur miles, quoniam armis & non legibus incumbit ei operam dare. Item mona-
 chus excusatur quando interueniunt probabiles coniecturæ ignorantie: aliter non. Item monialis excusatur.
 Ceteræ vero mulieres tantum excusantur in casibus à iure expressis, iuxta l. si. C. de iur. & fact. igno. Item ru-
 sticus excusatur. Illud tamè nō audeo firmare Ias. in l. fin. C. de iur. & fact. igno. quicquid dicatur, illud fallit in
 rustico sagace. Item ad euitandam pœnam, vel alleuiandam, iuris ignorantia excusat: quoniam qui ignorat iu-
 ra dicitur in culpa & non in dolo. Omnes casus præmissi, in quibus dictum fuit quod ignorantia iuris præ-
 stat iustam excusationem, limitantur vt non procedant quando tales personæ priuilegiatæ potuerunt con-
 sultare peritiores: quoniam tunc etiam si tractetur de damno, non cadit excusatio. Item & secundò limitan-
 tur quando faciunt actum clam, vel actum contrarium.

DE LA CONDITION DE mainmorte.

TIT. XXVII. ARTICLE I.



Toutes personnes estans & demourans audit pays sont francz & de
 franche condition, posé qu'en aucuns lieux y ait heritages tenuz à
 condition de mainmorte.

SVM. IN GLO. ART. I.

- 2 Ratio inferitur.
- 3 Quæ dicatur mainmorte.

Omnes personæ habitantes in patria Aluernie sunt liberae, etiam dato quod in aliquibus locis bona constant ad condi-
 tionem mansu mortuæ subiecta.

Consuetudo vult in effectu quod conditio rerum non afficiat conditionem hominis quo ad libertatem.
 Et ratio est in promptu: quia homo est res dignissima omnium creaturarum. glof. in verbo, personæ. §. si. in-
 sti. de iure natura. gen. & ciui. & personæ sunt digniores rebus, vt ibidem dicit glo. fin. ideo congruum est vt
 magis dignum præexcellat minus digno. l. quæritur. ff. de stat. homi. & habetur plenè per dominum Ias. in l.
 imperium. ff. de iurif. om. iudi.

In tex. in verb. condition de mainmorte.

Homines vel res dicuntur habere conditionem mansu mortuæ, quando dominus ex pacto vel consuetu-
 dine habet successionem. Nam regulariter & de iure communi domini non habent successionem in bonis

subditorum, nisi loco fisci, deficientibus transuersalibus & vxore: ita dicit do. Iaco. de sancto Geor. se confu-
luisse in lib. seu. in verbo. cum mero & mixto imperio. col. 4. versic. sed an iste nobilis qui habet merum im-
pertum in loco debeat succedere hominibus suis. Et ibi ita dicit temperando dictum Bald. in l. i. C. de here.
decuri. qui decidit oppositum: allegat do. Iaco. pro se l. i. C. vnde vir & vxor. l. vi. C. de bo. vacan. lib. 10. vbi dicunt quod tale ius succedendi
munia de success. & notata per Bart. & Ang. in l. i. C. de bo. vacan. lib. 10. vbi dicunt quod tale ius succedendi
subditis non competit, nisi ex privilegio vel consuetudine. Et idem dicendum est in pacto: quia in pactio-
nibus quis potest conditionem suam aggravare. §. penul. insti. de iure perso. Et in pacto loquitur do. Iacob. de
sancto Geor. in tit. de royd. col. 4. versic. habet etiam dominus terræ quandoque successionem.

ARTICLE II.

Mais en pays de Combraille y a aucuns de serue condition, de mainmorte, &
de suyte, & les autres francz & affranchiz.

¹ In regione Combraliae sunt tres hominum species, alii liberi, alii liberti, & alii habentes conditionem mansu-
mortuæ.
² Non est hoc inconueniens, quia etiam de iure communi possunt in eadem prouincia consistere tres ho-
minum species, liberi, liberti, & serui: vt habetur insti. de iure perso.

ARTICLE III.

Le seigneur direct qui a audit pays droit de condition de mainmorte succe-
de à son emphyteote conditionné de ladicte condition séparé & diuis de ses parés
& lignagers, qui trespasse sans descendans de son corps en loyal mariage, à l'he-
ritage conditionné de ladicte condition tant seulement.

¹ Dominus directus qui habet emphyteotam tenentem res & bona subiecta conditioni mansu-
mortuæ, di-
cto emphyteote decedenti sine descendens ex legitimo matrimonio, & diuiso à parentibus & cõiunctis
in bonis taliter subiectis tantum succedit.

ARTICLE IIII.

Et peult ledict conditionné alier & disposer desdictz biens conditionnez à
ladicte condition, & autres ses biens quelzconques, par contract entre vizz pur &
simple, à son plaisir & volonté.

¹ Habens bona conditioni mansu-
mortuæ subiecta alienare & disponere potest contrahendo purè & simpliciter ad sui
nutum & uoluntatem.

In tex. in verbo, pur & simple.

² Vult dicere consuetudo quod potest disponere per viam contractus, qui proprie dicatur inter viuos, & qui ni-
hil participet de vltima voluntate. exemplum in donatione causa mortis, quæ dicitur contractus inter viuos:
sed quia sumit effectum post mortem, non dicitur contractus purus & simplex inter viuos.

ARTICLE V.

Mais ne peult ledict conditionné par testament, contract de mariage, associa-
tion, ne autre quelconque faire heritier ou convention de succeder au preiudice
dudict seigneur direct ayant ledict droit de condition.

SVM. IN GLO. ART. V.

² Iuri communi repugnare ostendit.

¹ Habens bona conditioni mansu-
mortuæ subiecta, non potest per testamentum aut aliam ultimam uoluntatem, imo nec per
pacta quæcumque, siue sint matrimonialia, siue personalia dominum directum à successione excludere.

² Hæc consuetudo aduersatur iuri communi: quia habens bona eo modo subiecta ad successionem potest
de ipsis bonis testari & disponere in vltima voluntate. probatur à sufficienti partium enumeratione. Nam
aut volumus dicere quod non potest testari respectu personæ, & istud non est verum: quia homines nostri
temporis quantumcumque subditi, sunt ingenui, & possunt de eorum bonis testari, nisi consuetudo se ha-
beat in contrarium. decis. est Bartol. in l. i. C. de hered. decur. Aut volumus dicere quod talis impotentia cause-
tur ex conditione, onere, & qualitate bonorum, & istud non est verum. Nam sicut consuetudo admittit alie-
nationem inter viuos, fortior est ratio quod eam admittat in vltimis voluntatibus. Probatur sic: emphyteota nõ
potest alienare inter viuos, nisi accedente domini consensu. l. fin. C. de iure emphi. sed tamen potest sine tali
consensu testari, & valent hæredis institutio, legata, & similia. l. fin. in d. l. fi. col. 123. versic. eodem modo. Et sic
concludo quod ista facultas non testandi est sublata à consuetudine tantum.

ARTICLE VI.

L'emphyteote conditionné & tenu à ladicte condition, depuis qu'il est party &
diuis de ses freres & seurs ou autres lignagers, ne peult faire pact de succeder par
contract

contract d'association n'autrement avec feldictz freres, lignagers, ou autres au
preiudice dudict seigneur direct ayant ledict droit de condition, en maniere que
ledict seigneur direct ayant ledict droit de condition ne luy succede à default de
descendans de luy en loyal mariage es biens immeubles de ladicte condition.

SVM. IN GLOS. ARTIC. VI.

Consuetudinis intellectus sumptus à contrario sensu. Per totum.

¹ Emphyteota habens bona sub conditione mansu-
mortuæ, diuisus ex nullo contractu etiam associationis, potest sibi heredem
facere in dictis bonis in præiudicium directi domini, si descendentes ex legitimo matrimonio non habeat.

² A contrario sensu vult hæc consuetudo, quod si talis emphyteota descendentes habeat, possit tunc dispo-
nere: quia tunc non agitur de domini directi præiudicio.
³ Crederem tamè quod si post alienationem de-
scendentes deficerent, quia tunc bona reuertentur ad dominum: quia resolutio iure datoris, resolutio ius
acceptoris. l. lex vectigalis. ff. si ager. vectig. vel emphi. per. si tamen casus eueniret, putarem plenius cogitan-
dum, quoniam principium fuit licitum.

ARTICLE VII.

Et par la coustume ne se peult dire ne iuger aucun partage auoir esté fait en-
tre ledict conditionné & ses freres ou lignager par la seule demeure séparée du-
dict conditionné & de ses autres freres ou parens par quelque lapz de temps que
ce soit, s'il n'y a partage formel fait entre ledict conditionné & ses freres ou li-
gnagers, ou commencement de partage par le partement du chasteau.

SVM. IN GLO. ART. VII.

² Quomodo iuri contraria sit.

³ Diuisionem in alia re quam nobiliori non præsumi.

¹ Subditi habentes bona subiecta conditioni mansu-
mortuæ ex separata habitatione etiam longissimi temporis, aut alia cõ-
iunctura, nõ præsumuntur diuisi: sed requiritur expressa & formalis diuisio omnium bonorum, aut saltem quod fuerit incepta
in digniori parte, hoc est in castro.

² De iure communi secus est quàm dicat consuetudo: quia quando fratres habitant seorsum alter ab altero
decem annis, præsumitur diuisio inter eos. Ita vult glof. communiter approbata in l. penult. ff. com. diui. quæ
refert & sequitur do. las. in l. sciendum. col. 6. versic. octauo facit. ff. de verbo. oblig.

In tex. in verbo, par le partement du chasteau.

³ Quero quid si inchoata fuerit diuisio in alia re, vt utrum sit idem? dic quod non: quia diuisio rei particularis
non est potens ad inducendum præsumptionem quod vellent diuidere omnia bona: sed quando inchoatur
in castro, & sic in capite, satis declaratur voluntas partium quod velint procedere ad integram diuisionem, ar-
gumento l. quæritur. ff. de statu. hom. & eorum quæ notantur in l. imperium. ff. de iur. omn. iudi. vbi magis
dignum trahit ad se minus dignum: & ideo cum mysterio consuetudo locuta est de diuisione inchoata in ca-
stro. Aduertatur tamen quia subsequens consuetudo loquitur simpliciter quando est inchoata diuisio: & ideo
aut oportet dicere quod sequens sit intelligenda secundum istam vt iura iuribus concordentur, iuxta l. sed & po-
steriores. ff. de legib. aut quod hæc loquitur exemplificatiuè: & exempla declarant regulam, & non restringunt:
& sic erit conclusio quod sufficiat diuisione in vna re inchoatam. Pro conclusione dic, quod animus contrahen-
tium erit attendendus: quia si fuit prælocutum & tractatum de diuidendis omnibus bonis, tunc sufficit diui-
sionem esse inchoatam in quacunque re. Nam præfationes demonstrant & declarant animos contrahentiũ,
l. Pacuemijs Androsthenes. quæ est lex. ff. de hære. insti. aut non apparet aliter de animo, & tunc inchoata di-
uisione in castro, satis declaratur animus quod velint procedere partes ad integram diuisionem: secus si sit
inchoata in alia re, per ea quæ prædixi.

ARTICLE VIII.

Le seigneur direct ayant ledict droit de condition ne succede à la femme ma-
riée de son conditionné, qui trespasse sans descendans, posé que luy eust esté cõ-
stitué en dot heritage subiect à ladicte condition, ains ses lignagers. Et au default
d'iceulx, succede le seigneur quant à l'heritage conditionné baillé en dot. Aussi ne
succede ledict seigneur es freres, cousins, n'autres lignagers qui n'ont fait parta-
ge real & formel, ou commencement de partage avec leurs autres freres, cousins
ou lignagers: iacoit qu'ilz ayent demouré lóg téps separez les vns des autres sans
faire aucun partage; ains leur succedent respectiuemét leurs prochains lignagers.

SVM. IN GLO. ART. VIII.

² Acuta consuetudinis ratio.

³ Filius ex filia dominum hic excludit.

Dominus directus habens ius conditionis mansuetudinis non succedit filiae nuptae subditi sui ad talem conditionem subiecti, decedentis sine descendentes conuinctis in bonis subiectis tantum. Et etiam non succedit subditis indiuisis etiam quod longo tempore separatim habitauerunt.

Quero de ratione quare dominus directus non succedat filiae maritatae sine descendentes decedenti? dic esse rationem: quia filia etiam maritata retinet originem & familiam patris. Alex. in l. cum quaedam puell. la. ff. de iur. om. iudi. & licet ibidem do. Iaf. videatur tenere contrarium, tamen reperio quod cum do. Alexan. tenuit Philip. Deci. consil. 19. in 2. vol. ubi plenè tractat materiam l. penul. §. si. ff. de iure immuni. quando privilegium datum generi vel posteris transeat ad descendentes ex femina: & sic erit conclusio quod dos dictae filiae redibit ad patrem, aut ad eius descendentes.

ARTICLE IX.

Aussi n'est preferé ledict seigneur direct en la succession de son emphyteote conditionné à ladicte condition, à la fille mariée dudict conditionné, posé qu'il n'y eust autres enfans dudict conditionné. Et nonobstant que ladicte fille ait esté mariée du vivant de son pere, & hors sa maison: ains est preferé ladicte fille audict seigneur direct.

In successione emphyteote conditionati modo praedicto filia etiam nupta directo domino praefertur. Hic Rationem posui in antecedenti consuetudine: quia filia nupta retinet originem & familiam patris. Hic cadit notabilis quaestio: quid iuris, si filia nupta decedat superstiti aucto materno & filio: deinde decedat ipse auus: quis erit praefertendus in successione dicti aui materni, dominus, an nepos ex filia? videtur quod nepos: quia est de descendentes in successione dicti aui materni, dominus, an nepos ex filia? videtur quod nepos: quia est de familia aui: ut notat Bart. in l. liberorum. ff. de verbo. signifi. solutio huius quaestionis dependet ex dictis per Decium in d. consil. 19. ubi vult quod concessio facta per descendentes verificetur in descendentes ex filia, nisi esse in concessione immunitatis, quae non transit ad descendentes ex filia. d. l. 1. §. fin. ff. de iure immu. Cum ergo consuetudo velit quod descendentes ex homine taliter conditionato excludant dominum directum, ergo tale ius exclusionis competit descendentes ex filia: ut minus laedatur ius commune quod fieri possit: & talis est natura consuetudinis. cap. cum dilectus. de consuet. Si tamen obseruantia esset in contrarium, id esset tenendum. l. minimè. ff. de legi.

ARTICLE X.

Toutefois y a plusieurs seigneurs audict pays d'Auuergne, qui ont plusieurs manoirs & tenemens tenuz d'eulx à condition de mainmorte: & à cause de ce par droit constitué, ou prescription ont oultre ce que leur baille ladicte coustume, plusieurs autres droitz, tant à ladicte succession desdictz conditionnez, que autrement. Lesquelz droitz leur seront reseruez nonobstant ladicte coustume, pour d'iceulx iouyr selon leur droit constitué ou prescript.

Domini habentes ex iure constituto aut prescripto super bonis taliter conditionatis à consuetudine, alio modo quam per consuetudinem, non intelliguntur exclusi, ita quod ex illo iure etiam consuetudinis datur concursus. Et sic habes quod quando plura beneficia oriuntur ex diuersis fontibus, & competunt ad diuersa, non impeditur concursus: qua separatorum separata est dispositio. l. in agris. ff. de acqui. rer. domi.

ARTICLE XI.

Et aussi audict pays de Combraille y a plusieurs qui sont de serue condition & de suyte, sur lesquelz leurs seigneurs ont plusieurs droitz, tant par droit constitué, prescription, qu'autremét. Lesquelz droitz leur sont reseruez nonobstant ladicte coustume, pour d'iceulx iouyr ainsi que de raison.

In patria Combralia sunt domini habentes ex iure constituto, prescriptione, aut alio plura iura concessa à consuetudine super subditis conditionatis, quae eis illa illa non obstante consuetudine conseruatur. Ecce quod quando iura sunt compatiblea vnum non concludit aliud: fecus si sunt incompatiblea: quia tunc vnius inclusio alterius est exclusio. l. cum praetor. ff. de iudi.

DES

DES PASTURAGES ET DOMMAGE DE BESTAIL. TIT. XXV. ARTICLE I.



Es pasturages sont limitez en la Limaigne & bas pays d'Auuergne par iustices, en maniere qu'il n'est leu ne permis à aucun faire pasturer en autruy iustice: & s'il le fait, & le bestail y est trouué & prins pasturant, lon est tenu enuers le seigneur iusticier en l'amède de soixate solz, ou laisser le bestail pour le meffait: sinon que le bestail fust trouué pasturat par cas fortuit, ou d'eschapée, & qu'il eust suyte.

SVM. IN GLO. AR. I.

- 2 Duplicem interpretationem hinc recipi posse.
- 3 Non proprie iuris dispositione dici inuentum, qui & captus non fuerit. & nu. 4.
- 5 Quando animalia in solo nostro reperta occidi possunt.
- 6 Iuri conuenire ostendit, daturque consuetudinis intellectus. & nu. 7.
- 8 Si culpa custodis animalium damnum datum sit non deprehensorum, an & quando in foro conscientiae resarciri debeat: & multa circa custodes tam animalium quam carcerum. & nu. sequentibus.

In bassa Aluernia, quae Limaigna uocatur, diuisio finium & territorium fit per limites iurisdictionis: & nulli licet immittere animalia depascentia in aliena iustitia: & si quis contraueniat, & reperta fuerint bestiae, ac captae, tenebitur dominus bestiarum aut soluere solidos sexaginta domino iustituario, aut dare bestias pro noxa: nisi bestiae ita reperta fuerint casu fortuito depascentes, aut euaserunt inuitis custodibus, eas persequentibus.

In tex. in verbo, par iustices.

Potest intelligi altero de duobus modis, aut per limites iurisdictionis & territorii: quia omnis iurisdictionis & districtus habet suos confines. Bal. in l. si testamento. in ultimo not. C. de insti. & substi. aut per erectionem furcarum quae solent infigi in ultimis finibus ad significandum quod iurisdictionis illius territorii illuc usque protenditur. Nam erectio furcarum in vno loco est signum iurisdictionis. Bald. in cap. 1. in §. col. in tit. quid sit inuest. in vsib. feud. & in l. à procuratore. C. manda.

In tex. in verbo, y est trouué & prins.

Vult consuetudo quod non sufficiat inuenire bestias nisi etiam capiantur. concordat cum text. in l. si barfatore. C. de fideiuf. ubi qui promittit inuenire latronem, intelligitur obligatus ad eum capiendum. Et per illum tex. decidit ibi Bar. quod si statutum puniat inuentum cum armis, non habet locum nisi talis arma deferens sit inuentus & captus. tamen contra Bartol. in hoc dicto tenent doc. allegati per do. Iaf. in l. 1. §. haec verba. colum. 2. ff. quod quisque iur. cum quibus videtur assentire: quia quando inuentio est sine effectu, nisi etiam interueniat captura, ut in casu d. l. si barfatore. ubi parum proderat vel nihil reperisse latronem, nisi captus posset iudici exhiberi: tunc non sufficit sola inuentio: quia verba debent intelligi cum effectu. sed quando inuentio operatur effectum sine captura, tunc illa non est necessaria. Et sic in casu statuti de inuento cum armis sufficit quod denuntiator, de quo loquitur l. diuus. ff. de custo. reorum. deferentem arma inueniat, & accuset. nam is poterit condemnari, ideo non videtur eo casu captura necessaria. Et deueniendo ad casum consuetudinis, nisi bestiae capiatur, non poterit consili dno iustituario super poena, & domino praedi super damno: quia ignoratur dominus bestiarum. & postquam bestiae exierint iurisdictionem illius domini in alieno territorio, amplius capi non poterit. Ita quod sola inuentio esset modici momenti & effectus, & sic consuetudo vult quod ultra inuentio etiam capiatur. Verum est quod si bestiae in feudo meo reperta, dum eas capere volo, auferant, & ego eas persequendo in alieno fundo capiam, & id fiat incontinenti, hoc est, antequam diuertam ad extraneos actus, idem iuris erit ac si essent captae in fundo meo. Et istud probatur per id quod in simili decidit Sali. in l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. ubi dicit, quod si ex forma statuti possit animal occidi in fundo, potest etiam occidi extra, dummodo incontinenti. & ista decisio seruit ad ea quae dicuntur infra arti. 24. dum consuetudo permittit auferes occidi in propriis pratis: idem erit in alienis, si incontinenti fiat. Licet haec dicta sint gratia disputationis, tamen communis est cum Bart. secundum do. Iaf. in l. 1. in princ. col. antepenul. ff. de acqui. poss. à qua dicit ipse non esse recedendum in iudicando, quod non dicatur inuentus qui non fuit apprehensus. ibidem allegat alias decisiones conferentes ad confirmationem decisionis Bart. De iure communi nota quod animalia non possunt occidi, sed tantum includi, non tamen animo celandi. habes text. in l. Quintus Mutius. cum l. sequenti. ff. ad l. aquil. quem Bart. ibi dicit menti tenendam, quia quotidie occurrit. Ista tamen decisio non poecedit in volatilibus, quas sub custodia non retinemus, puta in columbis, quos quis in proprio fundo repertos occidere imo nec capere debet: & si faciat tenetur actione furti. l. Pomponius. la. 1. §. si. ff. famil. hercis. ubi Flori. & tex. intelligitur per rationem quam ponit in omni animale habere consuetudinem reuertendi domum. Idem dixit Chassaneus in verbo, des forets. §. 9. & ultimo, versicu. quero nunquid. fo. 378. Et ibi remissiuè ponit, An tenentes columbos in suis columbariis peccent. Et dum ibidem dicit in versicu. de natura columbae. quod victus columbarum non est nociuus. certe istud non est verum tempore seminum, teste experientia rerum magistra, cap. quam sit. de elect. lib. 6. Quis enim adeo simplex erit, qui pos-

fit negare quod comesto semine non tollatur fructus, qui ab eodem procedere debet? ideo dictum illud est intelligendum quando semina iam fecerunt radicem. Et nisi nocerent, non caderet disputatio, si tenentes columbos peccent: quia quod tibi non nocet, & alteri prodest, de facili concedendum est: ut saepius repetit Bar. in repe. l. quominus. ff. de flumi. Et dum Chassaneus allegat Bart. in l. qui ea mente. ff. de furt. quod si capientem columbos alienos poenituerit, tunc cessat delictum & poena, eos restituendo. intellige illud procedere quando quis accepit in suo, & sic res capta dedit occasionem capturae: secus si in alio accepisset: ut bene declarat Bar. in d. l. qui ea mente. col. 1. vers. quare dic. ubi dat simile exemplum de scholare, qui pullos in domo sua repertos accepit ut eos comederet: tamen poenitentia ductus eos restituit: certe liberatus est. & idem repetit Bar. col. 2. vers. si verò potest reduci. Nam in istis exemplis duo concurrunt, quod res captae possunt reduci in pristinum statum, & delictum processit ab incitatione rei captae: ideo admittitur poenitentia: alias secus.

In tex. in verbo, ou laisser le bestail pour le mal fait.

6 Consuetudo concordat cum iure communi, quo disponitur quod si quadrupes pauperiem fecerit, dominus erit liberatus dando bestiam pro noxa. insti. si quadru. paup. fecit. dica. in princ. Idem est in seruo dante damnum. §. dominus. insti. de noxa. actio. & in princ. dicti tituli. Secus in libero homine qui non recipit estimationem. insti. de noxa. actio. §. si.

In tex. in verbo, par cas fortuit ou d'eschapée, & qu'il eust s'uyte.

7 Non paruum video difficultatem quomodo sit intelligenda consuetudo, dum loquitur de quadrupede repta casu fortuito. nam reperiri non potest, nisi euaserit custodiam, & eo casu prouidet consuetudo in fine: quia aut custos persequitur, & excusatur: aut non, & punitur. Quid sibi vult igitur haec consuetudo, dum loquitur de casu fortuito? non video, nisi intelligatur ita esse quando bestia non habebat custodiam: sed accedebat errando & discurrendo fines, & hoc facere inceperat in exitu ergastuli, antequam esset reducta sub custodia: & istum intellectum suadet ratio infra scripta. nam eo casu culpa non potest imputari quadrupedi, quia sensum non habet, nec custodi, quia carebat custodia. patet, nam ubi custos persequitur quadrupedem, quia culpa caret, non est locus emendae.

In tex. in verbo, trouué & prins pasturant.

8 Cadit notabilis quaestio. pone quod custos fuit negligens in custodiendis bestiis, & propterea bestiae derunt damnum proximo: utrum teneatur in conscientia tale damnum refarcire, quando bestiae non fuerunt captae, ut consuetudo requirit, nec forte inuentae? Conclusio est, quod aut lata culpa custodis id accidit, & tenetur in foro conscientiae: exemplum, dimisit bestias suas in limitibus fundi sui, & recessit aut cepit dormire, & non prauidit quod bestiae suae de facili poterant ingredi fundum proximi. talis culpa aequiparatur dolo, & tenetur: sicut patet in duobus exemplis quae tradit Fely. infra proximè allegandis, quando prope domum vicini de facili combustibilem, forte pallea coopertam, ponit fusinam, vel facit magnum ignem. Aut custos dimittit bestias in pascuo communi, & satis remoto a praediis alienis: & tunc si bestiae ingrediantur & damnum inferant, culpa custodis causata ex quadam negligentia dicitur leuis, & tenetur de iure de damno dato praecedente culpa leui vel leuissima. l. in lege aquilia. la. 2. ff. ad l. aquil. sed in foro conscientiae, auditor confessionis imponet sibi poenitentiam pro modo culpa, & non cogit ad restitutionem damni: ut patet in duobus exemplis traditis per Fely. in cap. sicut dignum. col. penul. & si. de homi. In primo exemplo Fely. quando quis non bene cooperit ignem suum, & negligentia sua domus sua cum domo vicini fuit combusta, certe tenetur de iure, sed non in conscientia, damnum vicino refarcire. In secundo exemplo quando posuit ignem in sua stipula non aduertens principium ventorum, ex quibus segetes vicini aruerunt. casum in hoc secundo exemplo habui de facto. Nam quidam rusticus volens comburere stipulam sui agri, vicini altero, seu vineae alterius, fecit tale incendium in dicta vinea, quod omnes vites perire. certe iste excusari non potest, quin dicatur in lata culpa: quia satis potuit praecogitare quod vi ventorum non poterat resistere quin progredierentur vineam alterius, & ignorare quod omnes intelligunt vel intelligere debent esse lata culpa: quae, ut praedictum fuit, dolo aequiparatur. Potuisset forte esse leuis culpa si a principio ventus fuisset sine impetu, & inter agrum & vineam fuissent fossata, taliter quod verisimile non erat ignem in ipsam vineam progrediturum, nec alius quicquam id extimasset vento excrefcente propter impetuositatem id effecerit. bene credo quod isto casu procederet exemplum prout describitur per Fely. quod talis teneretur de iure, sed non in conscientia. Materiam hanc late explicauit Fely. in d. cap. sicut dignum. col. penul. in fi. & si. de homi. & Decius in ca. quoniam contra falsam. col. 15. vers. in glo. in verbo, negligentiam. de proba. Et in materia custodis bestiarum, utrum teneatur de bestia mortua, vel de damno dato vicino: dic quod sic: quia in eo in dubio praesumitur culpa, nisi probet culpam abesse. argu. l. si quis argentarius. §. vlti. ff. de eden. Idem est in custode carceris. l. vlti. ff. de custod. reo. Nam custos tenetur de mala custodia. l. qui mercedem. ff. loca. Et ex supra scriptis legibus probatur quod ei qui tenetur ad custodiam rei ratione officii publici, vel priuati, non sufficit probare interitum, nisi probet culpam abesse: & propterea inferitur quod non sufficit caprario portare domum pellem caprae mortuae, ut excusetur a culpa vel dolo. Ita decidit do. laf. post Bal. in l. si pascenda. col. 2. C. de pactis.

ARTICLE II.

Toutefois en plusieurs lieux les habitans en vne iustice peuuent pasturer par droit de marchage en autruy iustice.

SVM. IN GLO. ART. II.

3 Consuetudine ius pascendi acquiri non posse, sed alijs modis hic recitatis. & nu. 4.
5 Aliqua in materia iuris pascendi remissiuè quaerit.

Aliquando habitantes in una iustitia habent ius in alia depascendi iure marchagij.

Istud ius potest competere ex pacto facto inter villas diuersarum iustitiarum: & tale ius ex pacto & conventionone non habet dubitationem. An autem possit acquiri per consuetudinem? videtur quod non: quia populus potest inducere consuetudinem in his tantum, in quibus potest expresse disponere. nam procedunt a pari posse statuere, vel consuetudinem inducere: ut declarat Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Sed populus vnus iustitiae non potest statuere quod eorum bestiae depascantur in aliena iustitia, & sic non possunt consuetudinem inducere: tamen contrarium decidit Cepolin tractat. de serui. rust. praedio. in titulo, de seruitute iuris pascendi. vers. quare quarto quomodo acquiratur ista seruitus. & dicit quod pluribus modis. Primo institutione vel alia vltima voluntate, si ius pascendi relinquatur. Secundo pactioibus, & stipulationibus vel contractibus. Tercio praescriptione vel consuetudine praescripta. Et ibidem habes quantum tempus requiratur in tali praescriptione iuris pascendi pecora. Item qualiter probetur possessio vel quasi iuris pascendi pecora. Item & qui testes dicantur idonei, utrum illi de vniuersitate qui praetendunt ius seruitutis. Inter caetera non tradas obliuioni quod dicit ipse Cepola, in dicto tit. col. 2. in princ. vers. vltimo dixi agri mei. ubi declarat quod si habeo ius pascendi pecora in alieno ratione fundi mei proximi, dicitur ius pascendi seruitus realis, alias dicitur ius personale. Et ideo infero quod in casu consuetudinis nostrae si sit vniuersitas habens ius depascendi in aliena iustitia, dicitur habere ius personale. Idem si sit singularis persona, quae non habeat fundum, cui talis seruitus debeat.

ARTICLE III.

Mais quant es habitans d'vne mesme iustice il leur est leu & permis faire pasturer leur bestail quel quonque es pasturages communs & terres hermes & vacans situées en ladite iustice en tout temps & saison de l'an.

SVM. IN GLO. AR. III.

Oppositione explicatur consuetudo. Per totum.

Habitantibus in eadem iustitia toto tempore anni licita est in pascuis publicis & terris uacantibus pasturatio.

In quantum consuetudo loquitur de pascuis publicis, concordat cum iure communi: quia pascuorum vsus est publicus, ad depascendum destinatus: ut patet in tit. C. de pasc. pub. lib. 10. Sed in quantum loquitur de terris vacantibus, illud clarè procedit, si dominus terrae non contradicat: sed domino contradicente videtur dubium: quia quilibet potest prohibere ne quis fundum suum ingrediatur. §. fere. vers. clare. insti. de rer. diuis. tamen in casu isto, ut consuetudo aliquid addat iuri communi, non est licita prohibitio.

ARTICLE IIII.

Et es heritages portans fruitz, foyent prez ou terres, iceulx fruitz leuez ou passe le temps qu'ilz le doiuent estre, si n'est es prez ou d'ancienneté lon a accoustumé faire reuiure.

SVM. IN GLO. ART. IIII.

Quid si praedia olim sterilia efficiantur fertilia.

In praedijs & pratis fructiferis leuatis fructibus aut lapsu tempore leuationis, licita erit pasturatio, nisi ex antiquo dicta prata sint consueta duplicatos reddere fructus.

In tex. in verbo, ou passé le temps.

Nota quod mora vnus non debet alijs obesse, imo nocet moroso: ut plenè notatur per doct. in l. quod re. ff. si cert. pet. Potest quaeri quando quis dicatur in mora leuandi fructus? dic quod istud relinquatur iudicis arbitrio, considerato loco, & vicinis praedijs. argumento l. 1. §. fin. ff. de iure deliber. & l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.

In tex. in verbo, ou d'ancienneté.

Dum vult consuetudo considerationem haberi si illa prata sint de antiquo consueta bonos fructus producere: quare, pone quod de antiquo illa erant sterilia & consueta tantum vnum foenum producere: nunc sunt ex industria domini redita pinguiora, & afferunt duplicem fructum: utrum leuatis primis fructibus possint pasturari? si consideremus verba consuetudinis, certè sic, quia in pratis consideratur status antiquus: tamen istud videretur sapere iniquitatem, quod ex facto alieno detur impedimentum recolligendi secundos fructus. Et arbitror quod si domini qui redigerunt consuetudines in scriptis de hoc fuissent interrogati, utique dixissent non esse admittendam pasturam, nisi leuatis secundis fructibus: & ideo hoc est habendum pro expresso, iuxta glo. in l. tale pactum. §. si. ff. de pact. ad hoc tamen posset responderi, quod non sine ministerio posuerunt verbum, d'ancienneté, quod satis declarat intentionem consuetudinis. Et pro ista parte facit quod postquam res semel est affectata ad certum onus vel seruitutem, non potest forma immutari in praerudicium tertii. Ita decidit Cepolin tractat. de seruit. rusti. praed. in rub. de seruit. iur. pascendi.

ARTICLE V.

Au hault pays d'Auuergne & es monteignes du bas pays lesdictz pasturages

ARTICLE VIII.

Si le bestail de plusieurs estrangers est trouué pasturat en autruy iustice, & soubz vne garde, tous les seigneurs dudit bestail, posé qu'ilz soyent plusieurs, ne doiuent payer qu'une amende de soixante solz, si la prinie est faicte de iour.

SVM. IN GLO. AR. VIII.

Pluribus delinquentibus quando poena unius ceteris liberet, remissive.

Per totum.

1 Pluribus & diuersis pascentibus suas bestias in aliena iustitia sub eisdem custodibus, una sola debetur emenda, si bestia de die capi contingat.

In tex. in verbo, soubz vne garde.

2 Nota quod licet sint plures domini, tamen quia talis dolus vel culpa ascribitur custodi, & est vnica custodia, ideo debetur vna tantum emenda. Simile habes in l. in fin. ff. si fam. fur. feci. dica. vbi factum vnus familiaris pro vno habetur, quantum ad praedictum domini. Et quando plures delinquerunt, vtrum omnes teneantur, an vno solente ceteri liberentur, vide text. & glo. in litem Mella. §. sed si seruum plures. ff. ad l. Aquil. Et ibi fit conclusio, aut agitur ciuiler pro interesse, & vno solente, ceteri liberantur: quia amplius non interest creditoris: aut agitur ad poenam, & solutio vnus alium non liberat.

ARTICLE IX.

Mais l'elle est faicte de nuit, & que ledit bestail soit trouué pasturant à garde faicte, ledit bestail est confisqué moitié au seigneur iusticier, & l'autre moitié à partie qui aura souffert le dommage. Et s'il n'y a garde, l'amende est arbitraire.

SVM. IN GLO. ART. IX.

2 Pulchra consuetudinis ratio redditur.

1 Quando captura bestiarum fit de nocte repertis bestiis depascentibus cum custode, confiscantur pro dimidia domino iusticiario, & altera domino praedicti. Et si sine custode, erit poena arbitraria.

2 Ecce quod secundum consuetudinem grauius est delictum, quod de nocte patrat, quam de die. Ratio est, quia est maior doli praesumptio. text. est notabilis in l. fin. ff. de ritu nupt. qui dicit, si palam delinquit laeuius punitur: si clam, seuerius. Item est maior culpa de nocte qua bestiae sunt restringendae, secundum usum patriae nostrae: licet in pluribus partibus (maxime Romanis) aliter obseruetur. apud nos potest decantari illud Virgilianum: Nocte silent omnia. Et quia in dicta l. si dicitur de matrimonio nocturno, tu iuuenis qui vis vxorari, non habeas prima vice aspectum futurae vxoris de nocte: quia ita docet Ouidius, dicens: Nocte latent mendae, vitioque ignoscitur omni.

ARTICLE X.

Le seigneur de l'heritage situé en autruy iustice peut iouyr de son heritage en telle maniere & qualite que bon luy semble en temps prohibé & defensable selon la coustume des lieux, & n'est à cause de ce amendable.

SVM. IN GLOS. ART. X.

2 Hic quoque ratio tantum assignatur.

1 Dominus rerum situatarum in aliena iustitia utitur earum ratione consuetudinis loci, ubi res sunt situate sine periculo emende.

2 Ratio consuetudinis est, quia bona immobilia coherent territorio vbi sunt sita, & mobilia personae. Ideo dicit Bal. ea ratione in l. mercatores. C. de commer. & merca. quod imperator confiscando bona subditi sui, bene confiscat mobilia: sed non immobilia in alieno territorio sita, non subiecta imperatori. Idem si subiecta quando confiscatio fit ex forma statuti loci vbi habitat delinquens: quia eo casu confiscatio tantum locum habet in bonis immobilibus sitis in territorio vbi viget tale statutum.

ARTICLE XI.

On ne peut faire pasturer bestail es pasturages communs ou particuliers d'aucune iustice à plus grand nombre que len a hyuerné & nourry des foins & pailles prouenans des heritages que lon tient en ladite iustice, soyent leurs ou par louage ou autrement. Et a lieu ladite coustume tant au pays coustumier, que de droit escript.

SVM. IN GLO. ART. XI.

2 Quas consuetudines patria iuris scripti recipit, recitat.

Non licet

Non licet depasci facere in pascuis communibus aut particularibus plures bestias, quam quis propriis facis aut palleis in proprio aut conducto praecedenti hyeme nutruerit. Et habet locum hac consuetudo in tota Aluerna, etiam ubi iunior iure scripto.

In tex. in verbo, que de droit escript.

Collige ex hac consuetudine quod patria Aluerniae regitur partim moribus, partim iure scripto. Ratio est, quia loca subiecta ecclesiis in temporalibus non admiserunt consuetudines in scriptis redactas, nisi infra scriptas: vt patet ex originali libro consuetudinum. Et primo vltimam in titulo des achapz, lotz & uentes. Item decimam septimam des prescriptions. Item totum titulum, des executions, uentes & subhastations. & maxime 62. articulum. Item in titulo, des pasturages, septimum, vndecimum, vt de se patet. 12. 13. 22. 24. Item in titulo, des iniures. consuetudinem quartam. Item consuetudines totius tituli d'astiere de rente. Et aduerte quod licet in litera dictarum consuetudinum dicatur quod aliqua consuetudines habent locum in patria iuris scripti, tamen non fuerunt acceptatae: vt apparet ex processu fulminato super consuetudinibus, & protestationibus deputatorum ab ecclesiasticis, & quia oppositionis quaestio non est decisa, interim in iudicando seruatur ius scriptum in non acceptatis. & ita fide digno testimonio accepi obseruari per iudices & regium senatum. & ita suadet fieri rubrica tituli, vt lite pend. nih. inno.

ARTICLE XII.

Si le bestail d'autruy est trouué en mesme iustice, donnant dommage, le seigneur de l'heritage le peut prendre de son autorité, & le mener en sa maison, & iceluy detenir vingt quatre heures. Pendant lesquelles il peut composer avec partie de son interest, & rendre ledit bestail si bon luy semble, sans amende ne clame.

SVM. IN GLOS. ART. XII.

2 Legibus confirmatur hac consuetudo.

3 Hic temporis cumulationem admitti.

1 Si in eadem iustitia alienum animal offendens reperitur, & potest capi, includi: & durantibus horis 24. potest capi componere pro interesse cum parte, & ipsum animal sine emenda vel clama relaxare.

2 Dum consuetudo vult quod pars possit capere & includere, est tex. in l. Quintus Mutius. cum l. sequenti. ff. ad l. aquil.

In tex. in verbo, vingt & quatre heures.

Pone quod is qui quadrupedem accepit eam retinuerit per decem horas, postea aufugit, & per plures horas post fuit recuperata, ita quod transierunt horae plus quam quadraginta: sed post recuperationem infra horas duodecim significauit domino iusticiario, & praesentauit quadrupedem: vtrum dicatur fecisse infra viginti quatuor horas statutas per consuetudinem? videtur quod non: quia tempus dicitur de forma. authen. quae supplicatio. vbi Bal. C. de preci. impe. offe. in contrarium videtur quod fiat cumlatio temporis. Pro conclusione dic, quod cumlatio fit in fauorabilibus: secus in odiosis. Ita dicit do. las. in l. si idem eum eodem. col. 3. versiculo, dictum est. ff. de iurisd. om. iudi. sed in casu consuetudinis videtur fauorabile quod is qui quadrupedem accepit eam restituere possit infra dictas 24. horas: ergo concedenda est temporis cumlatio.

ARTICLE XIII.

Lesdictes vingt quatre heures passées il ne peut garder ledit bestail, & est contrainct le rendre au maistre & seigneur d'iceluy, ou le bailler au seigneur de la iustice pour clame & pour son interest, s'aucun en veult: lequel sera tenu le faire estimer dedans quatre iours, autrement ne sera receu à le demander.

SVM. IN GLO. ART. XIII.

2 An pro damno dato animal retineri possit, laicè.

3 Hic non solum praesentis damni, sed etiam futuri rationem esse habendam, utiliter ostendit.

4 In estimatione damni iuramentum inuita parte non esse deferendum.

1 Elapsis horis 24. tenetur qui animal inclusit, aut illud uero domino restituere, aut superiori remittere, faciendo clamam etiam pro suo interesse: quod infra quatuor dies tenetur estimari facere: alius erit exclusus.

2 De iure communi potest animal retineri donec dominus eiusdem illud recognouerit. l. Quintus. in l. sequenti. ff. ad l. aquil. Difficultas est vtrum possit capiens animal alienum in eius fundo retinere, donec sit sibi satisfactum pro damno dato: Panor. in c. si laeserit. in fi. de injur. dicit, quod non, ea ratione, quia animal peruenit ad capientem sine consensu domini. Illa ratio non videtur bona, quia satis est quod animal peruenit ad

Do. Aymo. gloss. in consue. Aluer.

rit ad capientem autoritate legis: ideo videtur licita retentio. quoniam quando aliquid conceditur, videntur concessa omnia ea quæ pertinent ad principalem concessionem. l. 2. ff. de iur. om. iudi. Nam permissio de capiendo alienum animal in proprio fundo fuit, vt dominus fundi consequeretur satisfactionem damni: ideo isto casu videtur licita retentio, per ea quæ notat do. Iaf. in l. si non fortem. §. si centum. col. 3. versiculo, tertio nota. ff. de condi. indebi. vbi dicit quod propter expensas licita est retentio. allegat. Bar. in l. si. C. commoda. dicentem quod sartor potest retinere vestem pro mercede, donec solvatur. Et ratio est euidens, quia melius est pignori incumbere, quam in persona agere. Ita cantat regula iuris. Et tamen contra prædictam regulam facit deci. Alberi. allegata per do. Iaf. vbi. supra, qui tenuit quod aduocati, procuratores, & iudices non possunt retinere iura & instrumenta eis tradita, pro eorum mercede. Pro solutione videtur dicendum, quod si expensa debeatur ratione ipsius rei, puta ratione vestis, tunc ipsa retineri possit: sed si aliquid extrinsecus debeatur, vt dictum fuit, in iuribus & instrumentis, non sit licita retentio, quæ regulariter est prohibita: vt dicit do. Iaf. in loco præallegato. Et sic adaptando præmissa ad casum consuetudinis, imo & legis quæ non vult animal retineri: potest dici quod licet animal damnum dederit, tamen est in consideratione sola æstimatio damni, ideo ipsum animal retineri non potest, obstanti regula, quod vna res pro alia retineatur: sed aliud est in mercede sartoris qui laborauit circa operam ipsius vestis. Et ideo videtur dicendum eadem ratione quod si accipiens animal fecerit expensam durante tempore quo licite potuit retinere, quod licita erit retentio pro expensis ipsius animalis. Bar. mouet dictam quæstionem, vtum sit licita retentio. in l. hoc amplius. §. de his. in fi. ff. de dam. infe. & concludit quod in animalibus non est licita, propter periculum ne pereant fame: & quod in aliis rebus, in quibus non imminet periculum, sit licita retentio. Bar. refert & sequitur Ang. in l. si. quadri. paup. fecit. dica. col. 2. versiculo, quid si reperiam. Et forte posset attentari, quod in partibus vbi sunt statuta super taxa damnorum, vt communiter cõtingit in partibus Pedemontanis, quod esset licita retentio pro damnis: quia eorum æstimatio non requirit altiorem indaginem, vt dicimus de reperto in fragranti crimine, qui sine processu puniri potest, vt plene tradit do. Iaf. in l. 1. in principio. col. 8. versicu. item adde prædictis. & versiculo, sequenti. ff. si quis ius dicen. non obtem. Fely. in c. pastoralis. §. quia vero. col. 2. de offi. deleg. Hypol. de Marfi. in l. 1. in principio. col. 3. ff. de quæstio. tamen in hac difficultate dicentem sic: Aut dominus animalis capti nullam allegat excusationem, & tunc videtur quod esset licita retentio: aut aliquam allegat quæ altiorem requirit indaginem, & tunc sit locus restitutioni animalis, ea potissima ratione, ne consumatur in expensis. Non auderem tamen firmare quod primo casu sit licita retentio, quia ab alio tactum non inuenio: & videtur ob stare regula, ne quis sibi ius dicat propria autoritate. Cui non obstat argumentum primum: quoniam lex ideo permittit capturam, vt dominus fundi sciat contra quem agere possit, & sic statim reperto domino, est finita causa permissionis.

In tex. in verbo, *fare estimer.*

- 3 Est notandum quod æstimatio damni aliquando fit pro damno dato in rebus, aliquando in personis. Circa primum quando agitur de damno dato in rebus: quid veniat in hac æstimatione, est text. qui ad litteram dicit: faciendæ æstimatio est quanti domini interfuit non lædi. ff. arbo. fur. cas. Circa hoc dictum mouet Ang. de Areti. in l. si. quadri. paup. fecit. dica. col. 2. versiculo, quid si immisisti. quæstionem notabilem, quæ quotidie occurrit. Aliquis immisit animalia sua in prædium meum, in quo erat frumentum seminatum: quod tamen adhuc erat in herba, vtum æstimabitur dicta herba prout valet, an prout valere poterit postquam redacta erit ad frumentum? post aliqualem disputationem decidit quod æstimatio fiet de herba tantum. Et mouetur duobus fundamentis: primum est, quod herba non venit appellatione frumenti, sicut nec arbor venit appellatione herbarum. l. certe. ff. arbo. fur. cas. Item & secundo quod in æstimatione laquiliæ non habetur consideratio de futuris: profecto plurimum me trahit in admirationem illa decisio, que non videtur fundari ex dictis duobus fundamentis, vt statim declarabo: & cõtra ipsam decisionem videntur facere tex. expressi in l. hac actione. ff. si. quadri. paup. fecit. dica. & in l. si. ff. de his qui cie. vel effu. vbi in æstimatione habetur ratio futurarum operarum. Et ex his tollitur secundum fundamentum, quod in æstimatione laquiliæ non habeatur ratio futurorum. Et ad primum fundamentum d. l. certe. respondetur: bene verum est quod aliud est herba, & aliud arbor, & quod non potest fieri condemnatio de herba, tanquam de frumento, cum ista sint diuersa. Sed ex eo non sequitur quin possit haberi ratio quod in futurum dicta herba reddidisset frumentum, & quod non sit fienda æstimatio quanti intererat domini dictam herbam non fuisse consumptam: quoniam ita cantat lex falcidia præallegata: & in quantum pro se allegat tex. in l. ait lex. §. si. ff. ad laquil. certe ille tex. ad litteram decidit casum nostrum, vbi dicit: Sed vtum corpus eius solum æstimamus, quanti in eo anno fuerit, cum occideretur, an potius quanti interfuit nostra non esse occisum. Et hoc iure vtum vt eius quod intererit fiat æstimatio. Ecce quod ibi non tantum consideratur quod intererit tempore damni dati, sed quod intererit in futurum. Et licet glo. si. aliter intellexerit, certe ille intellectus dirigitur de directo contra verba tex. Et ad propositum optime conferunt quæ dicam in sequenti articulo: ex quibus mihi suadeo concludendum, quod licet herba æstimetur vt herba, tamen sit habenda ratio quod produxisset frumentum, & quod æstimatio sit fienda considerato quantum interfuit domini herbam non fuisse succisam vel depastam: habita ratione quod erat parata frumentum producere. Nec obstat si dicatur poterant multa euenire, quæ fuissent impedimento, puta tempestas, siccitas, & his similia. & quod talis futurus euentus potest esse in consideratione. l. stipulationum. §. sacra. ff. de verbo. oblig. Et forte non esset mala practica si fieret statim condemnatio, & exactio differretur vsque ad tempus mensium: quia tunc liquido appareret si mensis erat producenda ad consummationem, iuxta tex. in l. in lege aquilia si delictum. ff. ad laquil. & per istum tex. ita tenuit Spec. in titu. de iniur. §. sequitur videre. vers. sed qualiter æstimabitur damnum.

damnum. quicquid dicant doc. in hac patria Alueriæ, sit æstimatio herbarum, considerato quantum granum producere poterit tempore mensium. Et idem puto obseruari in aliis prouincijs. nam negari non potest quin talis pastura diminuat patrimonium respectu futuri bladi: ideo venit appellatione damni, iuxta l. damnum. ff. de dam. infe. Amplector nunc secundum articulum quando damnum datum est in persona hominis qui fuit occisus, vel fuit ei mutilatum membrum: & ista est conclusio quod habetur ratio expensarum quæ fecit in infirmitate: item & operarum quæ amisit vel amissurus est. Ita cantat tex. in d. l. hac actione. ff. si. quadri. paup. fecit. dica. l. si. ff. de his qui cie. vel effu. decidit Panor. in c. i. versiculo, vterius quæro. col. 2. de iniur. & dicit quod dicta actio non tantum competit percusso, sed etiam patri aut hæredi occisi, quando pater vivebat ex operibus filii. Et ista decisio plurimum confert quando in interatione gratiarum factarum à principibus taxantur damna & interesse patri aut hæredibus defuncti, maxime quando sunt iuniores, pauperes, vel inhabiles ad acquirendum eorum victum. Item quoniam dictum fuit supra in principio, quod licet animal damnum dans includere. Quæro quid si capiendo aut expellendo animal illud damno afficiam, vtum teneat lege aquilia? die quod si tetigero animal, quod sic. Et si aliter ex persecutione mea, vel expulsionem damnum animal passum fuerit, dabitur contra me actio in factum. Ita decidit tex. iur. eta. glo. in l. Quintus Murius. ff. ad laquil. Ita etiam si animal fame perierit, aut deterioris factum fuerit culpa mea, ego teneor. Ratio est, quia ita debeo me habere in rebus alienis sicut in proprijs. l. quanuis. ff. ad laquil. Et dicit Panor. in c. si quis de iniurijs. quod non licet aliquid facere in meo animo nocendi alteri. Et ibi ponit exemplum de eo qui aliquid iniurijs. quod non licet aliquid facere in meo animo nocendi alteri. Et ibi ponit exemplum de eo qui aliquid venenosum in suo ponit, vt animalia vicini ibi pasturam sumentia pereant. Iterum notandum est, quod si aliquis percuterit animal meum, non possum petere æstimationem animalis percussus, & dare animal percussori: sed tantum æstimationem damni: secus est si animal sit mortuum, quia tunc erit percussoris, & ego consequar æstimationem quantum mea interest ipsum animal non fuisse occisum. Ita probant tex. in c. si quis. & in c. si læserit. de iniur. & aperte decidit Io. fab. in §. sic itaque discretus. col. si. ff. de actio. Circa istam consuetudinem occurrit quæstio de facto in auditorio, die 21. Ianuarii 1544. in loco Montisferrandi. Exorta quæstione de damno dato, dominus bestiarum obtulit se paratum super æstimatione damni stare decissuo iuramento domini damnum passi. Ipse verò recusauit iurare, petendo se admitti ad probandum per visitatores loci ad formam consuetudinis. Fuit habitum scrutinium per dominum locum tenentem: & fuerunt exquisita vota à dominis aduocatis: qui diuersas dederunt opiniones. Ego requisitus à docto scholare quid sentirem, dixi quod non erat locus iuramento inuita parte: quia lex manifestæ turpitudinis ff. de iureiuran. habet locum quando pars tenetur aliquid probare: & vt releuet se ab ore probandi, facit partem iudicem. nam est in manifesta turpitudine si recusauerit iurare. Sed hic sumus in casu diuerso vbi is qui offert iurandum non tenetur aliquid probare: sed onus probationis damni dati incumbit domino passo damnum: & non cogitur se angustare ad iuramentum, cum prætetendat se habere alias probationes. Casus est iudicio meo in c. secundo de proba. vbi ille qui habet instrumentum de debito non cogitur iurare: & si non probauerit recusando iuramentum, nihil interest rei, quia absoluetur. argumento tex. in l. si. C. de fid. instrum.

ARTICLE XIII.

Et sera creu le seigneur de l'heritage ou son mestayer, louendier, seruiteur ou commis de la prinse dudit bestail, quant au droit du seigneur, qui est le droit de clame.

SVM. IN GLOS. ART. XIII.

2 Hic ius commune esse contrarium.

Domino fundi aut eius colono vel seruitori attestanti se inclusisse animal in offensa repertum, quo ad clamam in domini utilitatem est credendum.

De iure communi non crederetur dicto eorum de quibus supra, quia si vnicus testis hoc diceret, esset singularis. Sed bene creditur denuntiatori ab officio constituto ad causam custodiæ finium, ratione eius officij: de quibus denuntiatoribus loquitur tex. vbi etiam Bar. in l. diuus. ff. de custo. & exhi. reo. Et vt credatur denuntiatori, vt possit ex eius dicto quis condemnari, requiruntur duo: quod sit ad id constitutus, & quod crimen sit leue, aliàs eius dictum sufficit ad inquirendum tantum. Ita Deci. consi. 94. col. 2. in 1. vol. Alex. consi. 75. col. penul. in 5. vol. Areti. in tractatu malefi. in verb. nec non ad denuntiandum col. 3. & 4.

ARTICLE XV.

Aussi sera creu ledit seigneur de l'heritage & autres dessusdictz de ladicte prinse tant seulemēt, quant à son interest particulier qu'il sera tenu faire estimer.

Creditur domino & seruatoribus in prædictis, & respectu particularis interesse & damni, quod uenit æstimandum. 1
Consuetudo vult quod credatur parti in causa propria. Ex hoc mouetur quæstio: quando per pactum statutum, vel consuetudinem effici possit, vt parti in casu proprio credatur? Et ista quæstio cõtingit sæpius, vbi in instrumentis quis se obligat ad damna & interesse, de quibus promittit stare iuramento partis. Et quia ista materia amplè tractatur per do. Iaf. in repe. l. admonendi. col. 82. quasi per totam col. de iureiuran. ideo me remitto.

ARTICLE XVI.

Toutefois si la partie au parauant ledit serment veult estre admise, a prouuer

le contraire, il sera receu : & pour ce faire luy sera donné vn seul delay : autrement le seigneur de l'heritage qui dit auoir fait ladicte prinse, en sera creu par son serment.

SVMMAR. IN GLO. ART. XVI.

2 Consuetudo similitudine confirmatur.

1 Dicta superius, de stando dicto domini, aut seruitorum, debent intelligi medio iuramento. Et si ante illius praestationem pars offerat probationes in contrarium, auditur, & ei ad probandum unica dilatio impartitur.

2 Habes ex hac consuetudine quod quotiens probatio est priuilegiata, vt hic, creditur parti cum iuramento, admittitur probatio in contrarium. Simile habemus de iure communi. Nam licet praesumptio iuris sit liquidissima probatio. l. nam. ita diuus. ff. de integ. resti. Item licet de his quae in conscientia nostra consistunt, credatur iuramento nostro, iuxta glo. in §. sed iste. insti. de actio. & glo. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. tamen admittitur probatio in contrarium. Ita dicit Bar. in l. 2. §. si à pupillo. circa fi. ff. de vsucap. pro emp. & in l. is potest. col. 8. ff. de acqui. hære. refert & sequitur do. las. in d. §. sed iste. col. 25. versiculo, tertio ad glo. nostram. insti. de actio.

ARTICLE XVII.

Et si la prinse est faicte de iour en mesme iustice, comme dict est, n'y a que clame au seigneur.

SVMMA. IN GLO. ART. XVII.

2 Conciliatur haec consuetudo superiori.

1 Si captus facta fuerit de die in eadem iustitia, est locus soli clamæ pro domino.

2 Haec consuetudo videtur velle quod si animal capiatur de die in eadem iustitia, non sit locus aestimationi interesse, sed soli clamæ: tamen contrarium est decisum supra articulo 13. Et ideo quia haec ad illam se refert, eam referendo vult dicere, est locus soli clamæ respectu domini iustitiarum: vt patet ex sequenti consuetudine, vt iura iuribus concordemus. l. sed & posteriores. ff. de legi.

ARTICLE XVIII.

Mais si c'est de nuit à garde faicte, & donnant dommage, le bestail est confiscé la moytié au seigneur iusticier, & l'autre moytié au seigneur de l'heritage comme dessus: & audict cas ne sera celuy seigneur de l'heritage creu par son serment de ladicte prinse. Et si ce n'estoit à garde faicte, l'amende est arbitraire.

1 Si de nocte fiat captura bestiarum offendentium sub custodia, dimidia applicatur domino iustitiarum, & altera domino damnum passio, ut dictum fuit supra articulo. 9. Sed isto casu pars capiens debet capturam iustificare, aliter quam per sacramentum. Et si sine custodia, est poena arbitraria.

2 Ecce quod per consuetudinem quando imminet poena ardua, puta confiscationis, tunc non creditur parti: secus quando agitur de modico praerudicio. Ratio est, quia vbi maius periculum imminet, ibi cautius est agendum: hinc est, quod in leuioribus delictis creditur denuntiatoribus cum iuramento in arduis, secus: vt notat Bar. in l. diuus. ff. de custo. & exhi. reo. & plenius notauit supra.

ARTICLE XIX.

Si icelle prinse est faicte en mesme iustice par l'officier ou ministre de iustice, la clame est due au seigneur iusticier: & est ledict ministre de iustice creu de ladicte prinse.

1 Si captura fiat ab officiali, vel ministro seu seruitore, ei creditur, & clama debetur domino iustitiarum.

2 Intellige de seruitore vel ministro, cum iuramento: quia est priuata persona: officiali autem sine iuramento: quia iurauit in principio officii, & non praesumitur immemor salutis aeternae. l. si. C. ad l. lul. repetund.

ARTICLE XX.

Contre tout bail de clame, soit de beste ou autre chose donnant dommage, y aura d'oresenauant par l'aduis des estatz opposition: combien que par cy deuant en plusieurs lieux dudict pays le contraire ait esté gardé.

1 Contra clamam, ex quacunque causa fiat, admittitur oppositio, licet hactenus in pluribus locis fuerit contrarium obseruatum.

2 Profecto continet haec consuetudo aequitatem & iustitiam: quia ista oppositio sapit defensionem quae est de iure naturali gentium & civili: vt notant doc. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. & cano. in c. quae in ecclesiarum. de consti.

ARTICLE

ARTICLE XXI.

Et se raporteront tous bailz de clame en iugemét, partie presente ou appellée.

Omnes clamæ reportabuntur in iudicio parte presente aut uocata.

Ratio est quia ad omnem actum ex quo pars laedi potest est vocanda. l. diuus. ff. de re iudi. l. nam ita diuus. 2 ff. de adoptio.

ARTICLE XXII.

Les garenes anciennes portent defences en toute saison de l'an & ne peuent estre pasturées sans le congé & licence du seigneur à qui elles appartiennent sur peine de soixante solz d'amende, quand le bestail y est trouué d'eichappée: mais si c'est de garde faicte, l'amende est arbitraire.

Pastura in antiquis garenis omni tempore est prohibita: & si capiatur animal offendens sine custodia, emenda erit solidorum sexaginta: si vero cum custodia, erit arbitraria.

ARTICLE XXIII.

Ieunes bois estans en puel sont defensables trois ans apres la coupe d'iceulx sur peine d'amende arbitraire.

Nemora iuuenilia sunt bannita per tres annos post eorum incisionem sub poena arbitraria.

Ratio est quia propter teneritatem excrementum virgularum de facili à bestis deuastantur, & sic redirentur nemora inutilia: quod lapsis annis tribus, quia facta sunt fortiora, non facile contingit. Et sic consuetudo non laborat vt minuat libertatem vel restringat, sed vt idennitati consulat cum discretione teporis.

ARTICLE XXIII.

A esté aduise par les estatz pour le bien de la chose publique que d'oresenauant ne sera permis faire pasturer es prez situez audict pays aucuns pourceaux ne oyes en quelque saison de l'an que ce soit, sur peine de clame quant esdictz pourceaux: & quant aux oyes s'il y en a nombre de vingt & au dessus, est permis d'en tuer deux en les laissant es prez ou auront esté trouuées, sans les pouoir approprier à son prouffit. Et s'il y en a moins que le nombre de vingt, len n'en pourra tuer qu'une, en la laissant comme dessus.

In pratis toto anno est prohibita pastura porcorum sub poena clamæ: & anserum, in quibus nulla est adiecta poena: saluo quod si reperientur ultra viginti, licebit domino duas occidere, & in eodem loco eas dimittere, nec asportare. Et si minus quam viginti, licebit unam tantum occidere & non asportare modo predicto. Et hoc pro bono publico.

Ratio de suibus est, quia eorum pastura subuertit pratum, & semper est nociua. Item in anseribus, quia deplantant vsque ad radicem. Et ratio quare sunt dimittendae in prato vbi occiduntur, est, vt custodibus anserum videntibus praestant exemplum abstinendi.

ARTICLE XXV.

Et pareillement si aucunes chieures sont trouuées donnant dommage es plantz nouveaux de quatre ans & au desloubz, les seigneurs & maistres d'icelles seront tenuz à la clame enuers le seigneur iusticier pour chascune garde, & es interestz de partie. Et seront creuz le prenant & autres personnes dessusdictes par leur serment.

Si contingat capi capras, offendentes & deuastantes arbores nouas à quatuor annis infra, tenebitur dominus caprarum soluere clamam domino iustitiarum, & aestimationem damni parti laese: crediturque capienti & his de quibus supra eorum iuramento.

Dd iii.

Do. Aymo. gloss. in consue. Aluer.

DES INIURES, CRIMES ET DELICTZ
publiques & priuez, confiscations & peine d'iceulx.

TIT. XXIX.
ARTICLE I.

S aucun de propos deliberé & de guet à pens a fait son effort de com-
mettre homicide, ou autre crime enorme, tellement qu'il n'a tenu à
luy que sa deliberation n'ait sorty effect, il doit estre puny dudit cas,
comme s'il l'eust commis.

SVM. IN GLOS. ART. I.

- 2 *Consuetudo legibus confirmatur: & quomodo iure civili conatus in criminibus puniatur ostendit, adiecta differentia inter ius poli & ius civile. & nu. 3.*
- 4 *An statutum pro homicidio pœnam pecuniariam præscribens ualeat.*
- 5 *Sex regulis qua pœna homicidæ generaliter puniendi sint, latè & utiliter explicat.*

- 1 *Is qui facit conatum ad comittendum homicidium, uel aliud graue crimen, si per eum non stetit, puniatur ac si effectum effectui demandasset.*
- 2 *Concordat consuetudo cum tex. ad literam in l. si is qui cum telo. C. ad l. cor. de sicca. vbi dicit quod insultans cum telo homini occidendi causa, perinde puniatur ac si hominem occidisset. Bal. in d. l. citat Spec. dicentem quod illa lex de consuetudine non obseruatur. Idem dixit Alex. consil. 15. col. 2. 3. & si. in 1. vol. videtur idem velle Fely. in c. inquisitionis. col. 6. in 2. limit. ibi, fallit in delicto nõ consummato. de accu. Aperi- tẽ idem tenet Fely. in c. ex literis. col. 12. versi. secunda declaratio. de const. Sed in effectu contrarium voluit Fely. in c. 1. col. 3. de præsump. vbi vult quod in grauioribus conatus puniatur etiam si non sequatur effectus: & idem voluit in suo tractatu quando puniatur conatus. Et quia habemus casum legis, non est credendum doctõri asserenti de contraria consuetudine: quia consuetudo est quid facti: item consuetudines sunt loca- les. c. 1. de const. lib. 6. ideo vnus doctõr non potest habere scientiam de consuetudinibus omnium locõ- rum: & sic ei credendum non est, secundum notata per doc. maxime do. Iaf. in l. de quibus. ff. de legi. Et in principali materia vidi in loco Cunei patriæ Pedemontanæ decapitari vnum, qui gratia matrimonii vnam filiam in vna vinea per vim rapuerat: & dum eam equestrem & reluctãtem transduceret, fuit coactus auxilio quorundam popularium eam relinquere intactã & inuiolatã. & fuit allegatus tex. in l. si quis non dicam rapere. C. de epif. & cle. vbi Bal. Paul. de Cast. & doc. satis clarè aperiunt quod in atrocioribus puniatur affe- ctus, etiam si non sequatur effectus. Et est aduertendum in hac materia, quia aliquando homo stat in ter- minis solius cogitationis, & tunc de iure civili nullam pœnam patitur. l. cogitationis. ff. de pœ. quia nemo po- test scrutari cor hominis, nisi deus: & ideo etiam si haberet deliberatã intentionem delinquendi, non cadit punitio q̃õ ad forum fori: secus quo ad forum poli: quia deus qui est cordium scrutator, & cui omnia pa- tent, punit deliberatã cogitationem. Ideo dicit sacra scriptura. Si vir viderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est in corde suo. Istã differentiam inter forum poli & forum fori: quantum attinet ad pœnam cogitationis, tradit Bar. in l. qui ea mente. col. 1. versi. item oppono. ff. de fur. & ibi declarat qualiter ecclesia nunquam claudit gremium redeunti per pœnitentiam, quæ est cordis contritio: & tantum claudit nolentibus pœnitere & desperatis, qui dicuntur peccare in spiritum sanctum: vt decidit ibidem Bar. col. 2. versi. reassume ergo. in fi. quod dictum bene nota ad intelligentiam quando quis dicatur peccare in spiritum sanctum: quoniam id cadit in disputationem apud theologos. Et dicit glo. not. in c. qualis. 25. distinc. quam Fely. refert & sequitur in c. 1. col. 5. versi. alius casus est. de constitu. quod peccans ex contemptu dicitur pec- care in spiritum sanctum: & subdit, quod ille dicitur peccare ex contemptu qui obstinatè perseuerat in malo, & contumaciter vilipendit. Item & monitus non desistens, dicitur contempnere. Et plura in d. col. 5. versicu. fallit tertia regula. tradit de contemptu. Cui addo Panor. in rubrica, de obser. ieiun. vbi dicit, quod transgres- sor ieiunii ex contemptu peccat mortaliter. Et dum dicitur peccatum in spiritum sanctum, est irremissibile: intellige, id est non facilius remittitur. Ita dicit glo. super Fely. d. col. 5. in verbo, in spiritum sanctum. aliã repugnant dicto, in quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Et idẽ dicimus in vsura mentali, quando da- mus pecuniam mutuam sperantes aliquod lucrum, contra dictum euangelicum: Mutuum dantes, nihil inde sperantes. Et videmus quod sunt duo præcepta in tabula data Moyfi, quæ consistunt in sola concupiscentia alterius nuptam, nec rem cupiens alienam. Videmus quod hæc consuetudo imponit pœnam mortis, non tantum committenti homicidium, sed etiam ex proposito tentanti committere. Quæro vtrum consue- tudo vel statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio valeat? Fely. in c. ad nostram. col. 1. versi. & per istum tex. de proba. dicit quod si pœna sit parua, nõ valeret statutum: quoniam daret occasionem pec- candi, & pœna nõ commensuraretur delicto. Et ex dictis suis videtur innuere quod si pœna pecuniaria esset magna, valeret tale statutum: tamen idem Fely. in rubrica de homi. concludit quod tale statutum impo- nens pœnam pecuniariam pro homicidio, pro quo pœna mortis esset imponenda, non valet: eandem opi- nionem quam dicit esse communem tenuit Deci. in c. 2. col. 1. de consti. Ista decis. bene seruit in partibus Pedemontanis, & maxime in loco meo Publitarum, vbi sunt statuta quæ imponunt pro homicidio pœ- nam pecuniariam, & satis exiguam.*

In tex.

In text. in verb. propos deliberé.

Amplectendo materiam homicidii, & breuib. perstringendo, facio conclusionẽ, quod homicida mor- te plectendus est. tex. in l. nemo. C. de episc. audi. ibi, homicida quod fecit expectet. Et istud intellige verum, si sit in dolo. tex. optimus in l. 1. C. ad legem Cornel. de sicca. ibi crimen enim contrahitur, si voluntas nocen- di intercedit. Ex hoc tex. satis probatur quod homicida non puniatur pœnal. Cornelia, nisi fuerit in dolo. Et ista regula ampliatur vt procedat etiam si statutum pro quocunque homicidio imponat pœnam mortis, quoniam verificabitur in dolo, & non in culposo. D. Iaf. plenè in l. 1. col. 3. versi. nota ergo quod statutum. ff. de legi. Ista ampliatio nunc restringitur secundum D. Iaf. in d. l. 1. col. 4. versi. limita prædicta. quando sta- tutum dicit quicunque occiderit quouis modo & qualitercunque occidatur. Et pro præcedenti limitatione de statuto facit decisio Bal. in l. si. ff. quod quisque iur. vbi dicit quod statuta pœnalia semper intelliguntur ha- bere clausulam in se, si delicta dolo fuerint commissa. Et pro declaratione præcedentis regulæ potest moue- ri quæstio, quam Bar. tangit in l. respiciendum. §. delinquent. in fi. ff. de pœnis. vtrum si ego volens percu- tere Titium, percussi Scium, teneat de homicidio? Aduertendum est, quia D. Iaf. in d. l. 1. col. 3. versi. quid au- tem si volebam. mouet quæstionem, & refert Bar. infidelitèr: quoniam Bar. ibi non aperit an percussus sit puniendus corporaliter vel pecunialiter. Et dum dicit puniendum simpliciter, debet intelligi de percussio- ne vel homicidio culposo, & sic iudicis arbitrio: per ea quæ statim subnecto. Facio nunc aliã conclusionẽ, quod lex vel statutum puniens aliquem pro delicto pecunialiter, comprehendit delinquentem culposum: vt declarat D. Iaf. post Bal. in d. l. 1. col. 4. versi. sed aduerte. ff. de legib. Nec huic decisioni refragatur decisio Bal. supra relata in l. si. ff. quod quisque iur. quia illa locum habet in statutis imponẽtibus pœnam corpora- lem. Præmissa declarat Decius consil. 9. col. 1. in primo vol. vbi ponit de eo qui ludendo pugnis, pugnatem occidit. Et de prædictis vide plenè Fely. in c. lator. de homi. vbi dicit quod vbi agitur de pœna corporali, la- ta culpa non æquiparatur dolo. Et per præmissa deciduntur quæstiones notabiles traditæ per D. Iaf. in l. 1. col. 4. ff. de legi. de rustico, qui proiciendo lapidem contra canem, hominem interfecit. De marito qui dan- do de calce contra vxorem, prostraxit eam in terris, & mortua est. Facio tertiam regulam, quod delictum per ignorantiam commissum puniatur, quando aliqua culpa committenti ascribi potest. Iaf. in d. l. 1. col. 3. versic. ex tertio dicto tex. ff. de legi. Facio quartam regulam, quod delictum seu homicidium in rixa commissum, est punibile. tex. & ibi plenè Bar. in l. si in rixa. ff. ad legem Cornel. de sicca. Et circa istud aduerte diligenter, aut occisor fuit prouocatus ab occiso, & tunc est mitiganda pœna: vt plenè tetigi infra eo. titul. articulo 7. nu. 4. & 5. aut fuit prouocatus ex facto alterius quàm occisi, & tunc erit in facultate iudicis homicidam de- capitari facere, aut deportare. decisio est Hyppoli. de Marfy. suo singulari 270. imo videtur quod iudex de- beat pœnam mortis in pecuniariam conuertere, per tex. in l. 1. in fi. C. ad legem Cornel. de sicca. Ibi, cæterũ ea quæ ex improviso casu potius quàm fraude accidunt facto, plerunque non noxæ imputantur. Et per illum tex. dicit Bal. in d. l. 1. Et Fran. de Aret. consil. 146. in fi. quod casus improvisus potest habere culpam, & non dolum: & ideo pœna debet dari tanquam culposo & non dolo. Et quando delictum dicatur commissum dolo vel proditoriè, & quando ex improviso, vel in rixa, declarat Bar. in l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pœnis. Facio quintam regulam, quod conatus in atrocioribus puniatur, ac si esset secutus effectus. Et quia de ista plenè dixi in principio, non repeto, saluo quod ex quo vidi consuetudines provinciarum differentes: nã in Gallia ipsa regula obseruatur, in Pedemontio mitigatur pœna, aut obtinetur indulgentia à principe. Si er- go in hoc casu essem iudicaturus, seruarem modum qui sequitur: Aut aliquis præparauit venenum ei cui de- bet reuerentiam, aut obedientiam, vel amicitiam: vt monachus debet abbati, filius patri, vxor marito, & ecõ- uerso, famulus domino, vassalus suo superiori: & in istis essem cum dominis Gallicis: aut quis præparauit ini- mico, & tunc si inimicitia habuisset ortum facto & culpa inimici, aut quia adulteratus fuerat vxorem meã, aut indebitè bona mea retinebat, & isto casu quia iustus dolor aut saltem iracundia, quæ impedit discretio- nem animi, dedit causam maleficio patrato, alleuiarem pœnam mortis. secus si iracundia & dolor delin- quentis culpa & facto suo causatus esset, per ea quæ decidit D. Iaf. in l. si filiam. C. de inoff. testa. dum tractat quando calor iracundiæ sit causa mitigationis pœnæ. Verum est quod in patria Aluerniæ esset durum rece- dere à statuto consuetudinis nostræ: quæ vult puniri conatum. Facio sextam regulam, quod homicidium ca- suale & non culposum non est punibile. tex. in c. lator. & ibi Fely. de homi. Et quoniam in prima regula di- ctum fuit, quod tantum homicidium dolosum est punibile pœna mortis, & dolus dependet ab animo, op- portunè quæritur, vtrum in dubio sit præsumendum quod committens homicidium vel aliud delictum ha- beret animum id faciendi, cum sit quod in delictis magis volũtas quàm euentus sit spectanda. l. diuus. ff. ad legem Cornel. de sicca. Facio regulam, quod in dubio in delictis præsumitur voluntas & animus delinquen- di. Istã regulam probat inuitabiliter tex. in l. 1. C. ad legem Cornel. de sicca. ibi, qui si probauerit non oc- cidendi animo. Idem vult tex. in l. si non conuittit. C. de iniu. Ista regula ampliatur vt procedat etiam si statu- tum dicat, si quis studiosè vel animo deliberato aliquid fecerit sapiens delictum, puniatur pœna capitis: is qui fecit in dubio fecisse præsumitur animo deliberato, & incurrit statuti pœnã. Ita decidit D. Iaf. post Bal. quem allegat in l. 1. §. huius studii. col. 2. versi. dicit etiam valde notabiliter Bal. ff. de iusti. & iure. Ista regula fallit quando delinquens adducit præsumptiones ex quibus tollitur coniectura doli, & eas probat, iuxta gl. in d. l. 1. C. ad legem Cornel. de sicca. quæ adducit tria exempla. primum, quando occidens probat amicitia, affinitatem, & qualitatem ipsius occidentis: videlicet quod est bonæ famæ, & non consuetus esse rixosus & violentus. Istud dicit diligenter notandum D. Iaf. in l. 1. col. 4. versi. & nota diligenter. ff. de legi. Ista fallentia potest restringi, vt procedat in antiquo amico, secus in nouiter reconciliato, per ea quæ Fel. tradit in c. quo- tiens. col. 1. & 2. de testi. vbi dicit inimicum nouiter reconciliatum non esse testem idoneum: quia præsum- ptio amicitia in tali adhuc non habet radicem. Ita in casu nostro si occidens probaret amicitiam, & fiscus reconciliationem de nouo factam, sola probatio amicitia non tolleret doli præsumptionem, nisi aliã con-

Dd iiii

Do. Aymo. gloss. in consue. Aluer.

currerent coniecturæ. Istud tamen non inuenio tactum ab alio. Secundo loco ad tollendum doli præsumptionem, dicit esse locum iuramento purgationis: pro dicto gl. facit regula quod de his quæ consistunt in animo nostro, & per testes non possunt probari, statuit iuramento nostro. Ita dicit gloss. in §. sed iste. vbi plenè D. Iaf. col. 2. 4. versi. in ea. gl. ibi. in situ. de actio. Et dat exemplum quando agitur de probanda scientia vel ignorantia. Dicitum gl. tollitur & enervatur per ea quæ ibidem dicit D. Iaf. versi. secundo & notabilius. vbi secutus Bar. in l. inter omnes. §. recte. in vltima col. ff. de furt. Limitat glo. in §. sed iste. procedere quando præsumptio iuris non esset contra asserentem: secus si esset, quia tunc non crederetur eius iuramento. Sed sic est quod iniurias præsumitur dolosus, nisi contrarium probet. l. si non conuicti. C. de iniur. & idem in occidende. l. r. C. ad legem Cornel. de sicca. Sequitur igitur quod in criminalibus ad excusandum delinquentem quod dolose aliquid non egerit, non est locus iuramento. Ex his apparet quod dicta gl. in d. l. r. C. ad legem Cornel. de sicca. in ea parte non est vera. Crederem tamen quod possent esse tot aliæ coniecturæ excludentes dolum, quod posset esse locus iuramento purgationis, ad euitandam integram poenam, vel alleuiandam. Et ista consistunt in iudicis arbitrio: glo. dat tertium exemplum, de eo qui probauit quod volens percutere porcum, percussit hominem. Nam talis punitur vt culpofus, & non dolofus, maxime si erat in loco in quo erat iter publicum: vt in simili de rustico qui proiecit lapidem contra canem, & hominem occidit, tradit D. Iaf. in l. i. col. 4. versi. & nota diligenter. ff. de legi. vltra gl. potest esse alia præsumptio, quod quis percussit animo non occidendi, quando cum calce, iuxta tex. in l. eum qui. C. ad legem Cornel. de sicca. Et ideo consuluit Signo. de homo. quem refert D. Iaf. in d. l. i. col. 4. versi. item adde quod decidit. ff. de legi. quod si maritus calce vxorem percussit, & ista in terram ceciderit, & deinde mortua sit, quod tamen maritus non erit de homicidio tanquam doloso puniendus, cum mors acciderit præter eius propositum. Item quia aliquando contingit quod quis plus aut minus delinquit quam esset eius propositum, vtrum eo casu sit consideranda voluntas, vel effectus: plenè declarat Bar. in l. diuus. ff. ad legem Cornel. de sicca. Casus viginti quatuor, in quibus poena delicti aut mortis aufertur, differtur, vel alleuiatur. tradidi in tit. des obiectz. art. 5. nu. 5.

ARTICLE II.

Celuy qui est à perpetuel banny du pays ou du royaume, ou est condemné à mort par iustice, ses biens sont confisque, sans autre declaration es seigneurs, en la iustice desquelz selditz biens se trouuent situez & assiz, si n'est es cas de lese maiesté, de faulse monnoye, & autres, desquelz la confiscation au roy seul appartient.

SVM. IN GLO. ART. II.

- 2 Bannitos nostri temporis comparari deportatis.
 - 3 Authen. bona damnatorum. hodie ubique in Gallia esse sublatam. et nu. 4.
 - 5 Ex Chassaneo septuaginta sex casus enumerat, in quibus confiscatio locum habet: eosque singulos ferè, & fusius & doctius examinat.
 - 6 Aliquot casus in quibus ipso iure confiscatio inducitur.
 - 7 In quibus tamen possessionem esse adipiscendam ostendit.
 - 8 In quibus etiam queritur an fructus debentur fisco à die litis motæ, an uerò commissi delicti.
 - 9 An dominus iustitiæ, ad quem confiscatio pertinet, possit eandem declarare. et nu. 10.
 - 11 Bona confiscari domino loci in quo sita sunt.
 - 12 In confiscatione bonorum uassali ecclesiastici non uenit feudum ecclesiasticum.
 - 13 Quid de iure patronatus remissuè.
 - 14 An aduersus inferiorem à rege rectè dicatur committi crimem læsæ maieftatis: et aliqua de eodem crimine, remissuè, et nu. 15. 16. & 17.
 - 18 Vtrum iudex tantum regius de hoc crimine cognoscat.
- 1 Bona damnatorum perpetuò à regno uel propria prouincia, aut condemnatorum ad mortem ipso iure, aut sine alia declaratione sunt confiscata domino loci ubi sunt sita, nisi confiscatio fiat ex causis specialibus regi tantum pertinentibus, puta criminis læsæ maieftatis, aut falsæ monete.

In tex. in verb. perpetuel banny.

- 2 Nota quod banniti nostri temporis æquiparantur deportatis, quorum bona confiscantur. l. deportatorum. C. de pœnis. l. fi. C. de bo. damna. Et licet Bar. in l. 2. col. 2. versi. an autem exbanniti. ff. fol. matr. moueat questionem, & dicat quod non: tamen banniti, de quibus Bar. loquitur, non perdidit omnia bona, vt ibi per eum, sed eo casu quo bannitorum bona confiscantur, vt hic, non video rationem diuersitatis inter deportatos & bannitos. Et de questione gl. in §. relegati. in sti. quibus modis ius patr. fol. & ibidem Angel. Iaf. in l. r. C. de hære. insti. col. 4. Alex. consil. 23. & 26. in 1. vol. Ang. in traç. malefi. in verbo, qui iudex videns, & c.
- 3 Item aduerte quod bona bannitorum applicantur domino: & idem est in omni alia confiscatione. & tamen de iure communi bona damnatorum. per sententiam applicantur coniunctis, iuxta authen. bona damnatorum. C. de bo. damna. declarat Bar. in d. l. 2. col. 2. ff. fol. matr. sed illi authen. aduersantur consuetudo patriæ, & regie constitutiones.

In tex. in verb. à mort par iustice.

- 4 Nota quod non fit confiscatio nisi quando fertur sententia mortis: tamen video quod aliquando in condemnatione

demnatione fustigationis, aut alia citra mortem, confiscant bona delinquentium pro aliqua parte. Acquum esset vt iudices essent contenta altera poena. l. senatus censuit. ff. de accu. Et in partibus Pedemontanis pro homicidio etiam voluntario decapitatus transmittit bona ad heredes suos, & confiscatio bonorum condemnatorum ad mortem non conceditur nisi in crimine diuinæ aut humanæ maieftatis: quos excipit dictum authen. bona damnatorum. in fine.

In tex. in verb. ses biens sont confisque.

Nota quod Chassaneus in rub. des confiscations. §. 1. fol. 89. versi. ad tertium quæsitum. cum sequentibus, enumerat 73. casus, in quibus secundum eum fit confiscatio omnium bonorum aut partis. Et reperiò quod aliquando fit confiscatio omnium bonorum. Et de isto casu tradit Chassaneus in versi. primus, qui loquitur de committente crimen læsæ maieftatis. Item secundus casus de falsificante monetam, quod incidat in crimen læsæ maieftatis, & consequenter quod eius bona sint publicanda. Vltra Chassaneum est tex. in l. 2. C. de fal. mone. & idem est de consuetudine expressa Aluerniæ hic, art. 2. in verb. faulse monnoye. Et aduerte quod Chassaneus ibi remissuè tradit de expendentibus falsam monetam. Item de tendentibus monetam auream, vel argenteam. & de his vide Ang. in traç. malefi. in verbo, falsario. Item quartus casus in committente crimen legis Cornel. de sicca. Aduerte quia licet casus iste sit verus secundum consuetudinem Aluerniæ, de qua confiscatio sequitur poenam capitalem, tamen non est idem de iure communi: de quo bona damnatorum l. Cornel. de sicca. conferuantur liberis & agnatis, iuxta authen. bona damnatorum. C. de bo. dam. Item quintus casus in committente falsum: cuius poena olim erat deportatio, & omnium bonorum publicatio. tex. in l. 1. §. fi. ff. de fal. Vltra Chassaneum adde quod hodie poena falsi est arbitraria iudici. Ita tenet gl. fi. in d. §. fi. & Gand. in rub. de falsa. col. 1. in fi. & prin. sequentis. Et de teste falsum deponente qualiter sit puniendus. Item de notario qui recepit instrumentum falsum aut aliàs à iure reprobatur, vide plenè Chassaneum in d. §. 1. fol. 89. versi. trigésimus primus. & versi. sequentibus, vsque ad versi. item adde exclusiue. Et in patria Pedemontana solent iudices tales falsarios mitrari facere, & in fronte signari. Circa versi. 6. casus in quo dicitur quod stupri poena est confiscatio dimidiæ bonorum, intellige verum in honestioribus: in humilibus, seu abiectis est relegatio & fustigatio. §. item lex Iulia. in fi. instit. de publ. iud. De iure canonico poena iuris civilis est moderanda iudicis arbitrio, per tex. iuncta gl. in verbo, castigatus. in c. 2. de adulte. & hoc quando quam quis stuprauit, recusat ducere in vxorem. Et vltra castigationem tenetur dotare. c. 1. eod. tit. de adulte. Circa septimum casum in committente crimen legis Iuliæ de vi publica. dum Chassaneus dicit quod confiscatur tertia bonorum, inaduerter locutus est, aut liber culpa impressoris est defectiuus: quia de iure, ff. committenti vim publicam interdicitur aquæ & igni. tex. in l. qui dolo. §. fi. ff. ad legem Iul. de vi public. Et dicit ibi gl. quod loco eius poenæ est subrogata deportatio: & deportationis poena est confiscatio omnium bonorum. tex. est in §. item lex Iulia de vi publ. instit. de publ. iud. tradit Alber. Brunus. consil. 28. col. 2. verum est quod confiscatio tertiæ partis bonorum habet locum in committente vim priuatam. tex. in l. 1. ff. ad legem Iuliam. de vi priuata. Et differentia tantum est inter vim publicam & priuatam, quia prima committitur cum armis, secunda sine armis: vt bene declarat tex. in d. §. item lex Iulia. instit. de publ. iud. Dubium notabile est, vtrum bona deportatorum applicentur fisco vel his de quibus in authen. bona damnatorum. C. de bo. dam. Mouet Bar. questionem in l. 2. col. 2. ff. fol. matr. Et idem Bar. in authen. vt nulli iud. §. fin. in fi. sequitur distinctionem Alb. in d. authen. bona dam. vbi etiam Bal. Et nota quod dictum authen. non habet locum in confiscatione quæ fit per sententiam iudicis. Dec. consil. 31. col. 3. in 2. vol. Circa octauum casum de euellente terminos, vide tex. gl. & omnino Ang. in l. 1. C. de accu. Panor. in c. 3. in vltima col. de proba. Et de poena turbantis fines alienos, vide plenè Fel. & Dec. in d. c. 3. de proba. Et nota quod licet iste casus sit hic infertus, non tamen agitur de confiscatione, sed poena particulari. Idem fecit Chassaneus in aliis pluribus casibus, quos tamen per ordinem prosequar vbi aliquid erit addendum. Circa nonum casum de poena l. Iuli. repetunda, quam incurunt omnes qui ex eorum officio aliquid gratis facere tenentur, & extorquent pecunias quod tenerentur in quadruplum. est tex. in l. 1. C. ad legem Iul. repet. Et bonum exemplum in materia tradit Alex. consil. 11. col. 3. in 1. vol. de iudice qui videt quod non possunt haberi probationes contra incarceratum, eum relaxat mediante pecunia: talis iudex tenetur l. Iul. repetund. Et vt studeam breuitati, de materia omnium sex legum quæ sunt in tit. C. ad legem Iul. repetund. vide Ang. in traç. malefi. in verbo, iudicem maleficiorum. fo. 4. & ibidem in gl. tractatur de baratariis iudicum: & de materia quando quis accipit pecuniam pro eo quod tenetur gratis facere, quod turpiter faciat, & teneatur ad restitutionem: est tex. in l. omne. ff. de condi. ob turpem causam. vbi etiam D. Iaf. qui col. 1. versi. gl. in verbo, secundum me. querit de questione notabili & quotidiana: Aliquis de dit iudici pecuniam vt secundum iustitiam causam expediret: vtrum dans perdat causam suam, & vtrum possit repetere pecuniam quam dedit. finaliter cõcludit contra Bar. quod perdit causam: sed datum repetere potest. Et quod iudici nihil liceat accipere præter sportulas, aut ea quæ à superiore sunt concessa pro labore. Ampliatur procedere etiã si iudex iam sit functus officio suo: quia iam iudicauit, & aliquid sibi liberaliter offeratur: secundum Pet. de Anch. consil. 271. col. 4. Et de ipsa materia, & etiam vtrum liceat aliquid dare principi pro consequendo officio aliquo, vide beatum Aug. in summa angelica. in verbo, officium. Item quod testis nihil possit accipere pro deponenda veritate, vide D. Iaf. in d. l. omne. quæ est prima. col. 2. versi. item per istum tex. Circa decimum casum de bonis hæreticorum, adde quod licet bona hæretici sint ipso iure confiscata, non tamen à fisco potest capi possessio dictorum bonorum, donec iudex declarauerit illum esse hæreticum, & dicta declaratio non fit appellatione vel alio modo suspensa. Et idem est in omnibus confiscationibus etiam ipso iure incurfis. tex. est ad literam in c. cum secundum. de hære. libr. 6. Istud tamen pridie malè obseruatum fuit in hac patria Aluerniæ: & eo prætextu lis nunc agitur Ryon, apud dominos commissos ab illustri parlamento Parisiense. Notandum tamen est, fructus bonorum confiscato-

rum ipso iure debetur statim delicto commissio, quia ipsorum bonorum dominium statim fuit translatum in fiscum, & possessio incepit esse apud delinquentem cum mala fide: ut plene probavi in tit. 22. des. fiefz. art. 3. nu. 2. & 4.

11 Circa undecimum casum de diuinatoribus, est notandum quod curiositas habendi scientiam futurorum debet cessare apud homines. Ideo dicitur in l. nemo. C. de malef. & mathe. sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas. gl. ibi allegat optimam rationem, quia, teste euangelio, non est nostrum scire tempora vel momenta quae deus retinuit sibi. Et re vera si homo posset scire futura, esset in prouidentia deo similis. & isti diuinatores & incantatores vocantur diuersis nominibus: ut patet ex tex. in l. & si excepta. C. eod. tit. de malef. Et reperio quod licet sit prohibitum discere & docere artem diuinandi, l. culpa. C. eo. tit. tamen ars magica, quae consistit in inuocatione demonum, si quis ea utatur ad utilitatem hominum, non est punibilis de iure C. ut patet in l. eorum. C. eo. tit. de iure tamen canonico semper est punibilis per iura quae ibi Sali. allegat in sumario. Et ratio est, quia exercendo dictam artem etiam pro bono reipublicae, contrauenitur primo praeepto decalogi: Vnum colle deum. & aliquid operando via demonum attribuitur creaturae quod pertinet creatori, ad quem in rebus humanis recurrendum est: & etiam de iure ciuili libri artis magicae sunt concrementandi. l. caetera. ff. famil. hercis. Dicit aliquis: Nonne videmus indies astrologantes & praedicantes futura: & tamen tales tolerantur ab ecclesia & a principibus? potest responderi, quod tales praenosticationes procedunt ex contemplatione syderum, & ex scientia astrologiae, quae non tantum est permissa, sed admodum necessaria propter agriculturam, quae magnam rationem ab ea accipit. Nam syderibus suis vertendam esse terram docet Maro: & Hesiodus arandi serendique tempora syderum ratione significat. Item Lucius Columella singulos quosque dies astronomica ratione obseruari praecipit, tum propter rei rusticae utilitatem, tum propter pericula quae plurima quae moniti a peritis eius disciplinae cauere possumus. Araximander Milesius Lacedaemoniis praedixit ut ciuitatem ac tecta custodiret: instare enim terrae motum hac disciplina prauidit: quod quidem effectum est, & magna pars eius urbis montisque Taigetae concidit. Verba sunt haec Francisci Patritii episcopi Gayetani, in tract. de mathematicis. lib. 2. art. 2. versic. astrologiam publicam. fol. 22. Et dicit sanctus Thomas super commento Boetii, in libro de disciplina scholarium. quod corpora inferiora reguntur a corporibus superioribus. quantum ad ea quae corporis dispositionem concernunt, quo autem ad ea quae sunt voluntatis vel animi inclinatio plurimum, sed non necessitant: alias tolleretur potentia liberi arbitrii. Et in his procedit dictum poetae: Sapiens dominabitur astris. Et licet haec astrologia sit vera scientia, accidit volentibus astrologare quod de Thaleto philosopho recitat idem Patritius, in tractatu de philosophia lib. 2. tit. 7. col. 1. versic. certe eiusmodi viro. fol. 30. is aliquando noctis tempore domum egressus sydera intereundum contemplabatur, & in subiectum scrobem cecidit exclamauitque. Anus autem quaedam voce excitata cum ad fenestram accessisset, rogauit quidnam acturus prolapsus esset: & ille ut caelestia intueretur, respondit ridens: Anus, inquit, quae ante oculos tibi sunt, non cernis, & caelestia quaeris? Negari tamen non potest quin rerum experientia plurimum conferat astrologis: licet non semper sydera uniformem cursum faciant, teste Patritio, d. tit. 2. fol. 23. qui dicit quod Chaldaei diurna obseruatione syderum, scientiam quandam effecerunt, qua futura praedicerent & ea populos monerent quae cauere possent. Et curiositas in his quae ab astrologia dependent, non est omnino reprobanda & illam magnificiunt principes & viri docti, quia attribuitur syderibus quod eorum naturae conuenit ex dispositione creatoris: & sic istae diuinationes non sunt comprehensae sub tit. C. de malef. & mathe.

12 Circa duodecimum casum de exactoribus publicis, nihil addo.

13 Circa decimum tertium de scelerate acquisitis, Bar. in d. l. Lucius. loquitur de fratre, qui fratrem occidit: quia non succedit fratri, nec filio fratris in bonis in quibus patri successit. Et talis haereditas defertur fisco, iuxta legem, haereditas. C. de his quib. ut indig. nisi sit alius in pari gradu cum interfectore: ut dicitur infra, versic. 2. 4. Nota quod non semper fisco succedit in illicitis acquisitis: de illis tamen iudex se non interponit in diuisione haereditatis. l. caetera. ff. famil. hercis. Et quale erit iudicis officium circa illicitam acquisitionem, dic quod sunt subiecta restitutioni, ut sunt usurae, tunc cogit acquirentem ad restitutionem: & si non sint in rerum natura, quibus est fienda restitutio, distribuet usuras pauperibus: iuxta c. cum tu. de usur. Si autem non sint subiecta restitutioni, tunc erunt acquirentis, qui poterit consulere animae suae per penitentiam, sine restitutione. Ita declarat Pan. de clerico qui ex illicita negotiatione, aut ludo hazardii, aliqua acquisiuit, in c. relatu. el. 2. in fi. de testa. & de dictis acquisitis in ludo hazardii, quod non veniant in diuisione, tradit Alex. consil. 77. in 5. vol. Raros video casus, in quibus illicitè capta non subiaceant restitutioni, nisi quando verfatur turpitudine tam ex parte dantis quam recipientis. iuxta l. 1. ff. de condi. ob. turpem causam. Et isto casu apud theologos disputatur utrum talia sint eroganda pauperibus: ut videri potest beatus Augustinus in summa angelica, in verbo, ludus. Et de iure ciuili talia acquiruntur fisco, iuxta ea quae dicit Chassaneus hic, de donatione facta concubinae illicitè. allegat Philipp. Cor. in l. haereditas. col. 3. & 4. C. de his. quibus ut indig. addo tex. in l. mulierem. ff. de his quib. ut indig. D. las. in l. miles. ff. de re iud. in princ. vbi dicit idem in doctore & clerico.

14 Circa quatuordecimum, de apponente signa principis super domo sua, nihil addo.

15 Circa quinquagesimum, de committente monopolium, de monopolis, conuentibus, collegiis, illicitis confederationibus,

16 & liguis, inter quos sint licitae. Vide in tit. 2. des. iuges. art. 6. nu. 4. & sequentibus. Et sic est expeditus sexagesimus casus, de committentibus collegia illicita.

17 Circa decimum septimum, de bonis collegii reprobati, & sic vacantis: posset tradi exemplum in templariis huius patriae, quorum collegium fuit omnino reprobatum. Nam bona eorum tanquam vacantia fuerunt regi applicata.

18 Circa decimum octauum casum, de militibus qui nolunt recipere annonam eis statutam, & debito tempore oblatam, nihil addo, saluo quod eisdem rationibus videntur priuandi exactores censuum & reddituum, recusantes recipere dictos redditus tempore & loco congruo oblatos, quod de caetero non sint audiendi. Ratio tamen diuersitatis forte esse posset, quia in primo casu agitur de fauore principis vel reipublicae: in secundo vero de fauore priuatorum, qui non est

non est adeo fauorabilis & considerabilis. Circa decimum nonum, vigesimum, vigesimum primum, vigesimum secundum, vigesimum tertium, vigesimum quartum, & vigesimum quintum, his nihil addo. Circa vigesimum sextum, de eo qui non adhibuit medicos infirmo: quia ab eo aufertur haereditas tanquam ab indigno. Intellige idem si non praestitit debita medicamina. Addo glo. in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. solu. matr. tex. in authen. liberi. C. de de episc. audien. Et istum casum habui de facto in loco Publiciarum: quia vnus frater fuit negligens in exhibendis medicis fratri infirmo: petiit fisco haereditatem defuncti. tamen res fuit amicablem concordata. Circa vigesimum septimum nihil addo. Circa vigesimum octauum, de eo qui male locutus est de principe. Nota quia iudex talem maledicentem punire non potest: sed rescribere debet principi, & tunc si princeps rescribat procedendum, poterit iudex procedere ad confiscationem bonorum, de qua hic. Circa vigesimum nonum, trigesimum, & trigesimum primum. ibi tractatur ad plenum de pena notarii recipientis instrumentum simulatum vel reprobatum, puta alienationis rei ecclesiasticae, aut rei feudalis. Circa trigesimum sextum, trigesimum septimum, & trigesimum octauum nota, contra iudices qui infra triginta dies causas incarceratorum non expediunt. Item contra commentarienses, qui permittunt per dolum vel negligentiam detentos euadere carceres. Circa trigesimum nonum, quadagesimum, & quadagesimum primum, de iudice qui incarcerat mulierem pro priuatis vel fiscalibus debitis. Et quando mulier possit incarcerari dixi in tit. 8. des. obligations. art. 1. nu. 4. 5. & 6. Et ibi quid pro delicto. Circa quadagesimum secundum, quadagesimum tertium, quadagesimum quartum, quadagesimum quintum, quadagesimum sextum, quadagesimum septimum, quadagesimum octauum, & quadagesimum nonum, nota quia vxor debet detegere crimen mariti quando est haereticus. Circa quinquagesimum, de curiali principis, qui accepit pecuniam ut suffragium & fauorem praestet volenti assequi aliquod officium, qualiter puniatur. O quotiens in hoc peccatur in maximum reipublicae detrimentum! Intellige tamen hoc procedere in officiis, quae ob virtute gratis concedi debent: secus in vernalibus: ut sunt scriptoriae Romanae ecclesiae, quae consueuerunt vendi secundum Bal. in c. cum venissent. de iud. quem refert & sequitur Marti. Lanf. in trac. de offic. domi. not. 17. Nec minus laedunt reipublicam, qui emunt bladum vel vinum ut illud carius vendant, de quo loquitur quinquagesimus primus casus. Circa istud arbitror licere emere bladum, quando est vili pretio, ut adueniente carestia possit emens etiam lucrando uti liberalitate & magnificencia, exponendo illud bladum in mercatis viliori pretio, quam alii faciant. Ita nos facere docet moralis Cato, dum inquit: Quod vile est carum, quod carum vile putato. Sic tibi nec cupidus, nec auarus noceris vili. Vtile tamen remedium est quod tempore carestiae iudex discutiat omnia granaria ciuitatis, & descriptis granis, aut vinis quae supersunt, deducta impensa, statutoque iusto pretio, cogat possessores ad exponendum dicta blada & vina vernalia: & id potest facere secundum Alberi. in l. 1. C. de episc. audi. quem refert & sequitur Mar. Lanf. in tractatu, de offic. domi. not. 23. Circa quinquagesimum secundum, & quinquagesimum tertium, de alienante rem litigiosam. Circa quinquagesimum quartum, quinquagesimum quintum, & quinquagesimum sextum, de falsificantibus pondera & mensuras. Circa quinquagesimum septimum, de expendentibus pecunias principis in vrbibus propriis. Circa quinquagesimum octauum, quod iudices teneantur visitare carceratos singulis dominicis. tex. in l. iudices. C. de episc. audien. Et si episcopus, cuius opera ad haec vocata est, imponeret poenam excommunicationis contra facientibus, est opus laudabilissimum. Circa quinquagesimum nonum, de eo dixi infra, eod. art. 13. Sexagesimus casus est, de bonis vacantibus. Sexagesimus primus, de bonis eorum qui metu delicti mortem sibi conscuerunt, quae applicantur fisco. l. 1. C. de bon. eorum qui sibi mort. confci. Nota quod licet sit differentia quoad bona inter eos qui se interficiunt metu poenae delicti, & alios qui tadio vitae: tamen quoad spem salutis animarum eadem est ratio. Et propterea tales carere debent sepultura ecclesiastica, & pro eis non est orandum. Ita dom. las. in l. 1. col. 2. C. de seruis fugit. Et dum praesiderem Sabaudiae de anno domini 1534. vnus assassinus se gareteriis calligarum in carcere interfecit, & statim fuit furca suspensus. Sexagesimus secundus, de poena assessoris aliquid ratione officii in debite extorquentis. Sexagesimus tertius, & sexagesimus quartus, de occupantibus vias publicas. Sexagesimus quintus, de his quae miles donat concubinae. Et idem dicit D. las. in l. miles. in princ. ff. de re iudic. de eo quod donat aduocatus vel clericus, quos in hac materia aequiparat militi. aduerte quod talis donatio firmatur iuramento, secundum Lu. Ro. conf. 43. 66. & 67. de eo qui citatus & excommunicatus in causa criminali sustinuit excommunicationem per annum, eius bona sunt publicanda. per tex. in c. cum contumacia. de haer. lib. 6. quia talis contumax tanquam haereticus condemnatur: cuius bona publicantur. c. cum secundum. eo. tit. Aduertendum est, quod illud habet tantum locum de iure canonico, ratione de qua per glof. in d. c. cum tua. quia ex praecedentibus informationibus super delicto insurrexit vehemens praesumptio. Et ex contumacia iuncta excommunicatione illa praesumptio transit in violentam, quae sufficit ad condemnationem: quia habetur contumax pro conuicto. De iure vero ciuili bona delinquentis contumacis non applicantur fisco, nisi fuerint annotata: & incipit annus currere a die publicatae annotationis. iuxta titulos. ff. & C. de requi. re. & plene dixi in tit. 9. des. contumaces. art. 4. nu. 6. Sexagesimus octauus, de iudice qui aliquid accepit a partibus litigantibus. Sexagesimus nonus est medicina praecedentis casus, de eo qui iurauit aliquid dedisse iudici, & non probauit, eius bona confiscantur. Certè quando pars aliquid dat non adhibet testes: & ideo danti non deficit ius, sed probatio. iuxta legem, duo sunt Titii. ff. de testa. tutel. Et sic robariae iudicium in foro fori remanent impunitae: quae sunt apud iudices peculiares, ut experientia rerum magistra docet: quia etsi pauperes sint a principio, statim cumulant diuitias infinitas, & decantant versiculum: Dat Galienus opes, & sanctio Iustiniana. De anno domini 1513. assumpsi insulas doctoreas: & 1517. officium aduocati fiscalis affectus fui: & infra biennium post, officium collateralis: & demum praesidentatus Sabaudiae, vbi praesui vsque ad annum 1536. quo bellum sumpsit exordium. De dictis temporibus mores plurimorum praepositorum muneri iudicandi vidi, & eorum facultates dietim accipere augmenta prope mirabilia. Vtinam iudices (qui

Do. Aymo. gloss. in consue. Aluer.

æquiparantur militibus: vt declarat D. Iaf. in l. miles. in princip. ff. de re iud.) essent contenti stipendiis suis: vt docet milites diuus Iohannes Baptista: Estote contenti stipendiis vestris. Et quod rectum iudicem facere oporteat, nota his versibus: Si lis in eiderit te iudice, dirige libram, Iudicii nec flectat amor, nec munerâ palpet. Minus enim à norma recti distorquet acumen, Iudicis & tetra inuoluit caligine mentem. Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis? Et aliis Boetii: Si vis recto tramite carpere calem, Gaudia pelle, pelle timorem, spemque fugato, Nec dolor adfit, Nubila mens est, vincâque frenis hæc vbi regnant. Sed proh dolor his tempestatibus decantari potest illud Ouidianum, de remedio amoris: Aurea sunt tempora hæc plurimus auro honos vanit, auro conciliatur amor. Septuagesimus casus in lucris factis ex matrimonio reprobato, quæ fisco approbantur: iuxta legem, contra qui propriam. C. de incest. nup. & c. cum secundum. de hæ. lib. 6. Septuagesimus primus casus, qui succedat bastardis, secundum consuetudinē rex: secundum ius dixi in tit. 12. des successions. arti. 10. Septuagesimus secundus tangit materiam huius nostræ consuetudinis, quod qui perdit corpus, perdat & bona. Septuagesimus tertius est de successione peregrinorum, quæ secundum consuetudinem defertur regi. de iure autem habet locum authen. omnes peregrini. C. communia de manu. Et de ista vide plenè Chaflaneum fol. 91. vers. sed istud ius.

In tex. in verb. sans autre declaration.

- 6 Vult consuetudo quod condemnatio ad mortem secum afferat declarationem confiscationis. Ratio est, quia confiscatio venit in consequentiam criminis: vtrum sit idem de iure communi, est materia, ca. cum secundum. de hæ. lib. 6. Et ibi ponuntur quinque casus, in quibus bona confiscantur ipso iure. Primus est in eo qui contrahit incestas nuptias. Secundus, in ea quæ raptori nubit, secundum iura civilia. Tertius est in trahente arma vel alias species illicitas ad infideles. Quartus, in fraudantibus pedagia. Quintus, in crimine hæresis. Glo. addit sextum, in crimine læsæ maiestatis. Et licet commissio delicto statim dominium rerum transeat in fiscum, tamen possessio capi non potest, nisi præcedat declaratio super crimine: non dico super bonis, quia illa venit in consequentiam. ita dicit tex. in d. c. 6. cum secundum, ibi in fi. in verb. super crimine. Et quod in omnibus casibus in quibus bona confiscantur ipso iure, non possunt capi bona ante declarationem factam, quod quis sit hæreticus vel maiestatis reus, habes Bar. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. Fel. in c. cum non ab homine. de iud. Decius consil. primo, in 3. vol. Curfy. iuniorē in tract. feud. in 4. parte principalis. in rub. ex quib. cau. feud. amit. & in rubr. an in casib. in quib. feud. amit. requiritur sententia. Quæro, & non impertinenter, vtrum fructus rerum confiscatarum, quando confiscatio inducitur ipso iure, debeantur fisco à die commissi criminis, an verò à die litis motæ? dic quod à die delicti: quia incepit delinquens esse malæ fidei possessor. Ita dicit D. Iaf. in l. 1. C. de his quib. vt indig. Hyppoli. de Marfy. suo singulari 268. Et faciunt rationes quas adiicit D. Iaf. contra emphiteotam in l. 2. col. 2. 9. vers. secundò nota. C. de iur. emphi. vbi decidit quod statim quod res emphiteotica est commissa ob non solutionem canonis, fructus pertinent directo domino.

In tex. in verb. es seigneurs en la iustice.

- 9 Habes quod in concessione meri imperii venit confiscatio bonorum: & dicitur de fructibus & emolumentis iurisdictionis. Idem est de iure communi: vt tradunt doct. in l. imperium. ff. de iurisd. omnium iudic. 10 Sed an ipsi habentes merum imperium possint confiscare bona subditorum. glo. in l. 1. C. ne liceat sine iussu princip. cert. iudi. consil. tenet quod sic. Illam gl. cum materia plenè explicat ibi Salic. ad quem se remittit D. Iaf. de sancto Georg. in lib. feud. in verbo, cum mero & mixto imperio. col. 2. vers. sed an inuestitus taliter. Et licet sit dubium, vtrum habens merum imperium possit extra ordinem confiscare: tamen nulli dubium 11 est, quin confiscationes quæ fiunt à lege, aut procedunt ex sententia iudicis, eis pertineant. Quæro de notabili quæstione, is cuius bona confiscantur habebat bona in pluribus territoriis, cui applicabuntur? dic quod domino loci, vbi bona sunt sita. Idem est de iure communi, quando bona sunt immobilia: quia illa cohæret territorio: secus si mobilia, quia illa personæ. Et idem si sint iura vel actiones pertinentes ad rem mobilem, puta ad quantitatem. Ita voluit Bal. in l. mercatores. C. de commer. & merca. sequitur D. Iaco. in tit. de royd. dis. col. 4. vers. quæro de notabili quæstione. & col. 5. vers. tertio pro hac parte adduco. 12 Quæro de alia notabili quæstione, superior laicus confiscavit bona vassali sui, qui tenebat ab ecclesia vnum castrum in feudum, an in vniuersali confiscatione comprehendatur dictum castrum? quod non, tex. est in clem. pastoralis. de re iud. quem ibi in hoc notat Io. de Imo. col. penult. refert & sequitur Decium in c. quanto. col. 4. vers. 13 contrarium tamen. de iudi. Et ibi tractat an per talem confiscationem vniuersalem ius patronatus transeat in fiscum. Et ibi recitantur opiniones. Ipse tamen Decius tenet quod sic.

In tex. in verb. si n'est en cas de lese maiesté.

- 14 Consuetudo vult quod confiscatio quæ fit ob crimen læsæ maiestatis, pertineat soli regi: & idem est de iure communi quando tale crimen est contra regem perpetratum, vt dominus habeat iniuriæ vltionem. 15 Quæro quid si subditus alicuius domini inferioris à rege contra suum superiorem aliquid traherit sapiens crimen læsæ maiestatis: cui applicabitur talis confiscatio? antequam possit accommodari solutio, prius est soluenda quæstio principalis. Vtrum contra inferiorem à principe possit tale crimen committi? tex. in l. penult. C. ad legem Iul. maiestatis. dicit, quod tale crimen committitur contra maiestatem imperatoris. Et tex. in l. fi. ff. ad legem Iul. de vi pu. dicit quando quis molitus est contra principem aut rem publicam. Intellectum illius tex. ponit Decius consil. 410. in 3. vol. col. penult. Et ibi dicit quod dum loquitur de republica, intelligitur de Romana: & non haberet locum in Florentia, tu dic, quod id quod dicitur de republica Romana habet locum in quacunque republica, superiorem non recognoscente, puta in dominatione Veneta, & similibus. Item dum dicit de principe, habet locum in quocunque superiorem non recognoscente: vt in specie de regibus Franciæ & Angliæ tradit Bar. in l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. colum. 2. Idem voluit Alex. in dicta l. hostes. Decius consil. 31. colum. 2. in tertio volumine. Et licet Decius in consil. 410. col. pen. in tertio

in tertio volum. dicat, quod crimen læsæ maiestatis non committitur nisi contra rem publicam Romanam, aut imperatorem, & sic non posset committi contra ciuitatem Florentiæ, non bene loquitur: quia contrarium dicit in d. consil. 31. in specie in re publica Florentiæ. Sed saluando Decium dicas, quod in consil. 31. loquitur de Florentina re publica, eo tempore quo erat libera, & superiorem non recognoscebat. Et in d. consil. 410. loquitur de tempore quo fuit subiecta à Clemente septimo, cum auxilio Caroli 5. imperatoris: & constituta sub duce Alexandro de medicis. Verum est quod malè saluari potest Deci. quia allegat Ange. pro se in l. 1. C. ne ex delic. defun. & sic non habuit considerationem ad tempus subiectionis. Redeundo ad articulum principalem, vtrum tale crimē possit committi contra inferiorem à principe, vel non recognoscentem superiorem, Bar. in tit. ad reprimen. in verb. repellendo. col. 1. dicit, quod tantum ii qui molliuntur contra imperatorem, vel suos officiales, qui nomine imperatoris administrant. de quibus loquitur l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. dicuntur committere crimen læsæ maiestatis. Si autem molliantur contra principes recognoscentes superiorem, dicit quod aliter puniuntur. Aduerte circa istam materiam, etiam in isto secundo casu, tales incidunt in crimen læsæ maiestatis: quia isti sunt loco principis in aliis quàm in referuatis, in signum superioritatis: de quibus habetur in vrb. feud. in tit. quæ sint regal. Et ideo in eorum terris possunt condere statuta, secundum Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Et tamen differentia, quia crimen læsæ maiestatis in primo capite tantum committitur contra non recognoscentem superiorem, aut eius officiales: & de his loquitur l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & istorum tantum memoria post mortem damnari potest. Si autē committatur contra dominum recognoscentem superiorem, erit sola pœna capitis. Et ita est intelligendus tex. in l. fi. ff. ad leg. Iul. maiest. de quæstione tamen vide per Alex. in consil. 13. in 6. vol. per Cepo. consil. 17. Deci. d. consil. 410. in 3. vol. Alber. Bru. asten. consil. 28. Et qualiter in crimine læsæ maiestatis sit procedendum, habes tex. & Bart. in tit. ad reprimen. Et quales probationes requirantur, vt euitem prolixitatem, recurre ad tracta. de lamiis. Iohan. Francif. Placentini: vbi tractat quæ probationes requirantur in crimine hæresis, & sic diuina maiestatis: quia eadem requiruntur in crimine humanæ maiestatis.

In tex. in verbo, de faulse monnoye.

Nota quod bona eorum qui falsifunt monetas regias, vel condunt monetam sine consensu regis in sua ditione, confiscantur: & committunt falsificantes monetam crimen læsæ maiestatis. text. est in l. 2. C. de fals. mone. Ratio est, quia ista sunt de regalibus. c. vnico, quæ sint regalia in vrb. feud. Et qui ea vsurpant, incidunt in crimen læsæ maiestatis: vt patet ex tex. in l. lex duodecim tabularum. ibi, quæ priuatus pro magistratu se gerens. ff. ad leg. Iul. de vi publi. Circa hanc materiam orta fuit coram senatu Chamberiaci, me præfide, quæstio talis: Vnus Gallus in loco cameræ in Sabaud. cudid monetam sub regia impressione: fuit per dominum cameræ seu eius officiales captus & intitulatus. Insurrexit procurator fiscalis tunc domini ducis, qui petiit illum detentum adiri Chamberiacum coram consilio & senatu, & de eo ibi cognitionem haberi, allegando quod istud crimen est de referuatis principi, & eius cognitio inferiori, licet à principe inferuatis, nõ competeat. Ex aduerso domini camere allegabat, quod delinquens non erat subditus ducis, & quod ratione delicti fortiebatur forum in suo territorio camere, vbi habebat merum imperium. item dicebat quod in concessione meri imperii venit omnis animaduersio contra facinorosos. l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic. & in specie allegabatur glo. in l. 1. in verb. iudices. C. de fal. mon. quæ vult quod tales falsificatores tradantur iudici cui subiciuntur, & non dicit, iudicibus imperatoris. Item fundabat intentionem suã quod delinquens nõ fecerat monetam sub ducale impressione, sed regia. Dum causa esset in fornace & expeditioni proxima, de anno domini 1536. in carnifplinio, mutatus fuit status, & sic causa non fuit sub aliis iudicibus: nec audiui quid fuerit iudicatum.

ARTICLE III.

Le banny ou relegué à certain temps, si il vient dedans le temps, iceluy temps luy est redoublé: & si ce non obstant il vient dedans ledict temps redoublé, il est banny à perpetuel. Et si apres il vient, il sera fustigué & les oreilles coupées: & si ce neantmoins il reuiet, il sera puny arbitrairement de peine capitale.

SVM. IN GLOS. ART. III.

- 2 Consuetudinis extensio. & num. 3. 4. 5. 6. & 7.
8 An iudex cuius arbitrio delicti pœna committitur, mortem infligere possit.
9 Iudicem pœnam statutariam mitigare posse, adiecta tamen excusatione causa. & num. 11. & 12.
13 Frequentatum actum delicti grauius puniendum esse, hic capitalem pœnam de morte esse accipiendam.

Bannitus aut relegatus ad tempus, si patriam petat intra tempus, id duplicatur: & si secundo repatriauerit, bannitus perpetuo. Et si tertio, sustibus cadetur cum auricula amputatione: & si quarto, pro arbitrio iudicis capitaliter puniatur.

Nota ex hac consuetudine, quod banniti & relegati ad certum tempus debent tempus obseruare: & si contra fecerunt, acriter puniuntur. Et quod hic dicitur de tempore, habet locum in loco l. relegati. ff. de pœ. Sed maior pœna imponitur de iure communi: quia pro prima contrauentione, si sit relegatus ad tempus, illud perpetuatur: si deportatus, sententiæ capitali subicitur. d. l. relegati.

In tex. in verb. banny ou relegué.

Quæ sit differentia inter bannitum & relegatum? dic quod banniti nostri temporis, si bona eorum à fi-

non erit puniendus poena legis vel statuti, sed mitius. Et hoc procedit quando prouocatio iracundiae est iusta, secus si iniusta, puta ex amissione pecuniae in ludo: quia tunc ille calor non alleuiat. Ita Ias. in d. l. si filiam. col. fina. Ratio dicti est, quia semper causa primordialis est attendenda, qui fuerit rixae promotor. text. in l. si quis à se fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. notant doct. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. Et dum D. Ias. tenuit in d. l. si filiam. q. qui dixit vel fecit aliquid calore iracundiae, puniatur, sed mitius: idem dicit ipse Ias. in l. si duo patroni. §. si. col. i. & 2. ff. de iureiur. vbi ponit poenam periurantis calore iracundiae vel deliberate. Et vbiq. Ias. fundat dictum suum super tex. in l. si non conuittii. C. de iniur. qui non probat, quia ibi fuit perseuerantia, nos loquimur quando aliquo dicto vel facto calore iracundiae statim sequitur poenitentia. & sic in terminis l. quicquid calore. in primo casu quando non fuit perseuerantia. Et isto casu nota bene, quod si iniuriantem poeniteat, & reuocet dictum suum tanquam male dictum, si dixerit calore iracundiae excusatur, & cessat actio iniuriarum. Idem & si sine calore iracundiae. decis. est perpetuo notanda. Ang. in l. si non conuittii. C. de iniur. qua refert & sequitur Dec. in c. dilecti. col. si. de except. Et ad propositum conferunt ii versus.

Iratus, recole quod nobilis ira leonis

In sibi prostratos se negat esse feram.

Item & infra scripta,

Quo quisque est maior, magis est placabilis ira:

Et faciles motus mens generosa capit.

Corpora magnanimo sat est prostrasse leoni

Pugna suum finem, cum iacet hostis habet.

3 Vterius nota, quod dicta doctorum de iniuria dicta calore iracundiae, quod sit reuocabilis, procedunt in confessione extraiudiciali facta calore iracundiae: quae potest reuocari, & nihil nocet. Ita dicit Decius in c. at si clerici. in princip. col. 10. versic. tertio limitatur. de iudic. Tamen hoc videtur speciale in confessione extraiudiciali facta calore iracundiae: quia omnis confessio extraiudicialis potest reuocari, secundum Bald. quem Decius allegat in d. col. 10. versic. praedicta conclusio limitatur. Et quia dixi supra quod prouocatio ex parte offensis multum alleuiat poenam offendentis, duo volo vos perpetuo commendare memoriae: ex quibus resultant mirabiles effectus, ad euadendum amicum à poena mortis. Primum est, quod prouocatus etiam aliter quam ex facto offensus, committens homicidium poterit, si iudex voluerit, deportari, & non tradi ultimo supplicio. Istud fuit singularissimum dictum Ludo. de Ro. quod refert & sequitur Felyn. in d. c. dilecti. col. antepen. in fi. & princip. sequentis. de excep. & idem tenet Hyppol. de Marf. suo singulari 270. fundatur eorum decisio super tex. in l. lex Iulia. §. fina. ff. ad leg. Iuliam repetun. qui textus est fortissimus. & Fely. in d. c. dilecti. col. penul. nititur illi respondere: tamen fatetur quod non videt bonum responsum. Nota etiam quia isto casu indulgentia principis non est iniusta, cum id facere possit inferior, licet non teneatur: & tali casu 5 consilium est quod ad principem recurratur. Secundum dictum est, quod occidens hominem, etiam fugientem, si primo fuit ab eo insultatus, dicitur in culpa, & non dolo, & non debet mori: sed tantum punitur pecunialiter de excessu. decis. est Fely. in loco praedictato. & do. Ias. in l. vt vim. ff. de iustit. & iu. Redeundo nunc ad principalem materiam consuetudinis nostrae, satis exornatae, dum dicit, quod si is qui iniuriam dixit, desistat, puniatur in septem solidis. Quid iuris si reuocet dictum tanquam male dictum? credo quod excusare dictum. Et quia iste casus est omissus à consuetudine, remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. l. si extraneus. ff. de condit. ob. caus. & ius commune vult, quod reuocans dictum euitet actionem iniuriarum. Nec obstat si dicatur, haec poena debetur fisco: quia potest responderi ex dictis Fely. in d. c. dilecti. col. fin. quod fisco seu republica non offenditur ex conuicio alteri dicto: & sic sequitur quod licet pro iniuria verbali oritur actio iniuriarum parti, non tamen fisco competit aliqua actio, vel accusatio. Et istud est quod voluit Ang. in tracta. malefi. in verb. necnon ad querelam. col. 3. dicens, quod obiciens dictum testi non verum, non puniatur criminaliter: licet testi competat actio iniuriarum. Idem voluit Alexand. & doct. in l. fina. ff. quod quisque iur. Licet ibi do. Ias. male & inaduertenter loquatur, dicendo quod si etiam non probetur conuittium, non competat actio iniuriarum: & contra Ias. pro communi doctrina vide amplè Oldra. consil. 53. in titu. de iniur. Consulere tamen quod is qui conuittium dicit, potius soluat illos septem solidos, quam se exponere discrimini processus: reuocando dictum in patria consuetudinis, in qua difficile erit reuocare animum iudicis à cortice verborum. Et dum dixi supra quod fisco non competit accusatio pro iniuria verbali, opportune quaero: quae actio competat iniuriato? Et dic, aut agit ad damnatum datum, & habet actionem legis aquilae, aut ad iniuriam, & tunc potest agere: aut criminaliter, & poena applicabitur fisco: aut ciuilitate, & poterit suam iniuriam aestimare cum iuramento: salua tamen taxatione iudicis: & talis aestimatio applicabitur iniuriato. Ita declarat Panor. in c. 1. in fi. de iniur. Et aduerte diligenter quia iniuriatus debet esse contentus altero de duobus: aut quod procedat criminaliter, aut ciuilitate ad iniuriam: & eligendo vnam viam, sibi praedictat in alia, per tex. in l. prator. ff. de iniur. & ita Panor. vbi supra. Item dum supra dixi de iniuria calore iracundiae, videtur prima facie dicendum, quod si primo tu iniuriatus fueris mihi, q. ex iniuria quam ego prouocatus dixi tibi, nulla tibi competat actio iniuriarum: quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. l. viro atque vxore. ff. solu. mat. In contrarium tamen est veritas: quoniam talis prouocatio tantum alleuiat poenam, iuxta ea quae praedixi. Et ad argumentum in oppositum formatum pulchre respondet Panor. in c. 1. in nota. de iniur. & ibi dicit dictam regulam procedere in mutuo adulterio mariti & vxoris, quoad soluendum matrimonium, & lucrum dotis, aut donationis propter nuptias. Ex praedictis Panor. in d. c. 1. decidit notabilem quaestionem, quae saepius contingit in partibus Pedemontanis, in quibus sunt statuta imponentia certam poenam pro percussione. Certè dicit ipse, si percussus fuerit prouocatus, licet inciderit in poenam statuti: poterit tamen iudex poenam alleuiare. Et sic vult in effectu Panor. q. iudex possit recedere à statuto etià iurato ex causa, ex qua liceret minuere poenam legis, quod est notandum.

In tex

In tex. in verb. si l' accusateur se neult desister.

Suprà visum fuit quando is qui iniuriatus fuit vult desistere, hic quaeritur de accusatore. Quæro, vtrū iudex possit supplere & prosequi? dic quod sic, siue renuntiet accusationi, siue differat. Ita Bar. in l. libellorum. §. si. vbi etiam Alex. in apostilla. ff. de accu. Intellige hoc procedere in casibus in quibus iudex à principio potuisset procedere per inquisitionem. Ita Alex. in loco praedictato: quia si esset verbum tantum iniuriosum, vt in materia huius consuetudinis, iudex non posset: quia non dicitur offensa respublica. vt dicit Fel. in c. dilecti. col. si. de except. Et in materia principali quando iudex possit prosequi, vide Panor. in c. 1. & 2. de colla. detegen. Bar. in l. si maritus. §. si negauerit. col. 2. ff. de adult. Fel. in c. nulli. col. 2. de accu.

In text. in verb. si le mesdict est atrox.

Iniuria dicitur atrox, ex persona, loco, tempore, & causa. text. in l. prator edixit. §. atrocem. ff. de iniur. §. atrox. instit. de iniur.

ARTICLE VIII.

L'action des iniures verbales est esteinte par an & iour, si n'est que la cause & action fust dedans l'an intentee.

SVM. IN GLO. ART. VIII.

2 Apta huius consuetudinis restrictio.

Actio iniuriarum, quando iniuria est verbalis, extinguitur anno & die, nisi intra ipsum tempus fuerit intentata.

Idem est de iure comuni: quia extinguitur anno. Nam est praetoria. l. si non conuittii. C. de iniur. Et nisi sit lis contestata, non transit in haeredem, nec contra haeredem. l. iniuriarum actio. la. 1. ff. de iniur. Ratio est, quia ante litem contestatam non dicitur esse in bonis nostris. l. iniuriarum actio. la. 2. ff. de iniur. secus tamen est quando interuenit factum iniuriosum: quia tunc actio est perpetua. instit. de perpe. & tempo. actio. §. 1.

ARTICLE IX.

En cas privilegié, de sauuegarde, ou mainmise enfraincte, ou autre semblable, le procureur d'office est receuable de poursuyuir les delinquans sans partie, pourueu qu'il y ait plaignif ou denonciateur.

In casibus privilegiatis infractionis, saluagardie, manusmissae, & similibus, procurator fisci potest causam prosequi, etiam parte non instante: dummodo à principio fuerit querelator, vel denunciator.

De materia saluagardiae dixi supra, & materiam ipsam tractat Bartolus, in l. relegati. in fi. ff. de poenis. Quando procurator fisci possit prosequi parte non instante, dixi supra, & est doctri. Bar. in l. libellorum. vbi etiam Alex. in apostil. in §. si. ff. de accusa. tradit Fel. in c. nulli. de accusa.

ARTICLE X.

Et en cas d'excés ou il y a sang & playe ouuerte, ou autre oultrageuse, le procureur d'office est receuable sans plaignif ou denonciateur.

In delictis vbi est vulnus cum sanguine, aut damnosa concassatura, procurator fisci non dato querelatore, vel denunciatore admittitur.

ARTICLE XI.

Le procureur ne peut poursuyure les delinquans sans informations precedentes, pose qu'il y ait plaignif ou denonciateur.

Procurator non precedentibus indicis non potest processum formare, & minus ad capturam procedere contra delinquentes, dato quod adsit querelans vel denunciatus.

Concordat consuetudo cum c. fin. de accusa. faciunt dicta Angel. de Areti. in libro malefic. in verb. fama publica praecedente.

ARTICLE XII.

Si le plaignif ou denonciateur a faullement denoncé, il est tenu à l'amende enuers le seigneur, & es interestz & dommages enuers partie.

Si sola internenerit querela aut denunciatio, querelans aut denunciatus tenetur domino ad emendam, & parti ad damna & interesse.

Intellige verum quando iniuria est realis: secus si sit verbalis: quia tunc habet locum quod dictum est supra, art. 7. De poena desistentis, habes titulum ff. ad senat. consul. turpi.

ARTICLE XIII.

Si le denonciateur ou plaignif qui est partie au procès ne poursuit son accusa-

Et iii

tion ou denonciation dedans les delaiZ à luy donnez, il doit estre condemné en la folle plainte & denonciation enuers iustice, & es despens, dommages & interestz de l'accusé.

SVM. IN GLO. ART. XIII.

2 Eadem pœna puniendum esse desistentem ab accusatione, qua accusatus punitus fuisset.
1 Si denunciator aut querelans infra tempus præfixum non prosecutus fuerit accusationem uel denuntiationem, ad emendam domino condemnatur, & parti in expensis, damnis, & interesse.

In text. in verb. en la folle plainte & denonciation.

2 Quæro utrum sit condemnandus ad eam pœnam, ad quam tenebatur querelatus, si fuisset causa criminis probata: & sic similitudine supplicii? In acufatore, est tex. expressus quod sic, in l. fin. C. de accu. De pœna calumniosi denunciatoris vel instigatoris, tradit Ang. de Aret. in libro malefi. in verbo, nec non ad querelâ. col. 1. Et de istis desistentibus à prosecutione loquitur tex. in l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci. Et tantum delator non probans debet fisco, quantum detulit, glo. in l. 4. C. de dela. lib. 10. nisi ex necessitate officii hoc faciat: vt declarat Chassaneus in rub. des confiscations. fol. 91. versi. quinquagesimus nonus.

ARTICLE XIII.

Et combien que ledict plaintiff ou denonciateur ne soit en procès, si le defendeur accuse est abloult, ledict denonciateur ou plaintiff sur ce appelle doit estre condemné en l'amende, & aux despens, dommages & interestz de l'accusé.

SVM. IN GLO. ART. XIII.

2 Ratio huius consuetudinis traditur.

1 Dato quod denunciator aut querelans non assistat processui, tamen si denunciatus erit absoluendus, faciet euocari ad sententiam ipsum denuntiantem uel querelantem, qui condemnabitur ad emendam domino, & parti ad expensas, damna, & interesse.

2 Ratio est, quia sufficit quod à principio fuerit instigator processus denunciando vel querelando, & quod destiterit, vt dicitur supra, art. 12. Sint igitur cauti homines, ne sint faciles in querelâ do vel denunciando. Et cautela est, ne postea querelans vel denuntians angustentur in probationibus, quod prius faciant sumi secretas informationes, & si ex eis poterunt querelam iustificare, ad eam procedant, aliâs abstineant, ne ipsis læsis & afflictis addatur afflictio, vt aliquando euenit.

ARTICLE XV.

Si le denonciateur ou accusateur pendant le procès appoincte avec l'accusé, & rapporte proufit d'iceluy appoinctement, l'accusé sera retenu à l'amende enuers le seigneur iusticier ou pèd la cause. Et si l'accusé ne rapporte proufit dudict appoinctement, ou ne baile aucune chose à l'accusant ou denonçant, iceluy accusant ou denonçant sera tenu à l'amende.

1 Si processu pendente denuntians uel querelans transigat cum accusato & ex dicto concordio commodum reportet, accusatus condemnabitur domino ad emendam: secus si nihil reportet, quia tunc ipse denuntians uel querelans ad dictam emendam condemnabitur.

2 Ratio consuetudinis est, quia accusatus aliquid soluens confitetur crimen l. transigere, cum ibidem notatis. C. de transact. Et si denuntians recedat à lite, nihilo habito, videtur confiteri se instituisse denuntiationem vel querelam calumniosam: vt habetur in tit. ff. ad senatus consul. turpi. & dicitur doct. in simili de eo qui liti renuntiauit, in l. postquam liti. C. de pact.

ARTICLE XVI.

Et sera tenu celuy au proufit duquel est fait l'appoinctement iustifier d'iceluy au procureur d'office du lieu ou pend le procès, dedans quinze iours apres ledict appoinctement fait, pour faire retenir l'autre partie à l'amende: & au default de ce faire, sera tenu à l'amende telle que de raison.

1 Is cuius gratia fit appunctuamentum, & qui ex eo utilitatem percipit, tenetur infra dies quindecim proximos significare & iustificare procuratori curia, ut possit aduersarium ad emendam compellere: aliâs tenebitur ad emendam, prout ius suadebit.

In text. in verb. telle que de raison.

2 Vult dicere consuetudo quod punietur ea pœna, qua tenetur deferentes accusationem: & sit similitudine supplicii, si pœna sit ordinaria: & si extraordinaria, iudicis arbitrio, prout dixi in præcedenti consuetudine.

DES

DES APPELLATIONS.

TIT. XXX.

ARTICLE I.



V pays coustumier d'Auuergne il y a amende de fol appel, qui est de soixante folz, au proufit des seigneurs dont est appelle.

SVMMA. IN GLO. ART. I.

2 Variè iure ciuili temerè appellantes puniri, & cui pœna applicetur. & nu. 3. 4.
3 Qui propriè bona fide appellans dicatur.
6 Etiam hic uel in statutis similibus iustam causam litigandi excusare litigantem ab expensis.

Temerè appellans in hac patria pœna solidorum. 60. punitur domino iustitie applicanda.

De pœna temerè appellantis de iure communi reperio tres tex. primus in l. eos. §. ne temerè. C. de appel. qui dicit quod temerè appellans punitur iudicis arbitrio. Secundus in l. à proconsulibus. §. superatus. C. eo. titulo. qui dicit quod temerè appellans perdit litem, & notatur infamia Tertius est tex. in l. ab executione. §. si. C. quorum appell. non reci. qui dicit temerè appellantes puniri pœna quinquaginta librarum argenti. Qualiter isti tex. debeant distingui & intelligi? Dic quod primus loquitur quando iudex appellationi detulit. Secundus quando iudex repulit & non admisit. Tertius quando appellatum est ab executione. Ita declarat Bar. in d. l. à proconsulibus. Vtrum ille pœne applicentur fisco vel parti? Vide bonam glo. in d. l. ab executione. §. si. in verbo, plectendos. Quæ etiam dicit vnum bonum verbum pro limitatione omnium pœnarum, de quibus supra, quod illæ locum habent quando quis appellat ab interlocutoria vel à diffinitiuâ per calumniam: secus si à diffinitiuâ bona fide: quia tunc appellans non punitur ciuilitè nec criminalitè. Difficultas est scire quando appellans dicatur in bona fide. credo licet ab alio tactum non reperiam, quod omnes causæ quæ excusant à cõdemnatione expensarum in prima instantia, de quibus plenè per do. las. in l. properandum. §. si autem alterutra. col. 3. in fi. versi. iuxta istam primam. vbi plenè tradit quando quis dicatur habuisse iustam causam litigandi. C. de iudi. excusarent temerè appellantes: quia ex illis causis litigans præsumitur in bona fide & non in calumnia. Nec obstat si dicatur quod aliud sit dicendum in causa appellationis quam in prima instantia: quia primo casu sententia facit præsumptionem pro eo pro quo fuit lata, cõtra appellantem l. Herennius. ff. de euct. quod non cadit in prima instantia: quia illa præsumptio non est sufficiens ad constituendum appellantem in mala fide. Si concurrat aliquod de his quæ faciunt præsumi iustam causam litigandi, de quibus in dicto §. si autem alterutra. Hic cadit quæstio notabilis & quotidiana. Vtrum in hac patria omnis appellans debeat ad emendam condemnari, etiam si fuerit in bona fide, & habuerit iustam causam litigandi? videtur quod sic: quia consuetudo hoc vult. Et quia virtus consuetudinis & statuti à pari procedunt, ista quæstio potest decidi ex fundamentis quibus deciditur alia. Si sit statutum quod victor victori in expensis condemnatur, prout est in patria regia expressa constitutio in interlocutoris: vtrum non obstante statuto, constitutione, vel consuetudine iusta causa litigandi excuset ab expensis? pro vtraque parte sunt fortissima fundamenta: tamen communis quam tenent Alex. & do. las. in d. l. properandum. §. si autem alterutra col. 2. versi. 2. limita. C. de iudi. est, quod iusta causa litigandi excuset. Et pro ista parte sunt duo potissima fundamenta. primum, quod statuta vel consuetudines ita debent intelligi vt minus lædant ius commune quam fieri possit. c. cum dilectus. de consue. Et si dicatur debent intelligi vt aliquid operentur, ne sint superflua, iuxta notata per Bar. in l. 1. ff. de vsucap. & in l. 3. §. ait prætor. ff. de dam. infec. Illa regula non procedit quando ita intelligendo quis indebitè damnum pateretur: quia potius debent intelligi statuta vt sint superflua. Ita probat glo. in l. fi. §. in computatione. quam Bar. ibi multum extollit. C. de iure. deli. Idem dicendum est in priuilegiis & rescriptis principum per tex. in l. 1. §. merito. ff. ne quid in loco publico. tex. in c. super eo. vbi Deci. col. 1. & 2. de offi. deleg. vbi arguit de statuto ad rescriptum. Et ex his nõ arbitror iudicem redarguendum qui compensat expensas siue in interlocutoris siue diffinitiuis, & etiam in causa appellationis. Item & quietat emendam temerè appellantis, quando subest iusta causa de iure communi cõsiderabilis.

ARTICLE II.

Et pareillement en desertion d'appel.

SVM. IN GLO. ART. II.

2 Biennium ex causa iure ciuili appellanti præstitur.
3 Causa uerò à iudice petendum & arbitrandum: & remissio aliqua de materia desertionis appellationis. & nu. seq.

Pœna imposita temerè appellanti habet locum in eo qui patitur deseri appellationem.

Consuetudo loquitur de desertione appellationis, & non declarat tempus ad prosequendum appellationem indultum. Et ideo erit in consideratione tempus iuris communis, à quo conceditur annus: & ex causa biennium. de iure ciuili est tex. in authen. ei qui. C. de tempo. appel. de iure canonico in c. cum sit Romana. de appel. Quæro in proposito vtrum secundus annus in iulgeatur à lege, vel à canone? dic quod non, sed à iudice: si interueniat iusta causa, de qua debet constare iudici. Et quod plus est, debet peti secundum fatale intra tempus primi, aliâs appellatio est deserta. Ita Paul. de Cast. in l. properandum. in principio, in 3. col. C.

Ec iii

de iudi. Spec. in titulo. de appel. §. infra quæ tempora fiat appellationis prosecutio. col. 2. ibi, dummodo ante
 5 finem anni agat. & in 3. col. vers. istud autem scias. Quæro, vtrum istud tempus possit prorogari, aut abre-
 uari per statutum, aut per partes? vide Ias. in l. properandum. in principio. C. de iudi. & ibidem Alex. in apo-
 6 stil. ad Bar. Quæro quando est dubium de desertione appellationis, quid iudex facere debeat? dic quod
 in dubio iudicandum est appellationem non desertam. do. Ias. in authen. ad hæc. C. de iudi. Deci. consil. 83.
 in fi. in 1. vol. Et nisi sit appellatum à tali pronuntiatione, illa nocebit partibus, & poterit iudex procedere in
 7 negotio principali. Ita Fely. in c. ex parte 5. col. 5. vers. fortius dixit Imo. de rescrip. Aduerte ad vnum no-
 tandum, quod post desertionem appellationis iudex primus à quo fuit appellatum ipso iure reassumit iuris-
 8 dictionem sine alia declaratione iudicis appellationis. Quod appellatio sit deserta, ita firmat Rota deci. 97.
 in nouis. facit quod decidit Rota deci. 188. in eisdem. Et istud habet locum in ordinario, secus in delegato
 secundum Fely. in c. ex parte 5. col. 6. vers. declara tertio. de rescrip. nisi fiat ei noua commissio. Verum est quod
 idem primus iudex non poterit exequi contra condemnatum sine noua citatione. Et veniat appellans dictu-
 rus causam quare sententia executioni mandari non debeat: nec requiritur alia declaratio super desertione.
 Istam practicam tradit Ang. in l. contra maiores. C. de appel. quam commendat Fely. in c. ex parte 5. col. 5.
 vers. secundo declara. de rescrip. imo non posset facere declarationem super desertione: quia non fuit de-
 9 ferta coram eo. Fely. in c. ex parte. col. 6. vers. concludendum est. Deci. in c. ex ratione. col. penul. de appel.
 Idem. consil. 97. col. 2. in 1. vol. Dum dictum fuit quod non requiritur superioris declaratio de iure com-
 muni, potest tamen pars appellata coram iudice appellationis, ordinario, vel delegato petere quod ipse iu-
 dex declarat appellationem desertam, & condemnet appellantem in expensis, quando appellans aliquando
 comparuit coram iudice appellationis: quia super eis adhuc sua durat iurisdictio, licet super principali sit
 10 extincta. Ita Fely. in c. ex parte 5. col. 5. vers. limitatur etiam. de rescrip. secundum consuetudinem tamen Al-
 uerniæ requiritur talis declaratio: vt patet infra, articulo 6. vide tamé quæ ibi dixi. Nota etiam quod si lis
 principalis vel appellationis sit in consistorio principis introducta, nunquam deseritur. authen. sed lis. C. de
 11 tempo. appella. Idem si causa appellationis sit introducta debito tempore coram aliquo iudice, & per eum
 12 steterit quo minus expediatur. Ita dicit tex. in authen. item si appellatione secuta. C. de tempo. appel. Ad-
 uerte etiam ad vnum, quod appellatio deserta manet quando non fuit debito tempore introducta. Bar. &
 ibi Alex. in apostil. in l. præses. C. de appel. Fely. in c. personas. de appel. etiam coram principe vel papa, & ap-
 pellans non facit suam diligentiam. Bar. & ibi Alex. in apostil. in l. præses. C. de appel. Fely. in c. personas. de
 13 tempo. appel. Alex. consil. 19. col. 2. in 1. vol. Et quoniam iudex appellationis habet confirmare vel infir-
 mare sententiam primi iudicis. l. dos. C. de appel. Si vis scire per quem, & quid operetur sententia confirma-
 toria, & vtrum sententia nulla confirmari possit, vide Panor. in c. 3. col. 2. de re. iudi.

ARTICLE III.

Les appellans peuent renoncer à leurs appellations dedans huit iours au
 greffe de la court dont est appellé, en payant cinq solz seulement. Et ne sont te-
 nuz faire signification à la partie de ladicte renonciation.

SVM. IN GLOS. ART. III.

- 2 *Dualibus rationibus confirmatur consuetudo & nu. 3.*
 4 *Quando post octo dies appellans hic renuntians admittatur, & aliqua obiter.*
 1 *Appellans infra diem octauam potest soluendo solidos quinque coram graffario appellationi renuntiare: nec habet renuntiationem parti intimare.*
 2 *Ratio consuetudinis est, quia fauori suo quilibet potest renuntiare. l. penul. C. de pact. doc. plenè, maximè*
 3 *Fely. in c. si diligenti. de foro compe. Item ratio quare non teneatur appellans significare renuntiationem*
parti, est, quia facta in actis curiæ faciunt rem notoriam, saltem post conclusionem in causa. l. gesta. C. de re
iudi. & ex eis appellatus potest se informare cum sint acta publica, que non egent testibus. c. quoniam con-
tra falsam. de proba.
 In tex. in verbo, *renoncer.*
 4 *Circa istam consuetudinem quæ admittit renuntiationem infra octo dies, opportunè quæri potest, vtrum*
elapsis octo diebus appellans renuntiare possit? prima facie videtur quod non: quia consuetudo admittendo
renuntiationem infra certum tempus, videtur eam pro aliis temporibus excludere, per regulam, quod vnus est
inclusio, alterius est exclusio. l. cum prætor. ff. de iudi. Sed istud argumentum non procedit: quia consuetudo
est stricti iuris: vt notat. Bar. in l. de quibus. ff. de legibus. & in l. 1. C. quæ sit longa consue. Et ideo in materia
statuti vel consuetudinis, non procedit tale argumentum: imo casus omissus remanet in dispositione iuris
communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. operæpretium igitur est
videre si de iure communi appellans possit renuntiare appellationi, & est distinguendum: aut appellatus con-
sensit, & tunc non est dubium quod sic: quia per talem renuntiationem sententia transit in rem iudicatam. Item
quia appellatio tantum respicit fauorem appellantis, per ea quæ supra dixi. Aut appellatus non consentit:
quia fortè sua interest quod appellatio diffiniatur, & tunc appellans non potest renuntiare, nisi quatinus ap-
pellatio suam concernit fauorem: vt plenè declarat Fely. in c. ex parte 5. col. 2. vers. si appellatus. de rescrip.
Et ibi habes an possit renuntiare nullitati. Et de appellatione quando appellans possit penitere, habes tex.
ubi plenè Bar. in l. si quis libellis. C. de appel. Et dum Bar. ibi dicit quod si appellans renuntiet appellationi
interpositæ

interpositæ ab interlocutoria, non poterit redire ad primum iudicem inuito appellato: quia totum nego-
 tium est ad iudicem appellationis deuolutum. in hoc Bar. communiter reprehenditur à doctoribus citatis
 per Fely. in d. c. ex parte 5. col. 2. vers. & inuenies reprobata verba Bar. de rescrip. Et nisi fallor, hunc articulum
 plenè tangit Panor. in c. cum cessante. de appel. Aduertendum est in materia quod appellans ultra renuntia-
 tionem expressam potest facere tacitam, patiendò deserti appellationem: sed appellatus potest sibi consule-
 re prosequendo, iuxta authen. ei qui. C. de tempo. appel. Item & alio modo spoliando appellatum re litigio-
 sa. Et de ista materia habes tex. in c. an sit. de appella. & pulchram glos. in c. non solum. in verbo, reducendū.
 versicu. vnde vnum scias. de appella. lib. 6. qui dicit, quod si pars appellans aliquid illicitum attentat, eo ipso
 indignam se facit appellationis beneficio, & procedit iudex à quo appellatum est, perinde ac si non fuisset ap-
 pellatum: & sententia prima transit in rem iudicatam. Ita Fely. in d. c. ex parte 5. col. 3. versicu. & dum dictum
 est. de rescrip. Lafran. conclusi. 443. incipien. appellans & c. Imo fortius tenet Fely. d. col. 3. versicu. nec est ve-
 rum. quod etiam si appellans reuocauerit attentata, non poterit vt appellatione sua. Aduertat igitur appel-
 lantes, ne aliquid attentent: & scias quod etiam in negotio principali lite pendente nihil potest intentari. Et
 ideo si quis probet quod possidebat tempore litis inchoatæ, & fuit spoliatus ante progressum ad vltiora,
 sit restitutio, & tolluntur attentata: vt dicit Rota, decis. 14. in no. Alexand. consil. 99. in 5. vol. pulchrè Deci.
 consil. 103. in primo volu. Et omnia probantur per c. non solum. de appella. in 6. Viso de renuntiatione ap-
 pellationis, qui effectus ex ea sequantur, restat videndū de effectu renuntiationis, quæ sit pendente lite prin-
 cipali. Et circa eam quæro, vtrum renuntians videatur confiteri partem aduersam fouere iustam causam? do.
 Ias. in l. postquam liti. col. 1. versicu. adde etiam. C. de pact. dicit, quod renuntians liti non dicitur propiè in-
 cumbere: item nec fateri: item nec perdere possessionem. & in l. naturaliter. §. nihil commune. in 2. lect. vers.
 pro declaratione & c. ff. de acquir. posses. dicit, quod renuntians non perdit dominium, nec possessionem. Bal.
 tamen in d. l. postquam liti. col. penul. aliter loquitur, & dicit, quod ex renuntiatione litis inducitur tacita con-
 fessio, quod renuntians non habet nec credit habere ius: & ideo si sit reus per talem confessionem, fundatur
 intentio actoris. Fely. in c. olim. col. fina. de rescrip. distinguendo facit duos casus. Primus est, quando est du-
 bium de iure actoris, propter deducta à reo: & tunc si reus cedit liti, bene fundatur actoris intentio, quasi re-
 moto obstaculo. Secundus casus est, quado de iure actoris nihil constat: & isto casu Fely. imperfectè loqui-
 tur: quia debuisset distinguere, aut sumus in beneficialibus, in quibus ius actoris non potest iustificari ex ex-
 pressa confessione conuenti: quia debet constare de canonica institutione aliter quàm per confessionem rei:
 vt plenè declarat Fely. in d. c. olim. Et sicut expressa actori non prodest, ita nec illa quæ resultat ex cessione li-
 tis. Sed si essemus in profanis, in quibus expressa confessio noceret reo: ita & si liti cedat. Ita in effectu vult
 Fely. secutus Bal. & Alexan. quos refert & sequitur.

ARTICLE III.

Et si l'appellant se desiste iudicialment & sur le champ, de ladicte appellation,
 il ne doibt rien.

Si appellans renuntiet iudicialiter, nihil soluit.

Quæro, vtrum renuntians appellationi possit habere recursum contra iudicem, querelando quod iudex
 iniuste iudicauerit, & fecerit litem suam? dic quod sic, siue non appellauerit, siue appellauerit, & passus fuerit
 1 deserui appellationem. Fely. in c. pastoralis. §. quia vero. col. 2. versicu. in eadem glo. de offic. delega. Ias. in l. 1. in
 princip. col. si. ff. quod quisque iur.

ARTICLE V.

Les appellations des subalternes doivent estre releuées dedans quarâte iours.
 Et celles qui sont interiectées en la court de parlement, ou es grandz iours du du-
 ché d'Auuergne, se doiuent releuer dedans trois mois.

*Appellationes quæ sunt à iudicibus subalternis sunt intra dies quadraginta releuandæ & introducendæ. Quæ uerò
 in curijs parlamentorum, aut in magnis diebus in ducatu Aluerniæ, infra tres menses.*

Hæc consuetudo loquitur infra quatum tempus appellans teneatur introducere appellationem apud iu-
 2 dicem appellationis. Dic quod de iure communi assignatio termini spectat iudici à quo: & nisi infra termi-
 num appellatio introducta sit, erit deserta. Bart. in l. præses. C. de appella. Quod intellige verum, si statuerit
 terminum competentem: aliàs secus. Ita declarat Fely. in c. personas. col. 2. de appel.

ARTICLE VI.

L'appellation ne peult estre dicte deserte, sans declaration de iuge superieur,
 & que l'appellat ne soit adiourné, posé ores que le téps soit passé d'icelle releuer.

SVMMA. IN GLOS. ARTI. VI.

Consuetudinis explicatio.

*Appellatio deserta censer non potest, nisi præcedat parte uocata superioris declaratio, quod in tempore statuto releuata
 non fuerit.* Nota in proposito consuetudinis, quod appellatio si fuerit deserta, quia non fuerit in tempore
 releuata, aut non prosecuta, semper requiritur superioris declaratio. Et tamen de iure communi quado non
 1 fuit facta prosecutio, iudex à quo reassumit iurisdictioem sine superioris declaratione: vt tenent Rota &
 doct. quos citauimus supra hoc titu. artic. 2. num. 7. & 8. Aduerte diligenter quia ista cōsuetudo loquitur quan-

do appellatio non fuit releuata, & sic introducta coram iudice appellationis: & isto casu non video quomodo iudex appellationis possit pronuntiare, cum coram eo nulla fuerit facta instantia. Et sic militat decis. Ange. in l. eos. C. de appel. quam refert & sequitur Fely. in c. ex parte 5. col. 5. versicul. declarat tamen dupliciter. de rescrip. Postquam tamen consuetudo hæc sic vult praticari, poterit hoc modo: quia appellatus comparebit coram iudice appellationis, & faciet fidem de appellatione: & petet euocari appellantem edoctorum de introducta & releuata appellatione: & nisi de ea edoceat, declarari appellationem desertam, appellantem in expensis & emenda stultæ appellationis condemnari: & causam principalem iudici, à quo, remitti: vt debitus honor & c. iuxta c. vt debitus. de appella. Si ab interlocutoria fuerit appellatum, possit etiam attentari, quod hæc consuetudo tantum habeat locum in appellatione deserta, quia non fuit introducta seu releuata: quia non loquitur quando fuit deserta ob lapsum fatalium. & sic hic casus tanquam à consuetudine omisus, remanet in dispositione iuris communis, iuxta l. commodissime. ff. de libe. & posthu. Et ex dispositione dicti iuris potest adiri primus iudex: vt plenè probauit supra art. 2. nu. 7. & 8. tamen ad euitandam omnem disputationem tutior erit practica præcedens, vt adeatur superior iudex.

ARTICLE VII.

Toutefois la sentéce peult à la requeste de partie estre mise à execution apres ledict temps de releuer passé, par autorité du iuge qui a donné ladicte sentence, & non autrement.

SVMMA. IN GLO. ART. VII.

- 2 Contrarietas huius & superioris consuetudinis reconciliatur. & nu. 3.
- 4 An condemnatis appellatione deserta detur quadrimestre. & num. 5.
- 6 Cuius autoritate executio hic fieri debeat.

1 Lapsa tempore de releuando, iudex à quo tantum parte instante, potest sententiam exequi.
 2 Ista consuetudo videtur à præcedente discrepare: quoniam in ea dicitur quod appellatio non cesset deserta, nisi intercedat superioris declaratio, etiam si non fuerit releuata. hic quod elapso tempore de releuando, exequi potest. Pro solutione dicas, quod declaratio desertionis spectat ad iudicem: sed eo ipso quod iudex primus prosequitur executionem, quoad eum potest procedere, nisi fiat sibi fides de releuata appellatione: quia tunc sunt sibi ligatæ manus. Præsupponendo tamen quod iudex appellationem non admiserat, prout communiter faciunt iudices, quia si admisisset, statim essent per talem admissionem manus sibi ligatæ: & eo ipso quod admittit, à se iurisdictionem abdicat. Si tamen lapsa tempore de releuando non fiat fides de releuata & introducta appellatione: iudex qui admittit appellationem sub tacita conditione, si eam releuaret & introduceret, reassumit iurisdictionem: quia deficit tacita conditio. idè si appellatio sit deserta, per ea quæ dixi supra, arti. 6. Idem quando in causa principali iudex pronuntiauit se incompetentem, & tunc abdicat à se iurisdictionem. Fely. in c. significantibus. in princi. de offi. deleg. & ibi declarat an iudex possit talem interlocutoriam reuocare, & iurisdictionem reassumere.

In tex. in verbo, par autorité du iuge.

4 Intellige, aut eius successoris, quia successor dicitur idem iudex. l. proponebatur. ff. de iudic. docto. in c. ex ratione. vbi Fely. col. fina. de appellat.

In tex. in verbo, à executione.

5 Quæro, vtrum condemnatus, deserta appellatione, habeat quadrimestre, quod datur iudicatis ad soluedum, iuxta l. 2. ff. de re iudi? Fely. in c. quærenti. col. 1. versic. secundo fallit. de offi. deleg. decidit, si appellatio sit deserta ob non prosecutionem, statim sit exequenda: scilicet si non petitos apostolos, vel aliter. Et ibi tradit regulam de quadrimestre quod datur iudicatis, cum sex fallentiis.

In tex. in verbo, par autorité du iuge.

6 Consuetudo dicit quod executio fit autoritate iudicis qui tulit sententiam. Idem est de iure communi, quotiens imploratur officium iudicis pro executione: vel quia iudex appellationis pronuntiauerit appellationem nullam vel iniquam: aut pronuntiauerit appellationem desertam, semper est recurrendum ad primū iudicem. Si verò intentetur actio iudicatis, illa poterit intentari coram alio ordinario, quam eo qui sententiam tulit. Ita declarat Fely. in c. pastoralis. versic. præterea. col. 2. & versic. glo. in verb. discussa. de offi. delega.

ARTICLE VIII.

Les appellans des sergens executeurs peuent renoncer à leurs appellations en presence de tosmoings & notaires, dedans ledict temps de huitaine, entre les mains desdictz sergens & executeurs dont ilz se sont portez pour appellans: ou deuant les iuges dont procedent leurs commissions, ou qui doiuent congnoistre de la matiere: en signifiant à partie ladicte renonciation.

- 1 Appellantes à seruientibus & executoribus possunt coram notario & testibus ipsisque executoribus appellationibus coram eis interiectis, etiam coram iudice cause infra octauam renuntiare: & debent renuntiationem parti intimare.
- 2 Nota quod appellandum est ad immediatum superiorem: quia non potest appellari omisso medio. l. imperatores. ff. de appella. Fallit illa regula in casibus, de quibus per Fely. in c. super quæstionem. §. porro. col. fina. de offi. delega.

ARTI:

ARTICLE IX.

Et ou lesdictz sergens & executeurs executeirement par commission des iuges du pays, entre les mains desquelz auront esté faictes lesdictes renonciations, les appellans seront tenuz aller au greffe dudict iuge faire enregistrer ladicte renonciation, & payer le droit acoustumé pour icelle: & signifier à partie ladicte renonciation.

Quando executor procedit de commissione iudicis, & coram iudice appellatur, debet appellans appellationem registrarari facere à graphario, soluere quod consuetum est, & illam parti intimare.

Hæc consuetudo declarat præcedentem: hoc quod sufficiat appellare coram notario & testibus, procedit quando appellatur ab executeore: sed si à iudice, exigitur registrarari apud acta.

In tex. in verbo, & le droit acoustumé.

Quid sit istud consuetum, habes supra eodem titulo, articulo. secundo, quod sunt quinque solidi.

In tex. in verbo, & signifier à partie.

Ista differt à consuetudine de qua supra arti. 3. in hoc quod si renuntiatio fiat coram graphario, eo casu non requiritur intimatio, vt ibi: scilicet si coram iudice, & registrarari: vt hic.

ARTICLE X.

Les appellans à denegation de droit sont exemptz du seigneur duquel les appellations sont interiectées, pendant la cause d'appel en toutes leurs causes ciuiles & criminelles: pourueu qu'ilz ayent releué en ladicte qualité, & depuis le relief executé, & non de parauant.

SVM. IN GLO. AR. X.

2 Ratio consuetudinis, & dominum teneri exhibere iustitiam, & alia multa remissiuè huc pertinentia. & nume. 3. 4. 5. & 6.

7 Rescriptum ante præsentationem esse inefficax.

Appellantes à denegata iustitia appellationem releuantes in ea qualitate, & exequi facientes, præcedente appellatione, à superioritate iudicis à quo fuerit appellatum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus sunt exemptæ.

Quomodo dominus constituatur in mora, vt ab eius denegata iustitia possit appellari, dicitur infra, articulo. 14. Habetis in hac consuetudine quod dominus tenetur exhibere & ministrare, seu ministrari facere per suos officiales iustitiam subditis. Idem est de iure communi. Nā si dominus non bene regat & custodiat subditos suos, & eis iustitiam ministrari faciat, non dicitur rex nec verus dominus. c. regum. & c. rex debet. 23. quæst. 5. & c. sedes. 2. quæst. 1. Item dominus debet defendere subditos suos ab oppressionibus propter seruitia quæ sibi præstant. c. 1. §. dominus quoque. in tit. de for. fidel. Nunc quæro, pone quod dominus sapius interpellatus à subditis, vt eis super aliquo facto iustitiam faceret, neglexerit: vtrum sit talis denegatio vel negligentia digna priuatione feudi & iurisdictionis? Istam quæstionem tractat Bal. in authen. statumimus. C. de episco. & cleri. & dicit, quod dum comes Flandrensis denegaret iustitiam suis subditis, ipsi subditi habuerunt recursum ad regem Francorum Parisiis, dicentes, quod ipse comes erat priuandus iurisdictione, eo quia sapius requisitus eis denegauerat iustitiam. Dicit Bal. ibi, post Pet. de bel. per. quod comes non debebat curare de illa querela quantum ad priuationem iurisdictionis: sed est bene verum quod ipse incurrerat indignationem superioris, & tenebatur læsis ad interesse. Et quod ex eo quod incurrerat indignationem superioris, poterit puniri arbitrio superioris: intellige tamen citra priuationem feudi, ne sibi contradicat Bal. Nota tamen quod si malè tractaret subditos, & seiret contra eos, ista est iusta causa priuationis: & grauius est delictum quod committitur in faciendo, quam in omittendo. Et istam differentiam ac concordiam tradit do. Iaco. de san. Geor. in tit. de roydis. col. antepen. versicu. septimo finitur & extinguitur. Et ibi col. penul. dat optimum remedium post Bal. in c. 1. §. publici latrones. in tit. de pac. tenen. & eius viola. in vsib. feud. quod subditi quibus iustitia denegatur, aut qui malè tractantur, habeant recursum ad superiorem, & faciunt moneri dominum terræ, quod eis iustitiam faciat, & eos bene tractet, cum comminatione, quod aliàs auferretur sibi castrum & feudum. Et quia in hac consuetudine dicitur de vno casu exemptionis subditi, quando dominus denegat iustitiam, septem modos exemptionis à superioris autoritate, tradit do. Iaco. de sancto Georg. in tit. de roydis. col. 12. & duab. sequentibus. versic. nunc est an subiectis.

In tex. in verbo, relief executé.

Vides quod nõ sufficit obtinere literas, nisi fiat earum executio. ex hoc quæro de duabus quæstionibus, imò tribus. Prima, vtrum literæ gratiæ sortiatur effectum ante præsentationem. Secunda, vtrum valeant gesta delegati & reuocati ante executam reuocationem. Tertia, vtrum delegatus acquirat iurisdictionem vigo re rescripti non præsentati, quando de delegatione aliter habuit notitiam. Ista tria tradit Fely. in c. ceterum. col. 7. & seq. versic. valet processus. de rescrip. Circa tertium, Deci. in c. de causis. col. 3. versic. in glo. dicit, quod delegatus ante præsentationem literarum non habet exercitium iurisdictionis. allegat c. super eo. el. 2. de appella. Maius est dubium, vtrum literæ gratiæ habeant effectum ante expeditionem breuis, aut bullarum? conclusio est quod non, nisi in tribus casibus: de quibus per Fely. in rub. de constitu. col. 3. versic. & possunt ista merito induci. & ibi notatis. scilicet in foro conscientie.

ARTICLE XI.

Autre chose est quand ilz sont seulement appellans de tortz & griefz, auquel cas ilz ne sont exemptz en autres caules.

SVMMA. IN GLO. ART. XI.

- 2 Ratio consuetudinis redditur.
3 Quando iudex etiam in alijs causis potest recusari tanquam suspectus. & num. 4.
1 Appellans ab alio grauamine quam a denegata iustitia, non suspendit iurisdictionem superioris in alijs causis.
2 Ratio est, quia non obstante appellatione praesumitur pro sententia. l. Herennius. ff. de euit.
In tex. in verbo, ilz ne sont exemptz.
3 Nota quod licet non sint exempti ipso iure, tamen possunt subditi appellatione pendente in vna causa, in alijs iudicem tanquam suspectum recusare. c. ad haec & c. proposuit. de appella. Quid iuris quando est iudicatum in causa appellationis? Dic aut in fauorem appellantis, & tunc sicut poterat eum allegare suspectum appellatione pendente, multo magis lata sententia: quia est detecta iniquitas eius, & quia semel malus semper praesumitur malus. vt habetur in regula iuris. Si autem iudicatum est contra appellantem, cessat omnis suspitio, saltem quae possit a iusta causa originem habere: & sic cessante causa, cessat effectus. c. cum cessante. de appella.

ARTICLE XII.

Et s'il est dict bien appelle par l'appellant a denegation de droit, ledict appellant, sa posterite, & biens quelconques sont a perpetuel exemptz de la iurisdiction du seigneur dont est appelle, & deuient homme du seigneur suzerain immediat.

- 1 Si contingat pronuntari bene appellatum a denegatione iustitiae, appellans & ab eo descendentes cum eorum bonis, erunt perpetuo exempti a iurisdictione domini a quo fuit appellatum: & efficietur subditus immediati domini superioris.
2 Intellige hoc procedere si sententia lata super appellatione habeat vim rei iudicatae: alia si ab ea esset appellatum, exemptio appellatione pendente non sortiretur effectum, nisi post confirmationem, cum non liceat tertio prouocare.

ARTICLE XIII.

Et au contraire si ladicte appellation a denegation de droit n'est trouuee bonne & valable, ledict appellant doit estre condamne en l'amede de soixante solz tournois pour le fol appel, & en tous despens, dommages & interrestz enuers le seigneur.

- 1 E contrario si male appellatum pronuntari contingat, condemnabitur appellans domino in emendam solidorum sexaginta, expensisque, damnis & interesse.

ARTICLE XIII.

Lon n'est receu comme appellant a denegation de droit, sans preallablement sommer par escript le seigneur ou ses officiers par trois diuerses fois, & interualles de temps a chascune d'icelles de trois iours en trois iours pour le moins, de luy faire & administrer iustice, & qu'il apparaisse desdictes sommations par instrument authentique.

SVMMA. IN GLO. ART. XIII.

- 2 Interpellationes tam a consuetudine quam iure quot sint requirendae, ut quis iure suo priuetur. per totum.
1 Non admittitur tanquam appellans a denegatione iustitiae subditus, nisi tertio interpolatis vicibus tres dies ad minus pro qualibet continentibus & in scriptis dominum interpellauerit, & de dictis tribus interpellationibus fidem per instrumentum publicum faciat.
2 Ex consuetudine requiruntur tres interpellationes: de iure communi vt quis iure suo priuetur, sufficiunt duae. §. si quis autem non implens. vbi Ange. in authen. de heret. & fals. quod refert do. Ias. in l. is apud quem. C. de eden. Aduerte quia Fely. in c. ex literis. col. 6. versic. fallit nono. de constitu. refert Angel. in d. §. si quis autem non implens. dicentem, quod quis non priuetur iure suo, nisi procedat trina monitio. Et istud credo verius. & cum Ang. transit Fely. Ita enim decem procedit in casu consuetudinis nostrae, etiam si consuetudo diceret requiri trinam citationem. propter aliam decisionem Fely. in d. c. ex literis. col. 5. versic. fallit enim primo. vbi dicit quod quando inferior vult conuincere superiorem de negligentia, est necessaria trina monitio, & non sufficeret vna pro tribus: vt statim dicam: & in specie de iudice recusante ministrare iustitiam clericis, quod post trinam requisitionem priuetur iurisdictione, est tex. in authen. statuimus. C. de episcop. & cleri. quem allegat Fely. in d. c. ex literis. col. 5. versic. fallit secundo. Et licet ille tex. loquatur de clericis petentibus iustitiam, tamen idem videtur in laicis: quia ibi non simpliciter tractatur de priuilegiando clericum, sed de

sed de punienda negligentia iudicis: nisi cixerimus quod in materia poenali non fit extensio, etiam ex identitate rationis, & in specie quod iudex non constituitur in negligentia, nisi praecedat trina interpellatio, tradit Fely. in c. ex tenore. col. 8. versic. fallit secundo. de rescrip. vbi dicit, quod licet a tarditate iudicis quis non possit appellare. tamen a vbi iudex ter requisitus non exhibet se diligentem, potest appellari.

In textu, in verbo, & interualles de temps.

Quotiens lex vel statutum requirit fieri interpellationes plures, illae fieri debent interpolatis vicibus & temporibus, alias habentur pro vna: vt de clarat Fely. in c. ex literis. col. 6. versic. & in istis casibus. de constit.

ARTICLE XV.

Iaçoit qu'aucun appelle a denegation de droit, ne atmoins il peult releuer son appellation de dans temps deu, de tortz & griefz seulement, sans estre tenu de la desertion a faulte de n'auoir expressement releue a denegation de droit.

Appellans a denegatione iustitiae potest infra tempus debitum appellationem releuare in forma communi a grauaminibus, sine expressione quod appellauerit a denegatione iustitiae.

Nota tamen quod isto casu appellatione pendente non erit exemptus in alijs causis ciuilibus vel criminalibus: quia tunc exemptio talis conceditur quando appellatio releuatur sub illa expressione & qualitate denegatae iustitiae. Ita loquitur consuetudo 10. supra hoc eodem titulo.

ARTICLE XVI.

Les appellans es matieres ciules sont receuz par procureur, soit en assises ou hors assises.

Appellantes in ciuilibus admittuntur per procuratorem in assisys & extra.

Aduerte quia aut procurator qui appellat est dominus litis in prima instantia, & tunc non solum admittitur, sed etiam tenetur. Aut appellat cum mandato, & tunc non habet dubium. l. fina. C. de procura. aut sine mandato, & tunc dominus si velit se iuuare dicta appellatione, debet eam ratificare intra tempus concessum ad appellandum: alias ratificatio non valet: quia extrema non sunt habita. l. bonorum. ff. rem ratam hab.

D'ASSIETE DE RENTE.

Tit. XXXI.

SVMMA. IN GLO. TIT. XXXI.

- 2 Fundus quando dicatur emphiteoticus, & quando censualis. & num. 3. & 4.
5 Vnde in quibus casibus licet peti possint pro interesse. & num. sequentibus.

Hic titulus magis est laboriosus quam subtilis, & continet meram practicam: ideo ne laborem vbi non expedit, loco glossarum quae possent forte in aliqua parte accommodari, discutiam aliquas questiones satis peregrinas & vtilis, materiam reddituum & censuum concernentes: & sic hic titulus sine sponsa & dote non remanebit. Et primo quaero, quando fundus dicatur emphiteoticus, & quando censualis? Respondeo, quando transfero in te praedium, reseruato vtili dominio & aliquo modico censu in recognitionem directi domini, ille fundus proprie dicitur emphiteoticus. Ita declarat Barto. in l. 1. C. de iure emphit. Ias. in authent. qui rem. col. 2. versic. nam proprie emphiteota est. C. de sacrosan. eccle. Sed fundus dicitur proprie censualis, quando transfero praedium, nullo reseruato dominio, sed solo censu. Ita declarat Bar. in l. 1. §. hic titulus. ff. de publica. post glof. in c. constitutus. de relig. domib. & in specie do. Ias. in d. authent. qui rem. col. 3. versic. primo modo in re censuali & c. Secundo quaero, apparet quod aliquis fuit inuestitus de fundo, retento censu, & verba inuestiturae sunt ambigua, ita quod non apparet si concessio fuerit facta vt fundus sisset emphiteoticus vel censualis: in dubio quid erit iudicandum? Respondetur quod in patria Aluerniae in dubio census importat directum dominium, & sic fundus erit censendus emphiteoticus. Ita vult consuetudo prima, infra hoc eo. titu. d'assiete de rente. Sed iure scripto, contractus, & sic fundus censetur censualis tantum, & sic sine dominio directo. Ita fuit decisio Alber. de rosa. quem refert & sequitur do. Ias. in d. authent. qui rem. col. 3. versic. & nota diligenter. Sed nunc quaero de alia notabili questione: Pone quod nullum tibi tradidi fundum, sed tu vendis mihi decem libras anno singulo capiendas super vno tuo speciali fundo: vt rum fundus erit emphiteoticus? Non, quia non acquisiui aliquod dominium, sed tantum censum: per ea quae praedixi. Tamen de consuetudine Aluerniae superius allegata, statim quod census est assecuratus & firmatus super vno fundo, trahit secum dominium directum, & hoc in casu dubio, si non appareat de contrario. bene verum est quod ille fundus erit specialiter hypothecatus pro solutione dicti census, etiam si dictum non fuerit. Ita declarat Bar. in l. cum ii. §. si vni. ff. de transact. in l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. 2. in l. fundus quem. ff. de annu. lega. est bonus tex. in l. fina. ff. de contrahen. emp. declarat pulchre Ro. confi. 288. Moueo in proposito aliam quaestionem: Si dixero assigno tibi talem fundum, vt rum illud verbum assigno importet translationem domini, vel hypothecam? Bald. in l. 2. col. 2. versic. quaero quid si testator. C. comu. de lega. dicit, quod verbum assigno importat translationem domini, secundum quod iuris ratio patitur, id

est subiecta materia. Aliquando traditionem possessionis, puta quādo res est præsens, vel si cum assignatione rei interueniat precarium vel constitutum, aliquando titulum, quando præcessit causa habilis ad dominiū translationem, aliquando custodiam, aliquando administrationem. Et vt hæc materia clarius pateat, procedam per conclusiones. Quando apparet quod ille qui fundum assignauit voluit dominium transferre, puta quia dedit in solutum vel in recompensam: & eo casu verbum assigno importat dominiū translationem, si interueniat traditio: quia res assignata erat præsens, aut precarium vel constitutum. Aut apparet quod voluit tantum dare hypothecam, & casus est clarus: aut sumus in casu dubio, & tunc aut præcessit causa habilis ad dominiū translationem, puta quia erat locus restitutioni dotis: quia certum erat quod maritus vergebat ad inopiam: & eo casu verbum assigno prolatum à iudice, vel à parte, importat dominiū translationem, intellige interueniente traditione, vt prædixi. Aut non suberat causa habilis ad dominiū translationem, & eo casu importat hypothecam. Prædicta probantur per doct. Bart. in l. si constante. col. 15. versicu. expeditus de tertia, & sic in quarta parte princip. ff. solu. matri. quem sequitur Alexan. in d. l. si constante. col. 13. versicu. in quantum Bar. hic. in 2. q. 4. partis principalis. Idem Alexan. consil. 160. col. 8. versicu. de verbo autem assigno vel assigno. Et distinctio de qua supra, est plenius probata in consilio quod dedi 20. Septēbris, 1547. quod incipit, Titia constituit Gaiō suo marito &c. Quæro de alia notabili quæstione & quotidiana: Vtrū talis contractus, si vendis mihi decem libras capiendas si agulo anno super tali fundo, cum pacto redimendi talem censum, aut non sit licitus, & an censetur usurarius? Videtur prima facie quod sit usurarius: quia pecunia parit pecuniam certam, & quæ tempestat vel alterius casus fortuiti periculo non subiacer. In contrarium determinat Martinus Papa, cum deliberatione consistorii: vt habetur in extrauag. in rubri. de empt. & vendi. quæ incipit, regimini. fo. 21. & extrauag. Calisti. eodem loco tractat quæstionem do. Iaf. in l. 1. in 2. lectu. col. 12. versicu. quid autem de pecunia. plenè consuluit quod valeat talis contractus, Paul. de cast. consil. 289. in primo volum. Et do. Iaf. in loco præallegato, tradit quid iuris in cambiis cambiorum, & in pecunia montis pietatis papæ. Quæro vtrum valeat statutum quod si hæredes mariti sint in mora restituendi dotem, soluant octo pro centenario? Vide do. Iaf. in l. 1. col. 10. versicu. & per hoc insert in specie. C. de sum. tri. & fide catho. Et sicut committitur usura in temporalibus, ita symonia in spiritualibus: & sic non valet statutum quod canonici elekti aliquid soluant pro receptione, etiam fauore ecclesiæ & diuini cultus. Fely. in c. cum M. Ferrarien. col. 9. versicu. sed ad vnum valde quotidianum. de consti. vbi dicit quod potest aliquid solui, si sponte fiat vel ratione consuetudinis: & in hoc constituit differentiam inter statutam & consuetudinè. Et vtrum possit committi symonia per papam recipientem pecuniam pro beneficio: communis opinio est quod non, secundum Fely. in c. ex parte. col. 1. versicu. dicant hic moderni. de offic. deleg. Et quando canonicus vadit ad horas diuinas, principaliter propter distributiones, committit symoniam mentalem. Ita Fely. in d. c. ex parte. col. fina. Et quando præcedens tractatus aut traditio faciat committi symoniam, vide Fely. in c. ad audientiam. el. 2. col. 3. versicu. tertia conclusio. de rescrip. & ibi vtrum conuentio præcedens purgetur per autorisationem papæ. Quæro, vtrum mercator, cui tu debitor non soluisti in tempore, possit à te petere id quod lucratus fuisse si soluisles, habito respectu ad communem cursum mercantiarum? dic quod sic. do. Iaf. in loco proxime allegato, versicu. secundò principaliter habes. cui addo Sozi. consil. 25. inf. in 4. volum. 9. Deci. consil. 3. in 1. volum. Quod dictum est in mercatorem habet locum in marito, qui licet petit interesse dotis in tempore non soluta: quia sustinet onera matrimonii, c. salubriter. de usur. Iaf. vbi supra, versicu. primum est quod maritus. Et qualiter petatur illud interesse, & vsque ad quam summam, vide pulchre Paul. de cast. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. empt. Et vtrum interesse possit taxari à principio contractus, vide quæ plenè tradidi in tit. 23. de retrai. artic. 11. num. 5. & sequentib. Item vide plura exempla per do. Iaf. vbi supra, in quibus possunt peti usuræ tanquam interesse. cui addo plenè Ro. suo singul. 101. Vnū casum valde quotidianum nolo omittere, in quo possunt peti usuræ tanquam interesse: quando rex vel communitas cogit pro causa belli, aut alterius necessitatis subditos ad mutuandum ad rationem de sexdecim pro centenario. & ratio est, quia intentio & voluntas facit quem usurariū. c. consuluit. de usur. Sed isti tales mutantur ex necessitate: credo tamen sumendo rationem à contrario, si isti subditi ob lucrum voluntariè mutarent, licet ex præcepto, quod non excusarentur à peccato, licet excusarentur à restitutione in foro fori. Quæro, de qua moneta sit soluendus census? dic de moneta antiqua. c. olim causam. & c. cum canonicis. vbi doct. de censu. Quæro, an censuarius debeat deferre censum ad domum domini creditoris? quod sic decidit Bal. in l. acceptam. q. 12. C. de usuris.

Per hæc cum laude omnipotentis, in lucem prodeant glossellæ, spatio duorum annorum conclusæ: vt mihi & filio legibus operam danti, cæterisque quibus placerent, iret satisfactum. Cæteris verò & si displiceant, eos, considerata penuria librorum, quos domi reliqui, & comites non habeo in hac mea sine crimine relegatione, faciliè & compulsionem ac excusationem arbitror ex charitate suscepturos, & ad morsuram suffurationis ac detractionis non faciliè prosilituros. Et vt ita fiat, supplex exoro.

ARTICLE VI.



Tous cens ou rente deuz & assis sur fons & heritages certains emporte directe seigneurie, si il n'appert du contraire. ii.

Et par ainsi qui acquiert cens ou rente sur heritage quitte & allodial, il acquiert la directe seigneurie, posé que de la directe ne soit

faicte aucune mention. iii.

Celuy

Celuy qui est obligé ou condamné à assieoir cens ou rente censuelle selon la coustume & l'assiete du pays, il fault qu'il baille rente en directe seigneurie, & ne suffit baille rente rendable: car certes ces motz cens ou censuelz & reddituelz, de leur nature & signification importent directe seigneurie: & n'est ladicte directe comptée en ladicte assiete. iiiii.

Et quand on baille rente rendable au lieu dudict cens, il fault qu'il fournisse le tiers plus pour l'interest de la directe: par ainsi la directe baillée n'est pour rien comptée en ladicte assiete, tellement que douze solz de rente rendable ne valent que huit solz en directe seigneurie. v.

Et au contraire, quand ladicte rente est baillée pour rente rendable, elle est prinse pour vn tiers plus, en façon que huit solz en directe valent douze solz de rente rendable. vi.

Celuy qui est tenu assieoir rente absolument, sans autre adiection, il est quitte en assieant rente rendable: laquelle fault assieoir les deux partz en grain, & le tiers en deniers, comme lon fait en rente censuelle. vii.

Celuy qui est tenu ou a commencé faire assiete de réte en aucun lieu assis audict pays d'Auuergne, il est tenu baille toutes les redevâces, cens, & devoirs qu'il y a, sans rien y retenir, iusques à concurrence de rente: & s'il n'y en a assez, il est tenu de parfournir de son autre cheuâce de prochain en prochain: & est le creancier tenu prendre ladicte assiete. viii.

En matiere d'assiete, le sold de rente est estimé à vendre pour vne fois, vn escu vieil, qui est aualué à quarante solz tournois. ix.

Si aucun est obligé assieoir rente à la coustume du pays coustumier d'Auuergne, il est à sçauoir & entendre qu'audict pays a trois parties, & chascune partie a sa maniere de faire assiete. x.

Ou pays d'Auuergne hault & bas y a trois façons & manieres de faire assiete. xi.

C'est assieoir au bas pays d'Auuergne, l'autre en Langhadois & Briuadois, & l'autre au hault pays des montaignes d'Auuergne. xii.

Ledit bas pays s'estend iusques à la riuere d'Alaignon, qui entre en Alier, & iusques à la riuere de la rue. xiii.

Leditz pays de Langhadois & Briuadois sont entre les deux riuieres d'Alaignon & d'Alaignon. xiiii.

Et ledit hault pays des montaignes d'Auuergne est depuis la riuere de la rue en hault, tant que ledit pays d'Auuergne s'estend. xv.

Qui est obligé & tenu faire assiete de rente en directe seigneurie à la coustume du pays d'Auuergne oudict bas pays, il est tenu de baille & assieoir les deux tiers de ladicte rente en blé, mesure de Clermont, & le tiers en deniers. xvi.

Et s'il n'y a assez blé pour fournir les deux partz, lon peut baille argent en rente au lieu de blé, sauf que de l'argent que lon baille pour blé lon en doit raba tre vn tiers, pour l'interest & plus value de blé: comme de douze solz de rente en argent baillez pour ledit blé, faudra rabatre le tiers, qui sont quatre solz: & par ainsi desdictz douze solz en argent restent huit solz en assiete pour blé. Et ou audict cas le creancier ne le peut refuser. xvii.

S'il y a plus que deux tiers de blé, & qu'il faille baille blé pour le tiers d'argēt, ou pour partie d'iceluy, le blé qui se baille pour argent doit croistre d'un tiers:

comme qui baille vn sextier de froment en asiète pour argent, il fault le bail-
ler pour douze solz, là ou il ne se baille que pour huit solz, qu'ad seroit bail-
lé pour blé. xviii.

Quant à l'asiète de l'autre partie dudit pays, qui est de Langhadois, & Bri-
nadois, qui est obligé à faire asiète à ladicte coustume d'Auvergne, il n'est tenu
à l'asoir que la moitié en blé mesure de Brioude, & l'autre moitié en argent: pour-
ce que la mesure de Brioude est plus grande que la mesure Clermontoise. xix.

Et si celuy qui est tenu faire ladicte asiète ne peut fournir ladicte moitié en
blé, il peut baille de l'argent pour blé: & d'iceluy argent baillé pour le dict blé,
doibt estre rabatu vn tiers pour l'interest du blé. xx.

Et quand il y a plus de blé que d'argent, & lon baille blé en lieu d'argent en as-
siète, lon croist le blé baille pour argent d'un tiers, comme dict est en l'asiète du-
dict bas pays. xxi.

Et sont les bledz & grains baillez esdictz pays de Briuadois & Langhadois à
ladicte mesure Briuadoise, à semblable prix comme audict bas pays d'Auver-
gne. xxii.

C'est asçavoir, Sextier de froment, viii. solz. Sextier de seigle, vi. solz. Sextier
d'avoine, iiii. solz. Sextier d'orge, iiii. solz. Sextier de mixture, iiii. solz. Sextier de
feues au prix du seigle, vi. solz. Sextier de pois au prix de froment, viii. solz. Se-
xtier de feneue, vi. solz. xxiii.

En l'autre partie dudit pays, qui est le hault pays des montaignes d'Auver-
gne, de ladicte riuere de la rue, ladicte asiète de rente se fait ainsi que la rente
git. xxiiii.

Et n'est tenu celuy qui fait baille rente partie en blé, & partie en argent,
mais ainsi qu'elle git, soit tout argent ou tout blé, ou partie d'un & partie
d'autre. xxv.

Se baillent les bledz & grains en asiète audict hault pays aux mesures des lieux
particuliers, & à chascune mesure son prix. xxvi.

C'est asçavoir, à la mesure d'Orilhat & Salern. Sextier de froment, iiii. f. Se-
xtier de seigle, iii. f. Sextier d'avoine, xviii. d. xxvii.

À la mesure de saint Chriftofle & Pleux, Sextier de froment, iii. f. Sextier
de seigle, ii. f. vi. d. Sextier d'avoine, xv. d. xxviii.

Mesure de Clauiers, Sextier de froment, iii. f. Sextier de seigle, ii. f. Sextier
d'avoine, xii. deniers. xxix.

Mesure de Bort, Sextier de froment, vi. f. Sextier de seigle, iiii. f. Sextier
d'avoine, i. solz. xxx.

Mesure de Rion & Rignart esdictes montaignes, Sextier de froment, xii. f.
Sextier de seigle, viii. f. Sextier d'avoine, iiii. f. Sextier de mixture, iiii. f. Sextier
de feues, prix de froment, qui est xii. f. Sextier de pois, prix de froment, qui est
douze solz. xxxi.

Et quant es autres choses, comme cire, geline, moutons, manoeures & autres
choses, se baillent pour argent en asiète au prix qu'elles sont baillées audict bas
pays, & comme cy apres sera touché. xxxii.

Quand aucun est obligé à asoir cens ou rente en directe seigneurie, soit au-
dict bas pays, ou es pays de Briuadois ou Langhadois: & ce pendat les payer ius-
ques l'asiète en soit faite, il est deu d'apportz pour chascune liure de cens ou
rente

rente en directe seigneurie, pour chascun an trente solz tournois: qui est vn tiers
dauantage pour l'interest de la directe: pource que les bledz s'y baillent à bon
prix. xxxiii.

Mais au hault pays desdictes montaignes, ou asiète de rente se baille comme
git, & n'y a gueres bledz, les apportz ne valent pour an sinon ce que la prinse de
la rente a valu. xxxiiii.

Lon peut baille en asiète de rente dixmes & partieres tant de bledz que de
vins & d'autres choses qui se doiuent estimer: c'est asçavoir mettre les neuf der-
nieres années ensemble, & d'icelles prendre les trois: & desdictes trois icelles mi-
ses ensemble en prendre le tiers qui fait l'année commune: de laquelle fault ra-
batre vn tiers pour l'interest de la directe: & des autres deux tiers restans en raba-
tre vn quart pour les perilz & fortunes, qui reuiennent à la moitié de ladicte cō-
mune estimation: & le surplus qui est vne moitié, se baille en asiète pour de-
niers. xxxv.

Pareillement qui baille fours & moulins qui s'acensent chascun an en blé ou
en argent, on les prend à la valeur & estimation desdictes dixmes & partieres:
& fault faire semblable rabat que dessus: & le reste qui est la moitié, ledict rabat
fait se baille en asiète pour deniers comme dessus. xxxvi.

Qui a estangz ou pescheries il les peut baille en asiète, en mettant ensemble
la valeur des trois pesches dernieres, & prendre la troisieme partie du reuenu des-
dictes trois pesches qui est l'année commune, de laquelle dicte tierce partie des-
dictes trois pesches fault rabatre vn quart pour les reparations & perilz: & du re-
sidu rabatre vn tiers pour l'interest de la directe, qui est en effect la moitié, & l'au-
tre moitié restant mettre en asiète de rente en directe pour deniers. xxxvii.

Qui a bois taillis reuenant, il le peut baille en asiète de rente: & fault estimer
qu'ilz peuvent valoir de douze années: & desdictes douze années prendre la cō-
mune, qui est vn douzieme, & dudit douzieme rabatre vn quart pour les perilz
& fortunes: & du residu vn tiers pour l'interest de la directe, qui est vne moitié:
& l'autre moitié se met en asiète pour deniers, comme dict est des estangz & pes-
cheries. xxxviii.

Bois pour bastir & de haulte fustaye ou pour chauffage doiuent estre estimez
combien peuvent valoir à vendre pour vne fois, fons, arbres & reuenu: & s'ilz
valent mille escus vicilz, à la raison de quarante solz tournois pour escu, doiuent
estre baillez pour cinquante liures de rente asise en asiète pour deniers, qui est
le quarantieme du prix & estimation desdictz bois: & ainsi de plus plus, & de
moins moins. xxxix.

Bois de haulte fustaye portant païsson de glan ou faine, il fault regarder qu'ilz
ont valu les neuf dernieres années, & d'icelles prendre les trois communes: & des-
dictes trois mises ensemble en prendre vn tiers, qui fait l'année commune: & du-
dict tiers rabatre vn tiers pour la directe, & vn quart pour les perilz & fortunes,
qui est vne moitié: & l'autre moitié restant se baille en asiète pour deniers. xli.

Toutefois le debteur peut à son chois faire estimer lesdictz bois avec leurs
fruitz, arbres & fermes d'iceulx à vne fois vendre, & dudit prix que lesdictz
bois seront estimez prendre vn quarantieme, lequel dict quarantieme dudit prix
sera baillé en asiète pour deniers, à raison de quarante solz tournois pour sold:
& de plus plus, & de moins moins. xli.

Qui a garennes à connins, de bestes grosses, ou pescheries sur riuere: toutes ces choses ne se mettent en asiète, sinon que par la commune estimation de gens à ce congnoissans. Et ce qu'ilz sont estimez valoir par neuf ans se met ensemble, & en prend len vn tiers pour trois années: len prend vn autre tiers pour la commune année, de laquelle len rabat vn quart pour les perilz & fortunes, & vn tiers du residu pour l'interest de la directe, qui est vne moitié: & l'autre moitié se baille en asiète pour deniers en directe, comme dict est. xlii.

Qui doit asseoir réte à ladicte coustume au hault pays d'Auuergne, & dismes partieres, fours, moulins, estâgz, pescheries, bois de tailliz reuenât, garènes de cōnins, de bestes grosses & pescheries sur riuieres, & autres fermes muables, lesdictes choses mises & reduictes à la commune année de la maniere deuant touchée de l'année commune, n'en doit estre rabatu qu'un tiers pour l'interest de la directe seigneurie. Et tout le surplus doit estre mis en asiète de rente annuelle en directe seigneurie. Car audict pays de ladicte riuere de la rue se prend la réte cōme elle git, sans autre chose defalquer. xliiii.

Celuy qui a places, chasteaux & autres edifices les peult baille en asiète. Et ne se doivent estimer lesdictz edifices, de quelque valeur qu'ilz soyent, plus auât que vault la dixiesme de cheuâce qui depend de la seigneurie desdictz chastel & edifices: laquelle valeur de disme d'icelle cheuance sera baillée en asiète de deniers à la raison de quarante solz pour sold de rente. xliiii.

Toutefois à la recompense que doit faire le frere ainsné à ses puisnez de la principale place, l'estimation se doit faire selon la commune valeur. xlv.

Et si lesdictz chasteaulx, places & edifices valoyent moins que du dixiesme de la cheuance dependât desdictes places & chasteaulx, lesdictes places & chasteaulx seront estimez par gens à ce experts, eu regard au temps de ladicte asiète. Et l'estimation ainsi faicte de ladicte place, la dixiesme partie de ladicte estime sera baillée en asiète pour deniers, à la raison de quarante solz tournois le sold de rente. xlvi.

Et si ladicte rente en deniers se baille pour blé, la faudra augmenter d'un tiers, comme dessus. xlvi.

Et n'est tenu le creancier à qui est deu l'asiète de ladicte rente, prendre lesdictz edifices en asiète, si n'est qu'en faisant ladicte asiète la moitié du reuenu & cheuance dependant desdictes places pour le moins luy soit baillée, oultre & par dessus l'estimation dudit edifice. xlvi.

Toutefois si audict creancier est plus deu en asiète de rente que ne monte la moitié de ladicte cheuance, & lesdictz bastimens excèdent ce que luy peult estre deu de reste, il n'est tenu prendre lesdictz bastimens: pource qu'il fault que lesdictz bastimens soyent prins pour entier, ou laissez au debteur. xlix.

Bastimens & edifices desquelz ne dependent aucunes cheuances, ou qui sont separez des cheuances baillées en asiète, & qui ne sont compris dedans icelles, ne sont bailliez en asiète si bon ne semble audict creancier: mais si lesdictz bastimens sont compris & encluez dedans lesdictes cheuances, peuent estre bailliez en asiète à l'estimation que dessus. l.

Len peult baille en asiète de rente en directe seigneurie, les especes & choses cy apres declarées, quand elles sont asises sur heritages & fons certains, pour le prix qui sensuyt, en tous les bas & hault pays d'Auuergne. li.

C'est

C'est ascauoir,

Charge de bon vin & de bon terroir, xxxv. solz. Tōneau de miel, xxxv. solz. Tonneau de veriuft de grain, xx. solz. Tōneau de veriuft de pōmes, xii. s. vi. d. Tonneau de vinaigre, xx. solz. Connil, xii. d. Oiseau de riuere, x. d. Perdris, ix. den. Oaye, xii. den. Oison, vi. d. Liure de cire, xviii. d. Geline, vi. d. Poulet, iii. d. Chappon, xii. den. Chapponneau, vi. den. Mouton avec la laine, vi. solz. Veau, v. solz. Cheureau, xviii. d. Aignel, xviii. d. Cochon, x. d. Liure de fromage, iii. d. Liure de beurre, iii. d. Liure de suif, iii. d. La toison d'une brebis ou mouton, xii. d. La chair du mouton, iii. s. Le paon, ii. s. vi. d. Grue, xx. den. Cigne, xx. d. Faisant bruant, xx. d. Faisant non bruant, ii. s. vi. d. Pigeon, vn. d. Liure de plume, viii. d. La trouffe de foin pesant trois quintaulx, ii. s. vi. d. Somme de rabes ou naueaux, ii. solz. La charretée de foin pesant quinze quintaulx x. solz. Charretée de paille, ii. s. Charretée de bois à deux beufz, xii. d. Quatre oeufz, vn. denier. Liure d'huile de noix, iii. d. Liure d'huile d'oliue, v. d. Quar-te de sel à quatre coupes mesure Clermontoise, ii. s. Liure de poiure, iii. solz. Manoeuvre de bras en temps d'esté, vi. de. Manoeuvre en temps d'yuer, iii. den. Faulcheur pour iournée, xii. d. Messieur, xii. d. Charrois à beufz pour iour en temps d'esté, ii. s. En temps d'yuer, xii. d. Coruée de bestes à bastz, xii. d. lii.

Charrois, coruées & manoeures personnelz deuz à mercy & volonté ou autrement, & qui ne sont asis sur heritage & fons certain, ne sont bailliez sinon que len baillast en asiète la seigneurie ou cheuance dont lesdictz droitz dependent: car audict cas ilz peuent estre bailliez à l'estimation que dessus. Et ne tombent lesdictz charrois, coruées & manoeures en arrerages. liii.

L'homme resseant ayant maison, tenât feu, subiect en toute iustice haulte, moyenne & basse, cinq solz. En iustice basse, iusquques à soixante solz, iii. solz. En iustice haulte ou moyenne seulement, deux solz. En iustice moyenne & basse, quatre solz. liiii.

Et qui est tenu asseoir rente en toute iustice, il peult baille en asiète de rente chascun homme en toute iustice pour cinq solz de rente asise. li.

L'homme de iustice basse iusquques à soixante solz, pour trois solz. iii. solz.

L'homme de iustice haulte & moyenne, pour deux solz. ii. solz.

L'homme de moyenne ou haulte seulement, pour douze deniers. xii. d.

L'homme de haulte & basse, ou de moyenne & basse ensemble seulement, pour quatre solz. iii. solz.

Et est le tout de rente asise. lvi.

Mais la iustice des lieux ou places ou il asiet ladicte rente ne peult estre cōptée ne baillée en asiète, quand lon doit asseoir rente en iustice. lvii.

Le ressort n'est pour rien compté en asiète, & sera tenu le seigneur iusticier ayant ressort baille ledict ressort quand & quand ladicte iustice à l'estimation que dessus, sans le pouoir retenir. lviii.

L'homme taillable à mercy & volonté en toute iustice est baillé en asiète pour dix solz, compris la iustice, pour laquelle l'homme est baillé pour cinq solz, comme dessus. lix.

Les fiefz francz & nobles se peuent baille en asiète & pour l'estimatiō qui sensuyt: c'est ascauoir, que s'il y a cent liures de rente tenues en foy & hommage d'aucun seigneur feodal, le fief d'iceluy se baillera en asiète pour vingt solz tour

Ff iii

nois, qui est la centième partie de ce que vault & monte ce qui est tenu en fief: & ainsi de plus plus, & de moins moins, & au feu l'amplye. lx.

Mais si le fief est chargé d'aucun cens ou autre charge, ladicte charge se baillera en asiète, selon ce qu'elle est estimée par la coutume: & le residu dudit fief se baillera selon l'estimation que dessus est dicte au fief franc. lxi.

Et ne sont tenuz l'usufruitaire ou douairiere prendre lesdictz fiefz francz pour aucune chose si bon leur semble, ne aussi le fief chargé, si n'est pour la charge. lxii.

Sexterée de terre à feues & à froment en bon solage, se prend en asiète pour vne quarte de froment de rente. lxiii.

Et quand elle est en petit terroir, se prend selon que peult porter de cens, à l'estimation de gens à ce experts. lxiiii.

Oeuure de pré à vn foin de bon solage se baille pour cinq solz. lxv.

Oeuure de pré à deux foins en bon solage, pour sept solz six deniers. lxvi.

Oeuure de pré qui n'est en bon solage, à l'estimation de gens à ce experts, selo que peult porter de cens. lxvii.

Tous heritages, dommaines francz & quittes de cens ou rente sont baillez & prins en asiète à l'estimation de gens experts à les vendre pour vne fois: & l'ilz sont estimez à cent liures, seront prins pour cinquante solz de rente en deniers, qui est le quarantième dudit prix & estimation: & du plus plus, & du moins moins. lxviii.

Et au regard desdictz heritages & dommaines quand ilz sont chargez de cens ou rente, ilz ne sont prins en asiète. lxix.

Les guetz, tailles aux quatre cas, & autres deuoirs qui dependent de iustice, offices de iudicature, procureurs, greffiers, sergens & gaitiers, ne serot baillez ne prins en asiète. lxx.

La vinade est baillée en asiète pour chascun iour d'esté que lon vacque pour faire ladicte vinade à deux paires de beufz, pour deux solz tournois: & pour iour d'iuer, xii. deniers: ayant regard au nombre des iournées que sera vacque à faire ladicte vinade, qui seront taxez pour chascun iour comme dessus. lxxi.

Cens mort, ou rente rendable se peuent bailler en asiète pour cens en directe pour le tiers moins: & l'ilz sont en argent ou en blé, les fauldra augmèter ou diminuer, comme dessus est dict en rente rendable. lxxii.

La prisee & estimation desdictz deuoirs est à entendre quand ilz sont asis sur bons fons & suffisans. Autre chose est quand lesdictz deuoirs seroyent personnelz ou muables: car en ce cas en fault faire tel rabat comme de fermes muables a esté dict cy dessus. lxxiii.

Et sont prinées & comptées en asiète audict pays d'Auuergne, Langhadois, & Briuadois, les prisees des choses dessus declarées, les deux parties pour blé, & le tiers en deniers: & audict hault pays la rente se baille comme elle git. lxxiiii.

Les especes dessusdictes baillées en asiète de rente ne sont baillées que pour rente asise en deniers, excepté l'homme en iustice, qui se baille pour rente asise. lxxv.

Quand aucun doit ascoir rente en directe, & qu'il baille réte asise en droit de directe seigneurie sur fons & heritage certain, pose qu'il n'y ait droit de tiers denier

denier de ventes à cause de ladicte directe baillée, le debteur demeure quitte de ladicte asiète: & sera tenu le creancier les prendre, iacoit que le debteur fust obligé faire asiète de rente en directe seigneurie à vsage de chevalier, tiers denier de ventes. lxxvi.

Et tous autres droitz & deuoirs, tailles, reuenues & preeminences, & choses franches qui ne sont cy dessus appreciées, sont baillées & prinées en asiète de rente, à l'estimation de gens à ce experts, selon que peuent porter de cens & rente annuelle, eu regard es autres dessus estimées & appreciées: en faisant rabat tel que dessus des choses muables & des immuables, en rabatant le tiers pour l'interest de la directe. lxxvii.

L'asiète se fait au pays de Combraille comme audict bas pays, reserué quant aux mesures & prix de blé: car l'asiète se baille audict pays de Combraille selon la mesure dudit pays, au prix qui sensuit. C'est asçauoir,

Sextier de froment, vii. solz, vi. deniers. Sextier de seigle, v. solz. Sextier d'auoine, iii. s. iiii. d. lxxviii.

Et si le blé est prins pour argent, ou argent pour blé, il fault augmenter ou diminuer selon que dessus est dict audict pays. lxxix.

Aussi si rente rendable est baillée pour rente en directe, ou rente en directe pour rente rendable, la fault augmenter ou diminuer respectiement comme dessus est dict à l'asiète dudit bas pays d'Auuergne.

¶ HAS GLOSSELLAS A DOMINO

Aymone conditas, quæ uerò mense Iulio de anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo octauo completæ fuerunt, non parua cum diligentia Paschasius textor impensis clarissimi uiri Arnoldi l'Angelier, feliciter excudebat.

Cum privilegio.

fol. CXXII
TIT. XXXI
L'ART DE LA GUERRE



Cum priuilegio.

~~29932~~

H. 17873

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

78

74

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

